Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Nutzungshinweise / Terms of Use

Die Digitalisate dieses Webangebotes sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für private wissenschaftliche Zwecke ausgedruckt oder heruntergeladen und zu wissenschaftlichen Zwecken an andere, von Person zu Person, weitergegeben werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte in gedruckter oder elektronischer Form ist ohne zuvoriges schriftliches Einverständnis der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel nicht gestattet. Dies betrifft im einzelnen Verkauf, Leihe, Lizensierung, Vervielfältigung und Verbreitung. Werden Digitalisate aus der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek ohne schriftliche Genehmigung der Herzog August Bibliothek auf anderen Internetseiten, Datenträgern oder Printmedien veröffentlicht, ist sie als Rechteinhaberin berechtigt, gemäß der niedersächsischen Gebührenordnung für die Bibliotheken des Landes und Hochschulbibliotheken vom 10.11.2004 (Nds. Gesetz- und Verordnungsblatt Nr. 32/2004) , Anlage zu §2 Abs.1, Gebühren für die Veröffentlichung in Rechnung zu stellen. Rechtsgrundlage ist die Benutzungsordnung für die Landesbibliotheken vom 01.11.2004 (Nds. Ministerialblatt Nr. 39/2004) in der jeweils gültigen Fassung (vgl. Gebührenverzeichnis der HAB).

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Auskunft der Herzog August Bibliothek, Lessingplatz 1, D-38304 Wolfenbüttel (auskunft@hab.de).

Verlinkungen sind grundsätzlich erwünscht. Bitte verweisen Sie auf Digitalisate wie folgt:

- Im Druck: Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel [PURL], z.B. Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel [http://diglib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm]
- Im Internet: HAB inkunabeln/14-astron

All digital documents of the Wolfenbüttel Digital Library are protected by copyright. They may be printed or downloaded and forwarded individually to third parties only for non-commercial educational, research and private purposes. In doing so provenance marks attached to them must not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not permissible without obtaining prior written permission from the Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. This explicitly includes selling, lending, licensing, reproduction and dissemination. If digital documents from the Wolfenbüttel Digital Library are published without the written permission of the Herzog August Bibliothek, the library as holder of the rights to its property is entitled to levy fees in accordance with the ordinance for the State and University Libraries of the county of Lower Saxony dating from 10.11.2004 (Nds. Gesetz- und Verordnungsblatt Nr. 32/2004; Anlage zu §2 Abs.1; confer „Benutzungsordnung für die Landesbibliotheken“ 01.11.2004, Nds. Ministerialblatt Nr. 39/2004).

For reproduction requests and permissions, please contact the information desk of the Herzog August Bibliothek, Lessingplatz 1, D-38304 Wolfenbüttel (auskunft@hab.de).

Links to our resources are welcome. Please refer to digital documents as follows:

- Print: Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel [PURL], e.g. Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel [http://diglib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm]
- Internet: HAB inkunabeln/14-astron

HAB Wolfenbüttel; 2.1.2009

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00001

ANTONII

POSSEVINI

Mantuani, Societatis Iesu

74. Qu 2°

BIBLIOTHECA SELECTA

DE RATIONE STVDIORVM,

Ad Disciplinas, & ad Salutem omnium gentium procurandam.

RECOGNITA NOVISSIME AB EODEM, ET AVCTA,

& in duos Tomos distributa.

TRIPLEX ADDITVS INDEX. ALTER LIBRORVM, ALTER Capitum vnuscuiusq. Libri, vt vniuersa ipsorum materia statim incurrat in oculos. TERTIVS Verborum, & Rerum.

Quid autem in quolibet Tomo contineatur, Vide post Epistolam Dedicatoriam

AD

CLEMENTEM VIII. PONT. MAX.

Concessu Superiorum, Cum Priuilegijs.

VENETIIS, M DC III.

Apud Altobellum Salicatium.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00003

HANC BIBLIOTHECAE SELECTAE
EDITIONEM

Subsequetur altera, quæ iam sudat sub Prelo,

APPARATVS SACRI

Ad

Scriptores Veteris, & Noui Testamenti.
Eorum Interpretes:
Synodos, & Patres Latinos, ac Græcos.
Horum Versiones.
Theologos Scholasticos, quiq; contra hæreticos egerunt.
Eos, qui Casus conscientiæ explicarunt.
Alios, qui Ius Canonicum sunt interpretati.
Chronographos, & Historiographos Ecclesiasticos.
Poetas Sacros.
Libros pios quocumque idiomate conscriptos.

Eodem Auctore Ant. Possevino Soc. IESV.

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK WOLFENBÜTTEL

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00004

BEATISSIMO PATRI

CLEMENTI VIII.

PONT. MAX.

Antonius Possevinus Societatis IESV.

QVAE me, Beatissime Pater, caussæ impulerint, vt hanc Bibliothecam in ordinem, methodumque, qualem antea non vidi, redigerem, initio huius Operis, quo ipsius Ideam proposui, fusius attigi. Earum verò præcipua fuit, ne distinerentur in ancipiti, qui in tanta librorum multitudine meliores Auctores, atque ab omni labe emaculatos versare desiderant. Quæ res cum postularet, vt de pluribus eorum iudicium ferretur, simul autem ij proponerentur, qui aptius cum pietate disciplinas coniunxissent, dedi operam, Deo aspirante, vt quod vnus ipse efficere non poteram, id etiam ex alijs ita ponerem, vt cùm sua laboris laus cuique constaret, tum & in hoc opere, & in APPARATV meo SACRO, qui iam sudat sub prelo perfectius denique prodiret. Sane verò præsentis quoque seculi necessitas vrgebat, vt ingestis vndique aut hæresi, aut obscenitate scatentibus libris, clarior aliqua fax in hoc cursu præferretur, qua in illos tamquam latentes scopulos haud impingeret, qui saluus in portum inuehi cupit. In hanc autem potissimum curam cum Vestra Sanctitas incumbat; neque opportuniorem accidere, nec sub alterius parrocinio tutiorem, quàm sub eius, qui clauum tenet Ecclesiæ, hæc editio apparere poterat. Quamobrem eandem hanc Bibliothecam V. Beatitudini humillimè dico, offeroq., precatus D. Bonitatem, vt V. Sanctitatis ductu, ac benedictione, hoc, quicquid laboris est, in salutem multorum ad Dei gloriam cedat.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00005

CONTENTA

IN PRIMO TOMO, in quo Libri sunt Vndecim cum Idea totius Operis.

LIB. I. De CVLTVRA Ingeniorum; Quæve cuique Disciplinæ sint idoneæ; Ioannis autem Huartis Examen Ingeniorum expenditur.

II. De Ratione Studiorum Diuinæ Scripturæ, sive Theologiæ Positiuæ.

III. De Theologia Scholastica: Vbi de Græcorum, & Latinorum Methodis ad eã, Desq; Summa S. Thomæ; De Theologia item Practica, sive de Casibus Conscientiæ.

IIII. De Theologia Catechetica ad domesticos Fidei instituendos: Vbi de Pueris, & de horum Scholis; Mox de Cathechisi tradendi ratione; Denique de Principum Filijs docendis.

V. De MILITIBVS etiam sacris, eorumq; Seminarijs instituendis; De Clericis, & horum Seminarijs; De Regularibus, & horum NOVITIATIBVS; De his, qui munere Legationis funguntur, vbi & de Episcopis.

VI. De ratione amanter agendi cum Græcis, Rutenis, Moscis, vt in vnam Domini Ecclesiam vnanimes veniant.

VII. De Ratione agendi cum hæreticis variarum Sectarum.

VIII. De Atheismis Lutheri, Melanchthonis, Bezæ, Anabaptistarum, & aliorum Filiorum horum.

IX. De ratione agendi cum Iudæis, Saracenis, Agarenis, Mahometanis, sive Turcis.

X. & XI. De Ratione agendi cum reliquis Gentibus, atque Indis Noui Orbis, Iaponijs, Sinensibus, Brasilijs, Peruensibus, Americæ, & Insularum Philippinarum.

IN SECVNDO TOMO, in quo sunt Libri Septem, cum Appendice.

LIB. XII. De PHILOSOPHIA generatim. Mox de Platonica, deinde de Aristotelica, deq; eius Interpretibus. Huius autem tractationis quarta hæc editio auctior est reliquis.

XIII. De IVRISPRVDENTIA, cui, præter aliquos selectiores nostræ ætatis, Elenchus antiquorum Iurisperitorum est additus.

XIIII. De MEDICINA generatim: Mox de Hippocrate Coo; Galeno, & alijs priscis. Additaverò est postremæ huic Editioni THEORICA Medicinæ elegantè carmine conscripta ab Auctoris nepote Antonio, Alexandri F.

XV. De MATHEMATICIS, ubi item de MVSICA, de Architectura, de Cosmographia, de Geographia, & de eorum Scriptoribus.

XVI. De Apparatu ad HISTORIAM omnium Gentium: In quo expenduntur Historici Græci, Latini, & aly cuiuslibet idiomatis. Quomodo item Romana, & Græca Historia per seriem temporum sit legenda. Quinam veraces Historici, vel labe aliqua aspersi.

XVII. De POESI, & PICTVRA Ethnica, & fabulosa collata cum vera, honesta, & sacra. Catalogus item pictorum Poetarum, præter antiquiores Ethnicos.

XVIII. CICERO collatus cum alijs Ethnicis, sed & cum sacris Scriptoribus tum in Philosophicis, Oratoribus, & Præceptis Oratoriis, tum in conscribendis epistolis. Qua occasione agitur etiam de arte dicendi Ecclesiastica: Desq; his, qui à secretis Principum cum sint, literas scribere apposite possint.

APPENDIX Auctorum Miscellaneorum & Catalogus aliquot Librorum ad omnes disciplinas interdum spectantium.

Cetcrum CANONICI IVRIS Scriptoris Tractatio APPARATVI SACRO eiusdem Auctoris, qui hanc Bibliothecam edidit, adtexta est: quod eum Canones è Patribus, Pontificibus, Synodis uim suam accepisse, æquum erat, ut inter ipsos, tamquam riui propè fontes locum haberent. Vide etiam in eodem Apparatu Sacro, in uerbo IVS CANONICVM.

INDEX

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00006

INDEX CAPITVM
VNIVSCVIVSQVE LIBRI,

Primus Liber, Qui est de Cultura Ingeniorum.

DIGNITAS hominis vnde, & finis. Caput Primum.
Homini à Deo Magistri. Cap. 2.
Setentiæ à Deo. Cap. 3.
Christus nobis necessarius Magister. Cap. 4.
Academiæ instituta ad excolendum hominem. Cap. 5.
Mundi Schola quanta ad excolendum hominem. Cap. 6.
Sextidecimi huius seculi consideratio vtilissima ad hominis culturam. Cap. 7.
Humanæ mentes ad Sapientiam, & Religionem condita, ac totmunita præsidijs, cur à veritate defecerint. Cap. 8.
Prima causa, cur ingenia non excolantur. Cap. 9.
Secunda causa, cur homines à veritate desciscant, & de variis hominum ingenijs. c. 10.
Ingenia quotuplicia ex Aristotele. cap. 11.
Ratio noscendi ingenia, quæ quibus artibus ida nea sint. cap. 12.
De Examine ingeniorum Io. Huartis. C. 13.
De nominum impositione num à natura, an fortuito sint indita. cap. 14.
Latinam, & Græcam linguam qui calleant, qui quæ alia quadam nouerint, eos non esse inhabiles percipiendis speculatiuis scientijs, contra quam Ioannes Huartes sensit. Cap. 15.
Platonis, & Aristotelis Stylus, & Dictio elegantissima contra quam existit Ioannes Huartes. Cap. 16.
Patrum Africanorum, & aliorum Dictio non inelegans. Cap. 17.
De Animum ingenij quod sensit Io Huartes infirmum esse iudicium. Cap. 18.
Ratio altera tutior pernoscendi ingenia. C. 19.
Christianis institorem esse Rationem pernoscendi ingenia, quàm quæ Ethnicis fuerit. C. 20
Excolendis ingenijs vtilissimam esse nostri finis considerationem, & eius qui nobis indidit Mentem. Cap. 21.
Constans Deliberatio, & labor cultura ingeniorum mirifice vtilis. Cap. 22.
Cultura Ingeniorum quanam breuior, facilior, fructuosior: vbi quales esse debeant Magistri, & à quibus eauendum. Cap. 23.
Signis, & honestis ludis excoli posse ingenia. Cap. 24.
Ratio excolendi Verbis, seu voce ingenia. Caput 25.
Dictandis Prælectionibus num ingenia lædantur. Cap. 26.
Ecquid maxime obsit ingenijs viua ne voce, an scripto excolendis. Cap. 27.
Quæ necessario præmonenda sunt, priusquam quisquam scientijs excolatur. Cap. 28.
Nimia Ethnicorum Auctorum laudatio quam iopere cultura ingeniorum noceat. Cap. 29.
Cultura ingeniorum perfricacium, & hebetum. Cap. 30.
Alia, quæ magnopere semper obfuerunt colendis ingenijs. Cap. 31.
Quatenus quærendum, ac disputandum sit. Cap. 32.
Remedia contra quorundam ingeniorum libertatem, qua culturam impedit. Cap. 33.
Cultura Ingeniorum, quæ in disputationibus adhibetur. Cap. 34.
Exemplum Adolescentis pertutle ingenijs recte excolendis. Cap. 35.
Loca, in eadem cultura rectius adhibentur. Ca put 36.
Salmanticensis Academiæ œconomia, leges, mores, studia. Cap. 37.
Ratio Collegiorum, & Scholarum quibus præsunt viri Religiosi. Cap. 38.
Ratio Studiorum sanctæ in Collegijs Societatis Iesu. Cap. 39.
Quæ cultura ingenijs excolendis adhibeatur in Collegijs Societatis Iesu. Cap. 40.
Num Colendis ingenijs fructuosior videtur capiatur è collegijs, & Doctrina Religiosorum familiarum. Cap. 41.
Quosnam teneaderit, atque adhuc tendat insidias humani generis hostis, vt Scholas, Seminaria, Academias, & Collegia Catholica eneret, quæ ratione eidem Satanæ obuiã tium sit & antiquitus & hoc seculo. C. 42.
Veterum hæreticorum conatus contra Catholicorum Gymnasia, & Scholas. Cap. 43.
Quinque alij Satanæ conatus aduersus culturam ingeniorum. Cap. 44.
Quanam pertineant ad honorum librorum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00007

INDEX

vsum. qua occasione agitur de Lectione, explanatione, purgatione, scriptione, cura, editione, correctione, emendatione, dissemination e, dispositione, & conservatione librorum. cap. 45.

Lectio librorum. cap. 46.

Expositio librorum. cap. 47.

Correctio, emendatio, & purgatio librorum. cap. 48.

Scriptio librorum, qui edendi sint, qualis esse debeat. cap. 49.

Censura Librorum. cap. 50.

Editio librorum. cap. 51.

Dissemination librorum bonorum. cap. 52.

Dispositio Librorum, ac collocatio ad facilem eorum inventionem, & conservationem. cap. 53.

LIBER SECVNDVS.

De Diuina Historia, siue Scriptura Sacra.

CVr Diuina historia dicatur Sacra Scriptura, Biblia, Testamentum, Pactum, Fœdus, Chirographum, Lex, Euangelium, Theologia positiua, Verbum Dei. Cap. 1.

Per quosnam Deus ea quæ in historia Diuina continentur seruari; ac quanam lingua populo suo mandari voluerit. cap. 2.

De ratione faciliori linguæ Hebreæ addiscendæ. cap. 3.

Moysem fuisse primum historiæ Diuinæ, Ecclesiasticæ, naturalis, humanæ, Prophetiæ, ac Poeticæ Scriptorem. cap. 4.

Moysis quam eruditus, & verax. cap. 5.

Moysis historiam diuissimam, & sublimissimam esse. cap. 6.

Moyses quantus, & qualis extitit Politicus. cap. 7.

A Moyse gentiles Theologos hausisse sapientiam. cap. 8.

Moyses quomodo naturalis historiæ scriptor. cap. 9.

Moysem perfectissimum exemplar humanæ, & Ecclesiasticæ historiæ edidisse. cap. 10.

Moysem quomodo primum, ac præstantissimum extitisse Poetices scriptorem. cap. 11.

Moyses quibus laudibus non solum à Iudæis; sed & à Deo sit commendatus. cap. 12.

Moysem quomodo primum Grammatices scriptorem fuisse. cap. 13.

A Moyse vera Cosmographia, ac Geographiæ tacta fundamenta. cap. 14.

Sacri libri qui Diuinam continent historiam qui nam sint, & à quibusnam hoc potissimum suo vindicati à Satanæ calumnys, sequentis per hæreticos, atque alios eiusmodi suos; Num vetus editio hebraica, quæ à Moyse, & à Prophetis condita est, ad nos vsque pervenerit. cap. 15.

De origine, ac derivatione Chaldaica, & Syriaca, & harum linguarum. cap. 16.

Quot, & quanam Sacræ Scripturæ Versiones ex Hebræa extiterunt. cap. 17.

De Versione septuaginta Interpretum. cap. 18.

Quid senserit Leo Castrius de Versione septuaginta Interpretum. cap. 19.

Quam accurate emendata Versio septuaginta Interpretum iussu Pontificum Max. Gregorij XIII. & Sixti V. cap. 20.

Bibliorum Complutensis, & Regia quadrilinguis editio. cap. 21.

Editionem Latinam vulgatam, quæ nouissimè prodijt Romæ emendatior Clemente VIII. Pont. Max. esse omnino ad vsum adhibendam. Cap. 22.

Necessaria notitia Idiotismorum, Hebraæ linguæ, & vnde petenda. cap. 23.

Recenseitur quinam egerint de Idiotismis Hebraicæ linguæ. cap. 24.

Ratio ad Diuinæ Scripturæ studia. cap. 25.

Sanctitas vitæ, & Iustitia primaria via accedendi ad Diuinam Scripturam. cap. 26.

De optimo genere interpretandi scripturas duo Patres antiqui præcipui Hieronymus, & Augustinus. cap. 27.

Duces reliqui ad Diuinam Scripturam declarantur. cap. 28.

Auctores alij, qui recentiores, Scripturis intelligendis percommodi. cap. 29.

Paraphrases, an Commentaria ad Sacram Scripturam, legenda sint, vel conscribenda. cap. 30.

Scripturæ Sacræ necessitas. cap. 31.

Scripturæ Sacræ dignitas, & utilitas. cap. 32.

De sapientia, quæ in diuinis scripturis reperitur. cap. 33.

Quanta sit Diuinæ Scripturæ eloquentia, & efficacitas. cap. 34.

De Diuina Scripturæ sublimitate. cap. 35.

De Auctoritate, & certitudine Diuinæ Scripturæ. cap. 36.

Consensus Veteris, & Noui testamenti. cap. 35.

Martyres, & doctrinæ Christianæ soliditas. cap. 36.

Diuinæ Scripturæ intentata destructio semper enasitrita. cap. 38.

Scripturæ Sacræ finis. cap. 39.

Profun-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00008

CAPITVM.

Profunditas, & obscuritas Sacræ Scripturæ; provide invenissime, ut inquit Augustinus, et esse studendum. cap. 40.

De caussis profunditatis, & obscuritatis in Divina Scriptura. cap. 41.

De alijs caussis obscuritatis Divinæ Scripturæ. cap. 42.

Sensus Scripturæ multiplex, canones, & scriptores ad eum assequendum. cap. 43.

Tychony Volumen Isagogicum ad Sacras literas. cap. 44.

Sanctorum patrũ Canones ad Divinam Scripturam, quinam nostro seculo collegerit. cap. 45.

Sanctis Pagnini Isagoge, & Hieronymi Laurentij lib. 2. ad Sacras literas intelligendas quales sint. cap. 46.

Antiquorum aliquot, & recentiorum scripta quenam ad mysticos Divinæ Scripturæ sensus eruendos. cap. 47.

De multiplici ratione sacra volumina explicandi è Sixto Senensi. cap. 48.

Quibus Ducibus literalem sensum Divinæ Scripturæ assequi possimus. cap. 49.

Habituum, & gestuum, siue actionum observatio, quæ in Divina historia notantur, vtilis ad scripturas intelligendas. cap. 50.

Partitio librorum Sacræ Scripturæ. cap. 51.

Regionis Palæstinæ, Ciuitatis Hierosolymæ, & Templi Salomonis notitia necessaria, quæ deinceps ex actibus scribentur. cap. 52.

Theatrum terræ sanctæ confectum à Christiano Adricomio, quale, & vnde. cap. 53.

Veriùs Palæstinæ descriptio, vnde. cap. 54.

Templi Salomonici absolutior notitia, vnde. cap. 55.

Reipublicæ Iudaorum status prænoscendus, & vnde. cap. 56.

Christianæ Ecclesiæ forma prænoscenda, & unde. cap. 57.

Episcopi historiæ Sacræ vnde petenda, qua deinceps ad scripturam vniuersam, quasi filo rectè adducamur. cap. 58.

Rerum gestarum, quas diuina refert historia, nodi aliquot difficiles. cap. 59.

Vndenam horum nodorum solutio petenda. cap. 60.

Iosephi Iudæi historiæ haud integra fides habenda. cap. 61.

Necessaria vera temporum notitia ad Scripturas capescendas. cap. 62.

Hebræi vnde putant tempora, & curr erent in chronographia. cap. 63.

Chronologia secundum Regum seriem non omnino certa. cap. 64.

Chronologia ex obseruatione Olympiadum quenam. cap. 65.

Chronologia ex Solis, & Lunæ motu, & cursu, cap. 66.

Trium aliorum Recentiorum Chronologia quenam. cap. 67.

Garsiæ Galarzæ, Alexandri Scultetti, & Genebrardi Chronologiæ quenam. cap. 68.

Concordia, siue harmoniæ Veteris, ac Noui Testamenti, notitia perutilis. cap. 69.

Eadem notitia vnde auctior. cap. 70.

Notitia Sibyllarum à quibus prænunciatus est Christus, vtilis. cap. 71.

Ad Psalmos Dauidis intelligendos lux. cap. 72.

Hæreticos Psalmis Dauidicis vti ad seipsendendam Ecclesiam. cap. 73.

Numerus, & ordo Psalmorum. cap. 74.

Materia Psalmorum quenam. cap. 75.

Metricè scripti Psalmi, ipsorum commendatio, versio, & obscuritas. cap. 76.

Auctor Psalmorum quis. cap. 77.

De Sacræ Diuinæ Scripturæ explicandæ ratione. cap. 78.

Elenchus Interpretum, atque eorum qui Glossas, vel Paraphrases, aut Concordantias in omnes Scripturæ Sacræ libros edidere. Quorum item vsus, & emendationes ab Auctore fusius posita indicantur in ipsius Apparatu Sacro, qui nunc editur. cap. 79.

LIBER TERTIVS.

De Theologia Scholastica, & Practica, siue de studijs Casuum conscientiæ.

THeologiæ Scholasticæ quid. cap. 1.

Theologia Scholastica quotuplex. cap. 2.

Theologiæ Scholasticæ necessitas. cap. 3.

Origo crementum, & interdum decrementa Theologiæ ante Christum Dominum natum. cap. 4.

Post Christum natum vsque ad hæc tempora, Qui nam ortus, vel progressus Scholasticæ Theologiæ. cap. 5.

Methodus, & ordo à Græcis, & Latinis in Theologia tractanda. cap. 6.

Theologiæ S. Thomæ compendium. cap. 7.

Theologiæ summa capita ex Petro Lombardo Magistro sententiarum. cap. 8.

Theologiæ ab alijs in proprios locos alia partitio. cap. 9.

Theologiæ Scholasticæ professor qualis. cap. 10.

Auditor Theologiæ qualis esse debeat. cap. 11.

Ratio

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00009

Ratio interpretandi S. Thomæ Summam Theologicam, cap. 12.
Admonitio ad studiosos Theologiæ. cap. 13.
Quænam retinere videatur absolutior ratio scribendi integriora Commentaria in Summam D. Thomæ. cap. 14.
Elenchus Scholasticorum aliquot qui scripserunt in Magistrum Sententiarum, præter illos quos M. S. Thomam Commentaria edidisse supra ostensum est, ac præter alios, de quibus passim in Sacra Auctoris Apparatu. cap. 15.
De Theologia Practica siue de Casibus conscientiæ. cap. 16.
Leges Professoris casuum conscientiæ. cap. 17.
Admonitio quadam perutilis. cap. 18.
Materiam de variis hominum statibus præmittere permagni momenti esse tum Professori, tum Auditoribus Casuum conscientia. cap. 19.
Tabulæ de variis statibus hominum. cap. 20.
Elenchus aliquot auctorum qui scripsere de Statibus. cap. 21.
Elenchus aliquot auctorum qui Summas Casuum conscientiæ nobis reliquerunt, reliquorum autem, vti & horum planius in Apparatu Sacro fit mentio. cap. 22.
Tractatus de ratione administrandi Sacramentum confessionis à Beato Carolo Borromæo Cardinali editus. cap. 23.

LIBER QVARTVS.

De Theologia Catechetica, siue de Iuuandis domesticis fidei.

Rationes ad negotium salutis animarum alacriter suscipiendum. cap. 1.
Exemplis variis idem probatur. cap. 2.
Lucra Animarum, vnde impediantur, aut retardentur. cap. 3.
Impedimenta superioris Capitis quomodo tollenda. cap. 4.
Ecquid præstandum nisi lucra animarum sue cesserint. cap. 5.
Exemplo, & monitis idem fulcitur. cap. 6.
De Catechizandis rudibus. cap. 7.
Quid in Catechismo rectè tradendo præstandum. cap. 8.
Ratio docendi Catechismi ex D. Augustino. c. 9.
Ratio alia docendi Catechismi addita ab Autore. cap. 10.
Post Catechismi recitationem, quid agendum. cap. 11.
Locus vbi Catechismus exponi debet. cap. 12.
Tempus docendi Catechismi. cap. 13.
Locus alius, & tempus docendi pueros Catechismum. cap. 14.
Scholam maiorem Catechismi, siue Doctrinæ Christianæ esse instituendam, & cur. c. 15.
Principum filios esse præcipuè rectè instituendos. cap. 16.
De Sodalitatibus pijs, ac præcipuè Scholasticorum. cap. 17.
Leges earundem sodalitatum quales. cap. 18.
Quæ ratione in sodalitatem admittantur sodales. cap. 19.
De ijs, qui ad probationem denuo admittuntur. cap. 20.
De Magistratibus, & Ministris. cap. 21.
Libri spirituales pro sodalibus B. Virginis quinam. cap. 22.
Præcipua Charitatis opera erga proximos ad sodalitates spectantia. cap. 23.
Deum placari, & ad misericordiam allici ægrendis Valetudinarijs, & ægrotis, quod quidem etiam quadantenus ad mulieres pertinet. cap. 24.
Argumenta contraria refutantur. cap. 25.
Ratio Visendi Valetudinarijs, Exempla recentiora, Fructus. Cap. 26.
Alij fructus hinc hausti. cap. 27.
Ipsum Deum lentri visendis ijs, qui in Custodijs publicis asseruantur. cap. 28.
Exemplis veterum idem comprobatur. cap. 29.
Recentioribus exemplis idipsum comprobatur. cap. 30.
Argumenta contraria diluuntur, erroresq; quorundam aperiuntur. cap. 31.
Opus religionis ne sit pro Reis orare à Magistratu indulgentiam, siue condonationem delictorum. cap. 32.
Vincti quo tempore visendi, & Sacramentis, atque alijs officijs iuuandi, priusquam supplicium de his sumatur. cap. 33.
Inter pietatis opera esse pernecessarium, & summe charitatis, id, quo iuuantur moribundi. cap. 34.

LIBER QVINTVS.

De Militum, De Clericorum, De Religiosarum familiarum Seminarijs.

Militaris institutio vnde. cap. 1.
Leges de ratione instituendi seminaria Militaria proposita Pio V. Pont. Max. & Philippo II. Catholico Regi, ac

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00010

CAPITVM.

ac denique Gregorio XIII. qui ex se vixisset, volebat instituere. cap. 2.

Ordines Militum Regularium. cap. 3.

Laxata Regularium Militum disciplina quomodo sensim resituenda. cap. 4.

Equestrium Ordinum expositio constitutionum. cap. 5.

Elenchus aliquorum, qui scripsere de re Militari, aut ad eam spectantia. cap. 6.

De libris Leonis Imperatoris Cauto de apparatu bellico prauè ab haretico versis. cap. 7.

Seminaria Clericorum. cap. 8.

Ratio disponendi, & administrandi Seminaria Clericorum. cap. 9.

Conuictores laicos non esse cum clericis admittendos. cap. 10.

Ratio Iudiorum in clericis. cap. 11.

Sixti V. Pont. Max. Breue ad Pontificia Seminaria. cap. 12.

Clementis Octaui Pontif. Max. Breue ad seminaria clericorum. cap. 13.

Discenda quanam sint primo à Clericis seminariorum. cap. 14.

Catechismi: Romani rectè percipiendi ratio. cap. 15.

Ecquid vnà cum Catechismo Romano discendum. cap. 16.

Obseruata in Caroli Sigonij Notis ad Sulpitium Seuerum. cap. 17.

Quænam alia tradenda sint Clericis Seminariorum. cap. 18.

Clerici dicti Latinam linguam addiscunt, vel scribunt à quibus dictionibus abstinere ferè debeant in rebus sacris. cap. 19.

Quænam in legendis Martyrum, & aliorum SS. gestis obseruanda. cap. 20.

Cur simplicibus imposuit Satanas falsam aliquorum veneretionem. cap. 21.

Historia Sanctorum vtilitas. cap. 22.

Martyrum gesta vnde sumpta cap. 23.

Martyrologia quanam perfectiora. cap. 24.

Cur sancti patres potissimum legendi. cap. 25.

Cur aliquando Hæretici laudent patres. c. 26.

Quinam Patres præcipuè legendi. cap. 27.

Ordo in Patribus legendis. cap. 28.

Vsus Patrum aduersus hæreticos. cap. 29.

A Præfectis seminariorum alia profanda. cap. 30.

Recitatio Psalmorum quomodo. cap. 31.

Tituli Psalmorum vnde intelligendi. cap. 32.

Horæ Canonicæ, siue Breuiarium & eius vsus. cap. 33.

Librorum spiritualium delectus, & lectio. cap. 34.

Vsus Sacramentorum, & Seminariorum leges vnde. cap. 35.

Rituum sacrorum notitia necessaria Clericis. cap. 36.

Auctores de Ritibus sacris. cap. 37.

Recentiores alij scriptores de Ritibus sacris. cap. 38.

De Computo Ecclesiastico, & Kalendario emendato. cap. 39.

Catechismi Romani vsus instituendus, & ratio ad explicanda Euang. cap. 40.

Vndenam reliqua petenda ad rationem concionandi. cap. 41.

Clericis seminariorum, absoluto studiorum curriculo quid erudendum. cap. 42.

Internuntius, & alij simpedi, quinam vtiliores, & commodiores libri. cap. 43.

De Immunitatibus, & priuilegijs legatorum. cap. 44.

De personis eorum ad quos mittitur legatio, & de eorum officio in suscipiendis, dimittendis, & legatis. cap. 45.

Quæ Stephanus Primus huius nominis Magnæ memoriæ Rex Polonia quæsiuit, vt hæreticis publicum de religione colloquium vrgentibus respondere maturius posset, sicuti, & fecit. cap. 46.

Religiosis ordines in Ecclesia Dei diuinitus institutos semper exstitisse. cap. 47.

Omnes finem sibi propositum consequi cupere. cap. 48.

Status Religiosorum in Veteri lege. cap. 49.

In Noua lege Status religiosorum. cap. 50.

Renunciantibus seculo vires perseuerandi à Christo Domino tribui. cap. 51.

Religiosi quando capti redigi in ordinem. caput 52.

Approbatio Religiosorum Ordinum. cap. 53.

Religiosorum ordinum Monastices ac presbyteri quinam antiquitus finis, & officia. cap. 54.

Quam diu, & quanam ratione olim instituebantur, qui in religiosas familias petebant admitti; Agitur item de Nouitiatu diuerso, pro varia hominum, vel temporum ratione. cap. 55.

Idem probatur auctoritatibus. cap. 56.

Quænam de Nouitiatu, siue probatione à S. Benedicto instituta. cap. 57.

Aetas admittendorum. cap. 58.

Quænam ante, ac post trium votorum, & aliarum Regularum obseruationem præstat, ut religiosi docentur. cap. 59.

Præcautiones aliæ. cap. 60.

Obe-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00011

INDEX

Obedientia Cæca quanti facienda, & primò quid sit. cap. 51.

Diluuntur obiectiones. cap. 52.

Quinam auctores præter alios perlegi possint ad confirmandas in vocatione sua religiosas, vel ad erudiendas alios, præter eos quorum mentio facta est tum prius, tum quarto libro huius Bibliothecæ. cap. 53.

De vita eorum, qui ex Latinis adsciti pietatem, ac disciplinas Græcos alumnos docuerint. cap. 29.

Postrema caussa, præmiorum tenuitas, quibus Græci ætà innituntur sunt & fouendi. c. 30.

Sancta Sedes Apostolica opus habet variis doctis Græcis ad multa. cap. 31.

Responsiones ad Regis Sapientissimi Interrogationes, qui de salutis æternæ comparandæ ratione, ac de vera ecclesia cupiebat instrui.

LIBER SEXTVS.

De ratione agendi cum Græcis, & Rutenis.

Causse interne, & externæ quib. facilius veligio inter eos promoueri possit. c. 1.

Inter Græcos, & Latinos cur non idem sensus. cap. 2.

Caussarum internarum expensio, & remedia. cap. 3.

Externæ caussæ impedimentorum caussa, & earum expensio. cap. 4.

Secunda caussa expensio. cap. 5.

Ruteni in Lituania. cap. 6.

Tertia caussa expensio. cap. 7.

Quartæ caussæ expensio. cap. 8.

Quinam errores à D. Thoma tribuantur Græcis. cap. 9.

Error de processione Spiritus Sancti maximus. cap. 10.

Errores qui facile possunt emendari. cap. 11.

De Variis Græcorum, & Latinorum ritibus. cap. 12.

Quinta caussa de Kalendario Romani emendatione. cap. 13.

Obiecta auctoris de Gregoriano Kalendario diluuntur. cap. 14.

Sexta caussa De falsatis libris Patrum. c. 15.

Falsati Codices Græci Patrum. cap. 16.

Septima caussa affertur. cap. 17.

Octaua caussa expensio. cap. 18.

Commoda ex Græcia in Ecclesiam inuecta. cap. 19.

Non esse exiguas Græciæ Reliquias. cap. 20.

De Nuptijs, & usu Matrimonij in Sacerdotibus Græcis, & Rutenis. cap. 21.

Nonam Caussam esse Defectum doctrinæ. c. 22.

Libri qui legendi ab his qui Græcos iuuare volunt. cap. 23.

Ratio agendi cum Græcis. cap. 24.

Concionator in Creta quam concionem habuerit. cap. 25.

Vsus melior um Auctorum, cap. 26.

Græcæ linguæ necessitas, & vtilitas. cap. 27.

Ratio discendæ linguæ Græcæ, cap. 28.

LIBER SEPTIMVS.

De iuuandis Hæreticis.

Methodus necessaria ad hæreses expugnandas. cap. 1.

Quinam hoc seculo pro Christiana religione scripserint. cap. 2.

Thomas Stapletonius quomodo huius seculi hæreses enerierit. cap. 3.

Robertus Card. Bellarminus contra hæreticos qua methodo sit vsus. cap. 4.

Prælegendæ controuersiæ ad confutandas hæreses. cap. 5.

Alteram docendarum controuersiarum rationem esse breuiorem, & qualem. cap. 6.

Quæstionibus hæreticorum quonam modo respondendum. cap. 7.

Petri Fabri Epistola de decem Societatis Iesu fundatoribus epistola de modo agendi cum hæreticis. cap. 8.

Cum quibus hæreticis mitius sit agendum. cap. 9.

Notas falsorum, ac verorum Magistrorum, & caussas hæresum pranosticas. cap. 10.

Num expediat, vt quemadmodum Ecclesiæ permissu leguntur libri nonnullorum veterum Patrum, qui in errores aliquos incidérant, sic & hæreticorum libri voluantur. cap. 11.

Iis, qui Theologiam alicui non degustarunt, quinam libri percommodè ad hæreses iugulandas. cap. 12.

Cum Hussitis, & eiusmodi alijs quonam modo agendum. cap. 13.

Artes hæreticorum deteguntur. cap. 14.

Iudicium de Augustana Lutheranorum confessione, cuius varietas, & pene antegnana prodigia in apertum, interius examinantur. cap. 15.

Variationem eiusdem confessionis Augustanæ ab ipsismet hæreticis agnitam, atque ab eorum plerisque eandem confessionem fusse retractam. cap. 16.

Nihil

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00012

CAPITVM.

Nihil verum, aut Euangelicum esse in Augustana Lutheranorum Confessione. cap. 17.

Damnationem eiusdem Confessionis Augustana ab omnibus, esse argumentum eandem confessionem nihil esse. cap. 18.

Ex Lutheri missione, qui Confessionem Augustanam primus texuit, effici hanc a Diabolo fuisse, ac proinde ad illam non esse confugiendum. cap. 19.

Historici, & Theologi huius seculi, qui Confessionis Augustanæ variationes, & impostu ras vel indicarunt, vel euidentissimis rationibus ex Dei verbo petitis refutarunt. cap. 20.

Examen Picardicæ Sectæ, quæ mixta est ex Lutheranis, Caluinianis, & Anabaptisticis hæresibus. cap. 21.

Confessio Picardorum anno 1574. edita. c. 22.

De Numero, & differentia Sacramentorum in Picardis. cap. 23.

Piccardi & quid Zonais sint quo suas sordes tegerent. cap. 24.

Piccardo ecquid de sua Ecclesia sentiant. cap. 25.

Rationes decem quibus fretus certamen adversarys obtulit in caussa fidei Edmundus Campianus è Societate Iesu Presbyter & martyr ad Anglicos Academicos. cap. 26.

Prima Ratio explicatur. cap. 27.

Secunda Ratio. cap. 28.

Tertia Ratio. cap. 29.

Quarta Ratio. cap. 30.

Quinta Ratio. cap. 31.

Sexta Ratio. cap. 32.

Septima Ratio. cap. 33.

Octaua Ratio. cap. 34.

Nona Ratio. cap. 35.

Decima Ratio. cap. 36.

Gilberti Genebradi aduersus Centuriatores Magdeburgenses succincta, & constans Doctrina Catholica per singula secula collecta. cap. 37.

Auctores aliquot, qui aduersus hæreses, siue schismata scripserunt. cap. 38.

LIBER OCTAVVS.

De Theologia & Atheismis hæreticorum.

Atheismorum origo & progressus. cap. 1.

Atheismus primus Lutheri, quo Iesu locum de Christi Diuinitate falsa interpretatione depraua. cap. 2.

Atheismus secundus Lutheri, & Caluini contra Sanctissimæ Trinitatis nomen & inuocationem. cap. 3.

Atheismus tertius Lutheri contra nomen homoousion, siue consubstantialem à Patribus Niceni receptum. cap. 4.

Atheismus quartus Melanchthonis aduersus essentiæ Diuinæ vnitatem, ac personarum qualitatem. cap. 5.

Atheismus quintus Caluini continens hæresis Sabellianæ & Arcanæ quadam semina, hæresimq; nouam antiochenorum. cap. 6.

Atheismus sextus Lutheri, Melanchthonis, & Schwedelini contra Diuinarum personarum qualitatem. cap. 7.

Atheismus septimus Caluini, & Bezæ duas in Christo personas insuantium Christi, humanitatem omni super hominem gratia, spoliantium passionis Christi efficaciam, Deique omnipotentiam negantium; Lutheri item Deum passum affirmantis; Caluini rursus, & Melanchthonis Christo anxietatem & dubitationem tribuentium; Brentij denique atque Beæ verba D. Luca Act. 2. depranantium. cap. 8.

Atheismus Octauus Lutheri, Brentij, aliorumque Lutheranorum Christi humanitatem Diuinitati aquantium doctrinam Catholicam de Communicatione Idiomatum adeoque complures Symboli articulos conuellentium. cap. 9.

Atheismus Nonus Lutheri, Melanchthonis, & aliorum contra arbitrij libertatem. cap. 10.

Atheismus decimus Lutheri Doctrinam Catholicam De animarum post mortem locis labefactantis, & Caluini Deum peccatorum caussam essecrantis. cap. 11.

Atheismorum colluuies à Luthero, & Caluini discipulis Nearianis, Sabellianis, Samosatenicis, & Hebionitis in orbem Terrarum illatum. cap. 12.

Summa colloquy cum nouis Arianis Petricouiæ in Comitys in Regno Poloniæ habiti 1556. ante Dominicam quæ dicitur Lætare. c. 13.

Felicitationes aliæ Arianorum & Antitrinitariorum in Transsyluania aduersus Deum. c. 14.

Summa, & refutatio pestilentissimorum duorum librorum quos Transsylunici ministri contra Sanctissimam Trinitatem euulgarunt. cap. 15.

De Sacris Dei imaginibus, deq; ipsarum multiplici vsu. cap. 16.

De duplici cultu qui Dei imaginibus à Catholicis exhibetur. cap. 17.

Reliqua munera Trinitariorum. cap. 18.

Trini-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00013

Trinitarijs vtam strauit Erasmus. cap. 19.
Arianismus quomodo in Mundum inuectus est. cap. 20.
Haretici qui scripserunt contra Arianos, potissimè scripserunt. cap. 21.
Errores Trinitariorum diluuntur. cap. 22.
Quare Christus dicatur Xc̃ secundum impios Arianos. cap. 23.
De Verbo Deo increato. cap. 24.
Antiqui patres ex Gentilibus Scriptoribus Diuinitatem Verbum confirmarunt. cap. 25.
Cur necesse sit in Deo ponere aternum verbum. cap. 26.
Duplex verbum esse oris, & cordis ostenditur. cap. 27.
Sanctissimæ Trinitatis Mysterium credendum, etiamsi id mens nostra non capiat. cap. 28.
Quid dicant Transsilanici esse Filium, & Spiritum Sanctum. cap. 29.
Francisci Dauidis impia Theses refutantur. cap. 30.
Francisci Dauid Trinitarius qua morte sublatus ex hoc Mundo. cap. 31.
Antitheses hæreticæ perfidiæ contra singulos articulos ortodoxæ fidei à Doctore Edoro Cass. M. Confessario maiore ex parte conscripta. cap. 32.

Guilielmi Parisiensis loca quibus optime agit aduersus errores aliarum legum, quæ Christianæ aduersantur. cap. 12.
Præmuniendi quomodo Religiosi, vel Clerici, qui ad Turcas commeant.
Libri inuenti in Classe Turcica. cap. 14.
De gentibus, ac præcipue Indis noui Orbis, deq; eorum tribus classibus. cap. 15.
Prima classis Indorum qui à rectâ ratione non recedunt. cap. 16.
Secunda classis Indorum, minus politicorum. cap. 17.
Tertia classis Indorum. cap. 18.
Quomodo hi ad Christū adducendi sint. c. 19.
Gentium in nouo orbe conuertendarum rationes variæ. cap. 20.
Conuersio Indorum Opus diuinum fuisse. c. 21.
Non esse deserendum tantum opus, quantumcumque improbi homines viuãt inter Indos. cap. 22.
Difficultas linguarum superanda. cap. 23.
Non esse in hoc negocio deserenda humana præsidia. cap. 24.
Auctores commodi iuuandis Indis. cap. 25.
Sinenses quomodo iuuandi, ubi de iis historia. cap. 26.
Libri Sinensium de moribus initium. cap. 27.
Catechismi Sinensium capita. cap. 28.
Sinensium propensio erga diuinam legem. c. 29.

LIBER NONVS.

De; iuuandis Iudæis, & Mahometanis, ac ceteris gentibus.

Damna quæ ex Iudæis prodeunt. cap. 1.
Remedia ad eos iuuandos. cap. 2.
Cautiones nonnullæ cum ijsdem adhibendæ. cap. 3.
Scriptores antiquiores aduersus Iudæos. cap. 4.
Reliqua spectantia ad Rationem agendi cum Iudæis. cap. 5.
Quæ à Gregorio XIII. decreta sunt ad Catechumenos è Iudæis iuuandos. cap. 6.
An Iudæi infantes inuitis parentibus sint baptizandi, uel ab ijs auferendi. cap. 7.
Quinam modo ducendi sint qui inter Turcas & Saracenos uariarum gentium commorantur. cap. 8.
Quinam scripsere aduersus errores Mahometanorum.
Lingua Arabica necessitas ad iuuandos Turcas. cap. 9.
Rationes alio iuuandi Turcas. cap. 10.
Duplex quasi Turcarum genus & quomodo agendum cum utrisque. cap. 11.

LIBER DECIMVS.

Qui est de Ratione procurandæ salutis Iaponiorum, & aliarum Orientalium gentium.

Rationem esse initar lucis eius, dam qua intellectus humanus in percipiendis, & iudicandis rerum differentijs illustratur. cap. 1.
Vnum esse primum principium intelligentia prædituum. cap. 2.
Cur Iaponij in errores de primo rerum principio prolapsi sint; de quo vera, & certa doctrina tradatur. cap. 3.
Humanum Cor non esse unam, & eandem rem cum primo principio, id quod Iaponij docebant, unde sequebatur post hanc vitam nullum superesse præmium, aut pœnam. cap. 4.
Quæ de apparente (quam vocant Iaponij) doctrina, docent, ea esse falsa & absona, neque Cami, Fotoque, Zacham, & Amidam posse in hac, vel alia futura vita dominari, ac proinde nullam esse felicitatem, quam Iaponij docent.

Leges

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00014

CAPITVM.

Leges à Ethnicis latas, esse falsas, & iniquas, salutem per eas nullam conferre, eorum cultores damnatum iri. cap. 6.

Christianorum legem, & doctrinam fuisse latam & traditam à Deo. Ex hac una vera, rectam, & certam vtuendi normam extitere, quæ homines ad salutem semper nam adducat, curq; fides necessaria sit. cap. 7.

Vnus Deus, tres personæ, generatio, processio æterna, Mundi creatio, Casus Angelorum, & hominum. cap. 8.

LIBER VNDECIMVS.

De ratione procurandæ salutis Ethnicorum, & aliarum Orientalium gentium.

Præstantia Decalogi & cur vnaquaque natio eum seruare debeat. cap. 1.

Præsidia ad Diuinam legem obseruandam in sacramentis constituta. cap. 2.

Christi legem obseruantibus quadnam præmia, non obseruantibus autem quanam pœna futura sit. cap. 3.

Christus patiens, & resurgens. cap. 4.

Cur pauperes elegit Deus ad sui legem Mundo promulgandam. cap. 5.

Resurrectio Mortuorum, & Iudicium extremum. cap. 6.

Paradisi gloria, & Inferorum pœna. cap. 7.

Capitum Primi Tomi Bibliothecæ Selectæ FINIS.

LIBER DVODECIMVS.

De Philosophia, qui initium est secundi Tomi Bibliothecæ Selectæ.

Num Philosophiæ studium reijciendum sit ob incertas philosophorum sententias propter quas plerique à Diuina veritate recesserunt. cap. 1.

Ex eorum quæ sunt siue è realium entium generali consideratione, ac partitione, Philosophiæ item partitionem cerni posse, quæ expedit, vt principio quadantenus eis innotescat, qui recte sint in philosophicis studijs informandi. cap. 2.

Varias ab antiquis philosophis traditas esse philosophiæ partitiones, siue distributiones, è quibus duæ præcipuè huc adferuntur. cap. 3.

Origo philosophiæ, instrumentaque noscendarum rerum homini à Deo collata. caput 4.

Cur non eandem methodum omnes adhibuerint eidem perquirendæ, cum eadem omnibus insita sint facultates. cap. 5.

Veritatis à Deo reuelatæ necessitas præter lumen naturale, quo rerum veritatem per philosophiæ studium venamur. cap. 6.

Idem alijs rationibus probatur, & obiecta refelluntur. cap. 7.

Moysis libri de Mundi principijs cur ante philosophiæ studium præ noscendi. cap. 8.

Et sanctis Synodis petenda sit ratio studiorum philosophiæ. cap. 9.

Noscendis variis philosophorum opinionibus vtilitas, & cautio. cap. 10.

De Eunapio, & alijs qui de Vitis philosophorum scripserunt. cap. 11.

Præmisse, quis qua ætate Philosophus vixerit ante stricte eidem, commodum esse ad Philosophiæ aditum. cap. 12.

Collatio Diuinæ Philosophiæ cum humana è D. Augustini epistola tertia ad Volusianum. cap. 13.

Ratio quæ in disceptando instituenda. c. 14.

Præcautio in proponendis, aut soluendis quæstionibus cum inuicem disceptatur. cap. 15.

TRACTATIO SECVNDA.

De Platonica Philosophia.

Quanam Platonis obiecta. cap. 1.

Quanam pro Platone soleant responderi à quibusdam. cap. 2.

Quid aliq; addant pro Platone. cap. 3.

Ecquid de Platone rectius sit sentiendum. c. 4.

Ordinem, & collocationem Dialogorum Platonis prius esse constituendum, quam quis ad eum versandum, & agnoscendum qualis sit, accesserit. cap. 5.

Rerum tractandarum ratio apud Platonem in suis Dialogis. cap. 6.

Dictio, & forma, seu figura loquendi in Platone. cap. 7.

Quæ aduersus Platonem, vel pro ipso. De forma dicendi dicta sunt à quibusdam. cap. 8.

Platonica eloquentia decepios antiquos Patres, quibus venenum in Platone latens agnoue runt, palmodiam cecinerunt. cap. 9.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00015

Platonis Interpretes quinam, & quales.c.10.
Catalogus Interpretum Platonis.cap.11.
Quinam conciliare Aristotelem cum Platone vel attentarunt, vel polliciti sunt.cap.12.
Ioannis Baptistæ Crispi iudicium de Platone ab optimis quibusq;, ac vere doctis magnifaciendum. cap.13.
Iudicium Phavy de Operibus Aenesidemi Pyrrhony.cap.14.

TRACTATIO TERTIA

Qua agitur de Aristotelis Vita, Doctrina, Interpretibus, ac Versoribus; Vbi & de Methodo, ac de cautionibus ad veram Philosophiam cum pietate iungendam.

QVæ de Vita, Moribus, & Doctrina Aristotelis fuerint tradita. cap.1.
Obiecta Aristotelis a Melchiore Cano non prorsus vera. Alij autem aduersus doctrinam Aristotelis quid adhuc scripserint. cap.2.
Tertia Cani obiectio, & solutio. cap.3.
Quarta Cani obiectio, & solutio. cap.4.
Quinta obiectio Cani. cap.5.
Sexta obiectio Cani.cap.6.
Aliorum obiectio aduersus Canum. cap.7.
Aristotelis Philosophia Patroni quid pro Aristotele dicant. cap.8.
Quid reuera de Aristotele sit sentiendum. cap.9.
Quid notandum in Aristotele. cap.10.
Alios Persos sua emendasse. cap.11.
Aristotelem, si viueret nunc, aliter de multis rebus esse scripturum. cap.12.
Partitio librorum Aristotelis. cap.13.
Ratio genuini sensus eruendi ex Aristotelis dictis. cap.14.
Aristotelis interpretes quomodo legendi, vel proponendi auditoribus. cap.15.
De Auerroe quid sentiendum. cap.16.
Qualis nam Arabica interpretatio Auerrois. cap.17.
In Auerrois editione quomodo sit peccatum. caput 18.
De præcipuis Aristotelis interpretibus iudicium. cap.19.
Aliorum monita in tractando Aristotele. c.20.
De aliis quoque Interpretibus Aristotelis. caput 21.
Quibus in rebus disquirendis extra fides periculum exerceri possint ingenia. cap.22.

TRACTATIO QVARTA.

De eadem Aristotelis Philosophia.

QVænam alia præmonenda sint cum propius ad expendendum Aristotelem ventur. cap.1.
Interpretum aliquot Elenchus, qui velint universam Aristotelis Philosophiam, vel in plures illius partes scripserunt. cap.2.
Præmonito, & cautio ante Dialecticæ, ac Logicæ explanationem. cap.3.
Catalogus primus Scriptorum, qui in libros alios Logicos, & in Porphyrij Isagogen scripserunt. cap.4.
Catalogus secundus Auctorū, qui de rebus ad Logicam pertinentibus aliquid scripsere. cap.5.
Præmonitio, & cautio ante Elenchum Interpretum rerum naturalium & physices. caput 6.
Quomodo explicanda sint Physica Aristotelis. cap.8.
In naturalem Philosophiam, quinam vel partitiones, vel laudes, vel introductiones, aut methodos, vel summas, & argumenta scripserunt. cap.9.
Scriptores in octo libros Physicorum Aristotelis. cap.10.
Expensio librorum de rebus naturalibus, quos Iacobus Zabarella edidit. cap.11.
In libros de Cælo, & alios ab Aristotele scriptos, tam Commentaria quam quæstiones, & alios Auctores, qui conferunt ad eosdem libros intelligendos. cap.12.
Interpretes in libros de Generatione. cap.13.
Interpretes in libros Meteorum. cap.14.
Præmonitio ad Aristotelis libros de Anima. cap.15.
Cognitionem non ex sola rebuttia, sed expiss sum stem mentis vi, & actione pendere. cap.16.
Interpretes in libros de Anima. cap.17.
Interpretes in Parua naturalia. cap.18.
Interpretes in libros de historia animalium. cap.19.
Interpretes in libros de partibus, & generatione animalium. cap.20.
Interpretes in Problemata. cap.21.
Interpretes in Ethica, & iudicium de quibusdam eorum. cap.22.
Interpretes Politicorum librorum. cap.23.

Ad

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00016

CAPITVM.

Ad Metaphysicen præmonitio. cap. 24.
Num omnes quatuordecim libri Metaphysices sint Aristotelis. cap. 24.
Num ordinata sit methodus quæ in libris Metaphysicorum habetur. cap. 26.
Quanam in omnibus libris Metaphysicis Aristotelis tractentur. cap. 27.
Cautio in Metaphysicæ studys. cap. 28.
Quorundam scripta in Metaphysicen. cap. 29.
In Mechanicas quæstiones Aristotelis.
Auctores alij superioribus libris intelligendis commodi. cap. 31.
In Poeticam Aristotelis quinam scripserint. cap. 32.
In Rhetoricen Aristotelis, quinam scripserint. cap. 33.
Aegidij Columnæ Romani Cardinalis, Animadversio, & censura errorum quos Ethnici Philosophi suis scriptis inseruerunt.
Aristotelis errores præcipui. cap. 34.
Aristotelis errorum epilogus.
Aristotelis alij errores. cap. 35.
Averrois errores præcipui. cap. 36.
Avicennæ errores præcipui. cap. 37.
Algazelis errores præcipui. cap. 38.
Alchindi errores præcipui. cap. 39.
Rabbi Moysis errores præcipui. cap. 40.
Auctores qui de rebus naturalibus scripserunt, quos, philosophiæ commodant, quæue in ijs cautiones adhibendæ, ac primum de Theophrasto cap. 41.
De C. Plinij secundi historia Mundi libris, deq; cautionibus ad eum. cap. 42.
Quanam summatim insunt in C. Plinij secundi historia mundi singulæ mundi singulis libris. cap. 43.
Alij qui de varia historia, & præsertim de plantis scripsere. cap. 44.
Auctorum aliquot nomina qui de Fossilibus, & alijs rebus Naturalibus libros ediderunt. cap. 45.

LIBER TERTIVS DECIMVS. De Iurisprudentia.

Origo Iuris. cap. 1.
Interior de origine Iuris expensio, ac de legum origine Diuinarum. cap. 2.
Æquitas legum. cap. 3.
Sententiæ ex lure Ciuili, de Benignitate, Æquitate, Rigore. cap. 3.
Respublica e quarum notitia æquitas comparari potest. cap. 5.
Corporis Iuris Ciuilis universalis partitio. c. 6.
Institutionum Iuris Ciuilis Materia, partitio, cautiones. cap. 7.
Cautiones aliæ vtilissimæ. cap. 8.
Græcæ linguæ necessitas. cap.
Methodus, & ratio interpretandi Institutiones Iustiniani. cap. 9.
Aptatio pietatis ad libros Iustiniani exponendos. cap. 10.
Pandectæ. cap. 11.
Septem partes Pandectarum ex Iustiniani partitione. cap. 12.
Cautiones de altera parte Pandectarum, in Digestum Vetus, & Infortiatum Nouum. c. 13.
Cautio altera de Pandectarum ordine inuerso, vel turbato, vel corrupto textu.
Cautio ad inueniendas in Pandectis leges accommodata, & de Iurisconsultis veteribus. cap. 14.
Cautio de Iurisconsultis veteribus.
Codex Iustiniani, vbi, & de Gregoriano, & Hermogeniano, & Theodosiano. cap. 15.
Nouellæ. cap. 16.
De Iuris Ciuilis Interpretibus. cap. 17.
De Tractatibus in iure scriptis. cap. 18.
De Tabulis sequentibus admonitio. cap. 19.
Iuris vniuersi distributio. cap. 20.
Consideratio Viri Iurisprudentissimi Guidonis Panciroli in superiores tabulas de Iurisprudentia. cap. 21.
Tabula librorum Iuris Ciuilis à Vigelio conscripturam seriem, ac ordinem complectens. cap. 22.
Rationes cur superior tractatio de Iurisprudentia non vnam methodum complexa sit; Respondetur item ad ea, quæ à probis utris prudenter quæsita, vel dubitata sunt. cap. 23.

LIBER QVARTVS DECIMVS. De Medicina.

Prælogium ad Methodum Medicinæ.
Origo Medicinæ. cap. 1.
Partitio eiusdem. cap. 2.
Necessitas, Vtilitas, Nobilitas eiusdem cap. 3.
Methodum Medicinæ non vnam esse. cap. 4.
Methodus studendi Medicinæ. cap. 5.
Qualis auditor Medicinæ esse debeat. cap. 6.
Insignores aliquot Auct. Medicinæ quinã. cap. 7.
De Hippocrate Coo. cap. 8.
Hippocratis editio emendatior sive Græca, sive Latina. cap. 9.
Methodus Hippocratis ex aliis. cap. 10.
Obseruanda in libris Hippocratis. cap. 11.
De Dioscoride Anazarbensi. cap. 12.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00017

De Galeno Pergameno. cap.13.
Præcognoscenda, & præmanenda in Galeno. c.14.
Galeni error. cap.15.
Tertius error Galeni. cap.16.
Aristoteles, Theophrastus, Plinius, Aetius, Promotus, Neapolius, Democritus, Cornelius Celsus, & alij quidam, quonam in loco sint habendi. cap.17.
De Cornelio Gemma Medico eiusq; tribus libris de arte Cyclognomica. cap.18.
Methodus consulendi; sine (ut aiunt) colligendi. cap.19.
Methodus interrogandi ægrotos. cap.20.
Methodus medicamenta componendi. cap.21.
Methodus Medendi unde. cap.22.
Summa Ioannis Fernelij Methodi Medendi. cap.23.
Methodus Christianè medicinam adhibendi. cap.24.
Considerationes aliæ, & cautiones à medicis in suis cordibus altissimè imprimendæ. cap. 25.
Capita alia magni momenti de Christiana, & tuta medendi ratione. cap.26.
Deum ad Misericordiam allici visendis ægrotis. Cap.27.
Catalogi Auctorum qui de Medicina scripserint à quibusnam prodierint.
Antony Possevini Iunioris Philosophi, ac Medici Mantuani qui Fratris, Auctoris Bibliothecæ filius fuit, Theorica Morborum libri quatuor, heroico, & eleganti metro conscripti.

LIBER QVINTVS DECIMVS.

De Mathematicis.

Mathematica generatim vbi, quænam eorum necessitas, unde dignitas, & utilitas. cap.1.
Disciplinarum Mathematicarum certitudo quonam. cap.2.
Origo, Diuisio, Occasio pietatis, & cautiones in Mathematicis. cap.3.
Arithmetica princeps inter Mathematicas, Methodica eius expensio. Quinam contra illam, aut de illa viri celebres scripserint. cap.3.
Auctores aliquot qui de Arithmetica scripsere. cap.4.
Musica ordo inter Mathematicas disciplinas, subiectum eius, & Methodus: Auctores ali qui de Musica, Practica, & Speculativa. cap.5.
Prater Euclidem, & alios Methodum Musices à duobus recentioribus sat brevem fuisse scriptam. Et quæ ex S. Augustino ad infinuandam è Musica pietatem elici possit occasio. cap.6.
Auctores, qui scripsere de Musica Practica, & Speculativa.
Euclidis Musica, quæ olim mutila Græce, & Latinè prodierat in lucem per Ioannem Pennam Regium Mathematicum; nunc ab Antonio Possevino Societatis Iesu, multis in locis restituta, e Vaticana Bibliotheca, ac Fulvij Vrsini Manuscriptis Codicibus Græcis; Nota item ad Marginem addita. cap.7.
Geometria, & Astronomia, Quive de ijs scripserunt. cap.8.
Instrumenta rerum Mathematicarum. cap.9.
Astrologia iudiciaria refutatio. cap.10.
Quinam præcipuè ex Patribus aduersus Astrologiam Diuinatricem scripserunt. cap.11.
Quibusnam legibus prohibiti sint Astrologi Diuinatores. cap.12.
Prater Sanctos Patres, & Theologos penè omnes fuisse, & excunte, & hoc seculo, qui iudiciarios istos astrologos optimè confutarunt. cap.13.
Ex his omnibus effici, eos quoque fide lapsos fuisse, qui Historiam cum Astrologia iudiciaria conciliare voluerunt. cap.14.
Quales habendi sint, qui superiore seculo scripserè pro Astrologia iudiciaria aduersus Io. Picum Mirandulanum, eam confutantem. cap.15.
Architecturæ origo. cap.16.
An ædificandi vsus petendus sit ex uno Vitruuio. Num item ex Salomonici templi, quæ olim extabat structura? cap.17.
Architecturæ partes, atque diuisio: quanam spectanda prius quam ædificia inchoentur, præsertim ea, quæ ad viros religiosos attinent. cap.18.
Cosmographia, & Geographia; vbi methodus eas tradendi, quive de ijs egerint. cap.19.
Quinam recentiores introduxerunt in Geographica tradiderunt. Qua occasione agitur de ratione eam docendi, atque discendi. cap.20.

LIBER

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00018

LIBER DECIMVS SEXTVS.
De Apparatu ad omnium gentium historiam.

HVmana historia, necessitas, & commoda.cap.1.
Historia quid, ac quotuplex, & quid quaque contineat. cap.2.
Historiæ partitio altera ex Eustracio in Dionysium, de situ orbis.cap.3.
Historici officia quanam ex Dionysio Halicarnasseo. cap.4.
Regulæ ad explorandam fidem, ac veritatem historicorum.cap.5.
Indicia alia ad veritatem historicorum dignoscendam. cap.6.
Quinam inter alios scripserunt de ratione condendæ historiæ.cap.7.
Quinam in vsu, atque Dauid Chytræus, de lectione historiæ instituendæ scripserint, observanda sint, & cauenda. cap.8.
De Ioannis Bodini Methodo historiæ. cap.9.
Vtde audiendo lectio historiæ.cap.10.
Quinam primo scripsram Mundo reliquis historiam, quive alij Chronologiam, siue Epitomen vniuersalis historiæ conscripserint.cap.11.
Dignitates Occidentalium & Orientalis Imperij quales fuerint, promendas eas qui vnicè salem primo, ac deinde particularem historiam superiorum seculorum fructuose legere velint, easvero etiam a Vido Pancirolo nouo iuris peritissimo in lucem fuisse nouissime emissas.cap.12.
Quo animo præstrim a nullis tibus, & viris alijs nobilibus ad legendas historias sit accedendum.cap.13.
Cautiones aliæ vniuersales in legendis historijs, earumque

SECTIO SECVNDA.
Qua agitur de Historicis, qui Græce, uel de Græcis, siue de alijs gentibus scripserunt.

AD Græcas historicos legendos cautiones.cap.1.
Ad historicos, qui Græcè, ac præcipue Græca scripserũ intelligẽdos quæ conferant.c.2.
Herodotus Halicarnasseus. cap.3.
Quanam edita Græca, & Latina siue alia versio Herodoti Halicarnassei sit emendatior. cap.4.
Copendiũ, & rectus historiæ Herodoti vsus.c.5.
Thucydides.cap.6.
Quidnam viri docti senserint de Thucidide. cap.7.
Thucydidis interpretes, & Scholiastæ quinam, deinde quenam Græca ipsius editio emendatior, quæue illum in alias linguas verterunt. cap.8.
Collatio Herodoti, ac Thucydidis ex Dionysio Halicarnassæo.cap.9.
Xenophon.cap.10.
Georgius Gemistus, qui consecutas res texuit. cap.11.
Polybius.cap.12.
Dionysius Halicarnasseus. cap.13.
Diodorus Siculus.cap.14.
Iosephus Iudæus.cap.
Plutarchus.cap.15.
Appianus.cap.16.
Dio Cassius.cap.17.
Herodianus Alexandrinus.cap.18.
Ioannes Zonaras.cap.19.
Nicephorus. cap.20.
Laonicus.cap.21.
Nicetas.cap.22.
Nicephorus Gregoras.cap.23.
Ioannes Cantacuzenus.cap.24.
De Pachymerio, Cedreno, Glyca, Constantino Manasse, & Gregorio Cyropalatis.c.25.
Zosimus.cap.26.
Iornandus Gothus Episcopus.cap.27.
Procopius.cap.28.
Agathias Scholastikus Smyrnæus.cap.29.
Suidas.cap.30.
Historicorum Græcorum quorum mentio, vel compendium extat apud Photium in eius Græca Bibliotheca.

TERTIA SECTIO.
Qua agitur de historicis, qui Latine de Romana historia, sed & de aliis gentibus scripsere, vbi, & celebriores historici Latini, atq; alij quidam Itali expenduntur.

AD Romanam historiam per seriem temporum legendam, intelligendam, expendendam, & ad usum adhibendam, quænam conferant, cap.1.
Ordo legendi Romanam historiam per tempora non seriem.cap.2.
Caroli Sigonij ratio legendi Romanam historiam per tempora non seriem. cap.3.
De Romanis Imperatoribus plura, & quidem ordine.cap.4.
Quintus Curtius, quinam.cap.5.
Caius Sallustius Crispus. cap.6.
Caius Iulius Cæsar.cap.7.
Cautio, & præmonitio ad Cæsaris Cõm. cap.8.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00019

Castigatior editio, & interpretatio Cæsaris vnde, & vbinam prodyit; deinde, & cautio de Francisco Hotomanno, qui notas ad illum edidit. Cap. 9.

Scriptores aliqui ad Cæsaris Commentarios vtile intelligendos, atque ad vsum adhibendos magnopere conferunt. cap. 10.

Cæsaris Ponsa quibus sinam rectius exposita. cap. 11.

C. Cæsarem, de quo mentio fit in libris de Oratore, non fuisse Cæsarem Dictatorē. cap. 12.

Titus Liuius, & eius editiones, atque interpretes. cap. 13.

Caius Velleius Paterculus. cap. 14.

Marcus Valerius Maximus. cap. 15.

Caius Suetonius Tranquillus. cap. 16.

Cornelius Tacitus. cap. 17.

Caius Plinius Iunior. cap. 18.

Ammianus Marcellinus. cap. 19.

Sextus Aurelius Victor. cap. 20.

Sextus Ruffus. cap. 21.

Paulus Orosius Hispanus. cap. 22.

Marcellinus Comes. cap. 23.

Beda Anglus. cap. 24.

Anastasius S. R. E. Bibliothecarius. cap. 25.

Sextus Iulius Frontinus. cap. 26.

Aemilius Probus. cap. 27.

Lucius Florus. cap. 28.

Iulius Capitolinus; Aelius Lampridius, Trebellius Pollio, Flauius Vopiscus, Aelius Spartianus, Volcatius Gallicanus. cap. 29.

Caius Iulius Capitolinus. cap. 30.

F. Aelius Lampridius. cap. 31.

Trebellius Pollio. cap. 32.

Flauius Vopiscus. cap. 33.

T. Aelius Spartianus. cap. 34.

Volcatius Gallicanus. cap. 35.

Flauius Eutropius. cap. 36.

Paulus Diaconus. cap. 37.

Iustinus qui Trogum in Epitomen redegit. cap. 38.

Paulus Aemilius. cap. 39.

Philippus Cominæus. cap. 40.

Franciscus Guicciardinus. cap. 41.

Paulus Iouius. cap. 42.

De Carolo Sigonio, Martino Chromero, Onuphrio Panuino, & aliis. cap. 43.

Ioannes Petrus Maffæus. cap. 44.

Iacobus Bosius. cap. 45.

Hieronymus Bubeus. cap. 46.

Cæsar Baronius S. R. E. Cardinalis. cap. 47.

Marcus Velserus. cap. 48.

Vincentius Burginus. cap. 49.

Barnabas Brissonius, Lupitus Massonus, Ioannes Mariana, & alij huius modi insignes historici. cap. 50.

SECTIO QVARTA.

De historicis vel suppositiuis, vel non veracibus.

De Beroso, Metasthene, Philone de temporibus, ac de Annio, deq. alijs qui circumferuntur, quid sentiendum, quidve in eis cauendum sit. cap. 1.

De Philostrato qui Apollonij Thianei vitam scripsit. cap. 2.

De Amadisio, & alij eiusmodi scriptoribus. cap. 3.

De Theatro vitæ humanæ cum multiplicem habeat historiam cautio. cap. 4.

Nicolai Machiauelli Opera, quæ iustissime prohibuit Ecclesia, erroribus, & historys adimpretatem deturpatis referta. cap. 5.

De Luthero, Melanchthonis, Ioan. Cartonis, Gaspæris Peucer, Danidis Chytræi Chronologis, deque Io. Sleidani historia, eiusq. è Gallica lingua versio in Latinam Philippo Cominæo, quid sentiendum. cap. 6.

Cautionem credendis historijs quas Ioannes Cariatinus, & alij citant, ut ad suas hæreses ita tuendas sibi fictas iam. cap. 7.

Centuriæ Magdeburgenses, & librum Matthiæ Flacci Illyrici de translatione Imperij, non historias, sed mendacia, & impostiuras continere. cap. 8.

SECTIO QVINTA.

Qua agitur de Historicis qui vel de Europa generatim, vel de variis eius prouincijs, rebus nimirum gestis, in ijsdem historias scripserunt.

Historici de Europæ generatim. cap. 1.

Historici de rebus Italicis generatim. cap. 2.

Historici de Regno Neapolitano. cap. 3.

Historici de rebus Venetorum. cap. 4.

Historici de Aquileiensibus, & Forciuliensi regione. cap. 5.

Historici de rebus Etruriæ, siue Thusciæ, seu Tyrrhenorum. cap. 6.

De rebus Florentinorum. cap. 7.

De rebus Senensibus, & aliis. cap. 8.

De rebus Genuensium, & Lygurum. cap. 9.

De

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00020

CAPITVM.

De rebus Longobardorum, siue de Gallia Cisalpina, quæ vulgo dicitur Lombardia. c.10.

De rebus Mediolanensium. cap.11.

De variis Ciuitatib. Gallia Cisalpina, ac Subalpinæ. cap.12.

Historici De Hispanicis rebus ad quas item Lusitania pertinent. cap.13.

Quæ Sepulueda scripsit de Era Hispanorum, quæue aly rectius, quod quidem attinet ad historiam Hispanicam recte intelligendam. cap.14.

Historici Gallicarum rerum, ad quas pertinent Celtæ, Belgæ, & Franci, qui Rhenò, Pyreneis alpibus, & vtroq; mari, hoc est Oceano, & Mediterraneo alluuntur. cap.15.

Scriptores qui fere Gallico idiomate historias licet etiam de alijs quæ ad Galliam non pertinent, texuerunt: per seriem Alphabeti. cap.16.

Historici aly de rebus Belgicis, siue Germaniæ inferioris, præter eos qui superiore capite indicati non pauca de Belgicis item rebus iam persecuti. cap.17.

Historici Daniæ, Norwegiæ, Gothiæ, Sueciæ, Vandaliæ seu Finlandiæ. cap.18.

Historici antiquiores, siue item recentiores, qui de alys Cochis, Kandalis, Albanis scripserunt. cap.19.

Historici Germanicarum rerum. cap.20.

Historici Sueticarum rerum. cap.21.

Historici Austriacarum rerum. cap.22.

Historici Bauaricarum rerum, siue Boicarum. cap.23.

Historici Saxonicarum rerum. cap.24.

Historici Bohemicarum rerum. cap.25.

Historici Silesiæ, & Moraniæ. cap.26.

Historici rerum Polonicarum. cap.27.

Historici Lituanorum, & Liuonum. cap.28.

Historici Rutenorum, & Moscorum, siue Moscouitarum. cap.29.

Historici Hungaricarum, siue Pannonicarum rerum, vbi, & de Transsiluanicis. cap.30.

Historici Illyricarum rerum, Slauicarum, siue (vt vocant) Sclauonia, cap.31.

Historici Rerum Macedonicarum. cap.32.

Historici Rerum, quæ in Thracia vel ex ea foris contigerunt, cap.33.

SECTIO SEXTA.

Complectens Historicos qui gesta in Asia conscripserunt.

Historici Asiaticorum rerum generatim. cap.1.

Historici de rebus Colchidis, cap.2.

Amazonum Scythicarum, & Sauromaticarū, & aliorum populorum prope, vel vltra, vel citra Ponti Prouinciam. cap.4.

Cappadocia, & Galatia. cap.5.

Rerum Troianarum, & Dardaniorum, ac Phrygum. cap.6.

Mysorum. cap.7.

Ephesiorum. cap.8.

Ionum. cap.9.

Aeolum, siue Aeolicarum, & Milesiorum. c.10.

Magnetum, siue Magnesiorum, cap.11.

Cariæ. cap.12.

Lydorum vbi Sardiani, & Trallani. cap.13.

Lycaoniæ, siue Lyciæ. cap.14.

Ciliciæ siue Ciliciæ, & Pamphiliæ. cap.15.

Syriæ, Phœniciæ, Palæstinæ, Iudææ. cap.16.

Phœnicum. cap.17.

Palæstinæ, quæ Iudæam, & Samariam continet. cap.18.

Arabum, siue Arabiæ. cap.19.

De Hegira, quam in notandis temporibus vtuntur Mahometani, & Arabes. cap.20.

Historici qui de Turcicis rebus. cap.21.

Historici de rebus Persicis. cap.22.

Scytharum ac Tartarorum, siue de Tartaricis rebus. cap.23.

Indorum, siue de rebus Indicis. cap.24.

Historici Chaldæorum, siue de rebus Chaldæicis, cap.25.

Assyriorum. cap.26.

Medorum, & Parthorum, cap.27.

Sinensium, & Iaponiorum. cap.28.

SECTIO SEPTIMA.

Historici de rebus Africanorum, vel in Africa gestis, & Insulanorum qui tum in Oceano, tum in mari Mediterraneo viuunt. cap.1.

Historici Africanarum rerum recentiorum. cap.2.

Aethiopicarum rerum, siue Aethiopum. cap.3.

Historici Aegyptiacarum rerum, siue Aegyptiorum. cap.4.

Historici Insularum aliquot, siue Insularum Maris Oceani. cap.5.

Historici aliarum Oceani Insularum. cap.6.

Insularum Sarmaticæ, Asiaticæ, & Scythicæ. cap.7.

Insularum Balthici maris. cap.8.

Insularum maris Mediterranei. cap.9.

Appen-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00021

Appendix Heteroclitorum Ciuitatum aliquot quamuis & aliquot ipsarum mentio facta sit supra. cap. 10.

LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

De Poesi, & Pictura Ethnica, Humana, & Fabulosa, collata cum vera, honesta, & Sacra.

QVinam de Poetica scripserunt, siue Graece, siue Latine. cap. 1.
Quadam de Poetica Iulij Cæsaris Scaligeri expensa. cap. 2.
Eiusdem Scaligeri Iudicium de Poetis antiquis, atque recentibus. cap. 3.
De Iulij Cæsaris Scaligeri Poematibus. cap. 4.
Graecorum monita in legendis poematibus. caput 5.
Quinam hoc seculo de Poetica scripserunt Italica lingua. cap. 6.
Poetices origo, diuisio, vtilitas, ac nunc Poetæ vocandi sint, qui de naturalibus, aut supra naturalibus, vel item de moralibus historicè, sed carmine scripserunt. cap. 7.
Vsus qualis, ac fructus Poetis Ethnicis, addantur cautiones. cap. 8.
Exempla à Patribus qui Poetarum Ethnicorum testimonijs vsi Ethnicos oppugnarunt. cap. 9.
Poetarum Græcorum antiquorum dostrior expensio, & quanam ratio eis tribuenda, ac primo de Homero. cap. 10.
De Orpheo, & Musæo. cap. 11.
De Hesiodo. cap. 12.
De Nonno Panopolita. cap. 13.
De Federico Iametio. cap. 14.
De Prospero Martinengo. cap. 15.
De Theocrito, quæ ejus sit agitur de Eclogis earumque ipsius, quam Virgilij, & aliorum, ac de nona Eclogæ specie magno iudicio, vti & pietate conscripta. cap. 16.
Ex Constantini Imp. Oratione, quam habuit ad Sanctorum cœtum, De Virgilij Eclogæ. cap. 17.
De Pindaro, & aliis Lyricis Græcis. cap. 18.
De Callimacho. cap. 19.
De Phocylide. cap. 20.
De Tragicis, & Comicis Poetis Ethnicis antiquis tum Græcis, tum Latinis, quid Dionysius Lambinus senserit. cap. 21.
De Latinis Poetis Epicis Antiquioribus, ac primum de Ennio. cap. 22.
De Lucretio Caro. cap. 23.
De Virgilio, ubi, & de vetito eius vsu. cap. 24.
Alia obseruatio de recto Virgilij vsu. Cento quid sit; ac Centonum Latinorum exempla quadam eximia. cap. 25.
De ipsa Epopœia, deq; Epicis Poematibus sacris. cap. 26.
De Ode, siue Lyricis versibus, ubi primum de Horatio, mox de Sacris. cap. 27.
De Epigrammate. cap. 28.
De Elegia. cap. 29.
Elenchus aliquot Poetarum, qui vel de rebus sacris vel certe haud obscœnis scripserunt, quive de recto Poeseos vsu egerunt. capui 30.
Macarij Mutij Camerinis libellus De recta Poeseos ratione, qui plusquam centum abhinc annos scripsit. cap. 31.
Idem Macarius De recta Poesi. cap. 32.
Macarij Mutij De triumpho Christi ascendentis ad Cælum. cap. 33.
Pictura similis Poesi. Eius finis. Præsidia. vnde. cap. 34.
Quinam pingendi præcepta tradiderunt Antiqui, & recentes. cap. 35.
Ioannem Andream Lilium, & Bartholomæum Ammanatum Architectum. & Sculptorem Florentinum alia de recte pingendis, imaginibus præcepta tradidisse. cap. 36.
Vnde Aerisices Christi Dominipatientis, & Martyrum to mentas festissime, & magno cum merito posint exprimere. cap. 37.
Rationes cur Pictoribus, ac Plastis, si salui esse velint, abstinendum sit à pingendis imaginibus, & efformandis Statuis, quæ lasciuam, vel falsorum Deorum memoriam renouent, amores item, atque insanias, aut inepcias Christiana religione indignas spirant. cap. 38.
Scriptores Emblematum, Numismatum, Signorum militarium, siue aliorum, quæ, vel nudis symbolis, vel breuibus sententijs adiectis & propositis, speciliter quadamtenus ad Pictoram. cap. 39.

LIBER DECIMVS OCTAVVS.

Qui inscribitur Cicero.

SVmma & methodus Epistolicæ Institutionis. cap. 1.
De Ciceronis Epistolis. cap. 2.
Ex Demetrio Phalereo De Elocutione. cap. 3.
Libanij Sophistæ Græci Epistolarum characteres in Latinum vers. cap. 4.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00022

CAPITVM.

De Elegantia, & ornatu Epistolarum ex Libanio. cap. 5.

De Epistolarum exordio, & propriys materijs vniuscuiusque generis. cap. 6.

Genera, siue Argumenta Epistolarum. cap. 7.

Gregory Nazianzeni Epistolarum varij characteres cum aliquibus eorum argumentis. cap. 8.

Basily Magni Admonitio ad Scriptionem Epistolarum pertinens. cap. 9.

Ciceronis Epistolarum Partitio, & Genera. cap. 10.

Collatio Epistolarum Ciceronis cum alijs tum Ethnicis, tum Sacris Scriptoribus. cap. 11.

E Iuste Lipsij monitis Institutionis Epistolicæ quanam vtiliter petenda. cap. 12.

De materia Epistolarum varia, eiusque sectione. cap. 13.

Inuentio, & Ordo. cap. 14.

De sermone, siue elocutione, & stylj modo. caput 15.

De Sermone distincte, vbi & de Imitatione, & de Auctoribus, qui aliquando legendi. c. 16.

De excerptis, quo ordine ea instituenda, & à quibus singula carpenda. cap. 17.

De Expressione, & formatione stylj per tria genera imitationum. cap. 18.

De imitatione Ciceronis, & vniuersè è præstantibus huius seculi Viris. cap. 19.

E Francisco Pico, cum quo Celius, Gulielmus Budæus, & alij sensisse visi sunt. cap. 20.

De Senecæ Operibus, & Epistolis. cap. 21.

RHETORICA vbi obiter de Ethnicis, qui antiquitus, & de Christianis qui rectissimè hoc seculo de Arte dicendi scripserunt, ac primum de Cicerone. cap. 1.

Antiqui Rhetores Latini alij, qui de Arte dicendi egerunt. cap. 2.

Vtilitas è Græcis ad eloquentiam comparandam. cap. 3.

Recentiores aliqui conuncti cum antiquis Latinis, & Græcis vtiles comparandæ Artis dicendi. cap. 4.

Monita ad Methodum Artis dicendi tradendam. cap. 5.

Vnde Ars dicendi coniungenda sit cum pietate. cap. 6.

Alij qui de Rhetorica Ecclesiastica scripserunt. cap. 7.

Gulielmus Parisiensis de Rhetorica Diuina. caput 8.

Ex 95, qui de Arte dicendi scripserunt Italicè, Iasonem Norem optimè quedam tradidisse, & quanam. cap. 9.

Generis Demonstrativi Tabula.
Generis Deliberativi Tabula. } eod. cap. 9.
Generis Iudicialis Tabula.

Orationes M.T. Ciceronis: In quibus primo confertur Cicero cum Demosthene. cap. 10.

Ecquid amplius in hac collatione Ciceronis cum Demosthene sit optandum. cap. 11.

Collatio Oratorum Ethnicorum cum Prophetis, & cum Sacra Eloquentia. cap. 12.

Collatio Ciceronis cum S. Io. Chrysostomo. caput 13.

PHILOSOPHICA M. Tullij. cap. 1.

Ciceronis Editio emendatior, & aliqui in eum Interpretes.

Auctorum Elenchus eorum, qui varias Lectiones, Miscellaneas, & alia eiusmodi ediderunt.

Lexica, siue Dictionaria Græca, & Latina lingua.

LECTO-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00023

LECTORI.

SI in hoc Opere in aliquos Auctores incideris, quos suspiceris esse prohibitos, eos scito à nobis aut fuisse notatos, vt ij caueantur, aut intelligi tantummodo legendos, qui à sancta Sede Apostolica, vel ab ijs, quibus id demandauerit, expurgati iam sint, vel expurgabuntur.

Errata verò, quæ eudendo intercíderunt, adiecta sunt Indici, qui ad calcem secundæ Partis est positus.

VIRI DOCTRINA, ET PIETATE ILLVSTRES, qui mandato Reuerendiss. P. M. Bartholomæi Mirandæ Ord. Prædicatorum, & Magistri Sacri Palatij, Bibliothecam Selectam Auctoris pro sua quisque parte, examinarunt, & approbarunt.

Marcus Antonius Maffa I.V.D. & Abbas, apud Illustriss. & Reuerendiss. Card. Cusanum.

P.M. Bernardinus Algoreta Theologus, & Procurator generalis S. Bernardi in Hispanijs.

P. Antonius Agellius Ordinis Clericorum Regularum, seu Theatinorum.

Doctor Hieronymus Vitalis Hispanus, olim cathedraticus Barchinonensis.

Don Consaluus Ponce, de Leon, Hispalensis, Archid. Talauerensis in Ecclesia Toletana. I. V. D.

P. M. Petrus Ioannes Saragoza Ord. Prædicatorum, & Socius Reuerendiss. Mag. Sacri Palatij.

D. Federicus Metius apud Illustrissimum, & Reuer. Card. S. Seuerinæ, nunc Episcopus Termularum.

D. Petrus Morinus, apud Illustrissimum, & Reuerendiss. Card. Veronæ.

Approbatio Reuerendiss. quorum est inspectio ad eudendos libros.

P. Antonius Episcopus Auellinen. Vicesgerens. } Imprimatur.

F. Bartholomæus Miranda sacri Palatij Magister. }

CLAVDIVS AQVAVIVA Præpositus Generalis Societatis IESV

Ant. Possevino eiusdem Societatis.

DILECTE IN CHRISTO Frater. Cum BIBLIOTHECAM tuam SELECTAM, quam scripsisti, ad pietatem, methodum, atque vsum bonorum Auctorum spectantem, examinari à præcipuis Societatis nostræ Theologis, Philosophis, & alijs peritis fecerimus; in eaq; nihil repertum sit, quod sanæ Doctrinę aduersetur: quin etiam intellexerimus, OPVS hoc, esse ad DEI gloriam peritiles; concedimus tibi licentiam, vt possis eam in lucem edere, præsta illorum approbatione Reuerendiss Superiorum, ad quos hoc spectat. Porro, vt isdem, & aliis, ad quos hoc ipsum pertinere possit, hæc nostra voluntas cóstet, hasce literas patentes manu nostra subscripsimus Sigillo Societ. nostræ obsignari iussimus. Romę die XVI. Aprilis. M. D. XCII.

Locus Sigilli.

Claudius Aquauiua.

CAVSÆ

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00024

CAVSSAE,

OCCASIONES,

ET IDEA OPERIS.

QVOD nescio, an ab ullo hactenus factum sit, ut tractandi selectiores libros certam & vnicuique propriam cum pietate rationem, tum qui sese dant disciplinis interioribus, tũ Christiani Principes, vel alii sine vllo salutis periculo, & verò breuius atque facilius, assequerentur, id, Deo adspirante, aggredior penè coactus. Virium enim mearum imbecillitatis planè conscium, atque ideo quærentem diu, si quis onus istud, quantum satis esset, susceptisset, nec tamen consecutum, non una me impulit causa, ut manum denique ipse Operi admouerem. Ea prior, quòd cum breuissimæ huic uitæ propemodum immensi librorum in vnaquaque facultate acerui obijciantur, ingenia meliora distinentur in ancipiti, quinam, quo tempore, loco, ordine, aut quatenus versandi; num item plerique legendi, abiiciendiue sint.

Posterior autem, quòd Diuinam quoq; & Ecclesiasticam historiam alii super alios aceruati commentarii, notationes, glossemata, centuriæ, Bibliothecæ fallacissimis (licèt in speciem pulcherrimis) typis editæ incredibili aliquot Regnorum pernicie, deprauarunt, & mira hæreticorum, Rabbinorum, atque ethnicorum farragine permixtos, humanis ingeniis semper noua quærentibus, hactenus obtruserunt: cùm interea methodum, & uerarum seriem historiarum ac disciplinarum, emendatiores quoque typos, & fideliores interpretes, cautiones denique ad pietatem (quæ potissima homini à Deo, & ad Deum facto, debet esse ratio libros deligendi, ac legendi) prorsùs omiserint.

Attigi causas: dicam occasiones. Et hę enim (spero) alicuius erunt ponderis apud probos: ut neque, mirentur, à me attentatum hunc partum, cui multorum sudor, ac præstantium in uariis Disciplinis hominum ductus, subsidio fuerunt; & verò gaudeant fore, ut plerique, quibus est angusta res domi, vel vberes desunt Bibliothecæ, hinc sine incommodo, sine sumptibus, aut periculis itinerum non pauca assequantur ex quæ tùm ijs, tùm ex celebrium Academiarum Archiuis eruere potui.

Ea

Ea igitur, quod vix aliquem fugit, ratio est instituti Societatis nostræ, vt, qui in hac degunt, mittantur identidem ad varias Orbis partes: è quibus aliquos pro Diuinitùs concessa cuiq; mensura, manipulos in Ecclesiæ horreum importent. Quod cùm non solùm in Europa inter Catholicos, atque hæreticos: verùm etiam in nouo Orbe inter gentes continenter fiat, plura ex aliorum ordinum in eadem rem studio, atque ex ipso vsu addiscunt, quę deinceps paulò attentiùs collecta, & rectè disposita, nemo negauerit vtilissima esse futura legentibus. In hac ergo Societate cùm non paucos annos, Deo miserante, vitam egissem, ipsæque res, quasi per sese mihi occurrerent, habui, quæ vndequaque colligerem ad id, quòd cùm in animo multò antea insedissiet, altiores in dies, sed & meliores agebat radices, vnde maturior fœtus aliquando ad frugem assurgeret. Et in hæresum bellorumque ingentibus Galliæ (ubi primo penè decennium insumpsi) turbinibus, cùm tanquàm ex lapidum collisione hinc præstantissima mica rent ingenia, illhinc fortissima sacerdotum pectora sanguinem pro fide Catholica effunderent: hæretici autem datis non dexteris, sed sinistris, infinitos horribili diligentia libros indies emitterent, victoriæque tamen è prælijs Diuinam sæpius pro Religione Catholica sententiam testarentur, acutissimi erant stimuli notandis, ac nisi imitandis, æmulandis certè melioribus; quorum posteà labores, scripta, sanguinem, rationes asseruarem iis, qui hęc aptare possent, ad aliquam supellectilem, qualem optabam, rectissimè disponendam. Cum iterum quinquennium functionibus illis vniuersę Societatis nostræ officium mihi prælatum fuit, vndè licebat rationes elicere, suosque in locos referre, quas per integros quadraginta annos, fidei, bonisq; artibus, inter Catholicos, hæreticos, ethnicos importandis, eadem Societas nostra, Iesu duce, inuerat. Quibus comparatis alterum decennium variis itineribus fuit impendendum. Ardebat nempè incredibili desiderio Gregorius XIII. Ecclesiæ vniuersæ vigilantissimus in terris Pastor, vt quoscumque posset quaquauersum cogendis ad Ouile oribus, indefesso studio, & plenissima liberalitate mitteret. Tùm igitur mihi quoque (quando & luto tamquàm collyrio vtitur Deus) parendum fuit ei, cuius auctoritati ac fidei post Deum, omnino, (cùm alia omnia mi hi deessent) erat innitendum. Et si verò plura mihi mœrorem augebant, cadentia passim Regna cernenti: solatio tamen erat, quæ ubiq; sese dabat occasio in Germania, Polonia, Hungaria, Transyluania, Russia, Moscouia, antea verò in Regnis adhuc interioribus Septemtrionalibus, Suecia, & Gothia, obseruandi quæ ad pietatem restituendâ facere possent, & ad id, quod moliebar, fortasse maturius aliquando concoquendum. Patuere enim Bibliothecæ, Archiua, & pii conatus Regum, atque colloquia, quantùm satis erat instituto nostro, hoc est, populis per ea quæ pietatis sunt, ac pacis, & veratum scientiarum, iuuandis. Eo igitur absoluto decennio, quadriennium penè cùm vsendis iterùm aliquot Academiis operam dedissem, nec dùm verò sese mihi offerret liber, quem cupiebam, in hanc tamquàm Bibliothe-

Auctor ex prima decē nii commoratione in Gallia nanci sci primam cepit occasionem conflandę huius Bibliothecę.

Fr. Archiuis & laboribus Socier. Iesu cuius fuit Secretarius pe neralis. ferēdam nāciscī tur occasionē pęrturien rem huius la boris.

Decennio in tegro missus a S. Sede A postolica ad varias Prouincias, & Regiones, tertia auctus est oc casionem va ria colligendi, quæ ad hunc laborē perficiendū pertinebant.

Quatuorannos Auctor post lapsum nes vsgiam quinque in-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00026

bliothecam, propriosq; pluteos intuli, quæ apud me erant, nè si cursus hic vitæ mihi præcideretur, laboribus non tàm meis, quàm alienis frustrarentur, qui hinc tamquam ex delineatione, vel melioris formæ Opus effingere, vel aliquem fructum, aut certè solidam voluptatem capere poterunt. Porrò si quid in hoc Opere minùs aptè obrepsit, id sanè meum fuerit; sed tamen ità dictum, aut omissum, vt nec vmquàm cogitauerim alicui minimum afferre detrimentum, vel iniuriam: nec quoniam complurium libri auctorum silentio prætermissi sunt, id vllus suspicetur improbè factum. Neque enim volumen immensum congerere ex omnibus volui, qui alia ratione, quàm ceteri, hoc scripsi, Scriptoribus (vt aiunt) classicis, & ijs, qui magis necessarij videbantur, nunc contentus, ne ordinis claritas infuscaretur. Neque verò omnes libri peruenerunt ad meas manus; cùm, etiamsi plures peruenerint, hoscè nec tempus fuit sic perlegere, ut perpenderem; vel de iis iudicium ab Ecclesia, vel cordatissimis viris exquirerem, quemadmodum & de alijs feci, & Selectæ Bibliothecę nomen ratioque poposcerat. Ac tamen cum post primam editionem, D. mihi bonitas decennium aliud vitę concesserit, quo item Sacrum Apparatum contexui, erit tum ex hac pleniore Bibliotheca, tum ex illo, ut aliqua multo minus, quàm antea, desiderentur.

uisse aliquot Academias, ut earum cõsilijs in hoc opere exquirerem & auxi li, sine quæ ra occasio fuit absoluẽ di huius ope ris.

CVR SELECTÆ BIBLIOTHECÆ *nomine inscriptus hic liber.*

CEterum ne quis in ipso Operis limine suspenso sit animo, cùm Bibliothecæ Selectæ inscriptionem legerit, hæc habeat. Ex ijs, quos habemus, qui Bibliothecę nomine suos libros prænotarunt, fuere Diodorus Siculus, Photius Constantinopolitanus Archiepiscopus, Sixtus Senensis. nam hæreticos nostri temporis, qui hac in re nien bona fide laborarunt, missos facimus: quemadmodum item suis posteà locis agetur de iis, qui uitas, uel labores virorum illustrium posteritati commendarunt Diogenes Laertius, Eunapius, Suidas, Philostratus, Plutarchus, Dio Chrysostomus, & alij.

Diodorus Siculus cur suos libros Bibliothecam inscripsit.

Et Diodorus quidem, ut legentium alliceret animos, vberrimam historiarum quasi penum pollicitus, contrà quàm alij fecerant, qui singula sibi argumenta tractãda proposuissent, historicę Bibliothecę titulum suis de historia libris adscripsit, quos & Bibliothecas fuisse nominatas, auctor est Plinius. Collegit enim (ut scribit Eusebius) siue (vt inquit Iustinus) contraxit, & in compendium redegit, quę alij totos mille centum & triginta octo annos variis scripsere temporibus: Id quod planiùs de ipso singillatim erit postea dicendum. Sanè verò, si quis Herodotum, Ctesiam, , Thucydidem, Xenophontem, Theopompum, Ephorum, Philistum, Callisthenem, Timæum, aliquosque huiusmodi, unum in locum ordine intulisset, historicam meritò Bibliothecam vocasset: quę tantò habita fuisset

Eusebius in proœ. lib. 1. de præparat. Euangel. ἐν τούτοις τὰς ἱστορίας συλλεξάμενος.

c instru-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00027

instructior, quantò detractis plutibus, quoniam eadem à pluribus repere rentur, aliquis è tot monumentis suæ ueluti corpus historiæ conflasset, addidisset autem multa, quæ oculatus ipse testis vidisset; cùm etiam loca ille perlustrasset, in quibus eadem gesta, quæ narrabat, accidissent: quæ res ad historicam narrationem plurimùm confert. Quod cùm Diodoro conti gisset, qui Asiam & Europam peragrauerat, historicam hanc Bibliothecam uerius condere potuit.

Photius autem alteram plurium (vti præfert inscriptio) librorum abs se perlectorũ Bibliothecam reliquit, quæ ideò μυριβιβλος est dicta, de qua fusius in Apparatu nostro sacro locuti sumus, in verbo Photius.

Tertiam habemus à Sixto Bibliothecam, in cuius octo libris agit de numero, partitione, & auctoritate Diuinorum voluminum; de scripturis & Scriptoribus, quorum in sacris ijs volumnibus fit mentio; de arte exponendi sacrosanctа volumina, ac de Catholicis eorum Expositoribus; cùm reliqua spectent ad notationes, ac censuras in Expositoribus veteris & noui Testamenti, & aduersus eos, qui hæc oppugnarunt. Sed & de hac in Apparatu eodem nostro planius egimus.

Hieronym. Athanasius. Plinius. Athenæus.

At alij alia maluere nomina suis libris inscribere, licèt & ipsi materias diuersas congessissent, vel plurium auctorum eximios labores indicassent. Hieronymus Catalogum scriptorum Ecclesiasticorum; Athanasius librorum Diuinæ Scripturæ Synopsim; alij (vt inquit Plinius) Musas, Pandectas, ἐγκυκλιον, λειμωνα, πιναξιδιον, hoc est, Enchiridium, Pratũ, Tabellam: Athenæus Dipnosophistas, hoc est eruditorũ hominum cœnas, quos inter cœnandum disputantes facit de piscium natura, & vsu; de vocabulorum explicatione; de oleorum vniuerso genere; de animantibus omnibus; de historiæ Scriptoribus; poetis sapientibus; instrumentis musicis; iocorum innumeris modis; poculorum differentijs; Regum opibus, nauium magnitudine, & alijs plurimis. Reliqui vel lucubrationes, vel Noctes, vel Caenas, vel Dies geniales, vel Saturnalia, vel Locos communes, vel Theatra & ideas, Plateas uniuersales, Artes mirabiles, siue Cyclognomicas; (ne quid modo dicam de Margarita philosophica, quæ postea facta est auctior) Apparatus, & huiusmodi alia nominarunt. De quorum aliquibus suo egimus loco.

Nos secuti priores illos, maluimus hoc, quidquid ex aliquo nostro studio profectum est, sub Bibliothecæ nomine apparere. Ex pluribus enim, quam Diodorus, & his eminentissimis, principes rerum & gestorum materias, aut contraximus in unum, aut propria monstrauimus loca, & (quod caput est) quem ad vsum docenda, discendaue essent, conati sumus ostendere, cùm ipsis oculis hausissemus, req; ipsa tractassemus (quando id nobis ab eodem Gregorio XIII. tum Christi Vicario, scripto ac voce mandatum fuerat, ut diligentissimè efficeremus) quæcumque aut ad cognoscenda inuectæ olim Christianæ religionis exordia, vel ad huius cadentis causas, vel ad rationes ipsius restituendæ, vel ad initia varijs in regnis atque prouincijs

Quid mãdato Põt. Max. Auctor in variis pronuncijs, indagauerit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00028

uincijs restituræ, ac denique latius propagandæ spectare poterant. Et cùm per Amanuenses è Pontificijs Seminarijs, atque aliunde fidissimos licuisset plurima consequi, cernere, discernereque, quæ profectò ex antiquis auctoribus antea lecta, minimè tamen omnino percipiebam; præsertim quę ad causas, & occasiones, scaturigineſque hæresum & dissidiorum, æstusque Dæmonis, tum in spargendis hæresibus, tum in auertendis à recto populis, pertinebant; mihi lanè (ut ita dixerim) quasi cœcutienti, aperuere oculos. Id in Moscouiæ commentarijs ijs, quæ ad quorumdam hæreticorum depellendas calumnias coacti fuimus edere, & alijs in libris experientur, qui legerint; vel eàdem occasione, qua nos missi fumus, easdem aliquando prouincias obierint. At cum Diodori, quæ non prodierunt, & Photij, atque ante eum Hieronymi, & Athanasij, Ioannis autem Tritemij, & reliquorum, qui hoc seculo scripsere, Sixti item, quem amicum, & de sua Bibliotheca mecum in Gallijs agentem habui, atque aliorum humanas & Ecclesiasticas historias callentium, vel libros, vel scripta necdum in publicum data, & sententias uel audierim, vel legerim, Pantagathi, Onuphrij, Sigonij, Mureti; & ante omnes Gulielmi Sirleti Cardinalis, ac Fuluij Vrsini de Romana historia (ut de pluribus alijs) optimè meriti, æquissimum erat, ut potius Bibliothecam facerem, quæ non tam recognita (nec enim altera huic similis mihi innotuerat) quàm Selecta diceretur, quòd hac, præter methodum, ac pietatis indicium, quisquiliæ auctorum, qui aduersus pietatem scripserant, aut ablegarentur, aut notarentur. Iam verò item necessarium fuit, ne, qui ab Hieronymo, siue Iosepho, atque ab alijs antiquitus celebrati, iniuria temporum intercederant, extare putarentur; propterea quòd paucos ante annos reuiuiscere visi sunt, Berosus, Manethon Aegyptius, Megasthenes, & alij, qui ab Annio Viterbiensi suppositi, fucum ipsi quoque Sixto Senensi, & viris alijs doctis sic fecerunt, vt Diuinæ, humanæque historiæ auctoritas & fides conuelli possint, si quis eis mordicus inhæserit. Erant præterea quasi de facie pernoscendi auctores ij, quos uel pudor, modestiaque, & inuidię declinatio, ac proximorum vtilitas, vel exercitationis ratio, vel improbitas, aut hæresis egit, ut nullos, aut falsos operibus suis titulos præfigerent. Mouerat enim Gregorium Theologum cupiditas intelligendi sententiam legentium suos de Fide libros, vt anonymos ederet; Paulum, ut sine nominis inscriptione epistolam ad Hebræos scriberet, quibus sese nosset infensum ob neglectas Pharisæorum traditiones, & Mosaicas cęremonias: Saluianum Massiliensem Episcopum, inanis gloriæ fuga, qui sub nomine Timothei Episcopi scripsit parænęticos libros ad Ecclesiam toto Orbe diffusam; Lyrinensem, iuuandi proximos desiderium, qui aduersus profanas hæreticorum nouitates aureum librum sub Peregrini titulo foras dedit, quò libentius ab hæreticis peregrinarum rerum auidis, legeretur. Sed hęc suis quibusq; locis liquidius constabunt. Antiquis autem & bonis auctoribus at-

Quinta occasio abſoluendi huius operis.

Commentarii Moscouię ab Auctore cõscripti.

Greg. Nazia. in præf. libri de Fide.

Paulus. Saluianus. Lyrinenſis.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00029

Vide Sixti Bibliothe. S. Ctam ad finē quarti libri.

tributos ab hæreticis libros, cùm Sixtus, & alij, tum Robertus Bellarminus Cardin. Opere de hæresibus absolutissimo (de quo sæpius dicendum erit) permultos quasi detracta larua, tamquam pestilentissimos, reddidere manifestos, ne quos amplius hypocrisi fallant.

ORDINIS RATIO IN SCRIBENDA hac Bibliotheca Selecta.

A Divina historia cuius exceptum sit.

AC licèt poteram ab ijs incipere, quæ ad humanam Historiam spectant; mox sensim per aliarum quasi gradus historiarum, ad Diuinam ascendere: iustissimis tamen causis adductus, vbi de Hominis dignitate, ac cultura ingeniorum, & alijs ad parandos ad varias disciplinas animos necessarijs, priore actum est libro, à Diuina incœpi: qua constituta, ueluti norma & perpendiculo, nil esset denique ceterarum aut historiarum, aut disciplinarum, quin ex ea perpendi rectissimè posset. An nec verò quidquam est vnde potius ordienda lectio sit, quàm vnde manarunt omnes historiarum & scientiarum fontes, naturaque ipsa & religio cum omnibus virtutibus, quibus excoluntur animi; bella item, quæ dextera Domini semper inuicta præliata est; denique unica & verissima Rempublicarum, & Regnorum forma, aut infusa est humanis mentibus, aut nostris ipsis oculorum aspectibus obiecta? Et bis mille quidem ac septingentos amplius annos, exteræ atque alienæ à Deo gentes ignoraruntˢ hæc gesta: quippe terrirma caligine demersus Mundus, antiquissima esse putauit, quæ à Gentilibus scripta sunt, ab eo tempore, quo Iudices in Iudæa Rempublicam, siue illam veterem Sinagogam administrarunt. Adum inde auream ætatem comminiscebatur, ne posterarum quidem rerum, quę maximè erant scitu dignæ, aliquid commemorauit, nisi quod inuolutum fabulis, & obscuratum, obliuione penè obsitum iacebat in tenebris. Præstantissimas interea res illas, quæ antecesserant, de Deo, de Mundi creatione, de hominis conditione, deque legibus, & sacrificijs, ac reliquis, altissimè nescuit. Hæc igitur omnia complectitur Diuina historia, quam os Domini loquutum est; in qua sunt vetustissima veterum, certissimaq; omnia, & perpetua magnarum, conuenientissimarumque ei, qui ad imaginem Dei creatus est homini, rerum series atque connexio; locupletissimus videlicet supellectilis æternæ thesaurus.

Diuinæ historiæ præstantia.

Lib. 2. Bibliothecæ Selectæ.

Quamobrem cum esset ab Historia Diuina inchoandū, eius auctoribus, origine, partitione, ac hostibus quoque, qui eam oppugnarunt, indicatis, suas quibusque partibus vel cautiones, vel interpretum nomina adiecimus, ne alibi conquirendi essent, vel inemendati, ac fœtentes erroribus prius tractarentur, quàm ij, quos iam Diuina ope habemus castigatores, sicut in Apparatu Sacro monstrauimus. Eadem autem opera, & quasi ductu, discrimen inter Diuinam, atque ethnicas historias ostendimus, vt ex istis eo ipso tempore multa intelligi possint, quæ sine Diuinæ historiæ lumine

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00030

mihi obsita fabulis & tenebris, legentium ingenia trahunt in mirabiles
tricas. Eandem rationem in Scholastica Theologia secuti, vtilissimum,
atque ad omnium captum forte exilitinauimus, si proprias etiam tractatio
nes adtexeremus de Theologia practica, seu conscientiæ casibus; de con-
troversia item cum Iudæis, cum Græcis, cum hæreticis, & atheis, cum genti
bus, nouiq; Orbis terrarum incolis, aut alijs eiusmodi. Quibus tractatio-
nibus, quæ non tam in libris meliorum auctorum perspicere licuit, quàm
quibus ipsi nos, aut ceteri Societatis nostræ interfuerunt, dilucidè conati
sumus exponere; vt si quis à Sede Apostolica, vel aliunde ad eos inuandos
allegarentur, facile consitaret, qua quisque ratione ad fidem orthodoxam,
atque pietatem, Deo in primis adspirante, affici possent. Vberem certè,
qui ea legerint, habebunt de statu huius seculi historiam, consiliaq; & ra-
tiones à Pont. Maximis, atque à Christianis Principibus, & à Religiosis vi-
ris adhibita. Quæ cùm absolutissemus; iam ipsius Ecclesiasticæ historiæ
partes, & auctores erant attingendi, qui & res antiquitus in Ecclesia ge-
stas, & Martyrum, atque aliorum Sanctorum vitas, & Synodos posterita-
ti reliquerunt. Quem quidem ad locum Bibliothecæ ius Pontificium spe
ctat: At verò hoc ad Apparatum Sacrum retulimus. Iam de Philosophia
vniuersè, deque primarijs eius tractatoribus, Platone, atque Aristotele, &
horum interpretibus; mox de quibusdam naturalis historiæ scriptoribus,
Latinis, & Græcis, agentes, non omissis aliquousque Mathematicis descen
dimus ad Medicinam, de qua primò generatim, quod ad originem, par-
titionemque spectabat, deinde de Hippocrate & Galeno, atque alijs, me-
thodos varias in medendo homine assecuti, & scripsimus, & vndè eruta
sint, ingenuè, (si quid nondum adhuc in lucem venerat,) aperuimus. Re-
stabat Iurisprudentia, librorum mole, rerumque aliarum multitudine one
rata, ac tantùm non oppressa: quæ licèt locum fortasse alium ordine do-
ctrinæ obtinuisset, nos tamen ijs de caussis, quas olim in prima editione
indicauimus, Tractationi de Philosophia præposueramus. Ac vbi de ve-
ra Iuris origine, deq; æquitate, & quibus potissimum artibus comparetur,
tùm de generali Corporis Ciuilis in sua membra, siue libros partitio-
ne tractatum fuit; mox egimus de Institutionibus Iustiniani, quave ratio-
ne ad hæc studia docens, ac discens sese comparare debeat, quive initio ha
bendi sint interpretes ad manus; deinde singillatim de Pandectis, de Codi-
ce, de Authenticis, seu Nouellis, de Feudis, de interpretibus Græcis & Lati-
nis vetustioribus, & recentioribus, de Tractatibus, & illorum sanioribus
editionibus: Quibus omnibus adiunctę suis quibusque locis cautiones, siue
ad declinandas hæreses bonis libris inspersas, siue ad rectissimam viam
indicandam, quę ferat ad eruditionem, atque pietatem; cùm etiam scripto-
res aliquos de Rebus publicis indicauerimus: Iuris denique veniuersam di-
stributionem addiderimus emendatam, quæ quidem visa esset omnibus
esse perfectior, quęvè materias quaslibet tum oculis illicò subiiciat, tùm lo-
ca, vbi iacent, ostendat.

Lib. 2. Bibl. Selectæ & relianæ.

Humana

De humana historia.

Humana igitur historia fuit postrema, cuius etiam è celebrioribus Historiographis quasi epitome contracta, quam à nostris Catholicis hæretici quidam furripuerant, tædium quisque in legendo lenier, resq; penè omnes anteactas breuiore temporis spatio percurret: cùm etiam quid in vnoquoque sit eorum, qui Romanas antiquiores texuerunt historias, quod inuicem respondeat, dedimus operam, vt esse in promptu, ne quis aliarum rerum lectione, quas complexi sunt, fatigaretur, atque in auia dilapsus, semitam earum amitteret, quas cuperet integras animo comprehendere. Accessere in melioribus probatiores obseruationes, aut typi, ac de aliquibus, qui è Græco versi pessimè habebant, monstrata veritas est è Græcis, quæ adhuc iacent in Bibliothecis manuscripta, non edita. Cùm autem eorum, qui mixti dici possunt, ac methodo haud satis certa scripserunt, aliqui inter Ethnicos fuerint, qui vel adolescentum manibus teruntur continenter in scholis, vel item ab alijs libenter leguntur, iiq; proprium in Bibliotheca locum non habuissent, si cum aliqua peculiari facultate, aut historię genere locuti fuissent; alij verò spectent ad Bibliothecas. Apparatus, Theatra, seu quo alio vocentur nomine, reliqui bona fide, sed magno cum damno versentur à pleriſque, qui latens in ijs virus adhuc non persenserunt, quales plerique sunt, in quibus de religione, ac de politicis agitur; propterea horum omnium iudicium, suis locis est referuatum: qua item occasione actum est primò de humaniorum studiorũ ratione, deq. Rhetoribus, Oratoribus, Poetis, & qui hos penè contingunt, Pictoribus. Inter

De ratione humaniorũ studiorum.

priores illos Cicero fuit, cuius opera cùm in Epistolas, Rhetorica, Orationes, Philosophica, distribuantur, non solùm quid cum Græcis collatus, aut amplius, aut par præstiterit, eiusque vsum, & meliores interpretes ac typos ostendimus; sed & eatum omnium rerum artem cum auctoribus Christianis, atque in primis cum Diuina Scriptura comparantes, ingens (spero) pijs & verè eruditis fenestra est patefacta, vnde dicendi, scribendiq; sapientiam, quæ de cælo sit, consecuti, eandem alijs facillimè cõmonstrent. Quòd si eadem, ac quæ de Poetis necessariò fuere præmonenda, legerint, habebunt vnde Christianæ iuuentuti magnoperè commodent.

Hæc cùm ita sint, ne cui videatur fuisse fraudi, omissa laborum suorum, & in minutis rebus commendatio vel appellatio; meminerint legentes, Hieronymum virum eruditissimum & sanctum, cùm plurima ex Origenis scriptis, quæ non essent maculis errorum inquinata, in suos libros transfudisset, atque huius quasi furti ab æmulis accusaretur, purgasse sese,

In 4. Volum. super litter.

atientem ad vitandum lectoris tædium ea tacuisse, quæ in praefatione sua fat fuerat semel innuisse: ac tandem composito ex Terentianis versibus quasi centone, sese sic defendisse.

In præfat. 2. comment. in Michæam.

Moneo tauros pingues, qui circumdederunt me, vt quiescant, & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua.
Nam quod dicunt; Origenis me volumina compilare; &
Contaminari non decere veterum scripta;

Quod

Quod illi maledictum vehemens existimant;
Eam laudem ego duco maximam; cùm illum volo
Imitari, quem vobis, & cunctis prudentibus placere non dubito.
Si enim criminis est, Græcorum benè dicta transferre; accusetur
Ennius, Maro, Plautus, Cæcilius, & Terentius,
Tullinsque: sed & Hilarius noster furti reus sit, qui in
Psalmos quadraginta ferè millia versus supradicti Origenis, ad sensũ vertit.
Quorum omnium æmulari exopto diligentiam
Potiùs, quàm obscuram istorum negligentiam.

De me autem, etsi propter eandem ædij causam nonnunquam auctorum nomina reticui, vix dubito iustè aliquem posse conqueri; nemo enim scienter fraudatus est, sed omnium honorifica mentio facta est, à quo aliquid ad nos boni accesserit. Id autem quicquid est, & ab ipsis, & à nobis, & adeo ab ijs, qui hęc legerint, vt Deo Do mino referant acceptum, iustissimum est; quandoquidem ab eo omne Bonum descendit, qui est Pater luminum, quique dat sapientiam abundanter, & non improperati: cui omnis gloria, & honor. Amen.

ARGV-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00033

ARGVMENTVM
PRIMI SEQVENTIS LIBRI.

QUI bonis artibus se dedunt, tria prænoscant necesse est, Finem, Media, Impedimenta. Sic enim humanæ acies mentis rectà collineat, & pede inoffenso quasi; decurrit ad metam.

Finis est Sapientia, et Religio, quæ numquam dissocianda sunt.

Media, vel intrinseca quæ manant è varia ingeniorum qualitate, ac propensione: viribusque animi & corporis; vel extrinseca, quæ tum cælitus, tum in terris è viuis præceptoribus, & ex vsu rerum; e melioribus petuntur auctoribus.

Impedimenta, quòd præter peccati labem, quæ mirificè hebetat mentes, nec antea dispicitur, ecquid ferre valeant humeri: nec sedulò deinceps, nec quæ decet methodo, nec vnde oporteret, excoluntur ingenia: nec verò doctrina vel sobrie, vel ad vsum hauritur.

Priore igitur hoc libro disseritur.

De Donis, quæ largitus est Deus, vt pro cuiusque captu, ne quis ociatur; nec sibi, aut Reipub. inferat damnum: afferat autem opem, et commodum.

De Gradibus, per quos tutò ad sublimiora, et diuina conscenditur.

De veris, ac diuitibus Officiis, hoc est Academijs, et libris, è quibus Religio cum bonis artibus promitur.

His omnibus cum Satanas, Mundus, ipsique hominum affectus plerumque cœnum intermisceant, Ratio studiorum illibata ostenditur.

ANTO.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00034

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Primus

DE CVLTVRA INGENIORVM.

DIGNITAS HOMINIS, VNDE ET FINIS.

Caput Primum.

C

AGNO & excellenti ingenio viri (ait Lactantius) cum se doctrinæ penitus dedidissent, quidquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus & publicis & priuatis actionibus, ad inquirendæ veritatis studium contulerunt, existimantes multò esse præclarius, humanarum diuinarumq. rerum inuestigare ac scire rationem, quàm aut struendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere. Nam & abie esse quosdam res familiares suas, & renuntiasse uniuersis voluptatibus constat, ut solam nudamq. virtutem, nudi expediti sequerentur; tantumq. apud eos virtutis nomen & auctoritas valuit, vt in ipsa summi boni præmium esse iudicarent. Et hæc quidem illi. Quibus si lux splendidior, qualis à Dei Filio deinceps emicuit, illuxisset, ij postremum in virtute finem haud collocassent: quinetiam certò sibi persuasissent, per eamdem altius esse ascendendum, patandosq. animos ad gratiam illam excipiendam, qua mentes cum Deo iunguntur, qui est OMNE BONVM, atque verissimus finis.

In præfat. 1. lib. de falsa Relig.

D

FINIS HOMINIS.

Ac certe naturam hominis sic (ut loquar cum scholis) eleuatam Deus esse voluit, duas ut res semper appeteret, RELIGIONEM, ET SAPIENTIAM, quæ dum simul cohærerent, solidam parerent veritatem, partam custodirent, custoditam in cælum vnà cum animis eueherent. Tum verò hi gustarent plenissime, quantopere, hoc est, supra omnem modum, ab æterni illius conuiuij vbertate micæ hæ superarentur, quæ inde ad nos decidissent: Quo ne cui aditus intercluderetur, frustrave hæc tanta & tam honesta cupiditas indita fuisset, effecit, nullo vt sæculo deesset ipsi quoque Ethnici, qui sapientiores haberentur; qui eodem omnes sensu non solum de munere hoc, deq. disciplinarum præstantia testimonium ferrent, verum etiam, cum ad eas fese natos intelligerent, ad easdem equis velisq. (vt est in prouerbio) contendere niterentur. Sic Cicero dignitatem HOMINIS considerans, hunc dixit, animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij, præclaraq. conditione generatum à supremo Deo, cum quo ait, primam homini rationis esse societatem. Alij verò appellarunt, creaturarum internuntium, superis familiarem, regem inferiorum, indaginem rationis, lumen intelligentiæ, interpretem Naturæ, animal sanctum, liberum, stabile, fluxi æui interstitium, mundi copulam &

NATVRA HOMINIS.

ETHNICI.

Cic. 1. de legibus.

Persius. Danid. Dyck.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00035

Hymenæum, ab Angelis paulò dominutum; cui status ab opifice Deo rectus concessus sit, vt mens eò spectaret ac ratio, quò vultus ipse collineat: ceteroquin positum in mundi medio, vt commodius omnia circumspiciens, omnium item rerum disquirat causas; animusq. virtutibus excultus, atque in Deum recta tendens, gloria & honoro in perpetuas æternitates coronetur. A

Homini à Deo Magistri traditi. Cap. II.

SENSVS IN CORPORE. *Aristot. 3. Metaphi.*

NEc verò diuina illa solertia satis habuit, si & istos sciendi igniculos, ac reliqua mentibus inieciſſet, ni quoque ſimul ſenſus patefeciſſet in corpore, per quos ſcientia permanaret ad animos. *Omnes* (ait Philosophus) *homines natura ſcire deſiderant; atque huius ſignume eſt ipſe amor ergà ſenſus: qui licet non adhibentur ad vſum, per ſe ipſi tamen diliguntur: in primis autem qui per oculos ſit, quo præ omnibus plurime nobis differentie rerum innotescunt.* B

MVNDVS ingens volumen.

Sed & præter ſenſus, dator ille ſimplicis (ſed multiformis) ac quietæ ſapientiæ Deus condidit mundum; in quo tamquam ingenti volumine impreſsit atque expreſsit, vnde ipſa rerum magnitudo, motus, diſpoſitio, conſtantia, vtilitas, pulchritudo, temperatio, varietas in admirationem omnes raperet, atque oculus etiam rudium & ferorum hominum attolleret. Hi verò cum noſſent, non potuiſſe tanti effectionem operis, niſi à ſublimiſſima prodiiſſe majeſtate, hanc in mundo quaſi in eruditiſſima ſchola ſemper contemplarentur.

ANGELI. *Galat. 3.* Lex data eſt per Angelos in manu Mediatoris.

Addidit magiſtros tum aſpectabiles, tum inviſibiles, qui nos in ea exercerent, & obuoluram in obſcuro ueritatem explicarent, Angelos primo, deinde Principes, & illos quidem, quos cùm diuinis (vt vocant) ſpeciebus imbuiſſet, iam nulla ipſi ratiocinatione indigentes, nobis, qui ratiocinatione atque arte participamus, veritatis radios de cælo micantes iacerent; ac qui illa in luce perenni continenter verſantur, lumen haud extinguendum inter quantaſcumque tenebras præferrent. Videlicet Angelice illæ mentes, Deo & dante & mandante, cunctarum ſublunarium rerum curam gerunt, earum præcipuè, quæ neceſſariæ nobis & viles ſint. Quin & cæleſtes orbes propterea circumagunt, & quæ natura dicuntur acquiſi, hæc ijs adminiſtrantibus adipiſcimur: cum etiam pleraque nobis altiora munera à Deo impertiant. Promi videlicet & condi cæleſtis penus; vnusq. ipſorum vnicuique noſtrum cuſtos adiunctus, tamquam internuntius æterni Patris, & auferre ſatagit à nobis prauitatem noſtram, & aduerſus dæmones nos tutatur; ac quidquid agimus boni, hoc hilaris diuinum ante altare offert, ac pro nobis precatur; ſibi autem gaudens de conuerſione noſtra, gratulatur ceteris; qui nos (vt ſanctus ait Dionyſius) purgant, illuminant, perficiunt, ac ſine quibus eſſemus nequiſimi. C

Matth 18. Luc. 15. D

HOMINES. ADAMVS. *Eccleſ. 17. Magiſt. ſent. lib. 2. diſt. 23. Et ibid. S. Bonav. art. 2. quæſt. 1. & 2. S. Thom. 1. par. quæſt. 94. Hugo de S. Victore, lib. 1. de sacr. p. 1. c. 12. 13. 14. 15.* PATRIARCHÆ, PROPHETÆ. VETVS HEBRÆORVM SCHOLA.

Nec tamen uis illa bonitatis immenſa contenta his ducibus, homines deſtitit nobis uti tutores & pædagogos attribuere, qui nos pro captu noſtro in hanc vniuerſi ſcholam deducentes, tum ſcientijs & artibus, tum exemplis & libris eruditent. Inde enim factum eſt, ut cum primum Deus in animam uiuentem formaſſet Adamum, hunc omni naturalium rerum ſcientia impleuerit; vt quem ætate corporeq. perfeceſſet, vt parens eſſet omnium; eundem animo abſolutiſſimum traderet, qui omnium quos gigneret, ac proinde cæterarum gentium Magiſter eſſet futurus. Nimirum haud decuit alium eſſe eum, qui primus à diuina manu condebatur; quippe qui nec tamquam inops, ac quaſi eraſa tabula, ſcientiarum lineas, ac rerum naturas hinciende, ut nos facimus, emendicaret; ſed ſtatim phantaſmata recipere expreſſa, quæ ipſa cuiuſque ſpeciei indiuidua proprie diſtinctea. exererent, in quibus nullo cum errore uim ac naturam ſpecierum illorum contemplaretur: cumque perfecto in ſtatu fuiſſet creatus, nil ei deeſſet facultatum earum, quibus mirifice humanus animus oblectatur & paſcitur. E

Collata igitur Adamo dium illa ſupellex manauit ad poſteros per familias Patriarcharum, per Prophetas, peтq. ueteres Hæbreorum conſeſsus, à quibus unius Dei cultus & doctrina ſarta tectaq. diu ſeruata eſt. Excitati item in Gentibus, ac

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00036

A ac potissimum in Græcia, viri præstantes, qui cùm Naturæ ductu, & aliquanta ex Oriente hausta notitia, plura eruissent, hæc sequentibus sæculis commendarunt. quæ quidem etiam num vigent; ea præcipue, à quibus ablegati sunt errores, quos altius eiserant, quòd religionem cum sapientia non coniunxissent. Atqui & ipse veritatis splendor, qui è singulis rebus, tamquam vestigijs & rimis, foras erumpit, Galenum Christianis infensum adegit ad potentiam, sapientiam, & bonitatem diuinam inclamandam, humani opificium corporis, & minutas quasque particulas scrutatum. At altius Seneca, licet à Christianis haud edoctus, sed tamen à Christi latente lumine coactus, huiusmodi pene verbis Lucilium alloquitur: Apud te est Deus, tecum est, in te est; manet in vnoquoque nostrum sacer quidam spiritus, qui bona opera nostra obseruat, qui nobiscum agit, qua nos cum eo ratione agimus: nec sane
B quisquam sine illo potest esse bonus. Et alibi: Admiratus es (ait) homines ire ad Deos: admirari potius debes Deum venire ad homines, quodq. vicinius est, vt in eis maneat, nec enim sine ipso aliquid est boni. Sed & Cicero diuinam erga res omnes particulares prouidentiam testatus, quod & tot alij fecere, riuulos ostendit haud exaruisse eius sapientiæ, quę in omnium ruit amplexus qui eam concupiscunt.

GRÆCI.

CREATÆ RES OMNES. *Galenus de Vsu partium.*

In epist. 14. ad Lucil.

Epist. 74.

Lib. 2. de nat. Deorum.

Scientia à Deo. Cap. III.

VErum enimuero, vt ad antiquiores Patres reuertatur oratio, Salomon disciplinas diuinitus immitti doceus, quas & præter ordinem celerius atque emi nentius aliquorum animis Deus insillat, sic inquit: Ipse enim dedit mihi
C horum quę sunt, scientiam ueram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, & uirtutes elementorum, initiũ & consummationem & medietatem temporum, uicissitudinum permutationes, & consummationes temporum, morum mutationes, & diuisiones temporum, annĩ cursus, & stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarum, uim uentorum, & cogitationes hominum, differentias uirgultorum, & uirtutes radicum, & quęcumque sunt absconsa & improuisa didici: omnium enim artifex docuit me Sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentię, sanctus, unicus, niul tiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, qui nihil uetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens uirtutem, omnia prospiciens; & qui capiat omnes spiritus; intelligibilis, mundus, subtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior est Sapientia: attingit au
D tem ubique propter suam munditiem. Vapor est enim uirtutis Dei, & emanatio quędam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis ętern&; & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et cum sit una, omnia potest; & in se permanens, omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, & Prophetas constituit. Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est enim hęc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non uincit malitia. Hęc Salomon.

Sapien. 7.

SAPIENTIÆ DIVINÆ VIS ADMIRABILIS.

CHRISTVS nobis necessarius Magister. Cap. IIII.

E SEd neque satis hoc fuit diuinę erga nos caritati. Cum enim Naturę lumine non omnia possint comprehendi, illa præsertim, quibus ętema salus comparatur, cuius rei in primis causa homo conditus, atque ad imaginem & similitudinem Dei creatus est, necessarius erat summus ille alius, quem Deus ipse prędixerat daturum se, doctorem iustitię in lucem gentium, ut esset salus eius usque ad extremum terrę: in quo Filio pleno gratię ac ueritatis nouissimè locutus est nobis; quem etiam uoce è cælo delapsa à magnifica gloria, iussit ut omnes audirent, cuius. præceptis obtemperarent. Nimirum (ait Lactantius) non est passus hominem Deus lumen sapientiæ requirentem diutius oberrare, ac sine ullo laboris effectu uagari

DOMINVS IESVS. *Catech. Rom. initio.*

Esa. 49. Ioan. 1. Hebr. 1. 1. Pet. 1. Præf. in lib. de passu Rel.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00037

per tenebras inextricabiles: quare aperuit oculos eius aliquando, & notionem veritatis munus suum fecit, ut & humanam sapientiam nullam esse monstraret, & erranti ac vago viam consequendæ immortalitatis ostenderet. A

APOSTOLI PROPHETAE. PASTORES. DOCTORES. *Ephes. 4. Luc. 10. Lib. 2. c. 1. huius Bibl.*

Deinceps autem Dei Filius alios dedit Apostolos, alios prophetas, alios pastores, & doctores, qui verbum vitæ annuntiarent, ne circumferremur, tamquam paruuli, fluctuantes omni vento doctrinæ, sed firmo Fidei fundamento adhærentes cœdificaremur in habitaculum Dei, in Spiritu sancto. Eorum sane magisterio quanta esset auctoritas tribuenda, testatus est his verbis: Qui vos audit, me audit. quod postea planius fiet, cum diuini verbi vim atque efficacitatem attingemus.

SYNODI. SCHOLAE CHRISTIANAE. ACADEMIAE. *Quæst. Tuscul. lib. 1. & 5.*

Et ineûte quidem Ecclesia cum Synodi iam ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto missо de cælis, cogi, & Christianæ aperiri schoлæ inciperent, impleta est terra scientia Domini, apparuitq. magis quàm antea Deus docens vtilia, cuius sapientia uoce iam ma B
nifestiore in plateis, in foribus ciuitatis, in vijs & semitis clamasset. Itaque & Idolis in Aegypto cadentibus, & gymnasiis gentium mirantibus atque nutantibus, veræ sunt Academiæ institutę, quibus eędem, quas diximus, inseparabili nexu uinctę, nec sapientia esset inermis, neque nuda Religio. Id quod si degustasset Cicero, multo rectius intellexisset, erepta istarum cognitione atque scientia, tolli omnem rationem & vitæ degendę, & rerum agendarum: multo autem iustius philosophiam hanc, quàm quę eius tempore tradebatur, nominasset uitę ducem, uirtutis indagatricem, expultricem vitiorum; quę urbes pepererit, diffipatos homines in societatem uitę connocauerit; ex feris & agrestibus reddiderit mites; domicilijs eos & coniugijs copulauerit; leges denique firmissimas inuenerit; ac magistra morum, & disciplina virtutum fuerit. C

Academiæ institutæ ad excolendum Hominem. Cap. V.

PARISIENSIS ACADEMIA.

AT quid, inquam, dixisset, si post aliquot sęcula Parisiensem uidisset Academiam, in qua cum Athenis collata, quę tot sectas philosophorum inter fe-
se dissectas fouebant, uirorum fuit cœtus excellentium, qui in uniuersum or
bem lumen inferentes, rerum humanarum scientiam cum diuina iungebant, idq. non ad fastum, aut decus, sed ut omnes ad ęternam illam Academiam destinarent, in qua ad celsissimos gradus promouerentur. neque uerò homines in terris solum, in quâ dam societatem cogerent, sed ex terrestri ciuitate, cælestem quoque alteram conderent; quam non tam politicis, quàm diuinis legibus, quarum Deus ipse fuerat la D
tor, constabilirent.

ATHENIENSIS GYMNASIA COMMVTATA IN MELIVS. *Act. 17.*

Athenienses quidem cùm Academia, Lyceo, Porticu gloriarentur, Paulo, & alijs, quos Christus allegarat in Gentes, Quinam sunt hi feminiuerbij dixere, qui resurrectionem mortuorum annuntiantes, prohibent nos, quo minus mortalitatem animorum, negationem diuinę prouidentię, & creationis mundi, atque alia doceamus, quæ rum ab Epicuro, & alijs philosophis heredes sumus? Quonam iure ab Areopago Dionysium, à cœtu fœminatum nobilium Damarim, & alios auertunt? An interim diuina stabat sententia; quę & antiquissimam ueritatem restituit, ac veras decreuerat Academias institui per sapientes & facerdotes uiros; quibus alios esset deinceps usque ad consummationem seculi succeturus. sic enim & Paulus discipulos relinquens Athenis, uidit non ita multo post, & cęlo sese terrem illam uberem, quę tum è doctrina, tum E
è libris Iustini martyris, Chrysostomi, Gregoriorum, Theodoreti, Athenagoræ enata est, excreuisse ad frugem, ac cęlum ipsum Martyribus, Virginibus, Confessoribus, uerissimis sanè ducibus, quasi splendidioribus sideribus ornasse.

Strabo lib. 14. ALEXANDRINA SCHOLA.

Eodem uerò quo Athenę tempore, Alexandria liberalium omnium artium scholas (sed quibus denisimi essent errores immixti) & Bibliothecas, in quibus septingenta uoluminum millia numerarentur, habebat, ut honoris nomine πόλις, hoc est urbs, quemadmodum Athenæ ἄστυ, diceretur. Nam & dum bis Græcia bello arsisset, eo tamquam ad portum plerique omnes docti appulerant. In eam igitur cum Pantænus, Clemens, Origenes, Heraclas, & alij diuinas ac profanas literas callen-

tes

A tes ingressi fuissent, & Catechistæ vocarentur (quòd hæc sit præcipua scientiarum pars, quę ad Christianam doctrinam spectat,) teterrimas ab Oriente tenebras depulerunt: quare & Basilius illam vocat pulcherrimam vniuersæ doctrinæ officinam. Ac quidem Pantænus antea Stoicæ philosophiæ sectator, sentiens postea hanc, quidquid speciosi præferret, sine Christi sapientia plus veneni, quàm antidoti continere, cum aduersus hæreticos acriter disceptasset, atque ideo ad Indias missus, Brachmanas & Gymnosophistas atque alios philosophos vicisset, Alexandriam ad pristinum officium redijt. ALEXANdriq olim cur pulcherrimæ uniuersę doctrinæ officinæ. Pantænus.

Par ratio sæculis succedentibus est subsecuta; ut quocumque in loco celebriores Episcoparus fuissent excitati, ibidem aut Academiæ nobiles instituerentur. Quin etiam Cœnobia Religiosorum hominum huic potissimum negotio se addixerunt. Et Gregorius Magnus Britannorum gymnasia transtulisse ad monasteria scribitur, ut hæresis Pelagiana, quæ tradebatur in scholis, extirparetur. EVROPæ Academiæ aliquot. Gregorius magnus tot fluit gymnasia ad monasteria. ROMA.

Iam Romanæ Vrbis, quòd Religionis ac sapientiæ primitias vnà cum Petro & Paulo Apostolis exceperat, imperium adeo firmatum est, ut sceptra sęcularium Regum sese demiserint ad pedes successorum vnius Piscatoris; ferociores autem, ac quondam indomitæ gentes, ex Apostolica Sede leges, ritus, libros, Antistites summo cum honore sint amplexę. Nec verò ullum Christianis Monarchis diadema integrè tradituin cælo fuisse, iudicatum est, nisi à Christi Vicario in terris firmitatem quoque ac robur assequeretur. HISPANIA

B At & Hispania, quamuis ingentibus bellis atque calamitatibus à Saracenis affecta fuisset, Fidem tamen ac dignitatem Diuini obseruantia cultus, ac sapientiæ studio reti- C nuit, aut recuperatam mirificè auxit. Salmatica, Complutum, Valleolerum, Granata, Hispalis, Corduba, Valentia, Ebora, Conimbrica, illustres habent Academias; cumq. eruditissimis hominibus, ac liberalibus studijs affluant, splendidissimum Fidei ac disciplinarum, non solum ijs Regnis, verùi etiam disunctissimis ab orbe Christiano prouincijs lumen accenderunt: cumq. Religiosas familias, tamquam subsidiarias copias, Deus huic operi tanto sustinendo identidem excitauerit, nemo est quin cernat, quàm solida veritatis indagandæ vis Catholicis ac bene moratis gymnasijs constet, qua ingenia pascuntur, & ad iugè æternitatis conuitium parantur. *Martinus libro 2. rerum Hispanic.*

Mundi Schola, quanta ad excolendum hominem. Cap. VI.

D VErum enimuero, vt hæc tanta præsidia sint; est tamen alia cælestis Academia, in qua vias suas diuina sapientia docuit, atq. etiamnum plenius exeunte iam Mundo indicat; verissimum vt sit, quod ex Domini ore prodijt, dicentis: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Quas enim rerum perturbationes vbique cernimus, non sunt veræ iubæ ijs qui sapiunt, sed scholę, quibus piorum exercentur, impiorum autem ab ignorantia teuocantur ingenia. Quas vt semper parere intelligeremus, sæpe nos Scriptura, sæpe qui de prouidentia Dei pertulerunt edidere labores, sæpissime verò nos docuit cuentus rerum, quæ antiquitus acciderunt. Anne prælectio vlla certior, aut ad veritatem assequendam liquidior esse potuit, quàm tot captiuitatibus & transmigrationibus afflicti Iudæi, per quos tamen quæ videbatur ijs illata calamitas, ea sapientiæ, iustitiæq. Dei manifestandis E operibus mirificè inseruiebat? Sesaci Ægyptio Regi traditi sunt illi, vt sciant (ait Deus) distantiam seruitutis meæ, & regni terrarum. Ideo Deus (inquit Theodoretus,) Allophylis Arcam quidem tradidit, populi iniquitatem arguens (nec enim oportebat legem propugnatorem suum facere eos, qui legem palàm transgressi fuerant) tradiæ autem maiestatem tuetur, Allophylos docens, quod non Deum viderent, sed hominum iniquitatem. Propterea Dagon quoque, quem illi ceu Deum adorabant (Idolum verò hic erat mutum, & omnis sensus expers) ante Arcam corruere facit, & eumdem cultoribus illius spectandum exhibet, vt Allophyli discrimen discerent. Illi verò eumdem stolidè rursum erigunt; demum autem ipsum collapsum vident, & eum adorant; deinde magnæ amentiæ ducti, & discrimen vi- CÆLESTIS ALIA ACAdemia. *Ioan. 5.* *2. Paral. 13.* *Theodoretus lib. 1. de Prouid.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00039

dere nolentes, experientia magistra sapere didicerunt; & castigati, & ignorantiæ A.
ebrietate excussa, Arcam, vt decebat, suis cultoribus remittunt; & anathematis
eam honorantes, castigationes suas prædicant; cosq. qui illam suscipiebant, re-
ditus modum docent.

Sextidecimi huius seculi consideratio vtilissima ad Hominis cultum. Cap. VII.

SEXTI DECIMI HVIVS SECVLI A CHRISTO NATO ætatis, & doctrina mirabilis.

QVòd si in hoc, quod prope iam elabitur, sæculum inspicimus, num videmus vnquam vberiorem diuinæ sapientiæ fœtolam? Prælia tot cum Turcis & gentibus; & adeo inter Christianos ipsos, ac cum hæreticis commissa; tot pro cuiusque affectibus, aut culpa reportatæ, vel amissæ victoriæ: hæresum numerus tantum non innumerabilis: quæ tamen hæreses, nolentibus, ac ne cogitantibus quidem hæreticis, peperere insignem martyriorum copiam; scripta nobilissima; Patres emendatos, cum per Fidei hostes, aut iniuria temporum, variis errores in eorum opera irrepsissent; Canones limatissimos; absolutissimam (post Lateranense, Leone X. Concilium) Tridentinam Pio IIII. Pontifice Synodum; reformationes optimas; Seminaria denique & Collegia Catholica genuerunt: Iam verò familiæ Religiosæ antiquæ ac recentes, quæ in orbem vniuersum ad animas è Satanæ faucibus eripiendas, quasi veloces Angeli conuolarunt; sceptraq. & Regna, quæ ipsis consperximus oculis cadere, quòd Catholicam explodi Religionem permisissent; adminstrationes perturbatæ, atque confusæ, quod antiqua illa & sapiente relicta, Machiauellicæ fœci adhæserint: tot libri Hæresibus & Atheismo scatentes, qui emissi sunt ad cæcitate plectendos eos, qui tenebras magis quàm lucem dilexerunt: tot è contrario doctissima edita volumina propter eos, quos in Fide perstantes veritatis splendor reddidit perspicaciores; Hæc, inquam, & alia, quæ mox dicenda erunt, quasi lucidissimi radij humanas ita mentes collustrarunt, vt in promptu quisque habeat, quod inde addiscat aptissimè. B. C.

NOVI ORBIS dignissima consideratio.

At, vt antiquiora omittamus, emersus pene ex Oceano, ætate nostra, nouus Orbis quantum non gemmarum modo atque auri, verum diuitiarum sapientiæ Dei copiam exeruit? Inditum autem duobus Hispaniæ ac Lusitaniæ Regibus desiderium eos remotissimos tractus perquirendi, quantos ætemum philosophorum errores sustulit, & quot veritatis recessus abditos patefecit? Tot quidem animarum myriades per id desiderium, tamquam per escam ad salutem allectæ, non tam fecerunt, vt Ecclesia ipsa, quæ hæresibus contaminata, videri iam poterat moribunda, reuiuiscereet, quàm vt verissimum experiremur quod vir sanctus olim scripsit: Ecclesia (inquit) dum persequitur, floret; dum opprimitur, erescit; dum contemnitur, proficit, dum læditur, vincit; dum arguitur, intelligit; tum denique stat, cùm superari videtur. D.

Hilarius.

Cum autem Occidentales, & Orientales Indiæ in vnum postea Regem coiuissent, animaduertimus denique sapientissimè omnia à Deo effecta fuisse. Philippinis enim insulis inuentis, cum proxima iam Lusitanicis alijs tractibus ingentibus esset Catholici Regis ditio, sub vnius imperio nunc sit, ut sublata contendendi occasione, ratio sit faciliot animos in officio continendi, ac Religionis cum sapientia propagandæ.

Heb. 4. Matth. 10.

Summa hæc esto. Omnia nuda & aperta Dei sunt oculis; quiq. hunc mundum E
sine vllo labore ereauit, eundem sapientissimè absque molestia tuetur ac regit. Et quidem sic regit, vt res etiam singulas, harumq. omnes actiones integrè procurer, nec res vlla maxima, minima, sine illius voluntate geratur. Quem & ipsi Ethnici negare non potuerunt, quin oculum haberet vnidcem, & aurea illa libra vniuscuiusque opera penderet, ac quasi è duobus dolijs bona malaq. deplueret; ipsumq. à nemine cerni diceremt, cum tamen cuncta intueatur. En igitur Deum; qui vt pater familias, duces suis adhibuit liberaliſſimè: vt verò magister, atque ante omnes æternitates in splendoribus genitus, innumera mentibus obiecit lumina, vt & testatem dederit nobis, vt filij Dei efficeremur: quamobrem iure summo poscit, vt

Isaiæ 55. Ioan. 1. Hæd. 8. & 14. 1. 5. 30.

ingenti

A ingenti animo & alacri ad excipiendam cum Religione sapientiam occurramus. Nam si sterilitatem cultu ab ea gradi odit agricola, sane multo magis oderit Deus animos, quos tam fœdo excultos uideret in sui dedecus (vt ita dicam) infœcundos.

Humanæ mentes ad Sapientiam & Religionem conditæ, ac tot munitæ præsidijs; cur a veritate deflectant. Caput VIII.

SEd quænam causæ sint, cur mens humana ad sapientiam & Religionem condita, torq. ad eam munita præsidijs, neque veritatem conquirat, nec quæsitam confecterur, & verò deflectat in vanitates atque insanias falsas; per mirum profectò est. Eò certe quod præter inditum à Deo sciendi desiderium, incitaB ri adhuc aerius poterit vel ab ijs, qui cum nihilo maiores essent hominibus, in summos viros euaserunt, vel incendi honore, qui virtutem etiam in hac vita, vt umbra corpora consequitur, vel adduci publico priuatoque pœnæ, fuæq. familiæ bono; vel affici liquidissimarum dulcedine voluptatum, quibus animi maximè alluntur; vel (quod caput est) æterno visionis & fruitionis æternæ præmio inuitari. At multo mirandum est magis, quod cum pecuniam & vitam ad rerum indagandum impendimus, ipsius tamen aliqui fiant hostes acerrimi, vt mordicus incertissima dogmata retinentes, pro his depugnent tamquam pro aris & focis; quin etiam sanguinem interdum effundant. Quid? Id, quod esse falsissimum, certissima Religio, veraeq. lumen Philosophiæ monstrarunt, quodq. exitus habuit infelicissimos, ita quorundam sensus peruasit, vix vmquam vt ab eo possint auelli, nisi extraordinariam Deo C supponente manum, celeriter in viam redeant, quæ rectissimè ducit ad vitam.

Tres igitur tanti istius damni principes sunt caussæ, ita necessario præ nosc endæ, vt, quemadmodum morbi, cognita origine, facilius curantur; sic caussis illis perspectis, facile possint, quæ præcessere incommoda, anteuerti, vel imminentia auerti: Tum verò huius nostri laboris vsus, disciplinarumq. tractatio erit, Deo iuuante dilucidior atque vtilior.

Tres principes caussæ ruinæ scientiæ amissæ.

Tres illæ sunt: Peccati labes, quæ mirificè hebetat mentes, ac cui faces subministrant Satanas, mundus, & prauitas identidem affectus: Quodq. antea non dispicitur, ecquid ferre valeant humeri: Nec sedulo deinceps, nec satis decenter methodo, nec vnde oporteret, excoluntur ingenia: nec uerò doctrina uel sobriè, vel ad vsum hauritur.

D

Prima caussa, cur ingenia non excolantur. Caput IX.

PRimam autem attigit Deus. Nonne (ait) lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Et alibi: Qui posuerit immunditias in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad Prophetam interrogans per eum me: respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas Prophetæ erit. Ac profectò ita res habet. Nam & quantacumque emineat arbor, hæcq. floruerit, ac fructus quos que tulerit vberes, si uermis in radice lateat, non potest non exarescere, aut amaroE rem per omnes ramos & fructus, perq. ipsa fructuum semina non diffundere. Auctores, ille quidem impius, atque a ueræ philosophiæ semita non una in re aberrans, tui tamen ueritatis actus, castitatem & reliquas uirtutes, quæ carnis petulantiam coercent, passus est plurimum ad scientias speculatiuas comparandas afferre adiumenti.

Job 18. Ezech. 14. Peccati labes.

In 7. Phys. Castitas plurimum confert ad scientiā speculatiuam comparandam. Lib. de Ira Dei.

Ceterum cum gradus sint multi, per quos ad donicilium ueritatis ascenditur, non est (ait Lactantius) facile cuilibet euehi ad summum. Caligantibus enim ueritatis fulgore luminibus, qui stabilem gradum tenere non possunt, reuoluuntur in planum. Porro cum primus sit gradus, intelligere falsas religiones, ut eas & detestemur, & declinemus: secundus, quòd unus sit Deus summus, cuius potestas ac prouidentia effecerit à principio mundum, & gubernet in posterum: tertius, credere

Gradus, per quos ad cognitionem veritatis ascenditur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00041

dere in eius Filium, quem legauit in terram, cuius ope ac doctrina liberati ab errore, A
quo implicati tenebamur, formatiq. ad ueri Dei cultum, iustitiam discteremus: quar-
tus, in sanctitate & iustitia eidem seruire omnibus diebus uitæ nostræ: haud miran-
dum est, si de priore gradu excusi fuerint, qui ad colendũ Deum non se contulerunt,
sed mundi elementa suspicientes, cælum, terram, mare, solem, lunam, cæteraq; astra
Sapientiaqua da simul cum Religione co- iuerati sunt. Sapientia enim simul cum Religione colitur, ubi una, & actus omnis
ad unum caput, & ad unum summum refertur. De secundo autem gradu decidertunt,
qui cum unum esse Deum consensissent, hi tamen à philosophis quibusdam irretiti,
& falsis argumentationibus capti, aliter de unica illa Maiestate senserunt, quàm ueri
tas habet. De tertio præcipites ruerunt, qui cum nossent Filium Dei redemptorem
omnium, ac uolentem omnes saluos fieri, tamen aut non admiserunt, aut aliter acce-
perunt, quàm recta postulat fides. De quarto præcipitarunt & præcipitant plurimi, B
Matt. 5. qui cum mentes & corpora fœdarunt & fœdant turpitudinibus, intueri nequeunt
Deum, ac ueritatem, quam soli mundi corde recte uidebunt.

Iam quod ad Satanam, mundum, & affectus attinet, qui cœnum intermiscent, ne
pulcherituđo sapientiæ cernatur & ametur, id primo statuendum est; dæmonum inui-
1. p. q. 64. a. 2. dia nil intentatum relinqui, quo nobis subtrahat lucem, quam ipsi deperdiderunt.
Nam etsi (quod S. Thomas inquit) naturalis in ijs haud sit imminuta cognitio; ea
tamen quę per gratiam & reuelationem infunditur, aut prorsus ab ijs abest, aut im-
minuta est; cum affectiua, quæ diuinum gignit amorem, omnino sit in ijs extincta.
Dionys. Areo. Quare & Patres optime censent, uires illorum esse ligatas; intellectionem autem
peruersitate affectus & uoluntatis magna ex parte obscuratam. C

Secunda caussa cur homines à veritate deflectant, & de uarya hominum ingenijs. Caput X.

VEnio ad alteram causam, quam in eo sitam diximus, quòd antequam ad studia scientiarum conferunt se adolescentes, non dispiciunt, ecquid ferre ua-
Lib. 1. de Repus. leant humeri. Quod quidem tanti esse ponderis Plato existimauit, ut omi-
nentissimum supra reliquos magistratum esse dixerit instituendum, ad quem ingenia
examinanda (præsertim puerorum atque adolescentum) adducerentur: Aristoteles
autem non parum, sed totum Reipublicæ bonum in hoc positum esse asseuerit. Pri-
mo igitur de uarietate ingeniorum, mox de necessitate ac ratione singula pernosceñ-
di agemus, ut deinceps, quæ cuique cultio adhibenda sit, ordine dicatur. D
Ingenium quid sit. Ingenium ea indoles est, qua facile, uel difficulter res aut artes addiscuntur. Natu-
ram qui uocarunt, non eam intellexerunt, qua forma quælibet substantialis designa-
tur: quæ cum dei esse rei, principium operandi est. Quo item nomine qui partiçeps
rationis est animus natura dicitur; quo cum informemur, idem quoque principium
est omnium, quæ edimus, operationum. Cum autem animi, de quibus agimus, ea-
dem perfectione esse uirtuali sint omnes, siue sapiant, seu desipiant; sane natura hæc,
ingenium non est. Vnum enim esse in omnibus. Quamobrem Aristoteles, atque
alij, Naturæ alteram notionem tribuerunt, quæ (cum per eam fiat, vt habiles uel
inhabiles simus) existit è quattuor primarum qualitatum temperatura, calidæ, frigi-
dæ, humidæ, siccæ; vnde & ingeniorum varietas prodit. Quin & eiusdem hominis, E
vel pueri, aut adolescentis; vel viri, aut senescentis, varia cernuntur studia, quæ ma-
nant è diuersis gratum temperamentis. Vt qui puer tantum non distabat à bruto, is
postea grandior factus miram ingenij vim, demum & fortitudinem uir, ac prudentiã
ostendat senex: alij uerò, qui uiuidiores apparebant, postea stupidi, aut stupires pe-
ne fiunt. Ac non defuere qui, cùm summo fuissent ingenio, scientijsq. præstarent,
partim omnia, partim pleraque dedidicerint. At hæc uel morbo, uel culturæ defe-
MESSALA Corui nus. Plin. lib. 7. ca. pit. 24. Sallust. l. 7. ctu, vel contrario habitu, uel miraculo constat accidisse. Notum est illud Messallæ
Corui ni, qui è diuturno morbo nominis quoque sui oblitus est. Corruptione enim
interioris sensus, quæ dicitur phantasia, scientia penitus corrupti forsit. Sed de
culturæ defectu postea, cum ad id, quod tertium huius capitis membrum est, uenie-
mus.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00042

A mus. Contrario autem habitu, quem quis captiosa ratione deceptus induit. Mira culo, quali donarus est Albertus Magnus à Beatissima Virgine, cum quinquennium ante mortem omnino quæ didicerat, ignorauit; quippe qui ab eadem Virgine impetrauerat, ne se in philosophorum opinionibus, sed in ipsa Christi fide ac caritate fineret mori. Plato autem ad tres causas refert ingeniorum diuersitatem; ad humanam, naturalem, diuinam. Humana, ut sit, lex, educatio, consuetudo diuersa. Naturalis, elementorum atque alimentorum varietas. Diuina, siderum Angelorumq. potestas, de quibus fusius qui eundem Platonem Ficinus est interpretatus cũ Hippocrates de aere, aquis, locis edisserens, ex ijs diuersitatem ingeniorum effici dixerit. Accum diuersos populorum mores Alexander ab Alexandro referat, idq. quod Apostolus è Menandro aduersus Cretenses scripserat, fuerit etiam prouerbio eo confirmatum, B τρία κάκα κακά, κόρις, λίμαξ, καππαδοξ. nempe tres hasce literas, c c c, esse malas, quibus Cretenses, Cilices, Cappadoces indicarentur, hæcq. omnia ante Christi aduentum, peccato in omnes inualescente; verius dici possent: postquam tamen eius benignitas apparuit omnibus hominibus, & claudi sicut cerui (ait Prophera) salierunt, & quæ erat in aridam, facta est in aquosam; nemini ad capessendum diuinam gratiam obfuerunt aer, aqua, locus, influxus siderum, orbium lationes, siue alia quæcumque; modo uocanti Christo aures & cor aperuerit.

Tostatus q 31. in Gen. lib. 3. Reg.

Verdemand. Castilius. Lod. tur. hist. Do musicam ordeuti.

Plato. dial. 5. de legib. Verfui finem. Marsil. Fic. in argu. dialo g. 6. de legib. Rom. 3.

ad Tit. 1.

Esa. 35.

Ingenia quotuplicia, ex Aristotele. Cap. XI.

C ET Aristoteles quidem ingenia facit duplicia; alia, quæ à natura bene conformata sunt, quæ dicidit in vitiida, & stabilia: alia, quæ male; cum nimia uel mobilitas furorem, uel stabilitas stuporem gignit. Atque ad hæc fane capita quidquid ingeniorum est, non incommode referri posset, qualia sunt præcocia, ut in quibusdã pueris cernitur, quos ἀνδρόπαιδας uocauit Sophocles, quasi diceret uiripueros, quos item Græci alij ἐυθρόμους, bene currentes; atque ἐυμαθεῖς, bene discentes dixerunt: contraria uerò, serotina; magna item, parua, mediocria, felicia, infelicia, apta, inepta, velocia, tarda, acuta, obtusa: ut felix ille sit dictus, qui in se uno inuenerit & doctorem, & disciplinam, & docendi viam ac rationem, seq. ipsum habuerit semper in sua potestate. Sane aliqui αὐτοδίδακτοι, quasi absque aliena disciplina eruditi ui si sunt, quales Sancti Augustinus, Antonius, Stephanus anachoreta, Bernardus; Ioannes item Picus Mirandulanus superiore exeunte sæculo, quem Naturę miraculum uo

2. Rhetor. Ingenia quotuplicia ex Aristot.

D cauerunt, qui sola ingenij bonitate (narrat eius fratris filius Io. Franciscus) nullius fere præceptione, mutorum præceptorum subsidio ad quęcunque animum appellebat, ea est affectus. Sed tamen hi pene omnes θεοδίδακτοι potius dicendi sunt, quos peculiari priuilegio, sed tamen ipsis assidua mox oratione cooperantibus, Deus edocuit. Nam & præter Salomonem, de quo supra diximus, Beseleel, Ooliab, in templo ornando, Daniel, Hieremias, reliqui Prophetæ, atque Apostoli, Hor Aegyptius abbas, Maria Aegyptiaca, barbarus quidam Seruus, qui ętate Augustini (vt hic ipse scriptum reliquit) literas ipsas nemine docente, triduanis precibus, ut sibi reuelaren tur orans, optime didicit; Romualdus abbas eodem modo Psalmorum factus interpres; Ephræm Syriæ Eremita, cui Græci sermonis vsum S. Basilius Deum precatus obtinuit. S. Thomas Aquinas, cui (quod continenter faciebat) oranti, cum in locum

In eius uita.

Cap. 1. huius lib. Augustl. lib. 1. de doctr. Christiana.

E Prophetarum difficillimum incidisset, affuere Apostoli Petrus, & Paulus, qui sensũ scripturæ aperuerunt; Sanctus Franciscus, Ioannes Traiectensis, qui ab aratro vocatus ad Episcopatum, Rege Clotario, diuinius literarum & virtutum Ecclesiasticarum cognitionem accepit; Hildegardis Spanheimensis Abbatissa, quæ octoginta annos nata, multa scripsit, Latini sermonis ignara, cælitus erudita; Catherina Senensis, Baptista virgo Genuensis, Teresa in Hispania paucos ante annos. Quæ eo libentius attuli, tum quoniam hostes ipsi Catholicæ Fidei, iusto Dei iudicio, in suos libros magnum istorum numerum & exempla contulerunt, ut nihil iam afferre possint excusationis, cur tantos viros à Deo edoctos reiectis hęresibus non audierint: tũ ut cordati intelligant, diuersa quidem esse ingenia, at non tam è qualitatibus corporum,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00043

rum, quàm è diuina prouidentia sapientissime uniuersum hoc pendere negotium; qua A
de re postea adhuc.

Verum enimuero, quoniam & ad procurandam omnium salutem, non minus quã
S. Tho. in ep. ad Rom. ca. 1. lect. 1. & 1. Cor. 12. lect. 2. Vide Iosephũ Acostam de ſ tu nouo orbi.
ad humanas scientias edocendas plurimum profuerit, si nosceantur eorum, quos vere res vocauere Barbaros, non eadem omnium esse ingenia: id quidem fusius erit dicendum, quum de Theologia cum Gentibus & Indis agemus; quo loco naturam noui Orbis, ac rationem procurandę Indorum salutis, ex optimis & oculatis testibus, ac fidis Dei operarijs, ad eam tractationem retulimus.

Accedit ad hęc omnia, quòd philosophi, sed & ante hos diuina Scriptura, docuerant, seruili adeo nasci quosdam ingenio, vt vix aliud capere queant, quàm materiale quiddam, quod in hominum obsequium operantur. Natura seruos dixit Aristoteles, quos haud putat liberalibus artibus esse addicendos. B

1. Politic.

Natura autem qui dicuntur serui, hi à reliquis distinguendi sunt, quos lex, aut conditio, quales qui in bello capiuntur; vel emptio, vel merces, vel virtus, aut caritas faciunt, ut alijs alij seruiant. hi enim à disciplinis haud arceni di sunt.

Sed & Hippocrates dixit, quę seminis ad tellurem proportio est, eandem scientię esse ad humanum ingenium; quę neque vniuersa eadem est, ac quamuis aliqua pinguis & fœcunda sit, excolenda est tamen, ac disciendum cui nam semini sit aptior. At ne hoc quidem satis. Tempus enim sationi idoneum expectandum est; mox enatum semen expurgandum; multumq. in id impendendum laboris & temporis, ut maturescat. Quin Clemens Alexandrinus cum animos nostros uocasset agros animatos, eisdem diuersitatibus, quibus sunt agri, subiectos esse homines ostendit. Nec Ci
In Pædagogo. De nat. Deorum.
cero secus censuit, qui dixit repugnare naturę, esse hoc ipsum, quod est gigantes pugnasse cum cælo. Sategerat ille filium Marcum virtutibus atque scientijs imbuere, sed frustra: vt expertus in eo sit quod Aristoteles inquit, Vnumquodque recipi per modum recipientis. Quare & Poeta ille inquit: C

Horat. de arte poet.

Tu nihil inuita facies, dicesve Minerua.

Et docet examinandum esse,

Quid ferre recusent, Quid valeant humeri.

Multa verò omittenda, quæ processura non sint. Ait enim

Quæ

Desperat tractata, nitescere posse relinquit.

At certè (quidquid Galenus & alij senserint, mores animi sequi temperaturam corporis) vt negandum non est, tum inde, tum è causis extrinsecis aliquatenus animos inclinari; docendi sunt tamen (quod & nos faciemus, vbi agetur de Medicina) ne qui plus nimio eorum sententiæ adhærent, aliquam propterea vim arbitrij nostri libertati putent inferri. Neque enim (quemadmodum in Idea Bibliothecę huius) vl la fuit in Angelis ijs corporum constitutio, qui à Deo defecerunt; nec in Adamo & Eua, qui facti sunt recti & perfecti, cur suo conditori non obtemperauerint: neque item scientiam tot rerum Adamus est consecutus, nisi quod vt boni omnis fuit ipse Deus dator, ita eorum quæ perperrarunt, sponte illimet fuere auctores. Duo igitur hæc fundamenta sunto; Alterum, Vocatis à Christo seruis tradi bona, vel externa; opes, honores, amicos: vel corporis; nobilitatem, valetudinem, decorem: vel animi; virtutem, scientiam. Numerari autem ab Apostolo nouem donorum genera eorum, quæ Theologi gratis data dixere: Sermonem scientiæ, sermonem sapientiæ, Fidem, gratiam sanitatum, operationem virtutum, prophetiam, discretionem spirituum, genera linguarum, interpretationem sermonum. Præter hęc, gratiam iustificantem una cum virtutibus, quas infusas Theologi optimè nominarunt. Alterum: Quibus talenta dat Deus, id unicuique facere (ut idem ipse inquit Dominus) secundum propriam uirtutem: nimirum quibus tradit uel unum, uel plura, præbere etiam his uires, quib. eorum officium præstet: nisi per eos stet, ac sinant se abduci à uero & recto. D E

Matt. 25. Ioh. 3. Eccles. 7. 1. Cor. 12.

DONORA DIVINOR. genera. Matt. 25.

Porrò nisi omnibus omnia det, dicendum non esse, Cur me fecisti sic? Sed ut cuique proprium esse colendum agrum, ex quo non plus, quàm deceat, tributi sit exigendum; ita summum fuisse donum, quòd Deus condiderit nos ad suam imaginem, li-

NOTA

bero

A bero donauerit arbitrio, quæ maxima ditio est; nemini ad cælum viam interclusserit, nisi uocanti obsurdescat; eumdem esse Spiritum, qui singulis largitur vt vultpro inde corporis etiam incommoda plerumque superari, si tot cæstibus præsidijs uti uelimus. Ceterum Scaliger cordatè Hieronymum Cardanum euicit Galeni sententię mordicus inhærentem, cum scripsit à temperatura mores duci. Qua de re vide eundem Scaligerum de Subtilitate, Exercit. 274.

Ratio noscendi ingenia, quæ quibus artibus idonea sint. Cap. XII.

B HÆc cum ita sint ratio ingenia noscendi quærenda est; quæ quidem una non fuit. Ac primò scite locutus est qui dixit, in Republica proxenetas esse istis inquirendis ac probandis necessarios, is fuit Plato, cuius Dialogo de Scientia, cum Theodorus cum Socrate colloqueretur, sic inquit de Theæteto: Difficile est admodum, reperire hominem ingeniosum simul, & præ ceteris mansuetum, atque virilem. Equidem nec fuisse vnquam existimo, nec esse uideo, qui ita natura sint institutus. Ceterum acuti, vt hic, fagaces q. & memores ac dociles, plerumque in iracundiam impetus q. præcipites sunt. prouunt enim atque rapiuntur, quemadmodi absque retinaculis naues; & fuisioli potius, quàm fortes existunt. graues autem sæpe, cum ad disciplinas se conferunt, segnes, torpentes, obliuiosi sunt. Hic uerò ita leniter, libere, suauiter, expedite, maxima cum mansuetudine ad disciplinas quæstionesq. graditur, ut nec lubricus quietusq. olei fluxus mollior & suauior uideatur: ut mirum sit, tantum ingenium tam mature ista peragere: Hæc Plato, indicans moderata ingenia (quæ tamen sint perspicacia) esse scientijs apta. *Plato in Theæteto.*

C Aristoteles autem eum ait non posse idoneum esse auditorem ciuilis philosophiæ atque moralium, qui ob iuuentutem diiudicare nequeat ex quibus & de quibus ratio nes conficiuntur. Adde (inquit) quòd cum perturbationes sequatur, frustra & inutiliter audiet, finis enim non cognitio, sed actio est. Interest autem nihil, iuuenis ætate, an moribus aliquis sit, non enim defectus penes tempus est, sed quia & uiuit, & sin gula persequitur ex perturbatione. talibus enim cognitio perinde atque incontinenti bus inutilis euadit. Illis autem per quàm utilis esse potest, qui secundum rationem, & appetitiones & actiones suas moderantur. Sic ille, qui si Christum nouisset, dixisset eum Paulo: Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. uel cum Iacobo: Quia D si quis auditor est uerbi, & non factor; hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo, considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est, qualis fuerit. Qui autem perspexerit in LEGE perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis; hic beatus in facto suo erit. Atqui & Salomon in maleuolam animam haud ingredi sapientiam, ante Platonem & Aristotelem testatus est. *Lib. 1. Ethic. cap. 3.* *1 Cor. 2. Iacobi 1.* *Sapient. 1.*

De Examine ingeniorum Ioannis Huartis. Cap. XIII.

E AT Ioannes Huartes libro De ingeniorum examine, disciplinas, quæ memoria comparantur, scribit esse, Grammaticam, Theoricam Legum, Arithmeticam, Theologiam positiuam. quæ uerò intellectu, Dialecticam, Naturalem ac Moralem Philosophiam, Practicam Legum, eam scilicet qua causæ publicæ defenduntur. Theoricam Medicinæ, Theologiam Scholasticam. quę autem cogitatiua, siue dianoeæ, Artes ac Scientias omnes, quæ ad figuras, ad symmetriam & proportionem, ad harmoniam pertinent. has esse Poesim, Eloquentiam. Musicen, Practicam Medicinam, Mathematicam, Astrologiam, Administrationem Reipublicæ, Artes, Militarem, Concionandi, Pingendi, delineandi, scribendi, legendi, machinas excitandi; amanuensibus pluribus eodem tempore varia, rectè omnia, dictandi; moribus præterea esse commodum, festiuum, elegantem, ae procurandis negotijs acrem. Affert autem exempla. Nam si de vocibus (ait) loquimur; cum hæ *Cap. 8.*

non

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00045

non natura, sed inuentorum arbitrio impositæ sint rebus, vix quidquam intellectus, memoria verò omnino cuncta efficit. Quod & in pueris cerni docet Aristoteles, quos facilius discere linguas, quàm grandes natu, etsi hi ratione plus valent, res ipsa monstrat. Sic ille. A

At duo hic perpendenda sunt: Alterum: Posse hinc natu grandiori ingenia deterreri à linguis addiscendis; Alterum, Existimari fuisse temere ac fortuito nomina rebus indita: quod sane falsum est, ac (si generatim accipiatur) Diuinæ Scripturæ contrarium. Equidem in variis prouinciis expertus, quod ad primum attinet, in eam opinionem dudum veni, ætatem quidem puerilem non ob ipsam memoriam potissimum dictionibus alienarum linguarum addiscendis ac pronuntiandis esse aptiorem; verum facilius id consequi, quòd soluta aliis curis, teneriotibusq; animiorum affectibus expedita, quòdq; teneriotibus organis prædita, minus patriæ linguæ assueuerit. Verum enimuero, si in idem incumberent prouectiores, multitudineq; negotiorum depositâ, sensuum item illecebras nel uocati ad religiosiorem vitam, uel sanctis sæpe Sacramentis cohiberent; tantum abesse, quin linguas addiscerent, ut etiam rectius & breuius quàm pueri assequerentur. Adest enim iudicium acrius, quo ex flexibus, & compositarum nocum deriuationibus docentur, ac ducuntur in notitiam plurimarũ, quæ ex principibus tamquam radicibus existunt. Etymon illud est, quo affectus, cetera pleraque non tam memoria, quàm iudicio comprehenduntur. Græcam linguã, felicem in componendis simul simplicibus uocibus, atq; in epitheris apte coeuinnandis, quæ rerum notiones aut proprietates ponunt ob oculos, viri docti non immerito commendant. Ea de lingua nos fusius, ubi de Theologia cum Græcis controuersa egimus. De Latina quoque hic dici possent aliqua, tum quòd & à Græcis multa acceperit, qui à Phœnicibus literas ipsas mutuarunt (quod postea planius erit attingendum) tum quòd inter Latinos, ut doctissimus, celebratus est Marcus Varro, qui de Latina lingua conscribens, origines eius artentauit elicere, unde multa, quę hue faciunt, suppeditantur; quamquam nec uiri fœtus integros habeamus: & uerò in huius fragmẽtis nonnulla acutiores desiderent: non quidem illa, quę spectent ad emendatiorem editionem (nam id olim præstitit Antonius Augustinus, cum Romę, quę extabant Varronis, emendatiore edidit) uerum quòd natura uerborum & dictionum ab eo penitus inspici poterat. Mitto quę Plato in Cratylo, Eustathius in Homerum, Græcus auctor in Etymologico, Germani in componendis nominibus; & recentiores alij in eruendis uocum originibus elaborarunt. Patet enim late campus, in quo non tam memoria, ut diximus, quàm intellectus cum fructu collaborent. Certe cum notiones eę sint, quas appellamus rerum species mente comprehensas, cumq. quod utique manus agit in materiam, hoc agat intellectus in notiones, quarum notę sunt uerba; quanto fuerit expeditior intellectus, ac proprietates rerum melius discreuerit, & quibus uocibus id efficiatur, fuerit affectus; memoriæ etiam ipsi suppeditabit, unde firmius, quę apprehenderit, retineat. Quod certe puerorum non est. Propterea & Aristoteles ipse in tradenda philosophia noua inuexit nomina, quę plus iudicio, quàm memoria indigent: & Philosophi nostrates hoc ipsum, Græcam imitati rationem, facere conati sunt: minus forsan apte, quòd Latinę linguę uim & causas omnes haud perceperant, at non prorsus inepte ijs qui sapiunt, ac quibus ad res probandas incom moda est uerborum circuitio.

M. VARRO

Varro emendatus.

B

C

D

E

De nominum impositione num à natura, an fortuitò sint indita. Cap. XIIII.

IAm quòd suspicari quis possit, nomina temere ac fortuito indita fuisse, cum arbitrio non natura dicantur imposita, sic sentiendum, & adeo dicendum est ijs, qui sese linguis dant, Deum ipsum fuisse primum, mox Adamum, qui ea imposuerunt; summa videlicet ratione, non autem casu, nec pro cuiusque hominis arbitrio. Et Adamum sanè nominauit Deus variis nominibus, siue eo ipso quòd Terrenum; siue Enos, & Isch; quorum alterum, obluisscentem, alterum significat uirum, imposuit etiam nomina luci, cælo, diei, nocti. Adamus autem Chauæ, siue

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00046

A sue Euæ, filijsque, è quibus certa etiam num remanent eorum inter gentes uestigia nominum, quæ ab Adami posteris fluxere, qui in uarias orbis partes commigrarunt. Ac cum Hebræa lingua omnium prima fuerit, inde Græci, Latini, ac plerique alij populi earumdem uocalium atque consonantium nomina, & idem pene alphabetum ac ceperè, quod adhuc retinent.

Tostatus sane tantæ eruditionis vir diserte inquit, Adamum accepisse à Deo linguam (quod ad alia omnia attinebat) perfectam; excepris quæ ad animantium nomina pertinerent: cum autem plurimarum notitiam uocum diuinitus hauisset, cum nomina ijsdem indidisse animantibus, quę horum naturis congruerent, sumpta è diuersis causis, siue à propria differentia, siue à naturali proprietate, siue à motu, siue à figura, siue ab aliqua peculiari actione, siue à singulari aliquo & proprio accidente. *Tost. in c. 2. Gen.*

B Cęterum ut ut linguarum confusio sub Babelis turri secuta sit; aut aliæ inuetæ rauerint, uel prorsus immutatæ sint, aut irruptionibus externorum commixtę minus anti quum obtineant: id tamen certum est, in omni idiomate quędam esse tamquam primitiua, à quibus ratione plus quàm arbitrio cętera deducantur: Platonem proinde monuisse, compositionem uocum res potissimum sacras spectantium, ad sapientes potius quàm ad alios pertinere. Quamobrem & sapientes, & qui ratione utuntur, rectius sæpe quam pueri linguas addiscent. *Plato in Cratyle.*

Latinam, & Græcam linguam qui edicant, quicq. alia quędam nouerint, eos non esse inhabiles percipiendis speculatiuis scientijs, contra quam Ioannes Huartes senserit: Cap. XV.

C ADdit Huartes, scientijs theoreticis eorum ingenia apta non esse, qui Latinam linguam egregiè nouerint, uel in poetica excellant. Itaque poetas & eloquentes ablegat à philosophia, à Theologia scholastica, à Mathematicis. A cęteris autem exempla è Sancto Thoma, Scoto, Durando, Caietano: quibus non uereretur adiungere Platonem & Aristotelem; quippe quos omnes & intellectu plus valuisse, quàm memoria opinatus est; ac proinde nescisse elegantęr scribere, quamquam (inquit) in speculatione præstiterint. At bonus uir toto errat cęlo. Plus errant, qui uersantes eius libros, non sęcernunt uerum à falso, sicq. de ingenijs statuunt, ut auellant à studijs sublimioribus adolescentes, qui plurimum alioquin proficerent.

Ac primum non negauerim, ad ueritatem eruendam requiri aciem mentis, quę nō D sit obtusa, uel hebes. Nam profecto actiones illæ, quas edunt intellectus & diuinęa, quam uulgus (non tamen male) discursum uocat; facultates illas requirunt eximias: ut si cum aliquo disputandum sit, peruideant, ecquid positum sit in controuersia: si uerò per se ipsi rem discipiant; causas disquirant, ab effectibus in earum cognitionē ueniant, ex ijs cognitis remeant ad causas; distinguant ambigua, diuidant, recte definiant, & colligant: si qua non perspicitur exitus, aperiant sibi tamen effugia; sciant uti propositionibus, quas dicunt reflexas, atque ad id, quod grauissimum est, deducant aduersarium: itidem argumentationibus aptis, quibus repellantur, uel dissoluantur, uel eludantur, uel retundantur hostium tela: purgetur nimirum putatis hinc inde obiectionibus ac rebus superfluis cortex, ut ueritatis nucleus prodat purus. Sed NOTA. ut hęc præstare nequeat uir memor, & probè loquens, pernegandum est. Ac cum La E tinę quæ ac barbarę uoces mandari memoriæ possint; quidni Latinam, uel Græcam is discat, quiformidat & obscurissimas percipit, quę ne abijs quidem omnibus intelliguntur, qui eas barbarè publicè profitentur? Nam & diuinandum est sępe, quid sibi voluerint, qui eum ad modum locuti sunt: ac de uocibus crebrior, quàm de ipsis reb. existit altercatio. Vsu autem res liquet. Nam qui de plebe ea in ciuitate commorantur, ubi apte loquuntur reliqui, non alia utuntur lingua quàm ipsi nobiles, sępe etiam elegantiore, cum (fucata relicta) natiuam retinent. Nec in sancto Thoma, cęterisq. Theologis culpanda memoria est, qua quidem enituerunt; sed tempus, quo politiores literæ aut concidertant, aut in sacra eorum septa non penetrauerant, qui rebus potius quàm uerbis, ac Deo plus quàm humanæ gloriæ uacabant.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00047

A

Platonis, & Aristotelis Stylus, & Dictio elegantissima contra quam senserit Io. Huartes. Cap. XVI.

DE Platone & Aristotele prorsus falsum est quod inquit Huartes. Stylo enim Platonico & phrasibus nihil in Græca lingua est elegantius. Aristotelem Cicero, qui fere non minus in Græcis, quàm in Latinis fuit Orator, uocat aureum eloquentiæ flumen. Sed ut ab aliquibus male Latinus factus, aut ad Auerroë pessime ex Arabico uersus adiunctus, alia quàm decebat facie apparuit; illiteratis barbariem ei tribuerunt: præterquam quòd in ijs quæ ad naturalem potissimum philosophiam attinebant, concisior fuit, tum ex methodo breuitatem postulante, tum quoniam ijs explicandis consulto obscuritatem adhibuit, quæ ne ipse quidem satis fuerat assecutus. quamquam & ipsa rerum inquisitio specificarum differentiarum, in rectorumq. expensio causarum, quæ non sunt omnibus obuiæ, remotiorem abusu communi dicendi exigunt modum. Moralia certe, quæ prima emisit Aristoteles in lucem, quæue methodi, ſtyli, ac studij ergà uirtutem, magnum ipsi nomen conciliarunt (Socratis enim & Platonis opera, pars illa philosophiæ tum fortbat) ita sunt nitide scripta, vt nihil supra. Reliqua, in quibus sensa animi apertius deprompsit, eamdem ostendunt limam. Idem de Theophrasto, Alexandro Aphrodisiensi, Themistio, Simplicio, qui Platonicam & Aristotelis philosophiam apprime nouit, Ioanne Grammatico, Hammonio dici potest: vt eodem momento intelligatur bonas cum bonis linguis artes posse, facilius, quàm cum barbaric copulari. At, si à Græcorum philosophia ad veterum Christianorum Theologiam accedimus, Clemens & Athanasium Alexandrini, Iustinus, Gregorius Nazianzenus, qui poesim cum scholastica iunxit, Basilius, Gregorius Nyssanus, Ioannes Chrysostomus, Eusebius, Theodoretus, ac plerique alij, licet non omnes è Græcia essent oriundi, quive Patres ad sepremi priores Synodos conuenerunt, propriam & elegantem dicendi vim ad scientias adhibuere.

B

C

Patrum Africanorum, & aliorum Dictio non inelegans. Cap. XVII.

SIn oculos in Africam & Europam, (ut mittam Hilarium, Hieronymum, & alios) ad eos conuertimus, qui penè Scholasticæ methodi habentur auctores, præsertim ad Augustinum ex quo Thomas ingentem Summæ partem in sua scripta contulit; ecquid aliud ſt arua, quàm scientias, ut factum est à Patribus, Latine, ac re cte esse explanandas, ni uelis cui loqueris, ne dicam & tibi ipsi, esse barbaras? Rhetoricos tamen flores excipio minime huc accommodos. Sed & qui ad prouincias ipsas, Hispaniam quoque respiciunt, quam Huartes affert in medium, quasi Latinæ linguæ (ait) incapacem, quòd ingenio ad contemplandum valeat, ne homini quidem alli assentient. Erat certe, cum minus humanioribus literis excoleretur Hispania, ut videri hoc potuisset. Verum id non ab ingenijs, sed inde acciderat, quòd præceptores deerant, nec Hispani his studijs sese dedebant. At iam ipsorum aliquot cum perlego, quæ hoc sæculo in manus hominum prodierunt, nec uim in dicendo, nec iudicium in recte exponendo, nec memoriam, quod ad dictionem attinet, desidero. Exrat è pluribus, quos nunc taceo, Dominici Soti liber de Natura & gratia, quem in Tridentina Synodo emisit; & Melchioris Cani Episcopi Canariensis Communes Loci, qui ostenderunt, quid hoc in genere potuissent in reliquis, si uoluissent. Domestica si licet intueri mihi, tamquam notiora, neminem pene cerno è nostris Theologis, & Philosophis Hispanis ac Lusitanis, qui prelo sua commiserint quin uideam uberem atq. interiorem scientiam cum dicendi facultate coniunctam. Collegij Societatis nostræ Coimbricense in Lusitania, Philosophiæ curriculū nouissime edidit, quo nescio an quidquā uel acriori iudicio, uel aptiore dicēdi, uel sinceriore philosophandi genere umquā ad nos manarit. Petr. Fonseca de quo post, cum philosophica suo loco attingā; Benedict. Perrerius, Gregor. Valentia, Francisc. Ribera, qui

D

E

in

A in duodecim Prophetas scripsit Petrus Ribadeneyra, Iosephus Acosta, & cæteri in Latine scripserint, nemo tam rudis est, quin sentiat. Et Ioannis Azorii, ac Ioannis Maldonati commentaria in Euangelia prodierunt testatia quod dicimus. Ac eminentia illa Antonij Augustini, & aliorum ingenia, quorum labores Christianus orbis magno cum fructu excepit, satis commentum Huartis euincunt; Hispanos autem cereros accendent, ut, ne earum dotium, quas à Deo accepere, integram, in Dei ipsius gloriam, Latinæ (addo & Græcę) linguę simul cum scientijs iungendæ laudem asperneruntur.

De Amanuensibus quod senserit Io. Huartes infirmum esse iudicium. Cap. XVIII.

B AT de amanuensib. qui ab alijs conducti dictata à professoribus excipiunt, quos ideo à scholis reijcit Huartes, quòd rectè atque expedite scribentes, nix tamen quidquam intelligunt, infirmum iudicium est. Nam si uictus supperaret, ac professores adirent, cumq. alijs conferrent, quæ antea meditati priuatis in studijs fuissent, apriores forsan essent, quàm qui pecuniam ad scriptionem eis submini strant.

Nec verò admittit Huartes qui pingere, aut scribere scite operam dant, quibus cũ facultas cogitandi insit, negat intelligendi esse vim illam acrem, quæ percipiendo vero sit satis. Quamobrem desperat istos fore unquam philosophos, siue Theologos. Dixerim ego, si quemadmodum scribendo & pingendo, species quæ in cogitatione C cadunt, haud in ea fitterent gressum, sed intellectus in eas sese effunderet, nil obesse eam vtrumque aliquis capere possit. Ac quod de sermone dixi, posse uidelicet nos elegantem eque ac inelegantem addiscere, sic de scriptione pronuncio, si quis rectius literas, mox syllabas, & uoces in tempore delineasset. At focordia sæpe nos plus quàm ingenij rarditas auocat ab ijs, quæ bene initio percepta habitum gignerent. Atque vtinam aliqui id nolint, metuentes, ne quid sibi deinceps inbeatur grauius, quod ad scribendi officium spectat. Quin & audio non defuisse, qui ut doctiores haberentur, data opera pessimè scribere soliti sunt, quasi tota eorum mens contemplando absorberetur. Sed quidquid obstrepant, id certum est, quę rectè fiunt, sternere uiam ad rectiora: iuuari autem assuetudine, & à doctoribus, manum & animum eorum, qui vtroque nolint abuti.

D *Ratio altera tuitor pernoscendi ingenia. Cap. XIX.*

VEteres igitur philosophi priusquam in scholas & ad disciplinas altiores admitterent adolescentes, secus eorum pendebant ingenia. Pythagoras tum Arithmetica, quæ ingenij monstrat acumen, tum quinquennij silentio indicto: Plato si Mathematica prius didicissent: Socrates verò eos loquentes audiens, quare & dicebat: Loquere, ut te videam. Diogenes Cynicus querebatur terrenia uasa non emi, quæ antea tinnitu non explorarentur; solo autem aspectu conterens esse qui emerent hominem. Obseruabant alij alia. Protagoras Abderites puer ligna in fascem compendiosè posita, & ratione quadam Geometrica, librata humeris expeditissimè gestabat, quæstus causa: Democritus philosophus compositionis E gratiam admiratus, fascem soluere, & denuo componere iussit, quod cum Protagoras sine cunctatione fecisset: Adolescens (inquit) cum ingenio ualeas, me sequere, ut maiora melioraq. addiscas. Aristoteles præloquijs, non procemijs scabrosa & ardua proponens, stupidos & negligentes arcebat, inuitabat autem nitidos & perspicaces. Bion pueros deliciosiores haud putabat disciplinis idoneos, tenellum ca- *Laertius lib. 4. c. 7.* seum inquiens hamo non attrahi. Athenienſibus is erat mos (inquit Gregorius Na- *Gregor. Nazianzen. in Nicodem.* zianzenus) ut adolescentum patientiam primo perentarent. Cuius fortasse non nullum uestigium reliquum est in quibusdam Europę Academijs, quod uocant pupillatu eximere studiosos. Quę cum antiquitus uirtutis aliqua esse probatio,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00049

deflexit alicubi ad licentiam, peccandiq. & ebrietatis ansam: quare & ad ptisfinum A
statum, qualem Christianos decet, esset ea probatio reuocanda. In qua si quid pecuniæ (quod ceteri studiosi solent) extorqueatur à tyronibus, quibus id commode liceat, id in pauperes scholasticos alendos honesta in domo, vel Septentrionalium exercitato Seminario tribuendum esset. Sic enim diuinæ sapientiæ liberalitatem in persequendis studijs demererentur. Alij autem à parentum educatione, à præfagijs aliquibus, à propensionibus, quas Aristoteles uocat ἐπιτηδευτικὰ, quænam futuræ essent indoles, indicarunt. Origenes (ait Eusebius) cum adhuc esset puer, de abditis Scripturæ sensibus Leonidam parentem, de causis verò, atque instrumentorum usu opifices fatigabat. Asclepiodotus Alexandrinus à puero miracula naturæ obseruabat, eademq. accuratissime inquirebat de opificibus, quæ Origenes. Sanctus Nicolaus Myræ Episcopus in Lycia adolescentulus ad lectiones sacras adibat, dumreteri lu- B
sibus nacabant. Carolus Borromæus Cardinalis, cuius memoria recentissima est, altaria domi puer excitabat, ac coràm ijs sæpe procumbebat. Galenus Pergamenus tàm tum non excedens ex ephœbis methodo operam dabat. Andreas Vesalius nostro sæculo uix euaserat ex infantia, cum mures dissecaret. Hi igitur, & alij, indicijs alijs, quantus quisque in uarijs studijs futurus esset, monstrarunt. Sanè nullo unquam tempore defuit Deus, quin edere sineret argumenta ingenij cum, quo ad publicum boni vti vellet, nisi is alio peccatis rueret. Quare & interrogandi essent parentes, vel susceptores, ecquibus rebus filij eorum libentius hærebant pueri; tum pro captu, si pro penso ad bonum esset, vnusquisque duceretur. Quinetiam haud facilè iudicium ferendum est, vbi inuicem similia uidentur ingenia. Mirum enim est quot quemque circumscribunt homines, quasi proprietates indiuiduæ, quibus inuicem quisque ab C
altero differt. Nam qui erga Iurisprudentiam affici visi sunt, aut Medicinam, horum Theoriæ alter, praxi alter: sic qui erga Theologiam, hic positiuæ, Scholasticę ille ea sit captior. Quemadmodum igitur quę extrinsecus speciem habent simillimam (qualem habent inter se candidum sal, saccarum, farina, calx, contusa optime omnia) facile sensum oculorum fallunt, nisi gustatus adhibeatur; sic plerumque in quibus uidcantur eadem esse ingenia, interiore diligentissime indigent, ut probè noscantur.

Eusseb. libr. 6. cap. 3.

Suidas, Gilbertus Cognatus lib. 6.

Christianis iuuenem esse Rationem pernoscendi ingenia: quàm Ethnicis fuerit. Cap. XX.

GVstatus porrò harum rerum interior quando nobis, qui in Christi luce versa D
mur, palatum sanatum est, rectius ad hoc negotium adhibebitur, quàm fiebat à Gentilibus. Cum enim dicat Apostolus, à spirituali iudicari omnia, sane è Christiana & spirituali schola petenda est uniuersa hæc ars pernoscendi ingenia commodissimè.

1. Cor. 2.

Artis ratio duplex: Altera qua commixti Ecclesiasticis laici, quasi totam rem administrant, Episcopo tamen (qui solet esse Academiarum Cancellarius) præside, atque adscitis qui pro tempore eliguntur, Rectore (ut uocant) Vniuersitatum, & Consiliarijs: Altera spectat ad ea, quę sunt uel Canonicorum & Capituli, vel Cœnobiorũ, vel aliarum Religiosarum familiarum Seminaria, siue Collegia, quę tamen docendę iuuentutis publicam curam suscepere. Quę quoniam ad cultiuram ingeniorum pertinent, quod quidem est tertium ex ijs quę propositueram; ideo non ita multo post de E
re tota planius. Nunc sat fuerit, ne quis ingenij, temporis, bonorum decoctor sit; & ut quam quisque artem aptius est amplexurus, in ea se exerceat; ut animo quę dicturi sumus insculpat. Nimirum primo:

Aristot. 30. Metaur.

Ne Aristotelem quidem latuisse, mortalibus à Deo cuncta communicari, quorum etiam causa sit efficiens. Quare, vt qui cupit aptum ad horas pulsandas horologium, is rectà contendit ad artificem: sic qui ingeniorum delectum habet ad disciplinas, eat ad opificem, qui maiore sapientia nos condidit, quàm aliter ille fecerit horologium. Differuit Philosophus de intellectu, de scientia, de manu, de organis multa, ut acutè & appositè, sic etiam uerè. Duo ait, diuinitus collata sunt hominis corpori manus,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00050

A manus, animo mens. Nam & hæc natura nobis indita, quasi organum quoddam est intrinsecus. At extrinsecus tamquam organa sunt scientiæ & artes, quas paramus & acquirimus. Quare quod manus corpori, id intellectui mens est: utraq. vtriusq. organum. Nam & manum inquit instrumentum esse instrumentorum; intellectum autem speciem esse specierum. *Aristot. 3. de Anima.*

Deinde sibi certò persuadeat, Deum, qui quoniam nos condidit, optime nouit quid sit in homine, docere nos ueriſſimum ingeniorum examen; ita ut qui eo relicto, prudentiæ tantum suæ velit inniti, in ipsa planitie lapsurus sit. Accerte qui fecerit, sæpe ad Academias se conferet, ut, quod aiunt, Doctoratus insignia suscipiat, sibiq. apud homines conciliet famam, qui mox cœno turpissimo peccatorum consputus, nec ulla sapientia imbutus, redibit ad fuos: aut certe, quod sæpe hisce
B quoque annis accidit, interfectus iacebit in plateis; ac Deo & hominibus pessimum sui relinquet odorem; præter æternam illam, quam daturus est, pœnam, si sine Deo, sine lumine, sine pœnitentia emigret è vita. Quibus igitur hæc fuerit cura Principibus, Magistratibus, parentibus, tutoribus, præceptoribus, confessarijs, amicis; hi in toto hoc negotio ingenia perpendendi, sibi ponant ob oculos creationis nostræ finem: qui in eo situs est, ut qui literarum studijs sese daturi sint, SALVTEM IN DEI GLORIAM consequantur. Quamobrem & diligenti peccatorum (etiam totius uitæ anteactæ) exhomologesi expiati apud sacerdotem, eò rectissimè tendant, quod senserint & potissimum placere Deo, ac sibi ipsis conducibilius esse ad salutē. Tum vtrinque rationes expendant, quas mox sacerdoti pio, prudenti, erudito, communicent, ut diuinæ oblatas sapientiæ & ipse perpendens, dicat quid senserit. Sic
C enim rectè cupienti non subtrahet Deus lumen suum. Cum è contrario omnem temeritatis limitem ea excedat cogitatio, qua opinatur aliquis fore, ut seipsum Deus concessurus sit ei, qui semetipsum Deo subducat, & oculos claudat. *FINIS STVDIORVM QVINAM.*

Excolendis ingenijs vtilissimam esse nostri finis considerationem, & eius qui nobis indidit Mentem. Cap. XXI.

» SAne quod ad finem eum sibi proponendum attinet, tantum eius esse uim scri- » pſit Basilius, ut cum nemo (inquit) ex arte laudem consequatur, nisi eamdem » artem, in qua se exercuerit, ad eum ipsum finem perducat: ita hic si negliga- » tur, cuius gratia quidquid cogitamus, molimur, agimus, facienda sunt, non solum » proximæ accedimus ad brutа, uerū etiam nostræ mentes, ueluti sine arte nauigia, quib. D desint qui clauum regant, aut temere huc illuc omni uento circumferuntur, aut denique scopulis illisæ miserime naufragium patiuntur. Et hæc quidem Basilius. *Basilius lib. Quomodo legenda sint Ethnicos audiores.*

Id uero etiam cogitandum est, cum qui nobis indidit mentem, corporiq. absque ulla ipsius cooperatione constructo, & uarijs qualitatibus prædito insudit, posse ité ad maiores gradus euehere nos, atque efficere, ut quæ ex ipsis qualitatibus existunt in nobis difficultates, superentur, aut ad certam temperationem redigantur: siquidem nouæ frequenter illuminationes emanant ex illa diuini splendoris abysso in Angelicas mentes, & quanto puriore & eminentiore natura pollent, tanto excellentius conferuntur ad Deum, sanctis autem ijs donis perpetua cum datoris laude utuntur; quamobrē pleni harum illuminationū, eas alij subministrant, quorū desiderią, ut dictū
E est, ad altare diuinum erga salutem nostram sedulo offerunt. Iam ipsum intellectus donum, quod è septem Spiritus sancti est unum, mentes nostras attollit ad ea noscenda, quæ solo naturali lumine numquam assequi, nec intime potuissemus indagare: videlicet hoc dono in fide constabilimur, atque ad diuinam gloriam procurandam impellimur; permouemur item ad salutem proximi, atque ad contemplandam in creaturis altitudinem, sapientiam, & bonitatem Dei; non humanis quidem argumentis, quæ ab effectibus perducunt nos in notitiam causarum, sed interiore quodam lumine superinfuso, ac denique per eum fit, ut ab eo magistro in primis pendeamus, à quo magisterium omne, ac disciplina, scriptaq. & libri, in quibus ueritas aliqua sit, profecti sunt. Ipsi in æternum gloria. Amen. Et à Dauide quidem enixe hoc intellectus donum ad diuinam intelligendam legem expetebatur:

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00051

quod multo magis faciendum est nobis in percipiendis ijs scriptoribus, qui cum de A
scientijs humanis egerint, populos à diuina lege, atque à veritatis semita aucterunt.
Hinc itaque factum est, vt non solum Prophetis, Apostolis, & quibus extraordina-
rie sublimium scientiarum munus collatum est à Deo, verum etiam alijs ad humanas
ipsas disciplinas diuina se manus exeruerit, ijs, qui demisse ac cupide vota sua Deo
obtulere. Alberto Magno, qui capere philosophica non poterat, quoniam certis
quotidianis precationibus à Beatissima Virgine hoc flagitabat, certis item conditio-
nibus concessum est. Ac neminem pene latet, orationepius quàm studijs eò scien-
tiarum Thomam Aquinatem euectũ fuisse, quò nescio an aliquis vllus peruenerit, ne
2. Thom. dicam altiùs ascenderit: plurimi verò, qui ad Diuini pectoris ostium cum fide pulsa-
Luc. 1. runt, verum esse experti sunt quod Iacobus scripsit Apostolus, ac in præfatione nos
attigimus, Deum esse qui petentibus sapientiam largiens, nemini improperat. B
Ceterum pro certo habeat quisque probus adolescens, si certum tenuerit ordinẽ,
munditiem autem animi & corporis ad scientias adhibuerit, pleraque se, tum natu-
ralia, tum externa incommoda superaturum; quandoquidem & ferrum, quod vel ru
bigine fuit exesum, vel aliunde retusum, industria potest expoliri atque exacui. Or-
dinem autem dixi, quod, vt ferè vniuersiusque ingenio, summo in gradu vna tantũ
disciplina respondet (nimirum cùm in eam serio incumbitur) sic varijs sese eodem
tempore dedere disciplinis, ingenia distrahit, mentisq. aciem obtundit, vt dum hæc
in plures insp icit, nullam integre contempletur atque concipiat. Accedit, si quid
vnum rectè addiscimus, id quasi firmum ad alia superstruitur: è quo deinceps tuto
peruenitur ad apicem. Sed hæc planius in Philosophicis. Ordinem item intelligo, C
quo omnes animi vires ad id, cui vacandum est, apposite connitatur, ita vt, nedum
alterea rantum vtamur, reliquæ iaceant, atque, ut ita dicam, se desertas relinqui ægre-
ferant: cum, si quis omnes vires ordinate ad discendum intenderit, vniuersus ipse
homo euasurus sit doctus; faciliusq. reliquis adhibitis, quas uocant, animæ potentijs,
res ipsas sit percepturus: quemadmodum pluribus manibus, quàm vna, leuius onera,
licet grauia, gestantur. Quod vt magis liqueat, sciant qui solum speculatione pa-
scunt intellectum, aut sine hac memoriæ tantum mandant quæ audiunt, aut legunt;
nel intellectu & memoria posthabitis, vnam ipsam uoluntatem specie pietatis qua-
dam afferunt ad disciplinas, hos, absoluto studiorum curriculo, non admodum utiles
futuros. Nam vel docere alios nescient, aut cum auocabuntur à libris, in cælo ne (vt
aiunt) an in terris consistant, ignorabunt; vel occasione studiorum ac speculationis D
vix fructum aliquem ferent, ob quem scientiæ comparantur.
Res itaque hæc summi momenti est, sed quam perpauci consequi possint, qui in
primis ac sedulo virium animi sui, quas potentias dicunt (vtendum est enim ad pie-
tatem piorum uocibus) ad prælectiones diuinas non adhibuerint. Diuinas autem
prælectiones uoco, quas in Dei schola orando & meditando per necessarium est, vt
vnusquisque; si velit agere serio, comprehendat.

Constans Deliberatio, & labor cultura ingeniorum mirifice vtilis. Cap. XXII.

ATqui & animus constans, ac firma deliberatio (ni prorsus repugnet natura)
faciunt, vt qui haud omnino sit studijs aptus, aptior fiat si primæ causæ dili-
gentius cooperetur. Cleanthes, qui (sicut Xenocrates) tardissimo fuit inge-
nio, dictus est Hercules alter sapientiæ, quòd labore ac studio insignis Philosophus E
euaserit. Accedebat summa inopia. Nam ut uictum quotidie quæreret, noctu aquã
alijs hauriebat; quare & φρεάντλης, vocatus est, quasi aquæ haustor. Demosthenes
pronuntiandi difficultatem, ac tarditatem ingenij vicit industria (quod norunt om-
nes) ac diligentia. Baldus, cui iam senio ad studium Iurisprudentiæ uenienti, ut pro-
brum obijciebant, dicentes: Sero ad hæc uenis, ô Balde, quamobrem causarum in al
tero sæculum eris patronus: nil territus ita profecit, ut cum nominis celebritate mun
dus adhuc perdoctis eius scriptis utatur. Ignatius Loyola Societatis nostræ, excitan
te Deo, fundator, cùm ex aulico, ac militari genere uiuendi, seculo renuntiasset, gran
disq. ætate iam, sponteq. pauper, linguæ primum Latinæ, mox scientijs se dedis-
set,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00052

A ser, procul non solum à suis, verum ab omni humano solatio atque subsidio, dum alijs Lutetiæ suam præstaret operam, interdum autem Rothomagum Normaniæ Metropolim petens, nonnunquam item in Angliam traijciens, vt tantum stipis sibi eum ad finem, ad quem vocabatur à Deo, corrogaret; non tam sibi scientias est consecutus, quàm ostium tot Collegijs & Seminarijs apertuit, in quibus plurimi in vniuerso orbe Christiano erudituntur.

Cultura Ingeniorum quænam breuior, facilior, fructuosior: vbi quales esse debeant Magistri, & à quibus eaucendum. Caput XXIII.

B Dixi auerti nos à semita Religionis & Sapientiæ, cum non excoluntur ingenia. Id verò cum accidat ab imperitis & improbis præceptoribus; à schollis, & publicis Academijs, in quibus antiqua disciplina non uiget; à ratione studiorum præpostera, à socijs, ab egestate, ab imbecillitate virium, à scriptis, aut libris vel inemendatis, vel labe aliqua aspersis, vel in quibus nix ulla rectissima sit methodus, quòdq. nec sobrie, nec ad vsum discitur: agendum hic est de tota re, Deo aspirante, aliquanto accuratius, quandoquidem & dimidium facti (aiebat ille) qui bene cœpit, habet: ac sæpe fit, vt alij nobis in itinere præcant, nisi sæcinæ, quas equo gerimus, ritè priùs aptentur, quàm ex hospitio discedamus. De præceptoribus id constat, quales sint duces, tales sore ducendos. Si enim cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadunt, inquit Scriptura. Hinc verò & multiplex illa opinionum hydra, & variæ Philosophorum sectæ, & hæreses, atque hæresiarchæ, qui orbem inflammarunt, atque etiam nunc inflammant; ac plurima denique in omnibus artibus & di-

C sciplinis damna prodierunt. Quare hoc primum esto: Vt natura cuiusque exploranda est, ac quæ quibus ingenijs scientiæ quadrent, deliberandum; sic Magistros aptiores, quiq. ad docendum magis afficiantur, esse deligendos, adhibito perdiligenti examine. Humanum ingenium (aiebat Plato) cultura fit diuinissimum: at hæc si desit, fit diabolicum. Agri enim quò fœcundiores, eò peiores germinant herbas, nisi colantur & purgentur, & perspicax natura hominis, quæ nix potest quiescere, nisi bono assuefiat, fertur præceps in malum: quæ, vt è multis nodis catena, sic alijs ex improbis factis adeo denique impeditur, humanæ vt vires ad se expediendas haud sint satis. Ita Iulianus Apostata, quòd Maximum Philosophum & Libanium impios nactus est, ex seipso, & è Christiano orbe (quantis potuit conatibus) pieratem, Religionem Christianam, scholas antea rectè institutas, templa Catholicorum, idq.

D breuissimo temporis spatio, eiecit. quod deinde fusius attingendum est. Adeò vene ni mica quantacunque ex quisitas epulas inficit. Sed quibus probi & docti Magistri obtigere, ij Rempub. instauarunt, atque auctores fuerunt, vt sapientia, Religioque pristinum reciperent statum. Carolus Magnus, quòd Alcuinum Bedæ discipulum: plerique alij, quòd Othricum secundum, qui Magdeburgensis fuit Archiepiscopus: Honorius & Arcadius Theodosij Imperatoris filij, quòd Arsenium Romanæ Ecclesiæ Diaconum: Otho III. Imperator, & Robertus Galliæ Rex, quòd Gilbertum Floriacensem monachum Gallum, qui postea fuit Siluester II. Pont. Max. Rufus Angliæ Rex, quòd Lanfrancum Canutariensem Archiepiscopum: Carolus V. hoc

E sæculo, quòd Adrianum VI. Pont. Max. habuere præceptores, ea in se ipsis semina conceperunt, vnde ad Christianam Rempub. maturuere fructus pretiosissimi. Græcia item dicta est χαροτρόφος, filiorum altrix, quoniam in id omnibus industriæ nervis contendebat. Verum quoniam eo tempore Religionem cum sapientia non coniunxit, tantus labor irritus erat. Cum tamen qui propijs naturalis luminis ductum sequebantur, ij magistros adolescentibus procurarint, quos factis, exemplis, signis, verbis, scriptione erudirent. Nihil prætermitto (aie Terentianus ille Demea) consue- *In Eunucho.*
facio denique; inspicere ramquam in speculum vitas omnium iubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi. Lacedæmonij (Xenophonte & Plutarcho testibus) exemplo *In Politic.*
vitæ seniorum proposito filios instituebant, nec verò permittebant pro suo quemque arbitrio liberos docere: ac quos iuuentuti præficiebant, ij neque mercede, nec pecunia conducti, sed è probioribus & sapientioribus Reipub. deligebantur, qui

pro

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00053

pro cuiusque ætate fecerneretur magis idoneos, atque his decuriones adderentur, qui & præcipuam morum curam gererent, atque eos crebra hortatione, varijsq. erga virtutem exercitationibus incenderent. A cœna quæstio proponebatur, cui nisi diligenter, breui, & acute respondissent, vti hebetes, ac tardo ingenio habebantur, & sæpe castigabantur. Quæstio erat; Qui nam aliqua virtute excellerent? Quidve sentirent de ijs qui rectè, an secus aliquid negotij pro Repub. administrassent? Idem ve- A
Plutarchus in Lacon. ro Lacones affectabant cantilenarum elegantiam, & carminum, quibus ineffet aculeus, quo animi excitarentur, & alacritate quadam inflammarentur. Dictio nuda erat, & mascula: nec argumentum habebant aliud, quàm eorum ornamenta, qui generosè vixissent, ac pro patria occubuissent; quos vt immortalitati commendabant,
Cælius lib. 18. cap. 26. sic contumelijs afficiebant ignauos, quòd acerbam atque infelicem vitam duxissent.
Val. Max. lib. 2. cap. 1. Cicero lib. 1. de Diuinat. in. Idem quoque & Cretenses fecere. Quod cum Romani fuissent imitati, Cicero ex- B
clamat: Quid hoc splendidius, quid etiam vtilius certamine? Puberes canis suum honorem reddebat; defuncta virium cursu ætas, ingredientes actuosam vitam fauoris nutrimentis prosequebatur. Quas Athenas, quam scholam, quæ alienigena studia huic domesticæ disciplinæ prætulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricij, per quos res Romana ita fuit aucta, vt vniuerso orbi imperaret. At certè ita se res habet. Nam nec Platoni placuit, ut à nutricibus narrarentur infantibus fabulæ, quæ cum in se tenellos insinuent animos, vix vnquam funditus possunt euelli, nec veritati locus relinquitur. Hæc quidem illi. Qui cùm virtutis speciem haberent, solidas autem, & veras haud obtinerent, neque eorum historias perlegissent, quorum laus à Deo portus, quàm ab hominibus profecta est, non poterant collineare ad verissimum scopum. Sed diuina Sapientia sanctorum Patriarcharum Vitas, & Regum, C
atque aliorum gesta multo antea literis mandari voluerat, ut constaret quodnam præmium ij essent in terris consecuti, quod ve æternum in cælis erant consecuturi in omnes æternitates. Qui igitur ad eum Ethnicorum modum tantummodo inuenturem docent, Christianum autem hunc omittunt, qui uerus, optimus, & primus esse debet, ecquis miretur si parcissimæ fationi respondeat messis exigua? si item mores secundum obiecta & exempla efformentur? plus autem factorum noscatur eorum, qui perpetuo cruciantur apud inferos, quàm aliorum, quorum possessio est in cælis futura perpetua?

Signis, & honestis ludis excoli posse ingenia. Cap. XXIIII.

DIxi verò docere quoque consueuisse per signa, nempe per imagines, atque D
huiusmodi alia. Hæc enim vt pro sui ratione ad bonum, malumve possunt esse incitamenta, idiotarum autem documenta: si pueri, in quibus tamquã in molli cerâ species imprimuntur, ijs assueuerint, nemini dubium est, quin prodesse aut obesse possint quàm maximè. Ac cum nos quidem hac de re fusius actum simus, cum de arte pingendi & sculpendi loquemur, fat fuerit modo attigisse quòd acriter reprehendit Augustinus, qui cum in poctarum, & Comicorum Gentilium lectionem ioucheretur, damnat quòd Terentius Chæream adduxerit, qui turpe Iouis factum in tabula depictum cernens, dixit. Ego verò homuncio hoc non facerem?

Sed inter signa connumero quæsdam (vt ita dicam) industrias, ab ijs solitas adhiberi, quibus diuinus honor, & salus animarum est cordi. Neque enim Hieronymi- E
rum sanctum ad Lætam scribere puduit de institutione filiolæ in Grãmatica, in hęc verba: Fiant ei literæ vel buxeæ, vel eburneæ, suis nominibus appellentur: ludat in eis, vt & lusus ipse eruditio sit: & non solum ordinem teneat literarum, ut memoria nominum in cantici tranſeat, sed & ipse inter se crebrò ordo turbetur, & medijs ultima, primis media misceantur: ut eas non sono tantum, sed & ysu nouerit. Cum uerò cœperit tremanti manu stilum in cera ducere, uel alterius supposita manu teneri, regantur articuli, uel in tabula sculpantur elementa, ut per eosdem sulcos inclusa marginibus trahantur uestigia, ut foras non queant euagari.

Id igitur etiam in alijs iocis honestis, certeisq. notis effici potest, quibus excitentur ingenia, memoria verò iuuetur ad ea, quæ cum sint à sensibus remota, fatigant mentes,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00054

A mentes, nisi aliquo præsidio muniantur. Vidi ego, qui vt Grammaticen, aut Logicen facilius addiscerer, varia pinxerat vasa, è quibus existebant arbusculæ, in quarum foliis & ramis tum præcipuæ voces, quas vocant terminos, tum definitiones, aut diuisiones erant inscriptæ, vt aspectum non confunderent: Nimirum suo quæque res loco dispositæ, aciem ingenij mirificè leuant.

At rogâdus est Deus, adhibendaq. omnis diligentia, vt adolescentes in optimũ inci
» dant præceptorẽ. Ij enim (inquit Cicero) primùm ante tenentur addicti, quàm quid
» esset optimũ iudicare potuerint: deinde infirmissimo tempore gratis, aut obsecuti ami
» co cuidam, aut una alicuius, quem audierunt, oratione capti, de rebus incognitis iudi
» cant, & ad quamcunque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam
» ad saxum adhæscunt. Hæc ille. Sed & non tam doctus, quàm vt fide Catholicus,
B & moribus integerrimis sit Magister, necesse est. Quæ enim vetus erat querela, ea etiam peruenit ad hæc tempora: per Præceptores Hæreticos, aut improbos mundũ ipsum, atque omnem rerum statum conuersisse. Et Aristophanes Comicus, atque Aristides & Lucianus Sophistę, Timon item, qui Pyrrhonis conscriptit, ac Iuuenalis, qui in eos inuectus est, atque Pacuuius, qui dixit, Odi homines ignaua opera, philosopha sententia fecere, vt cordato cuique una cum Sallustiano Mario patrum placuerint eæ literæ, quę ad virtutem Doctoribus nihil profuerint, imo (ut recte ait doctus obseruauit) nocuerint, quia multi vitia sua tegunt & inumbrant hoc velo, animo (ut inquit Tacitus) perfidiosi & fubdoli; auaritiam ac libidinem occultantes, specie bonarum artium falsi.

Cicero Acad. quæstio. in Lucullo.

Sallust. in Iugurtha. Lipsius de Cribis doctr. lib. 1. Tacitus 35. Annalium.

Ratio excolendi Verbis, seu voce ingenia. Cap. XXV.

C SEquitur doctrina, quæ uerbis, aut dictando proponitur. Ac primùm altiora nostræ Religionis mysteria nec facile omnibus manifestanda, ne profanæ multitudini (vt inquit Dionysius Areopagita) tradenda erant, ne priusquam esset initiata Sacramentis, quod sanctum erat & admirationis plenum contemneret. Sic Moyses (de quo postea) vel figuris, vel notis, vel traditione reconditiora docuit sacer dotes. Quem posita morem suis in rebus, aut spectris Satanas, vt authoritatem conciliaret erroribus, primo inter Chaldæos, & Ægyptios, deinde inter Græcos & Romanos, ac denique in vniuersum terrarum orbem inuehere studuit. Sed cum idem errores nec veritate niterentur, nec pietate muniti fussent, id ipsis ob diffidium atque absurditatem accidit, quod de falsis Prophetis verax testatus est, inquiens. Diuisum est cor illorum, nunc irreparant. Inde factum est postea, ut quæ de cultu Numa edixerat, comburerentur & à Græcis ficta fit Cybele falsorum Deorum, ac fallacium cæremoniarum mater, quas nemini communicabant, præterquàm ijs, quos secreto mysterijs illis execrandis imbuebant. Plato item philosophica uarijs ænigmatibus & uelis, ne dicam & fabulis, obuoluit. Ac Pythagorei nec scripto, nec libris, sed tua uoce in discipulorum animos scientias instillabat, quamobrem & una erat disciplina, cui plures aures & animi erant erigendi, quàm parandus calamus, aut papyrus, ac propterea ἀκουστικοὶ, hoc est auditores dicebantur: silentio autem diuturno, quod ἐχεμυθίαν, uocabant, erudit, uerba facere, quærere, commentari poterant. Græci eam docendi rationem ἀκροαματικὴν, hoc est auscultatoriam nominarunt; quemadmodum suos de naturali philosophia libros inscripsit Aristoteles. Et Diogenes roganti Hegæsia, ut sibi scripta quædam interpretaretur. Stultus es (ait) qui caricas quidem non pictas, sed uerus eligis; uera autem excitatione neglecta, te ad scriptam
» confers: Quin & Xeniadis Corinthij liberis totius doctrinę summam tradidit in com
» pendium redactã, ut non chartis, sed memoria comprehenderent: quos & instituit
» domi ministrare parentibus, ac cibo leui & uili, atque aquę potu esse contentos: cumque reliqui Cęsarem alerent ad formę commendationem, ille iussit eos radere comã: & cùm prodeundum esset in publicum, incomptos producebat absque tunicis, incalceatos, ac tacitos. Socratem scribit Plutarchus haud docere aliorum exemplo solitum, sed ingressionem aperientem dubitationum, sicut puerperij, iuuenibus; excitasses: suscitasse, atque elicuisse ex ijs genuinas intelligentia: quod quidem obstetrican di artem

Plutarch. in vita Numæ.

Oscr. 10.

Laertius lib. 8. in Empedocle.

Laertius lib. 6. in Diogene.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00055

diartem dicebat: non quæ extrinsecus infunderet, vt alij ostentabant, mentem illis, qui eum ipsis agebant; verùm demonstraret habere eos domi propriam, quæ aleret, eadem tamen & inconditam. Aristoteles autem intelligens quantum exercitationes, ac disquisitiones, & disputationibas rerum natura erueretur, organum, & methodum, ac topica, sextum præcipue & octauum eorum librum diligenter conscripsit; de quibus postea suo loco fusius, ob eos qui nec tam utili labore vtuntur, & verò plerumque carpunt, quod minus experti sunt, aut non intelligunt. A

Tractatus de philosophia Aristotelis.

Dictandis Tralectionibus num ingenia ladantur. Cap. XXVI.

HÆc igitur qui omisere, dictandisq. prælectionibus potius ingenia presserunt adolescentum, quàm vt per veterum semitam deducerent, cultumq. eam de seruere, quam innuimus supra. Fit autem hinc, vt neque viua vox, quę (vt inquit Hieronymus) nescio quid latentis habet energiæ, in discipulorum animos influat. Sæpe enim ex alienis scriptis eadem promunt, quæ volunt haberi pro suis, quare potius peregrina & mortua, vel Echo nescio quæ obtundit aures, non mentem instruit. Ac qui dictata excipiunt, si nimiæ scriptionis sese immerserint, cum capita rerum notasse sat esset, haud minima damna patiuntur: primum, quòd scriptis sidunt plus, quàm vt res animo comprehendant; sæpeq. id verum sit, quod vulgato & simplici, sed tamen vero carmine dicitur: Quòd ficharta cadat, secum sapientia vadat. Præterea & ipse dicendi stilus, ac bene literas formandi ratio abijcitur. Quam enim scribendo celeritatem adhibent adolescentes, ea fit, vt nec manus rectè unquam deinceps aperetur, nec in auctoribus stilus ipse ac dicendi animaduertatur; qui cum elegantiores scripserint, sæpe barbare explicantur à præceptoribus, ac mixtim, quòd ex alienis laboribus, vt diximus, sua commiscerunt, multi verò pariunt quæ non parturierunt. Sanè qui in pictura uellet excellere, si initio, aut etiam post, nimis cito pomeria duceret lineas, numquam voti fieret compos. In ualetudinis autem ac vitæ non mediocre periculum incurritur, atramentumque plerumque maturinum, cum è pectore vomitur, ubi uerò capitis ac uentriculi uires sunt fractæ, quòd debuerat esse studiorum curriculum, id uitæ claudicatio fit, temporisq. iactura, aliorum etiam molestia, pecuniæq; amissio, ac damnum proximi, cui opera præstari nequeat. Iam ipsis, qui prælegunt, occasio demitur, qua serio materias excutiant: vt qualis fuerit fons, talis inde necessario aqua, turbida nempe ac sordida scaturiat. Quin & antiquiores ac perspicaciores intercipreter, contextusque auctoris omittuntur: ac denique non paucis scholas derelinquentes fat habent, si amanuensem, qui dictata deferibat, eò mittant, in quæ uix postea unquam inspiciunt; aut si oculum admouerint, fructu certè fructuantur repetitionum, ac disputandi & conferendi. Quæ res cum utilissima sit, intellectum perficit. Sic ergo in horrei superficie iacet semen, quod cum ne que sulcis commissum sit, nec contectum, ecquam inde sepatauerris messem? Atqui cum uix percipi possit, quod tam celeriter, aut decurtatis dictionibus scribitur; ipsa scriptio, uel potius corruptio, exequiæ sunt laborum: præterquam quod, qui labor in apparatus & reliqua huiusmodi impenditur, is non semel irritus est; quòd eo in genere plerique libri iam euulgati sint, & quidem multis nonnumbus perfectiores, quàm nostri. Quamobrem, si antequam scriptione conficeremur, à Deo lucem, à peritis notitiam eorum hauriremus, magnum esset compendium. Quinetiam religiosę pauperi interdum magnopere incommodauit, id pecuniæ reseruatum, quod amanuensibus attribuitur, quod sanè in bonos auctores coemendos utilius atque communius transferri posset. Ducentis autem & quinquaginta propemodum ab hinc annis, in Academia Parisiensi lex de ratione explicandæ philosophiæ lata est, qua præsertim cauebatur, ne Doctores, quos uocabant, uocabat Nominatores ad pennam, subducendis singulis propositorum uerbis, nominando & dictando, auditorum manum potius exercerent, quàm continenti explicatione mentem erudirent. Centum post annis Gulielmus Cardinalis Tortauillæus Sedis Apostolicæ Legatus, cum eiusdem Academiæ statum, partim abrogatis, partim firmatis legibus, constituisset, uocis cõtinuationem, & sententiarum disquisitionem retinuit, curiosam illam & molestam de uerbo ad uerbum B C D E

Anno 1355.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00056

A bum prælectionem uehementius coerciuit; philosophicos libros de puncto (ut ipse scribi voluit) in punctum, ac de capite in caput, ore & voce doceri ac pronuntiari iussit.

Nostri certè, quorum magna pars hoc in negotio maximè versatur, usu & damno edocti, quod è nimia illa descriptione prodijt, diu est, cum tanti incommodi & laboris tollendi (ne dicam moderandi) necessitatem intellexerunt. Ac propterea, quos in Lusitaniæ Academijs habemus Patres, hi jam naturalis philosophiæ partem è prælis emiserè; qua tum scriptio illa subtrahatur, tum reliquatur occasio, unde acuantur ingenia, ac multa in arenam disputationum conferri queant. Sed de tota hac re planius in Philosophicis.

B *Et quid maximè obsit ingeniosius uetuce, an scripto excolendis. Cap. XXVII.*

PRotò quod ad ingeniorum culturam attinet, ei magnopere officit, si neque noscantur, nec cognita iaciantur initio in auditoribus fundamenta ueritatis; cuius profectò ipsissimum domicilium est Christiana & Catholica Religio. Quod quoniam haud præstitum officium est Ecclesiæ Reformatæ, ac Regna vulnus accepere, vt hoc ipso sæculo duabus Synodis, Lateranensi & Tridentina fuerit remedium studiosissimè conquirendum. Summa hæc esto: Qui Philosophiam profitetur, is ut Theologiæ prius operam dedisset: quive ciuilis prudentiam Iuris explanat, hic ut antea diuinum & Canonicum altius degustasset: qui autem in reliquo disciplinarum orbe alienis mentibus excolendis vacant, ij vt omnino perpenderent, ecquid ad eam rem in suis mentibus peculij haberent, consultissimum esset. Nam si quis deinceps
C studio vlteriores progressus in libris declarandis, vel thesim specie disputandarum, discipulos ac seipsum auertat à diuinis & laudibus, & sacris, & concionibus, næ hic facile in baratrum totius impietatis ruet. Quod liquidius constabit, vbi ipsæ facultates quid in quaque singillatim hac de re monstrandum sit, aptiorem nobis ansam differendi porrexerint.

Quæ necessaria præmonenda sunt, priusquam quisquam scientijs excolatur. Cap. XXVIII.

ADdo vegeri quemlibet præceptorem conscientia & ratione, vt emendatiores indices auctores, aut interpretes, antequam eos proponat legendos: ne quis videlicet in hæreses, aut labem, aut in veteres illos, ac plerunque scatentes
D erroribus libros incidat, neve pro legitimis suppositos admittat. Nam si, vt suus cuique fœtus adscribere uetus, id priscis Grammaticis, qui scientijs quoque erant imbuti, erat (ait Quintilianus) potissimum curæ, vt libros recognoscerent, num essent, quorum nomina præferuntur, quod quidem è dictione erè iudicabant: cur non premonitos adolescentes sinas præcipites ruere, ac quemcumque eualgatum librum illico arripere, atque in suam ipsorum uertere perniciem?

At & culturæ deest qui reticet, quæ falsæ sesè inter ueras scientias improbe immiscuerunt. Scilicet quoniam etiam impiæ sunt, atque à Synodis, à Patribus, ab ipsa Scriptura diuinitus fuere damnatæ (quemadmodum suo loco dicemus) sunt à præceptoribus explodendæ, libereq. dicendum, qui ijs assenserit admonitus, hunc in grauissima peccata lapsurum. Sic igitur & in tradendis vtilibus disciplinis sine impedi-
E mento decurret, qui obices à Satana iniectos initio submouerit.

Ille enim, Magia (hæc nimirum, quæ diabolica sit & damnata) rerum scientiam naturalium, Geomantia, præstantiam Geometriæ, iudiciaria Astrologia, castitatem Astronomiæ, Physiognomia, & ciusmodi alijs, solida Theologiæ studia, & adorandas, ac certas diuinæ Prouidentiæ vias; Chymica Medicinam; nouis denique nouissimæ hoc sæculo artibus, quas vocant Rationem status (nisi hęc in primis inspiciat in Deum) Moralem atque Politicam corrumpere sategit, certam sine dubio administrationem inuertens, diuinarumq. atque humanarum legum auctoritatem eneruans.

Nimia

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00057

Nimia Ethnicorum Auctorum laudatio quamopere cultui nocet. Cap. XXIX.

NEque verò nobis tacendum est, quę nimia laus auctoribus, vel profanis, vel Ethnicis tribuitur, hanc præiudicium potius quàm rectam iudicandi uim afferre audientibus. Cum enim hi soleant multum deferre præceptoribus, talem esse rerum veritatem existimant, qualem de auctoribus existimationem conceperunt. Qui enim leges ciuiles, vel Romanas duodecim Tabularum in cœlum laudibus extulit, quia si perfectius aliquid quàm Decalogus contineret, ille vel nesciuit quid diceret, vel Diuinam cum Ethnicis legibus non contulit, quæ religionem & rationem in plerisque labefactarunt, vel quantum Ciuiles à Canonicis dissiderent non animaduertit. Iustinianum Imperatorem qui plus nimio laudat, neque verò affert eius administrationis inclinationem, & errores, in quos ante mortem incidit, facilem præberie occasionem adolescentibus, qui eius Institutiones euoluere incipiunt, ut uel eius, vel eorum, quorum opera digestæ sunt leges, errata mordicus comprobent. Zasium (ut propius ad hęc tempora accedam) si quis ita commendet, ut quæ suis inspersit laboribus veritati & Religioni repugnantia, non moneat, nec curet expungenda; non minimam re ipsa calamitatem afferet. quod quidem qua ratione faciendum sit, indicabitur, ubi de Iurisprudentia agerur. Id ipsum item si quis de Molinæo, Hotomano, Oenotomio, Balduino, Spiegelio, Vigelio, Duareno, ac de aliis eiusmodi haud fecerit, summi periculi plena res erit, & damni. De philosophis idem dicendum est. Nam qui Platonem & diuinum, ac diuinissimum (si Deo placet) appellant, Deumq. philosophorum faciunt, extremam hanc laudem à Gentilibus mutuantes; testimoniaq. pro eo sanctorum Patrum, præcipue Augustini afferunt grauissima; neque verò dicant, quæ postea ijdem Patres de eodem recantarunt, ubi latens in Platonica philosophia venenum reperiere; sane philosophię atque Religioni incommodante. Videlicet quæ in eo boni laus fuerit, ea dissiciunda non est à uituperatione mali. Quin etiam addendum, si quid ille veri dixerit, aut quod sublime sapiat, & cum Fide nostra sit consonum, id accidisse, quòd in Aegyptum trajecerat, in qua, cum diu Hebræi demorati essent, ueri cultus memoriam & semina quædam adhuc compererit. Atqui, & quid quid Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Origenes, Iustinus Martyr, Augustinus, & alij de Platone retractarunt, differe docendi sunt quæ scholas frequentant. Augusti nus certè priore suatum Retractationum libro: * Laus quoque (ait) ipsa, qua Platonem certè priore suatum Retractationum libro: * Laus quoque (ait) ipsa, qua Platonem, vel Platonicos, seu Academicos philosophos tantum extuli, quantum IMPIOS homines non oportuit, non immerito mihi displicuit: præsertim quorum contra errores MAGNOS defendenda est CHRISTIANA DOCTRINA. Illud etiam, quod in comparatione argumentorum Ciceronis, quibus in libris suis Academicis vsus est, meas nugas esse dixi, quibus argumenta illa certissima ratione refutarui, quamuis iocando dictum sit, & magis ironia uideatur, non debuit tamen dici. Hæc Augustinus.

Neque igitur mirum uideri debet, Clementem Platonis olim admiratorem scripsisse, huius, ac reliquam Græcorum philosophiam similem esse illuminationi, quæ fit ex scirpo, quem homines accendunt, lucem à sole artificiosè suffurantes. Et Origenem Platoni exprobrasse, quòd una cum ceteris Græcis, qui sapientes dicerentur, præ superbia similis esset medicis ijs, qui neglecta plebe, solis opulentioribus medentur: sane & alibi, dum aquas interpretatur Aegyptias, eos pueriorum ac parui lorum deceptores nocauit. Ac Tertullianus, ᵉ licet antea Platonis egregius cultor, eius lectione denique se prodium, eumq. esse hæresum penum inclamauit. Quod & reliqui deinceps fecere. Iustinus ᶠ Martyr, ᵍ Athanasius, ʰ Cyprianus, ⁱ Hermeas, ᵏ Arnobius, ˡ Aeneas, ᵐ Gazeus cognomento Platonicus, ⁿ Theophilus, ᵒ Patriarcha Antiochenus, Lactantius ᵖ Firmianus, Eusebius ᵠ Cæsariensis, ʳ Epiphanius, ˢ Gregorius ᵗ Nazianzenus, Hieronymus, ᵘ Chrysostomus, ˣ Theodoretus, ʸ & alij in Oriente.

Quid autem de Aristotele, Hippocrate, Galeno, ac plerisque alijs eam dem ob ueritatis causam, & cauendum & dicendum sit in hoc genere, suis locis attigimus etiam eadem cautiones plerumque in alijs Ethnicis (quod quidem hoc, sed & postremo libro

* Cap. 1. a Ciemis. li. 3. Strom.
b Orig. lib. 6. citra Celsum.
c Hom. 2. super Exo. ca. 7.
d De Draser. adser. har.
e In Colleg. contr. Troph. Iud.
f In oratione contra Idola.
g Lib. de pœnitentia.
h Lib. de gentilium philosoph. versf.
i Lib. 2. aduers. gent.
k In Dialogo qui Theophilus fine inscriptus tur.
l Lib. 1. ad duum te tyrum.
m Lib. 1. diuinar. instit.
n De præpar. Euangel. lib. 13. cap. 3.
o Lib. 1. con. haref. tom. 2. haref. 32.
p Contra Iulianum, lib. 1.
q Epistol. ad Heliodorum.
r In Act. Apostol.
s Lib. 3. Gracarum affect.

A bro dicetur) omnino sint adhibendæ. Quamobrem rogatos velim professores, integrum vt hunc perlegant librum, qui & ad disciplinas muniet viam, cum & Apparatus, quem nouissime ad Historias per temporum seriē legendas edidimus, antidotum satis presens contineat, quo venenum extinguatur, quod Sathanas per fallaces historias humanis mentibus callidissimè insp ergit.

Cultura ingeniorum perspicacium, & hebetum. Cap. XXX.

IAm verò si quis minus circūspectè agat in excolēdis perspicacibus ingenijs, hæc se quuntur incōmoda. Primum, quòd plus quàm deinde concoquere possint, comprehendere animo velint: vel cū scire omnia affectent, vix quidquam denique solidi assequuntur. Quamuis enim (ait Philosophus) vt oculorum acies à circumfuso aere, sic
B mens à disciplinis accipiat lumen; qui tamē nocturnam quietē suis oculis demerēt, pe riclitarentur. Sanè scientiæ docendę sunt, quantum satis sit ad vsum; quare & addiscenti nimia speculatio cauenda est, sed vbi lumen accenderit, id sibi & alijs commo dè ac cautè, hoc est sanctè, tamquam in laterna (ne vento superbiæ extinguatur) est præferendum. Rectè Aristippus, vt meminit Laertius, homini iactanti permultam scientiam, Vt ij, inquit, qui plurimum edunt, ac corpora exercent, nihilo melius valent, quàm qui hoc mediocriter faciunt; sic nō qui plurima, sed qui vtilissima legerint, habendi sunt docti & studiosi. Ac Seneca docuit intemperantiæ speciem esse, plus quàm satis sit velle scire. Sapienter item Lactantius, cùm vulgus fæpe melius sapere scripsit, quandoquidem quantum opus est sapit. Augustinus autem simplicitate credentium dixit plebem tutissimam reddi. Sed & Christus Dominus docuerat pau
C peres facilius euangelizari, quàm qui sibi ipsis diuites uiderentur. Quod verò eorum plerique, de quibus diximus, uix quidquam solidi assequantur, veterum extant exempla, Gorgiæ, Protagoræ, Hippiæ, Prodici, Euthidemi, Dionysodori, qui cum de qua cumque re omnibus respondere gloriarentur; satis inglorij, quòd nihil præstiterint, abiere. Ac certè idem Seneca cordatè scriptum reliquit, ad scientias multos peruenire potuisse, nisi iam esse peruenisse credidissent.

Laertius in vita Aristipp.

Seneca epistola 89.

Sed tarditoribus ingenijs, quiq; natura proclives sunt ad torporem, plurimum affert damni, nisi addatur animus, titiosusq; dematur ille pudor, q multos inuasit, quòd iam natu grandes præceptoribus, vel collegis, ætate licet inferioribus, debeant subdi. His verò tantum cibi præbendum est, quantum concoquere possint; quem quidem haud solidum, sed præmansum glutiant: præcipuarum verò dictionum notiones etiā
D similitudinibus aliquibus in eorum animis consignandæ. Mox admonendi amanter, laborem & vigilantiam solitas esse uocari eotem, qua Cleanthis & aliorum tarditas acuebatur. Sic autem quæ supra commemorauimus exempla; sed multo magis accensa caritas, quæ rationes suggerit efficaciores (præsertim Sacramentalis Confessionis tempore) excitabunt iacentes: quos deinceps in crebra lectione, ac (quam uocant) compositione plus quàm præceptis expedit exercere. fiet enim, ut ipsimet postea methodum atque artem agnoscant, quam antea capere non poterant. Et Romani quidem, licet summis Reipublicæ negotijs distinebantur, cum tuse comederent, siue incederent, aut iter haberēt, uel se ad somnum componerent, Anagnostas audirent; plurimam rerum atque historiarum notitiam adepti sunt. Qui itaque statuerit, uitam nō esse somnum, sed uigiliam, ut dixit Varro; quantum autem sibi demit temporis à su-
E peruacaneis rebus, tantum adijcere uitæ atque doctrinæ aliquem; nisi sit penitus stipes ac truncus, fructum feret.

Alia, quamagnopere semper obfuerunt colendis ingenijs. Cap. XXXI.

PRorsū qualibuscumque ingenijs magnopere semper obfuit, cum defuere præceptores officio exigendi à discipulis pensum, repetitione, collatione, responsione, (quotiescumque interrogantur, ac disputationibus. Quemadmodum enim perfecta agri cultio non est, si quis aret tantummodo, aut serat, sed tellure tegendum est semen; sic non rectè excoluntur ingenia, si post prælectiones publicas,)

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00059

ea, quæ dixi, non adhibeantur. Quod verò ad respondendum interrogationibus spe A
ctat, vt discipuli inde magis fiduciam erga magistrum concipiunt, sic crebris humilitatis actibus à Deo merentur vberiorem lucem: cumq. quisque quod nescit interrogat, sit vt remedium proprio vulneri possit afferri, quod profecto publicis prælectionibus non poterat.

Quatenus quærendum, ac disputandum sit. Cap. XXXII.

NVm verò semper, aut quanam ratione interrogationibus, siue quæstionibus respondendum sit, locus hic exigit, qui communis est omnibus disciplinis, vt agamus. Ad quæstiones enim & conclusiones quod attinet (illæ enim, B
cum in dubium vocantur, quæstiones sunt; cum ratione coguntur, conclusiones) meminerit semper cius, quod Nazianzenus Christi Domini exempla obtentans, cordatissime monuit. Christus, inquit, quasdam quæstiones soluere atque explicare solet, quasdam comprimere atque obstruere. Cum ex eo quæritur, In qua potestate hæc facis? propter interrogantium vecordiam & ineptiam, ultiſſim quoque ipse interro-
Matth. 21. gat: Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? Sic utrinque interrogantes suos premit atque constringit, id quod & nobis interdum licet. At cum Dominus quæstionem ratiocinatione uidet egentem, tum verò eos, à quibus interrogatur, prudenti responso nequaquam indignos censet. Quænam verò quæstionum species sint, aut cognitionis, aut actionis, eaq. aut vitiosæ, aut honestæ, ac laudabiles, Melchior Canus legendus est, qui integrum duodecimum de Locis communibus librum, ac præsertim huius duodecimi caput quintum, hac de re scripsit. Attigit quoq. hanc C
materiam nostro tempore Abbas Rogerius libro ab fe Romæ edito, in quem varia cõ
icit opuscula de ratione Theologiæ tradendæ. Quod quidem antea idem Nazianzenus libro priore de Theologia fecit, quo docuit de quibus rebus, & quatenus disputandum sit. De ijs enim (ait) dumtaxat, ad quæ humani acies ingenij possit pertingere, & quatenus auditoris conditio assequi possit: ne vt intensior uox auribus, & vt alimentũ immodicum corpori, vtq. onera paulo grauiora subeuntibus, terræ denique crebriores pluuiæ, nocẽtia sanè & auditores quæstionibus damni aliquid accipiant. Cyrillus verò Alexandrinus quæstiones de re penitus ignota improbans, ait: Stultissimum omnino fuerit examini ea subijcere, quæ mentem nostram transcendunt, ac conari intelligere, quæ percipi nequeunt. Penitus autem ignota dicimus, quæ ratio D
ne sui sciri non possunt, quoniam neque sunt, nec esse possunt; vt corpus infinitum in actu, chimæra, quæve alia cum natura pugnant. De quibus tamen cum anxie disserant quidam, nonnulla adhuc magis portentosa adiecerunt, utpote quorum subiectum ac prædicatum in rerũ natura non extet: quæstium verò nec cogitari quidẽ possit, nisi quibusdam positis, quæ rerum ordinem, actum, statum, & naturam conuellunt, ac Dei virtutum agendi morem inuertunt, vt inde pugnantia quandoque concludant. Ignota porrò penitus etiam illa sunt, quæ ratione nostri cognosci nequeunt; cuiusmodi est ipsa Dei essentia secundum eam perfectam rationem, qua sola Trinitas se ipsam intelligit. Ipse enim possit tenebras latibulum suum, nec nostrum est scire tem
Psal. 17. Act. 1. Prou. 25. pora, neque momenta, quę Pater posuit in sua potestate: ac scrutator Maiestatis opprimetur à gloria. Quod si verò Theologi illustres nonnumquam de altioribus, ac supra hominum captum egerint, consilium illorum & mens spectanda est, quæ non E
temere ferebatur, sed ratione ducebatur, ut commenta Atheorum, & eiusmodi alia exploderentur. Quod quidem dolenter significans Nazianzenus dicebat: Posteaquam Sexti, & Pyrrhones, & contradicendi libidine, & incitata lingua, velut grauis quidam ac magnus morbus infeliciter irrepsit, ad nihil aliud vacamus, quàm ad noui „
aliquid dicendum, uel audiendum, quemadmodum Actorum liber de Athenienſibus narrat. Chrysostomus quoque clamabat: Non cessabis ergo, ô homo, superflua quærere? Augustinus autem præceptum Apostoli ad Titum tenens, ut à stultis quæstionibus, & genealogijs, & contentionibus, & pugnis legis declinaremus, sic testatur, dicens: Quibus respondeo, multum subtilibus & laboriosis rationibus ista re

quiri,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00060

A quiri, vt verè percipiantur, vtrum ita, ac non ita sint, quibus ineundis atque tractan-
» dis, nec mihi iam tempus est, nec illis esse debet, quos ad salutem suam, & sanctæ Ec-
» clesiæ vtilitatem cupimus informare. Illos præterea idem Augustinus reprehendit,
» qui in perscrutandis superuacaneis istis ac inutilibus studium collocabant. inquie-
» nim. Multi multum disputant de his rebus, quas maiore prudentia nostri auctores
» omiserunt ad beatam vitam, nec profuturas discentibus, & occupantes (quod peius
» est) multum prolixa, & rebus salubribus impendenda temporum spatia.

Remedia contra quorundam ingeniorum libertatem, quæ culturam impedit. Cap. XXXIII.

B AT verò, quoniam professorum quorundam ingenia libertatem (ne dicam li-
centiam) maiorem in inueniendo & opinando quærunt, quàm quæ re vera
optanda sit; sin autem intra mediocritatem cogantur, indolent sibi minui
quàm à Deo consecuti sunt perspicaciæ aut solertiæ uim & potestatem; ideo sciant
isti, modestis pijsq. igenijs non qualem, qualem appetendam esse libertatem, sed eam
tantum, quæ cum virtute ac pietate coniuncta sit. Quemadmodum enim, cum ve-
lox equus abstrahitur quidem vtiliter à spatijs, quibus decurrendis aliquod periculũ
metueretur, laxatur tamen, vt in apertis rutisq. campis, quantum velit, expatietur:
sic doctissimo cuique semper fuit persuasum, in probatis receptisq. sententijs ingenij
vim exprimere, plus habere subtilitatis, laudis, ac commodi, quàm licentiæ ac noui-
tatis opinandi. Et certè, quòd huc attinet, optime monent qui dixerunt, si plus desi
deretur libertatis, id totum esse eiusmodi, ut ualde noceat eorum valetudini, qui sese
C tam multarum rerum excogitatione cõficiunt, ac præterquam quòd suarum sæpe fa-
miliarum, si Religiosi sint, existimationem in discrimen adducunt, in materijs quo-
que lubricis non esse tutam omnium inuentionem. Quin etiam hæc perturbat con-
concordiam, sectasq. pene introducit, officit solliditati scientiæ: mauult enim quisque
suos vel incoctos & informes edere fœtus, quàm alienis (& his quidem maturioribus)
ac quos Doctorum & facultorum consensus comprobauit, acquiescere, donec suo, au-
ditorumque malo discat sero tandem sapere.

Ergo omnis doctrina duas res consequatur, solliditatem, quæ omni temeritate va-
cet, & consensionem. Nempe, vt cum in docendo corroborandæ in primis Fidei, a-
lendæq. pietatis cura habenda sit, nemo quidquam doceat, quod cum Eccle siæ Ca-
tholicæ Romanæ sensu, receptisq. traditionibus haud bene conueniat; quodque ali-
D quo modo robur Fidei, ac firmitatem solidæ pietatis labefactet. Vbi item nullum
Fidei & pietatis periculum imminet, suspicio uitanda est res moliendi nouas, aut no
uæ colendæ doctrinæ. Quæ uerò opiniones (cuiuscunque Auctoris sint) in aliqua
Prouincia, vel Ciuitate multos Catholicos graues, doctos, & pios offendere scien-
tur, eas expedit, ut nemo doceat, aut defendat, quamuis alibi sine offensione doceantur. Proinde securiorum etiam opinionum delectum habuisse prius quàm ad docen
dum se conferat, utilissimum erit. Cum autem de S. Thomæ, de Scoti, & aliorum eximiorum Theologorum sententijs agendum fuerit, id commodè fiet ea ratione, de qua cum nominatim de ijs agetur, suo loco dicendum erit. Ordinem denique ac pra xim scholarum, omniumq. exercitationũ, quibus auditores tum ad alias disciplinas,
E tum præcipue ad Theologiam promoueri possint, non difficile erit tenere, qui uel Do minicani Ordinis, uel aliarum Religiosarum familiarum hac in re deliberationes & rationem studendi pernouerit. Qua de re Deo aspirante, aliquid fortasse & nostra Societas supperditare poterit, quę in constituenda certa methodo & ratione laborauit, qua scientiæ & facultates tractentur, quæ ad institutum nostrum pertinent.

Cultura Ingeniorum, quæ in disputationibus adhibetur. Cap. XXXIIII.

AD disputationes seu disceptationes quod attinet, si quid est in quo vsus, or-
do, solertia, moderatio, vtiliter excitandæ sint, hoc sanè præcipuum est.
Vsum igitur præcedat, rerum quæ perpendendæ sunt, ac virium animi no-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00061

strarum cognitio, quibus tamquã organis veritatẽ eruimus, quę quidem antequã descendamus in arenã, priuata meditatione essent diligenter acuẽda, vt eò feratur assensus, vbi vel necessitas, vel euidẽtia, vel certitudo, aut certe probabilitas maior appareat. A

Iudex. vsus de disputatione.

Rectè enim quidam, inquit cum ueritas magnis inuolucris occulteturac quasi cor ticibus tegatur, disputationem ita esse dictam, ut quemadmodum uites, nuces, ferrum, aurum putantur reiectis inutilibus, ita in examine ueritatis, remotis uel falsis, vel ambiguis, ac incertis, ad ea ueniatur, quæ proculdubio sunt vera.

Narrat autẽ ex Republica Platonis Ioannes Philoponus, quinque nobis inesse animi functiones, Mentẽ, Opinionẽ, Dianœam, Phantasiam, Sensum. Sensus lentior est, quàm vt syllogismo discurrat, & aliquid colligat. Mens celerior, quàm ut syllogismum expectet. Opinio assensus est. Phantasia, seu visum, apprehensio. Dianœa, quam sanè cogitationem dicamus, est motus: itaque hæc ratiocinatur, & syllogismo vtitur. Mens ad cogitationem, quantum assequi potest, verissima & perfectissima adfert, velut axiomata, naturales informationes, & in omnium animis impressas insculpatasq. notiones, ex quibus aptissimę ac firmissimę rationis nectuntur syllogismis in quibus est scientia, si alibi vsquam. Opinio suppeditat credibilia, aliàs vera, aliàs falsa: vnde existunt syllogismi verisimiles, qui secum nonnullam dubitationem important. Visum subministrat vanas imagines, somnia, hallucinationes, impostoras. Ducitur enim Phantasia similitudine, quam ex incogitantia temere commisceret, ut vnum è duobus, aut è multis cõfundat. Adde huc, cum prauo cõclusio pro uera admittitur, quod aliquam illius præ se imaginem ostentet. Phantasia enim, vt leuiter ab uno adaliud discedit, ita etiam leuiter assentitur: vt in quodcumq. incideritsubsistat. Itaque sæpè fallitur, quòd neque distinguit ambigua, nec partes inter se confert, vt quemadmodum inter se apræ sint ac nexę animaduertat. Iudicium autem animi inter hæc tam diuersa, velut disceptator quidam sedens, incipit eorum omnium uires, ac ueluti causam expendere. Quæ reprobat, omnino respuit, & damnat: quæ approbat, alia securè admittit; in alijs à iudicando superseder; ac dubius pendet similitudine aliqua ueri, vel falsi. B C

Ad eam igitur normam, quam diximus, qui se ita in disputationibus composuerit, vt ueritatis inquisitione, plus quàm nominis celebritate gaudeat, maiorem plerumque alijs pertinationibus coronam reportabit; quòd uirtuti cedere, fateriquesenescire vt discat, laudabilius est quàm litigare, ac duplici interim damno affici, affectatæ ignorantiæ, ac pertinaciæ.

D

Exemplum Adolescentis peritulę Ingenijs rectè excolendis. Cap. XXXV.

ACcedit ad hæc omnia vitium, quod excolendis ingenijs valde aduersatur. Quod quoniam unius exemplo magis quàm argumentis innotescet, ac tolli poterit, id huc adijciam. E multis, qui philosophiæ ac Theologiæ studijs in magno Religiosæ familiæ Seminario operam dabant, erat nobilis, qui cum eidem familiæ se addixisset, dies ac noctes voluẽdis libris enixe impendebat. hic cum ad alterum Religiosum uirum diuertisset, cupere autem se dixisset quidquid ageret, hoc vnum ad Dei referre gloriam; responsum accepit, si mensem dumtaxat integrum exercitationibus quibusdã spiritualibus daret, fore, vt maiore cum alacritate, viribus item validioribus, ac breuiore methodo, deinceps proposita sibi studia perficere posset: arrhã certè interiorem cęlitus acciperet, qua intelligeret, se in tota studiorum ratione à Diuina manu rectissimè duci. Solebat ille uel non cœnare omnino, vel certè nonnihil edere parcissimè, ad octauam usque horã noctis studia producens. Erat itè ibidem mos, ab ijs qui philosophię & Theologię operam darent, ut omnes professores audirent, magis ut eorum gratiam sibi ad reliqua conciliarent, quàm quòd aut necessarius esset, uel expediret. Res enim disparatas, easq. prepostere, ac quidẽ ab hora ante diluculũ usq. ad prandiũ excipere, ecquid operæpretij afferre poterat? Sensim itaq. hic tanto è labirintho cũ esset educẽdus, spes erat, eo effornato, ut ad eius exemplũ alij circiter centũ aptarẽtur: id quod breui de plerisq. Deo iuuante, factũ est. Primo igitur cura tũ est sedulò, ut altius crederet, ac quasi degustaret se à Deo diligi, à quo & uocatus & E

tractus,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00062

A tractus, intelligere debebat sui maiorē geti curam, quam à quocumque alio vnquam sperare posset in terris. Diuino oculo cum parerēt omnia, non esse vnde certius & utilius, quàm ab illius infinita sapientia & bonitate consilium peterent. Itaque ad eum in primis confugiendum, eiusq. vocem, relictis tantisper studijs, audiendam, qui sine dubio sibi locuturus esset ad cor. Id vt efficeret, subnouenda necessariò esse impedimenta, quæ solent inter nos & Deum, ecclipsim quamdam luminis illius parere, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ea, vt funditus amouerentur, meditandum esse attente finem, cur Deus se condiderit, mox paucos primæ hebdomadæ dies, certis horis de peccati fœditate, de morte, de Iudicio, de Inferno, per se ipse ageret ijs, quæ præscriberentur, horis: deinde plenam & generalem totius vitæ peccatorum Confessionem ederet, sue ordinario sui Ordinis Confessario,

B sue alteri facerdoti probato & perito, cui per obedientiam liceret: quod vbi præstitisset, sanctissimam mox sumēret Eucharistiam. Diem posteà ubi ad animi laxationem intermisisset, vitæ Domini Iesu initia, progressum, modum uocandi & docendi Apostolos, dona item quæ propterea ijs impertijt, sequenti hebdomada meditaretur. His enim ex omnibus rebus futurum, vt nosset, quænam studia sibi deligenda, quidq. in singulis esset præstandum: cumq. scientiæ ipsæ sint ad usum referendæ, cognituram id adhuc liquidius duabus sequentibus hebdomadis, quæ harum exercitationum spiritualium clauderent mensem. Ijs enim tamquam armis muniri animum, vt theoria conuertatur in praxim. Quæ certè res facit, vt non tam ad altiores in Religiosis familijs, quàm ad æternos ueræ sapientiæ gradus in diuinæ gloriæ laudem, vnusquisque promoueatur. Hęc cum successissent, priore autem mensis heb

C domanda varias ipse per se meditationibus afflictiones corporis adiecisset, maximum cum animi tranquillitate atque munditie lumen est consecutus. Quare & cùm se ad omnia paratissimum esse diceret, ventum est proprius ad ea, quæ ad rationem studiorum pertinebant: Quorum fuit alterum, ut è multis interpretibus, quos ille ad Magistri Sēntentiarum sensum hauriendum lectitabat, saltem aliquem seponeret, aliū verò eminentiore doctrina interpretem euolueret: alterum uerò, ne quocumque prę textu, nisi morbo, aut iustissima de causa impeditus, sacrum quotidie facere intermitteret. Sacrosanctum enim sacrificium alijs omnibus rationibus præstare, quibus scientiæ comparari queant, quarum cum omnes in Deo sint thesauri, erat stolidi, ac uix recte credentis hominis, diuinissimum omnium donum contemnere, quo noxia omni ignorantia depulsa, sanctissimam Trinitatem in animum, tamquam in hospitium ad-

D mittimus. Sic verò S. Thomam, Albertum Magnum, Bonauenturam, & alios, cum hanc viam instituissent, non ram sibi, quàm posteris studuisse: nec solum familijs suis Religiosis vixisse, verumetiam viuere adhuc: & alijs quoque Ordinibus, quos in Ecclesiæ subsidium diuina excitauit misericordia, vtcum præbere exemplo, doctrina, & qua iam ualent apud Deum auctoritate. Hilari hæc suscipiens animo adolescens, rogans autem, cequis ille eminens esset interpres, qui cum alijs, uno potiabitur. Esse NOTA. uerò sanctus, hic (responsum est) ipse met est Deus. Nam si è Magistro Sententiarum futuræ prælectionis duo, triaue capita seligas, extincto autem lumine, & clauso cubiculo super te, iam reuerenter accedens ad Deum, ut tanti Doctoris, quantus est Deus doctrinam excipias, quem, scriptum est, esse docentem vtilia, cum quid in te loqua- Iac. 42. tur, audieris: intelliges nihil hac re plus tibi commodaturum. Sed vbi te coram ip

E so stiteris: memoriam primo excita, qua materiam, de qua tuus Theologiæ professor acturus est, menti ordinatè proponas, mox ipso intellectu talis doctrinę causas disqui re: denique uoluntatem accende, nimirum pete à Deo, ut aut ueritatem addiscendarum rerum, posteà cum opus fuerit, alacriter ac modestè tueare, aut uirtutem sequare, ac declines uitia, prout earum contextus rerum tibi suppeditabit, qui tum erit ad manus. Vbi autem horam primario Doctori, id est, Deo dederis, tum in libello, quem huius excipiendis monitis antea parueris, eorum capita, quę ab eo audieris, breuissimè scribe, ne excidāt: quæ cum reliquis collata interpretibus, facient, ut istorū sensa quasi nouo spiritu addito informentur, ac tāquam illucescente sole magis colluceant. Vnus autem, aut alter interpres sat erunt, ne grauiori onere mens pres-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00063

fa, minus sit apta itineri, quod restat, absoluendo. Ceterum Deus, qui videt in abscondito, cum viderit te ab eo pendentem, supponet manum, vt per anfractus licet arduos, securum te deducat. Præterea nec tot ibi, nec tam diſparatæ prælectiones audiendæ erunt, quemadmodum faciebas. Neque verò dubites ceteros professores ægre laturos, nisi omnibus adiueris: potens enim est Deus, qui eorum immutet corda, qui cognita ratione suscepti à te propositi, quam interdum ijs referre poteris, non solum erga te magis in Domino afficientur, verum etiam exemplo (vt ferè fit) permouebuntur, vt idem ab alijs adolescentibus effici curent. Porrò dictum est ei, cum ea esset ætate, cœnaret sobrie, nisi quibus diebus ex Ordinis instituto, & Ecclesiæ præcepto, aut ob aliquam animo salubrem causam, à cibo esset abstinendum: somno etiam sex, vel septem horas singulis noctibus daret, ne corporis vires fractæ spiritum extinguerent, aut caput ipsum frangerent, quod maximè omnis mali auctor diabolus cupiebat, ne integris accedamus sensibus ad Sacrum faciendum, vnde regnum illius contrarium est. Ceterum si prælectiones essent omittendæ, hasce omnes portius, quàm vnum omitteret Sacrum. Quæ omnia cum in rem contulisset, tantam animi & pacem, & lætitiam à Spiritu sancto iterum hausit, ut qui ex turbulenta illa & præposterata studiorum confusione nunquam sui erat vel dominus, vel compos, iam ex hoc ordine, & tempus, & mentis serenitatem, & firmitatem valeudinis, & plures identidem sibi dari occasiones experiretur, quibus alios quoque collegas & studiosos per eamdē deduceret semitam: quod certè eò illis suadebat efficacius, quò ipsam in seipso altius perspexerat, atque, vt ita dicam, loquebatur ex propijs.

Psal. 36. A

NOTA. B

In his cum progressus fecisset aliquos, soluta q. eius loci Religiosi studiorum vacatio propterea superueniret, quòd cum annui redditus, aut eleemosynæ ordinarijs alendis tam multis deessent, cogebantur conquirere quibus in pagis, vel oppidis tempore Quadragesimæ, tum populis iuuandis, tum stipe corroganda concionarētur: quæ res cum faciat, vt varijs periculis soli eunres exponi possint, tempusq. anni studijs opportunius amittant, datum est consilium, vt, ni publicè posset, priuatim certè studia sua perfequeretur, annum enim ita continuatum pro trienuio futurum. Vbi verò studia absoluissēt, quibus pieraterm addidissēt comitem, tunc sese procurandæ animarū saluti rite daturum: id quod denique sic effecit, vt in uarijs ciuitatibus conceptum semen ad diuinam gloriam ubere cum fructu pepererit. C

Loca, vbi eadem cultura rectius adhibetur. Caput. XXXVI. D

IAm verò ordinis ratio postulat, vt de locis agatur, vbi excoluntur ingenia. Loca sunt, scholæ tum priuatæ, ac (vt ita dicam) populares; tum publicę, quas & Vniuersitates vocant. Hue spectant Collegia & Seminaria, quę alūt aut laicos, aut Ecclesiasticos nullis certis ordinibus addictos, aut quos, ob rationem uitæ perfectiorem, Religiosos dicimus. Academiæ verò, quę priuatim habentur, vt honestis quibusdam exercitationibus (etiam præter studia literarum) nobiles eruditur, referri quidem hue possunt: sed de alijs nunc præcipue agendum est: & ita sanè agendum, vt cum intelligatur, quæ ab eorum antiquo instituto degenerarunt, eas esse collapsas; eadem opera cernatur diuinę uis prouidentię, quę nunquam destitit alia excitasse, & obstructis à Satana canalibus, nouos aperuisse siphones, per quos salutaris aqua sapientię in bonorum usum deriuaretur. E

Et locis quidem istis quasi proprium aliquid inest ad ingeniorum culturam, sicuti de agris dictum est: Id autem non tam pendendum est à natura soli, aeris, ciuitatum, vnde uictus suppeditatur; tutelę, ubi sine hostium metu agitur; immunitatum, quę studiosis concedūtur; quàm ex ijs, qui ad hauriendas disciplinas vndique confluunt, atque in primis ex professorum copia, qui & eas tradunt, & inuicem accenduntur ad præstandam Christianę Reip. operam. Accedit ratio ipsa studiorum, legesq. & ordo, ac uaria hominum officia, quę reip. literariæ speciem constituunt eò meliorem, quò rectius obseruantur, si optime à uiris optimis fuerint institutæ; & ab studiorum instauratoribus, quos Reformatores uocant, curentur obseruari.

De

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00064

A De priuatis scholis, cum fusius dicendum sit, ubi de studijs humanioribus agetur; hic tamen præmittendum non est, Iudimagistrorum doctrinam & vitam accuratissime à spirituali Magistratu esse examinandam, quod iuuentus cereæ sit, & flexibilis; & verò Christiani orbis sit seminarium. Deinde curandum, ut classes, magistri, gradus pro vario adolescentum captu distincti sint, siue quibus nec tanti progressus à plurib. fiunt, quanti possent: alij autem quasi per saltum (vt ita dixerim) ascendunt quo non dum peruenire possint.

In Collegijs etiam, ubi laici aluntur, id eò magis curandum est, quòd iam natu grandiores, ex æraire & sanguine prochiuiores ad omnia fiunt: cumq; vel gratia, vel pecunia, eò sæpe admittantur; breuiore autem spatio temporis, vel diutius quàm par sit, in iis commorentur; qualis fuit ingressus & progressus, necesse est vt eiusmodi sit exi-
B tus. Ea igitur Collegia vel ad priscam disciplinam reuocanda, vel in pauperum siu diosorum domos essent fortasse commutanda; qui à probis præfectis exculti, diuinæ iræ flagella auerterent, quæ Regnis & Rebuspub. solent ex abominandis sceleribus imminere, sicubi patrantur.

In Seminarijs Clericorum, quæ æstatu Spiritus sancti Synodus Tridentina iussit instituì, ut in singulis Diœcesibus eformarentur operarij, nihil est quod maiore animaduersione ac cultura dignius sit. hanc enim rationem inijt ipsa diuina Sapientia, quæ cælitus descendens, & nostram indiuens carnem, duobus seminarijs vniuersam propagauit Ecclesiam: quorum alterum non plus duodecim, reliquum septuaginta- *Matt. 3. Luc. 10. Act. 2.*
duos habuit alumnos. Horum autem eam curam gessit, ut ad mortem usque illos exco-
C luerit, ac deinceps Spiritum ijs sanctum de cælo demiserit. Ac quidem quid in illis efficiendum sit, liber ipse quintus in hac Bibliotheca ostendet. Cum enim in eo de cura pastorali agendum sit, inde & monitæ & regulæ, & libri, ac leges peti poterunt, quas colligere potuimus omnium aptissimas.

Variatum item nationum Seminaria extant, quorum auctor maxima ex parte fuit hoc sæculo Gregorius XIII. Pont. Max. Atque ex ijs sane prodijt adolescentium doctorum & religiosorum, atque adeo martyrum haud mediocris numerus, qui Ecclesiæ imperterito pectore insurrexerunt, inseruituri fructuosius omnes, si fidem omnes obseruandis sanctis Seminariorum legibus promissam præstent. Ac tamen hactenus non vna prouincia, & integræ pene ciuitates cum per eosdem alumnos Catholicam Reli
D gionem sint amplexæ; qui verò ex hac ruina pie decesserunt, migrauerint ad Deum; ecquis ambigat ab his patriæ salutem procurari quidem ardenter in cœlis, rogari autè ex animo Deum pro iis, quorum opera salutem sunt consecuti?

Ad Vniuersitates, siue publica Gymnasia quod attinet, postquam Christianæ Ecclesiæ per eos Imperatores, qui Christo nomen dederunt, extructæ sunt, nihil ijs potuit vtilius effici. Nam inuitatis quasquam rerum insignioribus viris, & familijs è eligiosis adiunctis, diuina lux splendidior affulsit sæpeq. cadentes Academiæ instauratæ sunt, quemadmodum & supra dictum est, & infra dicetur. Neque uero illæ extant Synodi, in quibus de ratione studiorum actum sit, quin præcipua scholarum cura Ecclesiasticis uiris demandaretur. Et in ædibus ac Cathedralibus nonnisi eorum seruantur adhuc, qui vel Scholastici, uel uulgari nomine Capischolæ, uel Magistri scholæ appellantur: quorum erat antiquitus non tam clericos, quàm laicos, & pauperes
E scholasticos apud templa ipsa gratis instituere. Carolus certe Magnus tot bellorum & administrandarum prouinciarum mole oneratus, id habuit antiquissimum, ut eum post relatas de hostibus victorias templa extruxisset, ubi Deo gratiæ agerentur (victoriias enim oratione potius, quàm armis, quod idem testatus est, erat confectus) scholas illico templis adiungebat, quibus sacerdotes præficiebat. E multis autem illustribus Hispaniæ Academijs, expedit ut hic aliqua exprimatur, è cuius legibus, ac tamquam idea, habeant reliquæ cadentes Academiæ, unde iuuari possint, aut Principes, quas instituere debeant. Et hęc causa est, cur eo libentius Salmanticensem hoc tempore Academiam describendam existimaui, quòd neque Middenthorpius, qui de Academijs librum conscripsit, nec alij, quod sciam, liquidò de statu & ordine ipsius egerint.

Salman-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00065

Salmanticensis Academiæ œconomia, leges, mores, studia. *Cap. XXXV I.* A

SAlmantica Regni Castellę in Hispania Ciuitas est, in qua Alfonsus Octauus Castellæ Rex Academiam instituit, imitatus Regem Legionis, qui alteram Palentiæ excitauerat. Salmanticensis igitur cùm primo minus esset locuples, redituum denunceps est aucta, clero Cathedralis Ecclesiæ consentiente, qui ei tertiam suorum redituum partem attribuit. Hæc igitur à Martino V. confirmata est, & variis privilegijs, ac legibus in Reip. formam redacta: cui etiam ipsius Cathedralis Scholastico præfecit, delata ei amplissima auctoritate, qua studiosos ciuilibus & criminalibus pœnis posset coercere, seruata prouocatione causarum Sedi Apostolicæ, uel suis administris, qui futuri essent in Hispania.

Rectorem, qui eligi solet è præcipua Academiæ nobilitate, cum octo Consiliarijs B ex octo Hispaniæ Regnis adlegit, quorum esset suffragium ad professores constituendos. Eius, & Consiliariorum magistratus annum non excedit, qui eliguntur die S. Martino sacra, in memoriam Martini V. à quo stabilita est Academia. Ijsdem autem suffragijs Rectorem & Consiliarios sequentis anni deligunt.

Scholastici dignitas cum proxima sit post Episcopum, hanc insuper alteram de Academia adminstrando obtinet. Quare nisi tanto ob affectam interdum ualetudinem, ac caducam ætatem, oneri ferendo fuerit aptus, aliùs ad gerendum Episcopatum Pontifici Max. proponitur, qui in eius locum uiribus ualidior suffi citur.

Reditus ipsi Academiæ sunt annui triginta millium aurorum, qui æquis diuisi partibus, altera professoribus, quos proprietatis Cathedraticos uocant, fatisfaciunt: altera C ijs, qui in quadriennium conducuntur: reliquum in necessaria ædificia, & opera pia impenditur, inter quæ Nosodochium est, in quo pauperes omnes scholarum studiosi, cum morbo tentati sunt, curantur egregiè. Summa ter mille aurorum quot annis ei Nosodochio attributa est.

Cathedratici, qui proprietatis dicuntur, numerantur, uiginti, tres Theologici, quorum unus mane, alter uespere Theologiam, tertius Bibliã, siue Testamentum uetus & nouum, idq. finita prima lectione matutina, prælegunt. Canonici Iuris sex sunt professores, duo mane, totidem uesperi: à quibus omnibus exponuntur Decretales, è quibus proprij assignantur tituli: reliquæ lectiones sunt duæ, altera Decreti, quę sit absoluta matutina lectione: altera est ex Sexto, quæ horam exponitur ante uespertinã. Ciuilis Iurisprudentiæ lectiones sunt quattuor, duę quę mane, totidem quę uesperi: D prima Infortiatum, alterę cente die: aliæ uespere Digestum nouum interpretantur. Medicinę item tres sunt cathedræ, quę proprietatis dicuntur, eaq. ijsdem horis, quibus Theologia solet, declaratur. Reliqui professores artibus liberalibus sunt addicti. Lectiones cum dico proprietatis, eas intelligo, quę (vt aiunt) dantur ad utilitatem quas primum hora aliquis inchoat, iam alijs præmionet; huncq. Hispanicè uocant Iubilatum. At ubi uigesimum in eo munere annum expleuerit, eodem stipendio (immunis iam à legendo) fruitur, quamdiu uixerit: tum uerò in eius locum sufficitur alius, cui ex alijs Academię reditibus pensio curatur annua.

Qui in quadriennium conducuntur, tres sunt Theologi, quorum unus S. Thomam, alter Scotum, tertius Durandum. Iuris autem Canonici quattuor, quorum unus Clementinas, alter Extrauagantes, duo reliqui Decretales interpretantur. Ciuilis Iurisprudentię sex, quorum alter Digestum uetus, alter Volumen, duo Codicem, totidē E Institutiones Iustiniani explanant. Medicinam tres alij profitentur. Hebręę, Chaldęę, Arabicę, Grecę linguis suus cuique est professor. Ac præter hos omnes, artium liberalium septem sunt professores, Grammaticę, Rhetoricę, Mathematicę, Musicę, Logicę, Philosophię naturalis & moralis, atque item alter, qui secundo Grammaticam docet; ac præter hos plurimi Grammatici inueniuntur, qui Grammaticam priuatim docent.

Cum autem sępe uiri excellenti doctrina ad eam Academiam confluant, qui quidē cathedris proprietatis addici nequeunt, quoufque eędem cathedrę morte professorū uacent, his certam pensionem, qua honestè possint sustentari, clausTrum attribuit.

Clausttum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00066

A Clauſtrum vocatur Rector & octo Conſiliarij, vnà cum omnibus cathedraticis pro prietatis, qui omnes Senatum efficiunt, ad quem vniuerſa Academiæ adminiſtratio pertinet.

Rectoris eſt, ut curet integram horam à cathedraticis prælegi: quorum ſingulos ſin gulis tribus menſibus inuiſit: hiq, ni præſtent quod debent, multantur. Cathedrati cis proprietaris neceſſe eſt ut Doctoratus inſignia Salmanticæ accipiant: Cum cathedræ vacant tam proprietatis, quàm quæ in quartum uſque annum cõferendæ ſunt, edicto proponuntur, quòd edictum integrum menſem hæret cathedris ipſis affixũ. At minoribus cathedris, cum uacant, triduo tantum ; quo expleto Rector ſortito aliquid promit, quod ad eam facultatem attinet, ut qui prior acceſſit, is id publice exponat. Adſunt autem omnes eiuſdem facultatis diſcipuli: poſtridie verò, ac ſequenti

B bus diebus idem fit cum aliis, tum denique, diſcipulis omnibus ſecreto ſuffragia ferentibus, is eligitur cathedraticus, cui plura obtigerint.

Cùm diſcipulis ad altiores diſciplinas tranſeundum eſt, primò an idonei ſint, à primario humaniorum literarum profeſſore examinantur. Si idoneos inuenerit, accepto chirographo ad ea ſtudia admittuntur.

Qui iuri Canonico dant operam, priore biennio duas quotidie mane, aut veſpere audiant lectiones neceſſe eſt, Decretalium alteram, Decreti alteram, tertio anno Clementinarum, quarto Sexti, quinto Extrauagantium. Qui Iuri ciuili ſtudent, primo anno Inſtitutiones Iuſtinianj, ac ſecundo, & tertio Codicem, quarto & quinto Pandectas mane aut veſpere audiunt. quo quinquennio abſoluto, promotio ad Baccalaurei gradum petitur, qui quidem à quocumque eiuſdem facultatis Doctore con-

C ferri poteſt.

Præter has prælectiones ordinarias, complures aliæ audiri ſolent ab ijſdem ſtudioſis. Ac qui Canonico iuri dant operam, uacant etiam primis annis Inſtitutionibus Iuſtiniani, alijs verò Digeſto, ac Codici. quin etiam Theologi Hebrææ ac Græcæ linguæ profeſſores audiunt.

Baccalaureatum aſſecuti, vel domum, vel in ſolitudinem aliquam recipiunt ſeſe, ubi cum triennium repetendis lectionibus impenderint, Salmanticam redeunt, Licentiati nomine inſigniendi. Quod ut fiat, publica repetitio ab ijs habenda eſt. Nam à Scholaſtico, ſiue Magiſtro ſcholæ, qui Procancellarij munere fungitur, lex aliqua, vel caput ſorte exemptum proponitur, de quo repetitionem habeat ſecreto. Adſunt Magiſter ſcholæ, ac publici profeſſores, è quibus ubi quattuor, qui iuniores

D ſint, cum licentiandis diſputauerint, hi per ſecreta ſuffragia uel admittuntur, uel reijciuntur.

Qui Theologiæ, aut Medicinæ ſtudijs ſeſe daturi ſunt, ubi ab humaniorum literarum profeſſore, quem diximus, fidem accepere; primo anno Summulas, ſecundo Logicam, tertio Philoſophiam naturalem & moralem, ac deinceps Metaphyſica audiunt; denique facti Baccalaurei ad eas diſciplinas ſe conferunt.

Ac Theologi quidem primo biennio Theologiæ lectiones matutinam & veſpertinam; ſequente autem biennio diuinam Scripturam audiunt; quo quadriennio abſoluto Baccalaurei fiunt.

Qui Medicinæ ſtudent, huic quadriennium operam minimum nauant. At hi in Baccalaureatu ſuſcipiendo examinantur, quemadmodum de ijs fit, qui iuri Canonico ſtu

E dent, cum ad Licentiatus (quem uocant) gradum euehuntur. In Medicis autem id ei tius fit, quòd Baccalaureatum aſſecuti, iam egrotos inuiſere, ac curare poſſunt; ſed & denique ex ijs plures & Licentiati, & ſuo tempore Doctores fiunt, maiorem his gradibus ſibi auctoritatem conciliantes.

Singulis annis die, quę ſancto Lucę eſt ſacra, inchoantur prælectiones & ſtudia. Horum verò intermiſſio, ſeu uacatio, eſt octiduum ante Dominicæ Natiuitatis feſtæ: dies quindecim tempore Chriſti Domini reſurgentis: quadraginta dies à beatiſſimæ Virginis matris Natiuitate, uſque ad diem ſancti Lucę. Singulis item hebdomadis dies Iouis uacat: ac ſi intercidit in alios hebdomadę dies feſtus aliquis, tum & eodem ipſo die Iouis profeſſores prælegunt.

Sunt

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00067

Sunt autem in Salmanticensi Academia circiter viginti Collegia, quæ pij Episcopi & Archiepiscopi instituerunt. Quattuor dicuntur maiora, tum quòd omnium opti A
me reditibus ac legibus sint constituta, tum quòd ex ijs Hispaniæ Rex Auditores se
re atque Inquisitores deligit. In horum singulis collegæ sunt quindecim, aut viginti.
panno simplici & vnicolore vestiuntur, sic tamen ut cuique Collegio suus proprius
sit color. Bini incedunt, cum domo exeunt. Rectori quisque suo integre obedit: eo
muni in loco comedunt, non secus ac si essent viri Religiosi. Nocte fores alicui num
quam patent, quantacumque res, etiam grauissima, ingrueret. Antequam verò ad
hæc admittantur Collegia, exactissima testificatio exigitur, qua constet nihil in mo
ribus, vel in Fide, uel in progenie esse, quod ijs legibus aduersetur. Quas uocant præ
bendas, hæ ijs per concursum, ut dicitur, conferuntur, idq. secreto per suffragia, &
Hispanice dicuntur Beças. Duæ partes è tribus iuri Canonico student. Quattuor item B
Collegia sunt Sacellanorum ordinis militaris S. Ioannis, S. Iacobi Calatrauæ, Alcan
taræ; plures autem alumni in Collegio S. Iacobi, ut opulentiore. Reliqua Collegia
dicuntur minora, tum ob numerum, tum Rege illorum opera uix utente. Collegium
quod dicitur S. Bartholomæi, reditus habet uberiores qui ad sex aureorum millia sin
gulis annis numerantur.

Omnium autem moribus Magister scholæ diligentissime inuigilat, ut quem pronum in vitia, uel in turpes iocos, taxillorum, aut chartarum esse compererit, hunc pri
mo obiurget, sin pergat, in custodiam conijciat, in qua diu detento maxime profuisse
hanc pœnam re ipsa comprobatum est.

Ceterum cum Salmanticæ literis operam dent, ac verò septem aliquando fuisse millia scriptum sit, ij omnes uitæ honestate, moribus, sermone cœnobium Religio C
sorum (& horum quidem valde obseruantium) repræsentant. Vestes omnes induunt
ad talos vsque, quibus angustior domi res non sit. Neque verò arma, non tericum,
non alicuius generis colores gestant.

Accedunt Religiosæ familiæ, Dominicani, Franciscani, & aliorum Ordinum, in
quibus pietas & sapientia magnopere uigent. Dominicani ordinis sunt ducenti, apud
quos disciplinæ omnes, quæ ad Religiosorum institutum pertinent, sedulo docentur; ut mirandum non sit, ubi ea ratio & forma Academiæ sit, quam & sequuntur
aliæ Hispaniæ & Lusitaniæ Academiæ, ibi semina Catholicæ Religionis, & scientias quasliber solidè posse in multis Prouincijs, atque adeo in Indijs spargi, atque
matures cere.

Ratio Collegiorum, & Scholarum, quibus præsunt viri Religiosi. Cap. XXXVIII. D

ET præter celebres Academias, Collegia sunt & scholæ, quibus præsunt viri Religiosi. Quamobrem & quenam, & quanta in ijs sit ratio culturæ ingeniorũ, dicendum est. Ac primo, quod supra innuimus, Christianis Academijs excitandis attributi fuerunt à Regibus viri Religiosi, quòd rebus sæcularibus minus impliciti, in eam operam toti poterant impendi. Et Ferdinandus Castillus Dominicanus, qui sacræ familiæ fuæ centurias uere prudentes & sanctas edidit, diserte scribit, id S. Dominico fuisse propositum, ut non solum Philosophiam & Theologiam sui docerent, uerum etiam inferiorum scholarum suis curam, ad quas ipsi quoque laici confluerent: quòd nimirum intelligeret hanc esse conuertendis ad Deum ciuitatib. compendiosissimam uiam. Cum autem hoc sæculo hinc hæreses, illinc nouus Orbis E
emergerent, nouasq. non minus è cælo, quam è terris diuites fuę sapientię fodinas Dominus IESVS aperiret, excuit unà cum alijs nostros, ut in hoc potissimum incumberent. In quo quid hactenus præstare Societas nostra conata sit, quive fructus è Religiosa cultura uel capti iam sunt, uel percipi possint, exemplo Collegij nostri Romani proposito ostendam.

Ferdinandi Castillis centuria operum.

Compendiosissima uia tuendarum earum et augendarum.

Beatus Ignatius Loyola cum post peragratam mundi partem, perspectasq. Hispaniæ Galliæ, Germaniæ Academias, uocatus fuisset ad diuinum nomen, per studia literarum, & pietatem propagandum, iam uerò Societati nostræ postea Præpositus esset, ac è quibuscunque prouincijs præstanti ingenio uiri nomina nostro Ordini darẽt, florerent

Societatis Iesu ratio in studia re Christiana.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00068

florerent autem Religiosæ familiæ aliæ, habuit vnde ab omnibus ad proprium institutum firmandum plura colligere posset. Quidquid enim in Lusitanicis, Hispanicis, Gallicis, Italicis, Belgicis, Germanicis, & Academijs, & Cœnobijs optime fuerat in stitutum, id tamquam symbolum ab ijs qui ea cognouissent, atque ad nos seaggregassent, ponebatur in medium. Ille autem ut solertissimo erat ingenio, Deiq. negotium agebat, concoquere omnia & dispone re cœpit. Quod postea diuturno scholarum, & Collegiorum nostrorum vsu quasi tritum, & cribratum, quid in quaque ratione vel procedebat, vel emendatione egebat, subinde per congregationes generales, vel alijs rationibus, ab ijs qui successere B. Ignatio Præpositi Generales, ad examen sæpe reuocatum est. Atque vt Ecclesia conflictatur aduersus opinionibus tum Gentium & hæreticorum, tum eorum item, quos nimia sui fiducia transuersos agit; facili est, vt nostri in hac palæstra plurima experirentur. Nondum tamen extrema erat manus imposita rationi atque institutioni studiorum, cum denique Claudius Aquauiua ante viginti annos delectus Præpositus Generalis, uti reliquis Regulis, ita potissimum eiusdem Institutionis legibus roborandam sibi esse Societatem intelligens, hanc, quam dicturi mox sumus, rei conficiendæ rationem iniuit.

Ignatius Loyola.

Claudius Aquauiua.

Ratio studiorum statuta in collegijs Societatis Iesu. Cap. XXXIX.

SEdebat Gregorius XIII. Pont. Max. magno Christianæ Reipub. bono, cui quod diximus, fuit curę, vt per Seminaria, Collegiaq. Religio quàm latissime pateret: quare & in eius Pontificatum referuatum est, quòd antea forsan nix vnquam vel hoc modo deliberatum, vel ad effectum aliquem perductum fuerat. Præcesfere igitur aliquandiu per vniuersam Societatem (vt fere fit in magnarum rerum deliberationibus) orationes, Sacra, corporis afflictiones, ut mentibus adesset diuinæ sapientię numen. Deinde è prouincijs disiunctis isimis sunt è nostris euocati: ex Hispania Ioannes Azor, ex Lusitania Gaspar Gonzales, ex Gallia Iacobus Tyrius, ex Austria Petrus Busęus, ex Germania superiore Antonius Guisanus; Romę commorabatur Stephanus Tuccius: omnes administrandarum scholarum vsu prediti, & in omnibus pene facultatibus versati, gnari etiam singuli rerum prouincię sug: ut variarum gentium auditis collatisq. moribus ac studijs, id communi consilio statueretur, quod locis, quo ad eius fieri posset, congrueret uniuersis. Hi vbi conuenere, Pontifici Max. à Claudio Aquauiua sistitur, ut re cognita, benedictionem à Deo rite per Pontific. manus accipiant. At Christi Vicarius commendato consilio, sedultatemq. ac celeritatem operi adeo salutari ut adhiberent, hortatus, vbere benedictione tanę rei initium sanxit; Cardinales item nonnulli doctrina & auctoritate prępigui, quos certiores facere oportuit, institutam hanc à Generali nostro quasi communem studiorum reformationem vehementissime comprobarunt. Accincti operi Patres ita rem instituerunt. Horę ternæ diebus singulis in consultatione ponebantur; temporis reliquum legendis Doctoribus, & commentarijs, quos aliqui manuscriptos ex prouincijs attulerant, traducebatur.

Gregor. XIII. Pont. Max.

Io. Azor. Gaspar Gonzales. Iacob. Tyrius. Petr. Busæus. Anton. Guisanus. Stephanus Tuccius.

Iam verò vniuersum hoc opus duo in capita distributum fuit. In uno de securiorum opinionum delectu ac censura agitatum est: In altero traditus fuit ordo ac praxis scholarum, omniumq. exercitationum, quibus ad sapientiam ac bonas artes iuuentus promouetur, instituto. Ac primum in opinionum Theologicarum examine, in quo aliquid excogitare, quod multis probetur, arduum semper visum est omnibus, Patrum illorum unus, qui præerat congregationi, quæstionem aliam ex alia iuxta ordinem partium, quæstionum, articulorum S. Thomæ in disceptationem uocabat; ordine suam quisque sententiam prodebat; si suffragia concordabant, haud magno negotio res transigebatur; sin dissidebant, tum disputatio acris oriebatur: diuidebatur quæstio in proprios status, certa secabantur ab ambiguis, lubrica & obscura à ratis & definitis: controuersiæ capite sic explorato, discrepantium inter se argumentorum momenta appendebantur, in chartam sedulo referebantur; copiosa duorum, interdum etiam trium dierum disputatione examinabantur, donec qui aliter senserant, in plurimorum sententiam sponte concederent.

De securiorū opinionum delectu.

De practicis latorum.

In

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00069

Constituenda Methodus tradendarum disciplinarum tuto.

In constituenda deinde certa ratione, ac methodo, qua scientiæ & facultates singulæ tractarentur, recitabantur Patrum nostrorum in hunc vsum conferuntiæ delibera- A
tiones siue Romæ, siue extra in nobilioribus Societatis Collegijs, varia temporum occasione instituræ: percensebantur epistolæ, & consulta, legesq. Vniuersitatum, & diuersi generis alia, partim superioribus annis, partim nuperrime ad Claudium ipsum Generalem ex plerisque eum Italis, & Hispaniæ, tum etiam Galliæ, Germaniæ, Poloniæ prouincijs transmissæ: relegebantur quartæ partis Constitutiones Societatis nostræ, studioq. ad nutum illis parendi sedulo expendebantur: Canones similiter congregationum, Regulæ & statuta scholarum, consuetudines præterea moresq. Collegij Romani, quæ liber manuscriptus simul omnia complectebat. Ex his antiqua plu- *Constitutiones Societatis Iesu.*
rima retinebantur, recentioraq. adtexebantur, abrogabantur nonnulla: qua dubita- B
tionem adferebant, singuli prouinciæ suæ primatas, uel communes institutiones, vsus, & exempla scholarum, mores & cuenta in medium proferebant, commoda & incommoda demonstrabant: Quibus tot, tamq. variis auxilijs ad disquisitionem, iudicatio nemq. adhibitis, multarum peruestigata sunt remedia difficultatum, tactaq. mutuo in ter nos consensionis fundamenta, cum fixum ac ratum id apud se haberent, nihil esse posse uel ad scholarum conseruationem, promotionemq. utilius, vel ad gratiam, com paratamq. existimationem retinendam accommodatius, quàm uniusmodi omnes normam, præscriptionemq. in excolendis ingenijs, gubernandisq. Scholasticis muneribus, teuere, ac sequi.

Duplex Tractatus.

Confectus tandem est tractatus duplex: unus de opinionibus feligendis, alter de C
scholarum administratione, vtrerque deinde sub incudem reiuocatus, relectusq. omnib. audientibus, & emendatus, tandem etiam subscriptione singulorum firmatus, inq. Collegij Romani Theologorum manus iussu Generalis traditus est, ut ab ipsis primum, & reliquis deinde per uniuersam Societatem prouincijs expenderetur. Atque *Congregationes habitæ etiam.*
hic congregationis de studijs habitæ tam cursus, quàm exitus fuit. Anno uertente de nique sub finem mensis Augusti, cum Decembris initio cœpisset, contentus est solutus. Stephanus Tuccius, Ioannes Azor, & Gaspar Gonzales in Vrbe relicti, ut, siciti desideraretur, eorum quæ constituta sunt, interpretationem, uel rationem redderent: ceteri domum, quisque ad consuetam munia, rediere.

Exquiritur expositio cetera rum Prouinciarum.

Visum est deinde eidem Præposito Generali, cum hoc opus esset arduum, atque in publicam totius Societatis vtilitatem institueretur, quò & æquioribus animis excipe D
retur, & perpetua fedulitate conseruaretur, ni constituere prius quàm omnium pro uinciarum Societatis Doctores, quid de tota re arbitrarentur, exponerent. Volumi- nis igitur deputatorum Patrum opera confecti multa exempla in omnem Societatē dimissa sunt, ut sicut à Romano iam Collegio diiudicata fuerant, ita & à prouinciarū Doctoribus recognoscerentur. Qui posti quam Romam perscripsissent quæcumque de tota re sensissent, tādem à Præposito Generali, auditis prouinciarum sententijs, quid optimum factu esset, uel omnino decerneretur, uel, si opus esset, res ipsa tota sub expe *Experimentū triēnij in quibusdā Prouincijs.*
rimentum adhuc triennij per uniuersam Societatem adduceretur. E prouincijs itaq; cum etiam ea de re conuentibus Doctorum nostrorum habitis, cuncta fuissent examinata, quæcumque obseruauerant, aut animaduerterant, ad Præpositum Generalem miserunt. Quæ cum præcipui Doctores Collegij Romani, cum deputatorum Patrū tribus, qui in hunc usum (ut dixi) in Vrbe retenti fuerant, recognouissent, denique omnibus quæ aut in Vrbe, aut in prouincijs acta fuerant, accurate perpensis, idē Clau E
dius Præpositus Generalis è Patrum Assistentium consilio, ea, quę è re literaria nostrorum esse maxime uisa sunt, censuit approbanda: ac pars ea, quę studiorum ordinem ac praxim instituit, missa est ut in mores inducerentur per Societatem omnem: eo tamen consilio, ut si qua in ijs regulis quotidianus ipse docetur usus, emolumenti minus quàm speratum fuerat, habiturā, notarentur haud segniter in singulis prouincijs: quamquam difficultates, quę in hoc toto genere propositæ fuerant à prouincijs, Romę gnauiter ac strenue uersatę, tractatæq. fuissent, curatum, ut tolleretur omnino, aut certe magna ex parte leuarentur, siue per communes, siue per proprias sen sim regulas. Quæcumque uerò obseruata fuissent, post tres circiter annos Præposito

Gene-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00070

A Generali perscriberentur, ut postquam iussu ipsius ab ijs, à quibus oporteret, omnia denique recognita, atque excussa fuissent, inter nostros firmarentur.

Restabat id quod ad delectum opinionum pertinet. Quę primò Romę, deinde in prouincijs, postea etiam iterum Romę, eo modo, quo reliqua (sed tanto diligentius, quanto grauiora sunt) erant perpendenda, præsertim cum Societatis nostrę Constitutiones communiorem, tutiorem, ac penè omnibus concordem atque unam nostrorũ esse iubent, quare & S. Thomę doctrinam amplexi sunt, quam Academię pene omnes, ut maxime turam ac solidam recepere. Itaque & hoc absolutum est, monitaq; à Claudio Generali Præposito Societas, ut labores tor Doctorum examine elaboratos, qua possent sedulitate, omnibus, qui literarum studijs uacant, grauissime commendarẽt. si qui verò ab ijs desiectere viderentur, & paternis monitis in viam reuocarentur, &

B seueris, quando res ferret, animaduersionibus coercerẽ curarentur. si qui autem unquam difficiles & inobedientes se præberent, ij à legendi munere prorsus amouerentur. Hæc igitur ad Dei gloriam, in Societate nostra ratio studiorum inita est, de qua postea, quæ singillatim ad omnes facultates attinent, quæ quidem à nostro instituto non abhorrent, quantum sat erit, suis locis erunt attingenda.

De delectu opinionum.

S. Thomæ doctrina maximè tuta & solida.

Quæ cultura ingenijs excolendis adhibeatur in Collegijs Societatis Iesu. Cap. X L.

C AT & quæ cultura in Religiosis istiusmodi Collegijs adhibeatur, quem ve frũctum in disciplinis ferant, liquebit adhuc planius, si quemadmodum è publicis Academijs ea, quæ Salmanticæ est, proposita fuit, sic ex ijsdem Collegijs, Romani Collegij Societatis nostrę quasi idea quędam (quod ad res nostras spectat) delineetur. Et primum in eo, quod à Gregorio XIII. Pontif. Maxim. reditibus at que ædificijs auctum est, ducenti circiter è nostris uariatum nationum commorantur: trecenti non ita multo post futuri, mille item alij suprà septingentos è diuersis tum regionibus, tum Collegijs, quæ Societas non uno orbis in loco administrat, eò confluunt: Seminarium Romanum, Germanicum, Anglicum, Græcum, & Maronitarũ: hoc est incolarum montis Libani: Romana item in primis nobilitas, & ceteri, qui contineter ad Vrbem veniunt, cum numerum explent. Nemo qui in Grammatica fundamentum non iecerit, admittitur. Quin etiam à certis examinatoribus ingenium, mores, atque propositum uniuscuiusque prius sedulo exploruntur: cui nisi adfuerint qualia tantam virtutum scholam decent, non patet aditus ad nostros. Admissus de-

D bet confiteri singulis mensibus proprio Confessario, vt ea ætas à Deo custodita Reipublicæ utilior, cælo euadat beatior. Arma procul sunt. Sacrum diebus singulis audiendum. Professores cum præfectis studiorum sunt plures: quippe alij diuinam Scripturam, Scholasticam alij Theologiam, nonnulli controuersiam cum hæreticis, & practicam, quæ est de casibus conscientiæ: varij Logicam, & Philosophiam, reliqui Mathematica, Rhetoricen, & humaniora studia cum Poesi: linguas item Hebream & Græcam præter Latinam docent. Philosophiæ curriculum triennio, Theologiæ quodrienio absoluitur. Quos autem citius in uineam Domini expedit mittere, qui forsan omnes Scholasticis studijs minus idonei sunt, hi biennio practicam Theologiam audiũt. In scholis, siue classibus inferioribus, cum unà cum bonis literis animi pietas fugenda sit, utrique opera datur enixè. Nam quę de quotidianis exercitationibus, quę in iis

E habentur, de officio & forma uniuscuiusque classis, de promotione ad superiores, de quotidiana temporis ratione ac diuisione, de pietate & disciplina morum, de incitamentis studiorum, de singulis Decurijs, quibus præsunt Decuriones, de libris exponendis, & quomodo id in eodem, atque in reliquis Societatis IESV Collegijs agatur, de additis quoque regulis, quæ Italis, Germanis, Gallis, Lusitanis, Transalpinis sunt propriæ, uiderint, qui hoc uelint, in legibus, quę de iis sunt apud nostros. Nam quę præsidia tum aliis disciplinis, tum ijsti facul tati summo studio fiue ab aliis, siue à me conquisita fuere, id caritas Christi urget me, ut ubique communicem: nam & nos ab aliis edocti fuimus: fraternam autem aliis gratiam, aut profectum inuidere, peccatum est contra Spiritum sanctum.

Ratio admittẽdi scholasticos ad Collegium Romanum Societatis Iesu.

Exercitatio uaria.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00071

Num colendis ingenijs fructus uberior capiatur è collegijs, & Doctrina Religiosorum familiarum. Cap. X.LI. A

NVm verò status Religiosorum aptissimus sit omnium ad uberiorem in scholis fructum edendum si, uel quæ alij hac de re scripserint, uel quæ nos dicturi quã breuissimè sumus, æquissimo animo accipiantur, nemini dubium est quin facillime persuadeatur, ut qui contra hiscere audeat, nec à bono spiritu agi se, & verò publicæ saluti ac commodo aduersari intellecturus sit. Mitto autem nunc, qui fructus editi sunt in Ecclesia Dei è Religiosis uiris in omni scientiarum genere. Id enim eum reliqui, tum notissime iustissimis causis adductus testatum reliquit Hieronymus Platus Societatis nostræ, libro secundo de Bono statu Religionis: quem librum neminem virum bonum legisse pœnitebit. Nos pauca tamen ex illo, tum è re ipsa.

Naturalia & supernaturalia dona quæ do efficatia. Et quidem quę naturalia, vel supernaturalia dona conferuntur à Deo, hæc ad ipsius B immensam bonitatem attinet, vt efficaciora sint, & augeantur, cum iam non suis cõmodis, quæ omnia Religiosi contempserunt, sed Dei gloriæ seruiunt, & illorum saluti, quorum oculis & animis illa vel utilitas, vel pulchritudo comparantur. Nam ut Iudith *Iudith typus Religiosæ laboris in docendo.* prima fœminæ honestissimę, quòd ad Holophernem hostem capiendum, non tantum precès, aut cilicium, vel ieiunia, quibus antea vtebatur, sed etiam inaures, & sandalia, & annulos, & denique omnem mulierem mundum adhibendum putauit; Deus quidam insuper ei gratiæ & splendoris contulit, quoniam compositio illa non ad libidinem, sed ad virtutem referebatur: sic eloquentia & scientiæ à Religiosis tamquam ancillæ ad arcem adducæ, clypei denique sunt ad propellendos hostes, qui in Dei Ecclesiam vellent irrumpere.

Accedit tempus, & animi attentio, quæ duo ad sapientiæ studium eum perneces- C saria sint, in sęcularibus rara sunt, in Religiosis abundant; quibus item animi quies, & tranquillitas adest, quæ sequi solet compressis, & eradicatis omnibus eius turbulen- *Qua uirtutes auuent percipiendis scientijs. Deus promouet labores Religiosorum ac suos.* tis motibus. Iunat uirtus temperantiæ ac sobrietatis, sine quibus & ingenia reddun- tur obtusiora, & minus apta ad scientias speculatiuas fiunt: id quod diximus etiam ab Auerroe alioquin impio, veritate cogente, dictum fuisse. Iuuant præ omnibus Dei lumen & gratia. Labores n. Religiosorum Deus non tam ut ipsorũ, quàm suos, vtpote suã causam & negotium promouet: quod longe secus est in ijs omnibus, qui ad suũ lucrum vel honorem studia referunt. Atque hoc quidem tanti est, ut etiam sæpe mira culo, & præter naturę ordinem Religiosorum mentes Deus illustret, obscura patefaciat, easq. habiles efficiat ad difficillima quæque capienda. Rem propius oculis subijciamus. Ipse tantum modo aspectus mutuus in uno Romano Collegio Societatis duo D cum circiter millium adolescentum, in quibus altum silentium, nullus strepitus fit, plurium autem frequẽs Eucharistiæ vsus, uti & variæ beatissimæ Virginis sodalitates, quæ ex aptioribus ad scientias, & propensioribus ad pietatem ingenijs diebus festis vnà conueniunt ad loca propria, vbi de excolendis animis simul conferunt, & hortationes audiunt, & diuersas piorum operum exequendorum ineunt rationes: in scholis autem nulla profani auctoris, aut poetæ lectio, quæ labem aliquam contineat: sexcẽtes tẽpquotidie otij & peccatorum præcisę occasiones; continua item prælegendi series, ei- *NOTA.* ijdem philosophię professores bis in die prælegentes, atque repetitiones, disputationes, & collationes adiungentes, repleant scientijs mentes adolescentum: nemini uerò professorum permitti philosophiam ut docear, priusquam Theologiam accurate didicerit, mirum non est, si hęc omnia faciant, sit qui uidentur adhuc iuniores, præstent E id, quod in sęculo grandiores natu uix possunt.

Quæ maxime ponderis præ- ferre. Præcessere autem illa maximi sane ponderis, primum uocatio à Deo ad Religionem, & ad hoc docendi munus: deinde diligentissima examinatio prius quàm in nostrum Ordinem admissi essent: admissorum deinde probatio biennis in moribus, in „ pietate, & literis: mox non interrupta unquam studia, ni ualetudine prohibeantur: plures autem inter eos domestice repetitiones, & disputationes, quàm quę in scholis habentur: volutatio auctorum emendatissimorum: multorum professorum eodem in Collegio commoratio, qui mutuam sibi operam præstant: uariarum nationum mores, quibus prudentiam una cum doctrina consequuntur: unaquęque enim natio

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00072

A nàtio ipsa utendi consuetudine, dona, quę habet à Deo, inuicem communicat morum porro probitas & simplicitas, quæ in plerisque Septentrionalibus viget; alacritas ingeniorum & grauitas, quæ in Hispanis; viuida vis, quæ in Gallis; iudicium, quod in Italis; eloquentia, quæ in Græcis, & aliis Orientalibus; vna ipsa pietas, quæ in omnibus perspicitur; addo ardens illud laborandi pro Christo desiderium, quod in Anglis præcipue extat, dum vel isti proprij sanguinis prodigi, emensum studiorum cursum non solent confingnare martyrio, vel dum alij plerumque vale dicentes huic hemisphærio, parentibus, amicis, patriæ, sibi ipsis, latissime ad Indias conuolant, & ad tot ęras atque efferas nationes: hæc, inquam, omnia, quæ diu obseruantur oculis, uix dici potest quantum lucis & calcaris addant Religiosis mentibus. *Variorum gentium natura dotes.*

Sed & mutua eorum præsentia, qui paulo antea quàm Societati nostræ nomina de- B dissent, mundo hærebant, quiq; cum patrimonijs, dignitatibus, pompis auidissime inhiassent, nunc iam paupere amictu & vita contenti, eodem remigio vnanimes ad cęlestem portum nituntur appellere: ipsa verò eodem tempore tum precatio, quæ sit mane, ante meridiem, & noctu, tum sacra lectio, quam vel mensæ accumbentes toto anno audiunt: professorum autem, vbi curriculum Philosophiæ exposuere, reditus sępe ad humaniores scholas; vt eum Latinam linguam & eruditionem istarum literarum repetant, sint eadem opera Christianæ iuuentuti fructuosi, dum nondum per ætatem audire Confessiones, aut publicè concionari debent: post absolutum verò Theologię curriculum reuersio ad nouitiatum, in quo annum adhuc, tamquam in schola affectus, impendunt, concipiendo nouo igni, qui solet in meditatione exardescere; summa certe præsidia sunt, quibus breuiore temporis spatio, quàm per laicos fit, disciplinas & pie C tatem cum addiscere, tum docere possint.

Quæstiam tetenderit, atque adhuc tendat insidias humani generis hostis, ut Scholas, Seminaria, Academias, & Collegia Catholica euertat. quæ ratione eidem Satanæ obuiam itum sit & antiquitus & hoc sæculo. Cap. XLII.

QVanto igitur splendidior in eiusmodi Academijs, & Collegijs micabat & micat Sapientia, eò magis conuis sunt Satanas & reliqui eius affectę, ut eam extinguerent. Quoniam verò hostilium stratagematum notitia victorium facilliorem affert, age videamus quibus id artibus, ac per quos illi hoc procurarunt.

Primi fuere antiqui Philosophi, qui tamquam obiectu multiplicis opinionum syl- *Philosophi.*
D uæ, radios veræ philosophiæ obscurarunt. Videbat enim Satanas scriptum esse, vanos esse homines, in quibus non est sapientia Dei; stultosq. fieri à sapientia suaecumq. phi- *Sapien. 3.*
losophari sit amare Deum, etiam secundum Platonem, ut inquit Augustinus, intelligebat vera philosophia sublatâ, amorem in nobis erga Deum non posse consistere, at- *Hieronim. to. Aug. lib. 8. de ciu. Dei c. 9.*
que idcirco suum regnum tartareum auctum iri. Sed hoc ubi de philosophia.

Secundi fuere Iudæi, qui sicut affixerant cruci Christum Dominum, ita sperarunt *Iudæi.*
se eius doctrinam, tueriisimę nimirum principia philosophiæ cruci (vt ita dicam) affixuros. Hinc perfecutiones Apostolis illatæ, taliisimæq. Prophetarum interpretationes, falsatus item ipse diuinus codex: misisoq. mille legatorum in varias mundi partes, ut Christianæ religionis propagationem impedirent. *Iustinus martyr.*

Tertij fuere primi illi hæretici, Ebion, Cerinthus, Marcion, quiq. deinceps sunt sub- *Primi hæretici.*
E secuti. Inuectam enim ab Apostolis, atque ab horum discipulis lucem in Mundum, extinguere nouo æstu moliti sunt.

Accessit uis Imperatorum tyrannica, qua Ecclesiam sunt persecuti: inter quos cũ *Tyranni.*
Iulianus Apostata viam hæreticis ostenderit, qua Catholicas Academias, & Collegia tollere conati sunt, ideo eam hucadijcere peropportunum fuerit. Aperient enim *Iuliani Apostatæ acta nefa.*
oculos uiri, qui vere sapiunt. Iulianus itaque à Libanio Sophista & Maximo philosopho, de quo postea ob diabolicam Magiam supplicium est sumptum, ita dementatus fuit atque corruptus, ut è pietate Christiana in ecclesiam impietatem prolapsus, Apostata & sactus & dictus sit. Hic cum esset Viennæ, quæ ad Regnum Gallię pertinet, religionem Catholicam simulabat, qua simulatione Catholicos sensim in

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00073

suas partes alliceret, ut etiam die ipso Epiphaniæ Domini in Ecclesia cultui Christia A
norum interesset. At cū paucos intimos apud se haberet, quibus fidebat, secretā augu-
rijs & inspiciendis animalium extis operam dabat. Ratus autem appetisse tempus
promendi quod coquebat in animo, fublatis quoque ijs, à quib. metuebat, edicto iussit
ut Paganorum templa paterent, in his immolarentur bruta, thus idolis fasforum Deo
rum incenderetur, Idolatria restitueretur. Vt res procederet, si plebem cum Episco-
pis Catholicis ea de re litigantem audiisset, utrāque in palatium accersita parte, mo
nebat, ut ciuilibus dissensionibus sopitis, unaquæque libere, ac sine metu quem uellet
Epist. ad Ne- ritum sectaretur. In Gallijs (quod testatur Hieronymus) Christum negauit; seq. ip-
potianum. so nominato Pontifice, & Ecclesiæ capite, Gentilium templa publice est ingressus, idē
vt Christiani facerēt edicens. Quos verò intellexisset esse Ecclesiæ hostes, aut apostā-
tas, hos honore ac studio prosequebatur. Basilicas hæreticis Donatistis reddidit, quas B
antea Constantinus Imperator ademerat. Benignum se & comem erga Iudæos gess
Templum Sa- sit; quib. etiam suasit, ut Salomonis templum reædificarent. Quod cum facere cœpis-
lomonis: pro- sent, igne, qui è fundamentis erumpens absumpsit operantes; & crucis signo, quod eo-
hibitio à Deo rum vestibus hęsit, atque aliis prodigijs prohibiti sunt. Veniens Delphos ad Apolli
ne adsciscatur. nis templum de bello aduersus Persas consuluturus, templum fulgure ac terræmotu e-
uersum est. Ecclesijs redditus absoluit, Christianorum scholas claudi imperauit, ne
Christiani Deorum Gentilium facinora cognoscentes, eos euincerent; ac pietatem in
ijs parerent. Ad extremum sagittæ ictu, quæ incertum à quo fuerat emissa, uulneratus,
atque aduersus Christum inclamans, Vicisti Galilæe, ad inferna descendit, cum annū
dumtaxat & septem menses imperasset. C

Veterum hæreticorum conatus contra Catholicorum gymnasia & scholas. Cap. XLIII.

Ariani imp. CVm Iuliano Apostata Ariani Imperatores connumerari possunt, quānis Arius
Constantini Magni tēpore coeperit Orientem hæresibus inflammare. Gense-
Victor Vticē. ricus certè, atque Hunericus Reges Vuandalorum omnem ex Africa religio
de persecut. nem atque sapientiam exterminarunt. Extinctis autem sex millibus sacerdotiis, scho
Vuandal. lis item Catholicis clausis, ingens illud vulnus iam ante millæ annos tertię orbis ter-
rarum parti inflictum est, ut non solum cultus omnis in ea concideret, uerum etiā Ser-
Sergius Apo- gio Apostatæ, & Mahometi inde patuerit, quā Mahometismus in mundum tamquā
stata. Mahomet. torrens irrumperet. Itaque in Africa nulla iam schola, aut Academia per tot iam sę
cula extitit, nisi Academias eas dixeris, quæ in Essę Regno disciplinas quasdam, D
Arabicamqu. & Hebræam linguas ad fouendos Mahometicos & Indicos errores, uti
& ad impia scelera docent.

Ariani. Scholas item Alexandriæ Catholicas multo antea turbauerant Ariani, ut non mō
Hæreticis pro- do Alexander Episcopus, & Antonius Aegyptius, ac Patres Synodi Nicænę, uerum
hibitum olim ne docerent. Lib. 3. Socrat. cap. 1. eriam Valentinianus Imperator hæresim eam compresserint, prohibentes, ne ullo in
loco hæretici docerent.

Deinde. Constantinopolitana nō 12. uero sapientię sedes. Refert Zonaras, à Leone Græcorum Imperatore, qui bellum aduersus Sanctorum
reliquias & Imagines suscepit, (quemadmodum Caluiniani hoc sęculo fecerunt) do-
mum illam insignem Constantinopolitanam cum duodecim sapientissimis uiris fuis
se concremaram, quę Religioni & sapientię propugnandę ab ijs Imperatorib. fue-
rat ijs attributa. Id verò Leonem fecisse, quòd ipsius impietati cum resisterent, tum a-
lijs persuaderent, ne assentirent. E

Clades illata Ne longum faciam, nec, quę consequentibus sęculis acciderunt, enarrem, nostra
nuper in Regnorum Academijs. memoria (ne dicam & presenti aspectu) pauciſſimos intra annos Vngariæ, Poloniæ,
Sueciæ, Gothiæ, Daniæ, Angliæ, Scotiæ, Galliæ Academię omnes Catholicę, quę fue-
rant à Pontificibus Maximis, à Regibus, ab Episcopis, & alijs sine institutę, seu con-
firmatę, inuadentibus hæreticis, & bona Ecclesiæ dirip ientibus, corruerunt. At
& simul omnis decor pietatis & cultus collapsus est. Neque enim tam cito Lu-
therus uexillum iniquitatis exrulit, quum Catholicis professoribus eiectis, una cum
Isa. 1. Academijs Regna corruerunt, aut & facta sunt, ut dixit Propheta, quasi ingu-
rium in cucumerario? Quę ueriſſima causa fuit, cur uitę libertate, ebrietate, &
noua

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00074

A nouâ opinandi licentia, plures Academiæ, magna Scholasticor. frequentia orbatæ sint.
Cladem harum hæresium secutæ sunt quotundam philosophorum infelicissimæ se
ctæ, quæ cum mõstra aluissent errorum, coniunctę tacitè cum hæreticis, mirum est quã
tas molitæ sint strages & ruinas. Contra istas igitur Synodi Lateranensis & Triden
tina, salutaria remedia adhibuere, quemadmodum libro de docendæ Philosophię Me
thodo siue Apparatu dicemus.

Quinque alij Satanæ conatus aduersus culturam Ingeniorum. Cap. XLIIII.

AT id, quod hæresi, vel falsæ philosophiæ artibus non potuit effici, quinque
alijs vijs aggressus est Satanas: nempe Dissemination libr orum, qui hæresi
B bus, atheismis, fœditatibus essent inquinati: Intermissione prælectionum;
aut, dum habentur, stropitu & vlulatibus ita interturbatarum, vt vix hominum, ne di
cam Christianorum species in Scholasticis appareat: Tactionibus, & carne: ad quæ &
illud iniquissimè accessit, ut scriptione, ac turpissimis signis ipsi scholarum muri fœda
rentur, sicq. renera illa ætas, quæ veneræ innoxia, difficedit deinde pollura scelere plus
quàm imbuta disciplinis, ac Deo ipsi facta inimica: Auersione tandem à diuino cultu,
dum disputationes, promotiones q. ad gradus, ac prælectiones sæpissime in eos dies &
horas traductæ sunt, quibus in eum erat ex diuino præcepto publice incumbendum.
Ac tamen istis Satanæ & mundi conatibus, Reges ipsi, Catholicus, Lusitanus, Henri-
cus secundus Galliæ, Carolus & Ferdinandus Germaniæ Imperatores, Sigismundus
secundus & Stephanus primus Polonię Reges, cum permultis Principib. atque Epi-
scopis obuiam iuere, Academias alias & Collegia catholica præsertim Societatis no
C stræ passim excitantes.

*Quanam pertineant ad bonorum librorum vsum. qua occasione agitur de lectione, explana-
tione, purgatione, scriptione, censura, editione, correctione, emendatione, dissemi-
natione, dispositione, & conseruatione librorum. Cap. XLV.*

DE Academijs diximus, loquamur de libris: è quibus si boni sunt, summa ad
culturam ingeniorum existit utilitas: id quod, vt ex ijs quæ supra diximus,
planum est factum, sic ex ijs quę postea dicturi sumus, planissimè liquebit.
Cum verò generatim ad librorum vsum multa pertineant; de singulis, Deo iuuante,
dicendum est. Aut enim leguntur, aut explanantur, aut corrigntur, uel purgantur,
aut scribuntur, aut subeunt censuram, aut eduntur, aut alijs distribuuntur, & dissemi
D nantur, aut disponuntur, aut conseruantur libri.

Lectio librorum. Cap. XLVI.

DE libroum lectione, præter illa quę dicta sunt, hęc quoque adijcimus. Vbi de
liberatum fuerit, quę cuique studendi ratio sit aptior, mox quinam sint emẽ
datiores & meliores auctores, expedit ut noscantur. Id quod magna ex par
te constabit ex hac Bibliotheca. Si quid uerò animi causa legetur, quod rectà non ten-
dat ad disciplinas, quib. sese quisque dediderit, id tamen aliquo ordine legendum erit,
qui memoriam iuuet. Si historię fuerint, non modo hanc, modo illam, sed ex locorũ
ac temporum serie continuanda erit lectio. Cum. n. & multitudo & uarietas historia
rum ea sit, ut cuiuslis hominis non sit aut perlegere omnes, aut in ordinem redigere,
aut memoria custodire, sane opus est methodo, quam suis locis osteodemus, & epito-
E me aliqua, qua ceu filo per tot anfractus ducamur. Libri aũt habere charracterum per
materias distinctum, in quem legendo reũ capita bœuissimè conferantur, quod & Pli
nius faciebat, memoriam animumq. mirificè iuuerit. Cum aũt fastidiẽtis stomachi fit
multa degustare; quæ aũt sunt uaria, hęc potius sint noxia, quã alantis Senecę consilium
amplectẽdum est minimiũ, nil interesse quã multos, sed quàm bonos habeamus libros,
cũ multitudo oneret, nõ instruat: & fatius sit paucis auctoribus nos tradere, quàm er-
rare per multos. In primis aũt legendum est, quod mores ad uirtutem instruat, potius
quàm quod sensum acuat ad subtilitatem. Ea enim vera prudentia est, uelle informari
præceptis diligentius, quàm quæstionibus implicari, ne uideleet quod ad refectio-
nem quærendum est, sumatur ad suffocationem. Porro nihil in manibus sumen-

De fructu lectionis librorum. Vide proem. secunda parte. Ad Lucilii.

Quos Scriptores Ordinis Symbolo Fidei à Leone Decimo Grana ta edita, Vide pulchra, & utilia.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00075

dum est, quin vt indice probatur aurum, sic Indice librorum ab Sede Apostolica, & A
ab alijs, qui eius auctoritate id præstitere, emisso, intelligatur, an liceat legi.

Expositio librorum. Cap. XLVII.

AD expositionem librorum quod attinet, si quis id ex munere publico, vel priuatim fecerit, satis per se intelliget, num id ex caritate, atque ad vtilitatem præstet, nec ne. quod quoniam fusius dictum est, vbi egimus de cultura ingeniorum, diximusque alibi in singulis disciplinis, eò cupimus, vt lector se conferat.

Correctio, emendatio, & purgatio librorum. Cap. XLVIII.

IAm libri corriguntur, emendantur, purgantur. Correctio & emendatio adhibetur B
potissimum, vbi contextus malè vel descriptus, vel excusus est: purgatio ad sensus inuersionem, ad hæreses, ad foeditates tollendas. Emendationem itaque iuuant tum antiqua & saniora exemplaria, & quæ nouissimè à Catholicis prodierunt editiones superiorum permissu. In Latinæ autem linguæ, vti & in cæterorum idiomatum, quæ incidunt, erratis emendandis, Antiquitatis & linguarum notitia, iudiciumq. peracre necessarium est.

Purgatus librorum vnde petenda.

Purgandis autem libris percommoda sunt, quæ primo Sancta Romana Ecclesia edixit, & qui in hoc incumbunt Magister Sacri Palatij, sanctiq. officij Inquisitores, præsertim Hispanicis; deinde Academiæ Catholicæ ex Apostolicæ Sedis concessu nonnullorum. Extant vero decem Regulæ Indicis librorum prohibitorum per Patres à C
Tridentina Synodo delectos confectæ, & auctoritate Pij IV. Pontificis Max. comprobatæ, quæ ante ipsum Indicem excusæ habentur: sed & idem Index à Sixto V. auctus, demum Clementis PP. VIII. iussu recognitus est, & publicatus, Instructione adiecta, de exequendæ prohibitionis, deque sincere emendandi, & imprimendi libros, ratione.

Vide Ecclesiæ Ecclesiasticum in prefatione Nea poli anno 1688. à pag. 240. vsque ad 253. & Directorium Inquisitorum 2. parte pag. 170. in fine prefat. Romæ an. 1678. & in altera anni 1585. pag. 253.

Extant præterea Indices librorum expurgandorum duo; alter Hispanus, alter Lotanensis Academiæ. Sed & anno huius sæculi octogesimo octauo editum est Neapoli Enchiridion Ecclesiasticum, seu præparatio pertinens ad Sacramentum Pœnitentiæ, & facti Ordinis, à Gregorio ordinis Capuccinorum Neapolitano, in ex depurtatis ab eius Ciuitatis Archiepiscopo pro reuisione librorum: quo Enchiridio de plerisque libris corrigendis agitur. Nos item, quæ variis in facultatibus animaduer D
sione digna sunt, aut quæ à Magistris sacri Palatij, & Inquisitoribus prodierunt, suis locis attigimus. Id quod etiam è Bibliotheca fatera, quæ est altera huius Bibliothecæ Selectæ pars, variis in locis intelligi poterit. Sed & in primis, quod in secunda parte Directorij Inquisitorum Romæ editi anno huius sæculi octogesimo quinto scripti est. Quæ enim cauenda & emendanda in libris philosophicis sunt, ea ibidem sapienter proponuntur. Quæ verò ad poetas purgandos pertinent, hæc nos pcculiimo huius Bibliothecæ libro indicauimus.

Bibliothecarum purgandarum ratio.

At quoniam ad singulos uideri possunt hæc ita pertinere, vt tamen necesse sit adhuc agere de facilione aliqua ratione expurgandi publicas Bibliothecas, propterea hæc addo. Bibliothecæ publicæ aut uenales sunt, atque (ut ita dicam) mobiles; aut E
ad reipublicæ literatæ vsum stabiles. Illæ ad bibliopolas; hæ ad Principes spectant. Romæ autem eum præter Vaticanam, tot alij sunt Cardinalium, atque hominum alsiorum priuatorum; in ijs, si quid curandum sit, mox dicetur: nam & hoc ad ceteras Ciuitates referri poterit.

Ac primo, non tam edicto & prenis (quando nitimur in uetitum) quàm caritate monendi Principis nomine videretur bibliopolæ in unum locum conuocati. Nimirum cum ciuisdem Principis consilium sit, vt boni tendantur, mali arceantur libri; velle tamen eumdem, ut quàm minima bibliopolarum iactura hoc fiat. Quin fore, ut plures distrahantur, quàm cum una cum bonis mali constituentur. Gemmas enim, quæ nulla infecta sint macula, esse uendibiliores ac pretiosiores, quàm alias ullas, licet quantitate maiores, proinde hilari excipiant animo, quod sibi, quod Ciuitatibus,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00076

A tatibus, quod ceteris prouincijs, quod posteris consulissimum futurum sit. Id verò ei, vt liberè atque ingenuè omnes Recusoribus, de quibus dicetur, libros exponant, nullum abscondant: si metuant iudicium penam, condonatori omnia, modo resipiscât, bonaq; fide posthac egerint: & adeo monitrent ipsi, qua nam ratione occurri serpenti huic malo malorum librorum queat. Interim intelligant, si de quouis otioso verbo reddenda ratio sit æterno Iudici, quantam reddendam quòd hæresis, obscenitas, & fexcenta alia monstra per incuriam, aut auaritiam in Mundum è pessimis libris inuecta sint, pecuniam, quæ his artibus colligatur, non peruenturam ad hæredes, nisi in eorum malum atque perniciem. Quin maiorem futurum quæstum eorum, quo rum diligentia in selectioribus & purgatioribus libris cognita fuerit. Si quid in dedicatorijs epistolis, aut in præfationibus censura fit dignum, eadem vel demi, vel emen B datas recudi, vel item, si qua fit labes in solijs interioribus, hæc eadem mutari posse, vt totus fortasse liber non sit abolendus. *Recusores librorum.*

Porrò, ne longior fiat hæc expurgatio, assignandi essent, qui toti negotio præessent gnari librorum, & solertes. His subessent amanuenses, aut studiosi adolescentes, qui parcito inter se labore eloca requirerent, quæ essent expungendata: si quid autem dispendij ijs pendendum esset, id curatenti ejusdem sunt libri. Ac cui curæ Ludimagistrus, Consellarijs, Concionatoribus, Visitatoribus, ut populos, & bibliopolas admoneant, vt diligenter omnes hoc præstent: nec verò Ludimagistri, aut professores præleganr auctores, ni prius obscenitas sublata sit. Et quoniam è mundinis Francfordiensibus mittantur quotannis librorum catalogi, quos etiam hæretici edi curarunt, id prorsus nullendum esse arbitror. *Catalogus librorum Francfordiensis.*

C In Bibliotheeis Principum, & aliorum, cauendum est potissimum, ne iniquitique pateant manuscripti libri, siue Græci & Latini, siue alio idiomate conscripti, qui ab Ecclesia non permittuntur. Ad istos enim quoque purgatio pertinet. Quòd si ijs liceat asseruare libros huiusmodi, separatim id faciant, videantque quibus id concredi debeat, ac quorsum illos retineant: cogitent autem se ex hac uita decedentibus, num filijs, aut cognatis rale patrimonium legandum sit, unde aliquo inficiantur errore, atque ita forsan hæreditatem amittant æternam. *Cautio in Bibliothecis Principum seruanda.*

Hæc omnia (uno & eodem tempore procurentur, id fiet, quod sæpenumero ingenti- *NOTA.*
bus Ciuitatibus accidere uidimus, quemuis die mundantur, cum quisque spatium uitæ, quod ad se pertinet, curet habet.

D

Scriptis librorum, qui edendi sint, qualis esse debeat. Caput XLIX.

COnscribendi libros (quando innumeri iam prope sunt) scopum quisque in se ipso intelligat. Nam si humana impulsus gloria hoc facit, uideat ne fallacijs illius species æternam sibi gloriam præripiat. Cogitet autem ad hanc sustinendam esse, quando figura huius mundi præterit, atque una dies dabit exitio, & in cinerem rediget bibliothecas, libros, & scripta. Quin & meminerit, Traianum Imperatorem solitum uocari herbam parietariam, quòd parietibus & arcubus marmoreis suum passim nomen inscribi uel patereturnel experet. Et sane tot Ethnicorum Imperatorum, atque hæreticorum immensæ bibliotheeæ, iustissimo Dei iudicio pene integræ interierunt, quòd uix quidquam continerent ad Diuinam gloriam spectans: mirandum ut non sit, si etiam mulrorum librorum uix semel exierint è prelis, quoniam E eorum auctores humanæ huius gloriæ damnaxat illecebra illecti eos conscripsere, uel salutem alienam simul perdere ea scribendi ratione curarunt. *1. Cor. 7. Traianus vocatus herba Parietaria. Cur plerique libri, & Bibliotheæ interierint.*

At si Diuino consilio, atque ad eius gloriam libri scribantur, uix quidquam excogitari poteit fructuosius. Id uerò liquere poteit, si Deo in primis per orationes ac ieiunia consulto, quod Ioannes ipse Euangelista priusquam sua scriberet, fecit; si accepto à maioribus mandato; si re cum prudentibus viris, ac Deum amantibus prius collata; si necessitas imminear subuertendis hæresibus, aut seditionibus, aut fedissimis libris; si item ad uictum honestè comparandum, atque ad otium declinandum id fiat. Ad necessitatem uerò etiam pertinet, ni alij ea de re, quantum fatis sit, egerint. Quorsum *Pulitia à re-ta ratione librorum scribendorum.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00077

sum enim tempus progredieris (rem nimirum pretiosissimam) quod aliorum labori- A
bus vel communicandis, vel vertendis, vel edendis impendere sit vtilius? Nec ta-
men improbari velim (cum hæc dico) Augustini verissimam sententiam, qua sensit
Lib. 1. de Tri nit. cap. 3. non solum non obesse, verum etiam prodesse Ecclesiasticæ causæ, si plurimi aduersus »
hæreticos scriberent. Optandum enim esse docet, vbi hæreses vigent, vt quicumque »
Cont. mendacium. cap. 6. aliqua scribendi facultate præditi sint, ij scribant omnes, etsi non modo de rebus
ijsdem scripturi sint, sed eadem etiam alijs verbis fortasse scripturi. Expedit enim »
(ait) vt hæretici intelligant, in cætris Catholicorum non vnum aut alterum esse, sed »
multos, qui cum eis aduersa fronte congredi audeant. Illud præterea ex multorum
scriptione commodum accedit, quòd breuius & facilius libri ipsi Catholici ad manus
omnium deferuntur, & cum alij in alios incidant, omnes tamen armis ijsdem in
Præfat. 2. tom. 1. adlect. cos periculo instruuntur. Quam sententiam (inquit Card. Bellarminus) homines pru B
dentissimi atque doctissimi, & veterum Patrum exempla, & experimenta quotidia-
na confirmant. Ariana enim hæresi quondam graſſante scripserunt accuratè & co-
piosè tum Græci, tum Latini propemodum infiniti, Athanasius, Basilius, Epiphā-
nius, Didymus, vterque Gregorius, vterque Cyrillus, Hilarius, Ambrosius, Augu-
stinus, Gregorius Bæticus, Idacius Clarus, Phœbadius, Fulgentius, & alij. Ita verò »
conueniunt inter se, & quasi conspirant, siue testimonia Scripturæ pro Catholica Fi »
de adducant, siue ad hæreticorum argumenta respondeant, vt eadem omnes repetere »
atque inculcare, & omnes etiam ab vno aliquo accepisse videantur. Neque id illis »
vitio vertì solet, aut potest. Nam quòd multi scriberent, causa erat ardor Fidei, & »
zelus Religionis, quem in eorum pectoribus Spiritus sanctus accenderat. Quòd ea »
dem scriberent, inde fiebat, quòd antidotum vni eri eiusdem ex eodem fonte eodem C
spiritu hauserant, & ex eisdem præsidijs aduersus hostes eosdem, de possessione eadē, »
eodem auctore ac duce Deo pugnabant. »

Quòd si vetereres illi tanto ardore tum ipsi scribebant, tum alios ad scribendum pro
uocabant, cum una, uel altera hæresi orbis terræ laborareti & inter hæreticos non ad-
modum multi scriberent, & nondum ars typographica excogitata esset, quæ ex uno
volumine librorum examina pene momento extrudit: quid hoc nostro sæculo fieri
Quoniam mo- dia scribendi. par esset, quo & innumerabiles hæreses Ecclesiam undique lacerant, & rari sunt apud
aduersarios, qui non aliquid scribant, quotum libri non iam ut cancer serpunt, sed ue
2. Timot. 2. lut agmina Icruſtatium uolitant; & denique certum est, atque exploratum, non mo-
do multis hominibus hæretica scripta quotidie pestem adferre, sed totis aliquando
prouincijs perniciem attulisse? D

Quin etiam, quoniam Patrum nostrorum memoria aliqui minus eleganter scripse
re, quę tamen eruditionem ac pietatem spirant, ideo haud reprehendendum erit, si
eadem elegantius ac dilucidius ab alijs scribantur: licet tum ingenui erit animi suum
Quoniam mo- dia scribendi. cuique argumentum & laborem ferrè acceptum, idq. maiorem operi auctoritatem
conciliabit. Vbi igitur hęc simul occurrerint, nemo concise nimis neve laxius, aut
Afiaticè scribat. Illud enim infuscat sensas: hoc fatigat ingenia. Synonymis, & su-
Subijciendæ scriptæ indi ex fidelibus- mo examinā tium. perlatiuis uix locus fuerit, ubi res ipsa doceri, aut narrari contenta sit. Absolutum
opus solidissimo examinantium iudicio subijciat, nisi autem in nonum (quod Poeta
ille monuit) annum, sic certè tamdiu premat, ut eum ad sua legenda accessuri, huma
no affectu depositio, quasi alius sit, qui ea perlustret. Nec verò fuerit satis, si exami-
naturi magno polleant iudicio & doctrina. Vt enim uacare ei rei sedulo uelint ac E
Examinato- res licet tudi ei polleant & doctrina quid tamen adhuc amplè præstare de- beant in exa- minandis li- bris. posint, neque ullo studio potius in auctorem, quàm in veritatem ferantur, necessa-
rium est. Qui rem adhuc cupiat rectius ac rutius geri, præsertim in qua de Fide, de
moribus, de statu publicarum rerum, de principijs item naturalibus agatur, eam vni,
uel alteri communicet, quibus nomen auctoris ignotum sit. Liberius enim dicent
quid sentient. Præstat item, ut emuli, ut hostes, ut qui à nostra sententia dissentiunt
nostra interdum peruideant, quidq. eum alijs aut solidum effantur, aut ineptum ef-
futiunt, noscatur. Vndique enim hauritur lux, & eadem opera premuniri possunt
nostra ualidius, & refutari aliena firmius ac modestius, atque ijdem emuli alijs ratio-
nibus illatis sanari queunt: id quod caritatis esse potest ingentis. Trabem enim ex
N.O.T.A.

alieno

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00078

A alieno eruere oculo, vt & ipse videat, & in lumine ambulet, gratissimum Deo est. Scio, qui, Maioribus approbantibus, cum scripta sub aliorum nomine, vel opera, aliquot annos emisissiet in lucem; quod & Patres antiqui quondam fecerunt; excepta eadem laudibus, & animis æmulorum libenter, aliasq; adeo in linguas fuisse conuersa. At ubi resciuit est auctor, tristatos æmulos, quippe qui detrahere olim abs se latum iudicium de eo non possent, cuius nomen & antea carpissent, ac deminutum cu piuissent. Sed neque pro cuiusque uoluntate sibi examinatores deligendi sunt, cum propius ad edendos suos labores veniunt. Eiusmodi enim ij esse debent, quales à Synodo Tridentina, regulisq. Indicis præscriptos fuisse præmonuimus. *Quales et vnde petēdi sint examinatores.*

Censura Librorum. Caput I.

B HIc nos pauca malumus ex alijs, quàm è nobis proferre. Candidæ fait Ioannes Ludouicus Viues) ac prudentes eruditæ q; ethementer sunt studijs omnibus utiles, si animi iudicium citra damnum affectus proferatur, ve inquit Tacitus: nec quidquã est in his damnosius, quàm iudiciorum confundi signa, sicut in urta voluntatum: ut nesciatur quid quisque aut probet, aut improbet: quod vsu venit hoc tempore, quum periculosissimum est de quoquam loqui, tam irritati sunt omnium animi, & parati ad pugnandum, ut uel attingere quemlibet leuiter non sit tutum, etiã si alio spectesi: renera atque infirma consecntia illico sese peti suspicatur, haud aliter quam vulcroſi equi actutum concitantur ftrigile audita. Quamquam utrio huic incitamenta atque incrementa præbuere quamplurimi, qui accebsim è alios perstrinxerunt, non vt ueritatem exprimerent, sed ut fugillarent ac infamarent nomen alie- *Lib. 3. de tradendis disciplī.* *Sugillatores aliorum.*

C num, vel odio impulsi, vel falsæ gloriæ spe adacti, existimantes, tam se habitum iri pul chros & præstantes, quàm alios tetros esse ac uiles ostendissent. Sed illis multo secus atque speruerant, accidit, nam candoris etiam ineruditi sua est apud omnes laus, maligniratis uel eruditissimæ uituperatio certa. Quid, inter hæc odia quantam accipiunt plagam disciplinæ? Detrahitur auctoritas tam odiosè rixantibus, & tam capitaliter inimicis: despondent animos excellentia ingenia, quum pertæsa rem adeo amaram, nempe digladiationes perpetuas, ab studijs resiliunt ac abhorrent: profectus inter hæc studiorum amittitur, atque obscuratur ueritas, dum malunt quidam corrumpi literas, quàm instaurari per suos inimicos. Quantum scelus est eloquentiam, ingenium, & alia magna atque admiranda Dei nunera, hominibus à Deo ad vtilitatem hominum concessa, in eorum perniciem conuertere, per bona malefacere? *Odiosè rixantes.*

D Hoc verò iam nec ferarum quidem est, nedum hominum. Quanto religiosius Quintilianus ethnicus, quàm nos Christiani? Mutos nasci, & egere omni ratione satius fuisset, quàm prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere. Quid refert quomodo imperas alium, ferro, an stylo, vbi uoluntas est eadem; & plerumq. lingua plus lædis, aut stylo, quàm gladio? quippe ferro corpus modo confaucias, lingua verò etiam animum. Artes humanitatis nominantur, reddant nos humanos: à Deo optimo sunt traditæ, reddant bonos. Nam qui alteri inuidet quod est ei Deus largitus, quid aliud quàm sanctum Dei iudicium improbat, & distributionem munerum illius condemnat? Tametsi quid est, quod queri quispiam possit de Deo? An non teum ille egit prolixe? Aliquos supra te uides, at quanto plures infra te? Erit uir do- *Lingua, & stylo plus lædere, quam gladio.* *Artes humanitatis reddere debent homines ferè-bonos.*

E ctus in definiendo lentus, in asseuerando minime pertinax. Quæ reprobaturus est, etiam atque etiam leget, uersabit, excutiet, ne quid ab eo temere in damnando affiremetur. minus circumspectum esse uelim in laudando. Caueat ne non satis intelligat, quæ damnat: ne cui notam inustiurus est, maiorem pro se rationem habeat, quàm ipse contra eum. Consultius fuerit nihil pronuntiare, quàm ut condemnatio in iudicem ipsum recidat. Quod si hanc siue prudentiam, siue benignitatem animi in homine docto requiro, quid me sentire par est de illis, qui bene dicta inuertunt & deprauant, quò caufatius existimentur conuellere? Nam si flectere in melius, & pium & utilissimum est multis, profecto magnum erit scelus in pejus detorquere. Ego Adrianum Florentium, illum qui postea factus est Summus Pontifex, quum adhuc esset Decanus Louaniensis, in publicis sæpe disputationibus quæcumque auctorum dicta *Adrianus Florentius, qui postea factus est Summus Pontifex.*

à dispu-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00079

à disputationibus citarentur, interpretantem pro se audiui, nunquàm aspernantem, etiam si ex ijs essent, qui adhuc viuunt. De iuuis censendum cautius, de mortuis reuerentius, qui sunt iam inuidiæ exempti, & redditi suo iudici, eamq. subiecturi censuram, quæ omnes manet: idq. potissimum de illorum vita & moribus: nam de eruditione paulo licebit liberius. A

Correctores quales esse debeant. Qui in verbo vno, aut altero, aut multis etiam quempiam correxerit, ne continuo videri postulet se illo esse doctiorem, aut magis ad rem attulisse, quod multi sibi ipsis stulte persuadent: vt si quid in magnis auctoribus corrigant, illis se protinus anteponi oportere autument: velut cùm memoria, seu incogitantia magnus virlabitur: nam Horatio vel Homerus ipse dormitare nonnunquam videtur: aut quum linguæ ignorantia fallitur, quæ errata Græce ac Latine semidocti captant, magna sanè iniquitate, qui à nobis eam cognitionem Latini aut Græci sermonis exigunt alieni atque insciti, quæ in Ciceronem aut Demosthenem vix fuit, uel in quopiam ex illis, qui linguam fuxerunt cum lacte, quiq. populo vniuerso uti quotidie poterant magistro, & de quibus dubitarent, à cerdone vicino, aut fabro admoneri. Quod si isti tam acres censores subiuuri essent eamdem conditionem iudicij, mitiores credo se præberent suis reis. Haud pauca iniquissimæ huius seueritatis habemus exempla. B

Equidem haud negauerim quin notari magnos scriptores interfui eruditionis. Sed non protinus plus aut idem adsert qui notas, & qui opus componit. In auctore alicuius disciplinæ, boni consulentis errores alterius: ut in Theologo historiæ, in historico philosophiæ, modo numeri suo satisfaciat: multo benignius linguæ peccata condonabitis, bonam sententiam Gallice, aut Hispane dictam ample ctemur, non accipiemus uitiose Latinè. Egouero cum Marco ipso Tullio indifferam malim sapientiam, quàm fiuldam loquacitatem. Augustinus rectè, qui eo magis ait se loc eisinis & barbarismis offendi homines, quò insimiores sunt: & eò esse infirmiores, quo doctiores uideri uelint, non rerum scientia, quæ ædificat, sed signorum, qua non inflari difficile est, quum & ipsa rerum scientia sæpe cernicem erigat, nisi Dominico reprimatur iugo. Nolim tamen hoc sibi nomine imperiti & fordidi scriptores plaudant, tamquam res habeant, quia uerbis carent: imo duplici crimine sunt isti damnandi, quòd quum rerum essent uacui, nitorem omnem, atque elegantiam uerborũ abiecerunt, nam si res essent penes illos, indocti profecto atque iniqui essẽt, de uocibus mouere illis controuersiam ullam, aut querelam omnino aliquam. C

Viri docti eo inter se debent esse affectu, ut iuxta Pauli sententiam, nec inuicem iudicent, nec iudicari ægre ferant; sed utrique expectent patienter tribunal & forum illud Domini sanctum & iustum. Iudicans dementer ac flagitiosè agit, qui de conseruo suo communi domino præiudicat. Iudicatus autem tractet animo id, quo se Paulus consolabatur: Mihi (inquit) pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die: Dominus est, qui me iudicat. D

Non deerunt magnæ eruditioni, qui inuideant: res aleas & pulcherrimas morsu apperit liuor, fœda & iacentia prætermittit illæsa. Themistocles Athenienſis homo, quod res eius docuerunt, acutissimus, rogatus à quodam, an præclara iam sibi uideretur agere: Nondum, inquit, nam inuidos non habeo. Quòd si ea est lex, quam sibi humana malitia imposuit, ferat uir sapiens commune sortem, nec indignetur sibi accidere, quod omnibus. Nec à Deo contendat impetrare, quod ab eo patre filius nõ impetrauit unicus, charissimus, ut in suo mũdo deesset sibi calumniatores & maleuoli, qui diuina illius opera in partem pessimam raperent. Vult ergo lege hac seruus nequam domi alienę solui, qua filius domi sui tenebatur? Sed nec est tamen à beneficiendo propter inuidos & maleficos ceſsandum. Accipite Socratis orationem, quę est à Platone in eius apologia perscripta. Si mihi, uiri Athenienses, in præsentia concedatis uitam hac coditione, ut ne posthac in sapientię inquisitione uerser, diligo qui dem uos, sed Deo certum est parere potius, quàm uobis, ac quamdiu uiuam & ualebo, philosophari, atque unumquemque uestrum exhortari ad uirtutem non desistam. E

Editio

Editio Librorum. Caput LI.

EDitio autem librorum cum ad typographos, & ad correctores, & ad eos, quos vocant compositores pertineat, qui nam ij fuerint, & quales, num oneri ferendo, num eruditi, num Catholici, num magis quàm par sit, celeres sint, perspiciendum erit, num item, quod ferè fit, ob tenuem mercedem id accuratè agere nequeant, quod alioquin vberiore stipendio præstarent. In publicas enim Typographias scie intrusere correctores, aut compositores, qui & S. Thomæ Summam, & plerosque alios libros mirificè deprauarunt, quod ineunte hoc sæculo feciſſe schisma ticos in Basilio Græco edendo diximus alibi. Cauendum item ne ornamenti loco excudatur literæ maiusculæ, vel alia cum imaginibus nudarum mulierum (aut etiam turpiorum rerum) capitibus præfiguntur. auertunt enim legentem ad ea, quæ Christiana pectora dedecent. Quod si effigies auctoris eo vtuente ac volente præponatur operi, equid sapiat, iudicent viri probi, & diuinæ gloriæ cupidi.

Dissemination librorum bonorum. Cap. LII.

SEquitur distributio ac disseminatio bonorum librorum, quæ sanè res vtilissima est, quando & bonum quò cõmunius est, cò est diuinius: negotij verò huius vim & vsum comprobauit semper exitus, & quæ ei adhibita fuit antiquis sæculis diligentia. Nam etsi libri non dabantur prelo, describebantur tamen plurimi: ideoq. Apostoli, Synodi, Patres, Pontifices Maximi, Martyres, & hi quidem è compedibus & vinculis literas, vel libros quoquouersum scribebant, quibus Christianos populos vbique ad professionem Fidei, pietatemque inflammarent, errantesque conuerterent. Quod si inter pietatis opera connumerantur rectum consilium, & calicis aquæ frigidæ porrectio; ecquantum caritatis fuerit opus, cum captata occasione eodem tempore optimi in uarias Ciuitates libri mittantur, quibus & ipsi ciues ac Principes mirificè iuuentur.

At cum non tam hæresibus, quàm peccatis Christianus orbis laboret, quorum incitamenta libri innumerabiles pene quotidie disseminant; antidotum tanto ac tam præsenti veneno eadem quidem, sed contraria ratione adhibendum est. Florentissimi sanè Galliæ Regni casus hi fuere cuniculo initio latentes, & machinæ. Nam è Geneuensi Ciuitate in ipsam Regis aulam, & in Prouincias alias ab Hæreticis condu ctu fuerunt homines nequam cum minutis mercibus, ut fraudem primò regerent, libellos & Catechismos Caluini plurimos inferrẽt, quorum alij compacti ornatisimè alijs specula adiuncta, sub quibus latebat id uirus, & hæc argenteis catenulis appensa subinde virginibus aulicis donabantur à nobilibus ijs, in quorum animis iam foueba tur hæresis. Inde uentum est ad bibliothecas implendas, & publicè aperiendas: ad Orientem item, si Deo placet, atque Indias eo contagio inficiendas. Nam (vt è multis unum afferam exemplum) quidam specie Carmelitani monachi Caluinianus Ministeer Geneua prodiens, & ad Nicolaum Villagagnonem accedens Rhodium & Catholicum Equitem, qui cum classe ad Meridionales Indias soluebat, cum è naui ubi eò appulere discedens, libros & alia eiusmodi pestilentissima exposuisset, recognita, libri combusti sunt, ipse fuga sibi consuluit. Quæ eo dicuntur, ut quibus artibus isti malo occurrendum sit, aliquando planius innotescat.

Artes verò hæ sunt. Vt primo noscatur, quisnam liber cuiusque status & sexui quadret, alij enim coniugatis, alij viduis, alij Sanctimonialibus, alij Catholicis uiris, & his Magistratibus, uel Ecclesiasticis, uel ciuilibus, alij Hæreticis, aut Schismaticis, aut Iudæis, aut Gentilibus inuandis necessarij sunt. Qui verò nationi unicuique prodesse queant, horum nomina, & reliqua è proprijs tractationibus poterunt peti, ubi de uariarum nationum procuranda salute agimus in hac Bibliotheca.

Quidquid autem huius rei sit, pendebit è iudicio ac dexteritate eorum, qui nauiter illud susceperint; uariosq. prænouerint modos, quibus ad effectum commodè perduci possit. Eorum aliqui sunt hi. Cum Iobilæum conceditur, & pax (vt aiebant antiqui Patres) datur Ecclesijs: vel cum ordinarium confitendi peccata imminet tempus, typographi

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00081

pographi & bibliopolæ parent pios & alios libros, qui ad tutandam Fidem pertinent: A
mox moneantur Concionatores, ac præcipui Confessarijs, id ipsum ut multis significent. Cum item habendæ fuerint ab Episcopis Synodi, eò, vt ijdem Episcopi numerum eorundem librorum afferri, siue à bibliopolis, siue ab alijs curent: tum uerò ediscant, vt faceredotes ex ijs coemant, quæ suo possint officio inseruire. Cum etiani nundinæ appropinquant, præsertim in primarijs Ciuitatibus; expedit, vt hæc librorum merces in promptu sit. Et verò Lugdunum Galliæ magnum Emporium, hoc habet, vt quater in anno publicæ sint nundinæ, ad quas cùm pacationibus temporibus è uarijs nationibus plurimi conuenirent, præmoniti autem bibliopolæ libros eiusmodi compegissent, quorum nomina, materiam, vsum, eruditionem docere Concionatores ali qui è suggestibus solebant, quisque eos in patriam reportabat, quos suis ciuibus profuturos esse intelligebat. B

Atqui & in maritimis, ac in magnis Ciuitatibus, quas nobilia alluunt flumina, un de videlicet plerque naues soluunt, viri pij proxenetis, præfectisq. portuum Catholicis magno cum fructu fuaserint, vt nauigaturis libri distribuantur, quibus animum pascant, cum otiosi cursum tenebunt: Legatis itidem Principum, qui in Orientem traijciunt, ut complures optimos libros secum vehant. Nam cum Christiani frequentissimi in eo ingenti tractu captiui sint, nemo autem sit qui eos soletur, aut instituat, & auertat à scelere, sanè ijs libros eiusmodi tradere maximi solatij, vti & præsidij fuerit. In aulis certè expedit hos haberi potius, quàm lusorias charras, aut talos; in exercitu item, & alibi. Qui etiam morientes ad aliquod piumopus excitare cupiunt, moneti eo commodè possunt, vt summam in libros pios disseminandos legent. Pœnitentibus denique, quorum & mens & opes id ferrè possint, proponere, ne hanc benemerendi de Ecclesia Dei, ac fructus istos pœnitentiæ dignos faciendi occasionem omittant: Ijs autem, qui in publicis custodijs detinentur, atque in trirembus, in scholis, in cauponis, in tonstrinis, libros, tabellasq. rerum ad pietatem spectantes passim tradere: hæc, inquam, omnia efficient, vt inde vberrima breuissimi temporis spatio messis ad Dei gloriam percipiatur. C

Dispositio librorum, ac collocatio ad facilem eorum inuentionem, & conseruationem. Caput LIII.

SEd & dispositio librorum procuranda est, quæ facile libros legentibus subministret, atque cõseruet. Quod quoniam locum primo requirit, is fuerit editior, & humiditatis expers, siue ab ima parte, siue ab tectorum impluuio, atque ad Orientem vergens, ut Vitruuio placet. Opacæ enim Bibliothecæ sordes, lanuginem, illuuiem, tetrum odorem gignunt, nec vero studentibus prosunt, quibus matutinus splendor ingenij aciem exsuscitat. Ceterum cedrino oleo, & cupressinis arcis nteba tur antiquitas ad conseruandos libros. ac cùm libri Numæ Pompilij cedrati fuissent, reperti sunt à Cn. Terentio octingentis & quinque post annis sub Ianiculo non computruisse, quemadmodum Plinius de vsu cedrini olei in chartis perungendis loquens, ab Hemina in Annalibus scriptum fuisse ait. D

Plin. lib. 18. cap. 5. Vide Seruiu in lib. 7. Vir.

Opportunũ igitur qui potest locum nactus, libros locet quàm ordinatissimè, quos suo tempore excuti, & à puluere, tineis, humore seruari curet. Addunt alij, credere se, idem posse præstari, si è foliis cedrinis efficatis puluis conficiatur, quo & intrinsecus libri conspergantur, & extrinsecus confricentur. Glutinum certè, quo libri compingendi sunt, è farina & aceto, atque ex æris rubigine compositum, excoctum sit oportet. Nam aut non excoctum, aut farina tantum & aqua commixtum tineas edit. E

Ordo autem, atque locatio librorum ea quidem esse potest, quæ initio huius nostræ Bibliothecæ, tanquam totius operis œconomia præfixa est. Sed quoniam neq. omnium sunt tales Bibliothecæ, quæ auctores contineant in unaquaque facultate; idcirco ex partitione materierum, quam in singulis disciplinis obseruauimus, suos quisque poterit libros disponere.

Et quidem communior illa solet esse in uarias classes distributio, ut sint.

IN PRIMA. Biblia sacra. Patrum commentarij. Sermonarij. Synodi. Historia

A storia Ecclesiastica. Annales[1]. Chronologiæ. Diplomata Summorum Pontificum. Summæ casuum conscientiæ. Jus Canonicum.

IN SECVNDA. Philosophica, juxta Philosophiæ diuisionem. At quoniam non omnes eamdem partitionem sequuntur: Alij enim in Naturalem Moralem Dialecticam: Alij in Metaphysicam, Physiologiam, Mathematicas partiuntur: propterea, si priorem sequi velimus, quæ commendata est à Platone, vt testantur Alcinous,[a] & Eusebius Cesariensis, quamvis Aristoteles secutus est, Chrysippus, & Eudromus, ac Xenocrates, & alij, quorum meminit Laertius[b]: comprehendet hoc loco Naturalis (fuso videlicet naturæ significatu, vnde nomen habet) non solum Physiologiam, verum etiam Metaphysicã, & Mathematicas. Ad hanc vero classem cum metalla, chymica, & alia ad Philosophiam naturalem spectantia pertinẽtis tum Geometria, Arithmetica, Musica, Astronomia, quæ ad Mathematicos attinent, referuntur: sicut item
B Cosmographia, Geographia, quæ ve ex istis pendẽt, Metrica, quę de mensuris; Statica, quę de ponderibus, & alia multa. Artes Mechanicæ.

IN TERTIA. Medicina, Chirurgia, &c.

IN QVARTA. Iuris Ciuilis prudentia.

IN QVINTA. Humana historia pro ratione temporum, & locorum.

IN SEXTA. Oratores. Poetæ. Grammatici.

IN SEPTIMA Vniuersalia, siue Encyclia. Thesauri. Apparatus. Bibliothecæ. Dictionaria.

At Ioannes Mabuenius, is, qui Rosetum spirituale edidit (de quo nos planius in Apparatu sacro) cum animum uiri Religiosi informaret, ex illis autem Dauidis Prophetæ uerbis, Disciplinam, Bonitatem, & Scientiam doce me; triplex studium elicuisset; Morale, Deuotionale, (vt ille uocat) Intellectuale, libros in tres classes ordine & tabella partitus est, quo tres classes librorum notari possunt.

C

[1] Alcinous lib. de Doctr. Platonic. c. 1. b Eus. lib. 10. de præparat. Euang. c Lib. 1. Topic. capit. 12. d In vita Zenonis, post Xenarchum lib. 1. de placitis philos. cap. 1. Vide etiam Aug. lib. de Ciuit. Dei, & Lactant. lib. 3. cap. 13.

ADMONITIO.

QVæ in editione Romana huius Bibliothecæ extant à capite 13. primi libri vsque ad finem eiusdem, relata sunt in proprios locos huius nouissimæ editionis, ita ut nihil sit, quod desideres. Quæ enim ad humanam historiam pertinebant, ea in Apparatu ad ipsam leges, quem in secundo Tomo auctorem, atque recognitum inuenies. Nam & ibidem videbis, quidquid de Chaldæis, deque supposititijs Berosi, Metasthene, Philone de temporibus, ac de Aegyptijs historicis egeramus.

Sed & quod scripsimus de apocryphis libris cap. 19. id ad Apparatum nostrum sacrum erat transferendum, quamobrem quidquid hac de re dicere potuimus, legas in verbo Apocryphi libri: id quod & de prima editione Bibliothecæ sacræ Margarini Bignæi faciendum erat, vt secundam editionem ab eo recognitam quisquis vellet (sicuti & Vir ille optimus cupiebat) amplecteretur.

Iam quidquid monuimus de Theatro Vitæ humanæ, De Petri item Gregorij Syntaxi artis mirabilis, & in eandem commentarijs, ac de Plateæ Vniuersalis, id omne ad finem secidi Tomi Bibliothecæ retectimus, quoniã uaria cõtinent, & inter miscellanea connumerari possunt. Quod verò spectabat ad artem cyclognomonicã Cornelij Gemmæ, Vide lib. 14. de medicina, cap. 18.

Cautionem in credendis historijs, quas to. Caluinus, & alij hæretici vrgent, vt niam sternant ad suas hæreses stabuendas, conuincimus cum ijs, quæ de Centurijs Magdeburgensibus, & Chronicis hæreticorum, atque de Matthia Illyrico scripseramus, quæ quidem omnia cernes in Primi huius Tomi libro septimo, vbi legimus de methodo confutandarum hæresium.

Caput nigesimumquartum de libris Leonis Imperatoris, De Apparatu bellico prauè à Ioanne Checo Angla hæretico uersis, locum vendicare debebat quorum Liber, vbi de seminarijs, et ordinibus Regularium Militum agitur, hoc est proximè post Elenchum Auctorum de re Militari.

Cætera, quæ de fabulosis historicis, deque obscœnis Poetis, ac de nonnullis alijs Poeticæ artis scriptoribus non erant omittenda, cum ad eundem, quem diximus Apparatum ad humanam historiam spectarent, & ad alterum librum de Poetica nostra, qui est secundo Tomo huius Bibliothecæ inextus, suo quoque loco tanquam commeditore poni curauimus, quod & de Seneca, Philostrato, Apollonio Thyaneo, Cornelio Tacito, Plutarcho, & alijs intelligendum est, vti de Philippo Nuo, de Nicolao Machiauello, de Philippo Mornæo ibidem reperies.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00083

ARGVMENTVM
IN SECVNDVM LIBRVM,
QVI EST DE DIVINA HISTORIA
SIVE SCRIPTVRA SANCTA.

NON eadem omnibus docendi, discendive, aut tractandi Historiam Diuinam est ratio. Nam etsi ita à Spiritu sancto dictata est, vt neminem abs se arceat, omnes admittat, aliquibus tamen præbet tantummodo lac, quod paulatim sugant: alijs solidum cibum, quem mandant; pluribus interorem exprimit succum, quem sibi ipsis meditando & contemplando hauriant: reliquis vel materiam ad docendum, atque ad Catholicos iuuandos vberem, vel arma aduersus Fidei hostes certa suppeditat.

Hæres fecit, vt Diuinam eamdem Historiam, siue Theologiam distribuentes in Positiuam, in Scholasticam, in Practicam, in controuersam cum ijs qui sese ab Ecclesiæ capite abscinderunt; cum hæreticis, cum Iudæis, cum Atheis, cum Gentibus, & Indis nouo Orbis; varios vnicuique libros, assignauerimus, quibus agitur, quo quaque ordine tradenda esse videatur.

Porrò quod proximè ad sequentem librum attinet, post nominum explanationem, quibus vniuersè Diuina appellatur Historia; ac post ipsius originem, numerumq. sacrorum Librorum, ea fuere ad eius Apparatum subijcienda, è quibus immensa tanti thesauri supellex pro cuiusq. captu explicari distinctius, percipi sine errore, ad vsum adhiberi tutius atque comodius posset.

Quæ omnia è capitum Libri huius inscriptione mox planius liquebunt.

AN.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00084

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Secundus

QVI EST DE DIVINA HISTORIA, SIVE SCRIPTVRA SACRA.

CVR DIVINA HISTORIA DICATVR SACRA scriptura, Biblia, Testamentum, Pactum, Fœdus, Chirographum, Lex, Euangelium, Theologia Positiua, Verbum Dei. Cap. I.

C

DIVINA Historia dicitur SACRA SCRIPTVRA, quòd scribæ velociter scribentis, & eorum, qui sacras literas conscripsere, animos & manus dirigentis LIBER hic est, cœlestium plenissimus mysteriorum. Quem ideo Diuinum Codicem sæpe Augustinus; ceteri verò BIBLIA, hoc est Libros nominant; quoniam non solum alijs omnibus libris, verum etiam cunctis, quæ vnquam fuerè, bibliotheciis, maximè præstant. Certè omnipotentis Dei, & Imperatoris cæli EPISTOLAS dixit Gregorius, qui cùm Theodoro medico gratias ageret de pecunia pauperibus transmissa, eum diligentissimè hortatur ad legendas literas sacras. „ Sed quia (inquit) ille plus diligit, qui plus præsumit: erga dulcissimam „ mentem gloriosissimi filij mei Theodori habeo aliquam querelam, quia donum inge „ nij, donum rerum, donum misericordiæ, atque caritatis à sancta Trinitate percepit; „ sed tamen sæcularibus indesinenter causis adstringitur, assiduis processionibus occu„ patur, & quotidie legere negligit uerba Redemptoris sui. Quid est autem SCRI„ PTVRA Sacra, nisi quædam Epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam? Et „ certè sicubi esset gloria vestra alibi constituta, & scripta terreni iam Imperatoris ac„ ciperet, non cessaret, non quiesceret, somnum oculis non daret, nisi prius quid sibi „ Imperator terrenus scripsisset, agnouisset. Imperator cæli, Dominus hominum „ & Angelorum, pro ira tua tibi suas Epistolas transmittit, & tamen gloriosè filij „ eiusdem epistolas ardetèr legere negligis. Stude ergo quæso, & quotidie Creatoris tui „ VERBA meditare. Disce cor Dei in Verbis Dei, vt ardentius ad æterna suspires, „ vt mens vestra ad cœlestia regna maioribus desiderijs accendatur. Tanto enim tùc ma„ ior ei erit requies, quàto modo ab amore cõditoris sui requies nulla fuerit. Sed ad hęc agenda infundat nobis omnipotens Deus consolatorẽ Spiritũ. TESTAMENTVM vetus & nouum: quod testatoris voluntatem ac dispositionem continet, nam & pro prerea Græce habetur *Diatheca* cuius in ueteri promissio erat terrę mansitis hæ, & melęaq; hmuosũ sanguine sanciebatur: in nouo autẽ eternę hęreditatis, quod & iureiurando, & Filij ipsius Dei sanguine confirmatum est. Cum enim tantæ rei firmitatẽ

SACRA SCRIPTVRA.

CODEX DIVINVS. BIBLIA.

EPISTOLÆ IMP. CÆLI.

Greg. Magn. Epist. 54. ad Theodorum medicum. Lib. 6.

TESTAM. *Pactum*, Vetus, & nouum testamenti discrimen.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00085

Hebr. 6. 2. Petr. 2. Rom. 8. Tit. 1. Hieron. 31. FILIATIO per adoptionem. *Romanis. Iacobi 1. apud Cyp. de Cœna Domini.* *Iansenius in Concord. Euang. ca. 131. sug. illis verbis.* HIC EST ENIM SANGVIS. *Hier. tom. 3. in quæst. sup. per Gen. & in ep. ad Galatas lib. 2. ca. Pet. 3.* Conditiones & pacta inter Deum & nos. CHIROGRAPH. TABVLÆ. *Rom 1. Matth. 3. Matth. 11. Rom. 3. Galat. 3. Ioann. 5.* THEOLOGIA. *Crep. in præmio sua oper. sig.* POSITIVA cur. *Bonauentura pro logo Breuiloquij.* Sacra scriptura non procedit secundū modū alia-rum scientiarum.

Spiritus sanctus enarrasset varijs nominibus Societatis, amicitiæ, seruitutis, Regis ac Regni, Sponsi & Sponsæ, Viri & Vxoris; adiecit illa PARENTIS & FILII. huius quidem non natura, sed adoptione; quoniam non naturali debito, sed legato ac voluntaria institutione Parentis Dei in bona eius paterna succedimus. Itaque & Paulus cum adoptione coniunxit testamentum, inquiens: [Quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & promissio.] Ac Iacobus dixit: [Voluntarie genuit nos verbo veritatis.] Discrimen autem ueteris & noui Testamenti attigit Cyprianus aptissimè inter alios, cum in illo esus sanguinis animalium prohibebatur; in hoc esus corporis, & consequenter potus sanguinis Christi præcipitur. Ratio verò, cur Testamentum utrumque vocarum sit, præter alios plurimos Iansenius optime declarauit, ne alibi quærendo tempus teratur. PACTVM autem, & FOEDVS, & CHIROGRAPHVM idem sunt cum Testamento. Vbicumque enim in Græco textu, uox hæc, Testamentum, est, ibi, ait Hieronymus, habetur Hebraice, Berith. quod ducitur à verbo Barat. mundauit. quodq; designat fœdus inter viuentes liquido ac præcisè transfactum. In quo nimirum conditiones vtrinque consistent: Dei quidem promissa nobis vita felicitasq; supernaturalis: Nostri autem ad superhumana oblatio fidei, atque operum, quæ digna sint filijs Dei: quod quoniam ipsi præstare non possumus utiribus solis humanis, fit eadem ipsa gratia, qua vocamur ad diuinum consortium, adspirante, agente, perficiente, vt credamus, speremus, diligamus, Deo viuamus, atque hæc viua fide recti ad æterna illa bona suspirantes, his caducis contemptis, aduersa feramus patienter, nulla re diuinæ amicitiæ præpostita. Hæc uerò omnia, quoniam certa stipulatione sancita sunt, Scriptura sacra quasi Chirographum, ac Tabulæ Dei ab Augustino etiam dicta sunt. Quoniam enim (ait) generatio labitur, generatio, venit, & celeri cursu currunt tēpora; voluit Deus Scripturam sacram manere veluti tabulas quasdam, & quoddam Dei Chirographum, quod omnes transeuntes legerent, uiam, qua ad Dei promissa veniitur, tenerent. LEX item, & EVANGELIVM. illa quoniam præcepit: hoc, quia felicissimo nuntio declarauit, & perfecit. [Virtus enim Dei est in salutem omni credenti.] Videlicet in Euangelio sunt, quæ multo antea Lex vna cum Prophetis & Psalmis indicarat. Quare hæc illa pertinent: [Non ueni legem soluere, sed adimplere.] Et [Lex & Prophetæ usque ad Ioannem.] Ac rursus: [Legem destruimus? absit. sed legem statuimus.] Nam cum legis finis sit Christus, tum maximè lex statuitur, cum Christus renetur. Iterum autem illud: [Lex pedagogus in Christo fuit.] Et ideo dixit: [Si crederetis Moysi, forsan crederetis & mihi.] THEOLOGIA POSITIVA. In Diuinis enim literis materia & ratio est, qua Theologi possimus effici. Theologus enim (si præsius, atque ex ueterum Gręcorum usu accipiatur) is est, in quo diuinitatis cognitio sit, quemadmodum docet Gregorius Nazianzenus. Sin fusiore significatu, ac qualem nostræ usurpant scholæ, is est Theologus, cui non solum nota sit Diuinitas, quatenus in enigmate cognosci potest, ac quatenus alios eam posit edocere; verum etiam qui ea cognoscit, quę de Diuinitate sunt, uel ad Diuinitatem spectant, quoniam à Deo reuelata sunt, ac nobis absq. illius reuelatione nequeunt innotescere; ad Diuinitatem autem, quatenus superni est ordinis, referuntur. Qua de re aliquid adhuc, vbi de Scholastica Theologia dicetur. POSITIVA. quod legibus ratiocinationum, definitionum, ac diuisionum haud coarctettur, nec in eam tradendam cadat omnino ea disceptandi ratio, quæ Scholastice penitior adhibetur. Ac quidem, quę Græcis est thesis, hæc Latinis positio est, quę cum sententiam ratam, stabilem, firmam designet, in Diuina Scriptura præcipuum habet locum, quę est uniuersę Theologię Scholasticę basis & fundamentum. Hanc ob causam Bonauentura loquens de positiua Theologia inquit: Cum secundum lumen supernaturale procedat ad dandam homini iatori notitiam rerum sufficientem, quatenus ei expedit ad salutem, partim per plana uerba, partim per mysticа, describit totius uniuersi continentiam, quasi in quadam summa, in quo attenditur eiusdem Scripturę latitudo: describit decursum, in quo attenditur longitudo: describit excellentiam saluandorum, in quo attenditur

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00086

A tenditur sublimitas: describit & miseriam damnatorum, in quo profunditas consistit, non solum ipsius vniuersi, verum etiam diuini iudicij: & sic describit totum vniuersum, quantum expedit de ipso habere notitiam ad salutem secundum ipsius latitudinem, longitudinem, altitudinem, & profunditatem. Sic enim (paulo post subdit) exigebat conditio capacitatis humanæ, quæ nata est magna & multa magnificè & multipliciter capere tamquam speculum quoddam nobilissimum, in quo nata est describi non solum naturaliter, verum etiam supernaturaliter rerum vniuersitas mundanarum. Neque verò solum, quòd Diuina diuinitus tractentur in Scriptura sacra, verum etiam quòd hæc ex ore Altissimi prodijt, dicta est VERBVM DEI. Quòd cum instrum, tradit um, scriptum pro uaria ratione uocent Apostoli, nos modo de verbo scripto agentes, reliqua ad Theologiam cum Hæreticis controuersam, atque

B ad Ecclesiasticam historiam referimus. Porrò Dei Verbum, cum non humana inuestigatione, fed reuelatione, uel inspiratione diuina cognitum sit, appositè ita dictum est, quod præter alia notitiam nobis IESV Christi, qui est VERBVM DEI, suppeditat, ex qua ut origine manat firmitas, & intellectio totius Scripturæ, quippe is fa-
ctus est nobis Sapientia à Deo: & in ipso sunt omnes thesauri Sapientiæ & scientiæ absconditi: qui solus uerus est Doctor, qui (ait Augustinus) potest speciem imprimere, ac lumen infundere, atque uirtutem dare cordi audientis, cathedram habens in cælo, & intus corda docens Filius Dei, & Ars Patris.

Diuinæ Historiæ summa.

Humana mens speculum nobilissimum & capax.

VERBVM DEI.

1. Cor. 1. Colos. 2. Qualis Doctor Christus præalijs. Ars Patris.

Per quos sacrum Deus pe. quæ in Historia Diuina continentur, seruari; ac quanam lingua posteris mandari voluerit. Caput II.

C

SOlum (inquit Eusebius) Hebræorum genus inter tot tantosq. errores nempe uariarum gentium ab uno voluptatis collo, tamquam hydra in diuersa capita profusos, veram pietatem secutum est. Hebræi enim solum pia sanctaq. consideratione primum elementa, & quæ ab elementis composita sunt, solem simiiter & lunam, & cæteras stellas, & cœlum ipsum, non modo Deos non esse, verum etiam animæ penitus expertia indicarunt. Deinde quoniam neque à lapidibus casu vmquam sine artifice domus ædificari, nec pannus absque texente fieri, nec nauis sine gubernatore nauigare potest; cum animalibus rationalibus, atque irrationalibus, & substantijs animatis plenum hunc Mundum viderent, non absque Sapientia Dei omnia facta putarentes, à magnitudine atque pulchritudine creaturarum, puritate mentis, creatorem omnium immortalem cognouerunt. Cum autem non contemnendam totius

D partem, hominem esse uiderent, partem eius præcipuam, animum uidelicet, uerum hominem, corpus uerò quasi hominis indumentum, esse affirmarunt. Quare maiorem curam cultui animæ afferre non dubitarunt, Creatori hoc Deo placere arbitrantes, qui à genere hominum non corporis robore, fed animi ratione, omnia quæ in terris sunt, gubernari constituit. His fundamentis iactis, corpus quidem, & quæ corpori suauia sunt non maioris quàm reliqua pecora, fecerunt: Animum autem, qui rationis particeps est, ac mente prædirus, quique ad similitudinem Dei creatus est, summo studio excoluerunt, nec quidquam verum bonum præter bonorum omnium largitorem Deum credentes, extremum finem, summamq. Beatitudinem in cognitione atque coniunctione Dei posuerunt, qui solus humanæ uitæ, rerumque

E omnium causa est. Quare illum solum Deum cognoscere, illi se soli uitæ puritate adiungere studuerunt, ac pietate, ueraq. in Deum Religione altissimi facerdotes, genus electum atque regium, & gès sancta, alijsq. similibus appellationibus digni uisi sunt. Curigitur reprehendendi non sumus, qui hæc Græcorum, Ægyptiorum, Phœnicum, cæterarumq. gentium magis propsimus? Iuranteum uirtutis multi ex genere ipsorum peruenerunt, ut Angelorum usione, diuinisque oraculis, non syllogismis, neque coniecturis instituerunt, ut quæ futura erant, plenumque Dei gratia repleti, quasi præsentia uiderent. Hæc antequam Gitgcorum nomen esset, imò uero etiam ante Moysen, à Iuda Iudæi appellati sunt: Hebræi uerò ab Hebero, à quo Abraham originem traxit. Multis ante Moysen æculis absque lege aliqua scripta pie sancteq.

At caueat lector, & sciat, hanc esse determinationi Ecclesiæ coætaneam, nam anima est forma, & pars hominis.

Diuinas literas merito præponi nugis Græcorum, Ægyptiorū, Phœnicum, & cæterarū gentium. 1. Petr. 2.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00087

viuebant, absque doctrina legum, oraculis veritatem diuinis, & mentis acumine, magnitudineq. animi consecuti. Primus verò apud eos eximius ille Theologus Moyses scripta reliquit, qui diuinitus antequam leges poneret, maiorum vitas animus hominum impressit. Ita bonorum præmijs, & impiorum supplicijs, ad amplexandam virtutem, & fugiendam impietatem hortatus, leges tandem in medium proposuit. A

Moyses.

Iudicauit etiam, ne forte difficillima legis præcepta Iudæi dicerent, atq. ab illis resilirent, priscorum exempla esse proponenda, ut omnibus pateret, absque legum mandatis sola ratione nixos, optime maiores Iudæorum vixisse, atque ideo non esse sibi difficile uitas illorum imitari, si paria diuinitus consequi præmia desiderarent. Hæc Eusebius, qui cum in his vera scripserit, in quibus tamen non recte senserit, diximus in sacro Apparatu, in verbo, Eusebius. B

Ortus linguæ Hebrææ.

Ortam verò unà cum hominis creatione Hebraicâ linguam fuisse atque à Deo istitutam, quâ præcipue mysteria Diuinæ sapientiæ exponerentur, certissimum est. In ea verò esse tot sacramenta, quot sunt literæ; tot mysteria, quot puncta; tot arcana, quot apices, est quoque uerissimum. Vt non immeritò ipsa uetustas dixerit: Non præterirunt à lege unum iota, aut unum apicem, donec omnia fierent. Itaque & iure notata est sancta, quandoquidem mysteria omnia sanctissimæ Trinitatis, Nomenq. ipsum Dei ineffabile, ceteraq. ad sanctificandas animas in ea continentur tamquam in abysso profunda secretorum; quæ nunquam possit exhauriri. Ea quoque potissimę ac nobilissimæ partes vniuersi, quę conspici possunt, sua quæque primum nomina sortitæ sunt, qualia cœlum, terra, mare, lux, nox, que & hominibus ipsis imposita nomina complexa est, quorum significatio totidem elementis, eodemq. singularum partium ponderè constans in alijs linguis non est. Præterea, nullum idioma, uel pronuntiationis integritate gratius, uel simplicium uerborum copia uberius, uel significationę ipsa, aut significandi modis distinctius esse intelligunt ij, qui hanc linguam sęculo didicerunt: quamobrem & hinc factum est, ut plures rationes afferat Benedictus Arias Montanus, quibus ostendit fieri non posse, vt aliqua uetsio uigorem Hebraicæ linguæ præstet in diuina scriptura equare possit. C

Iosph. lib. 1. antiq. cap. 2. Epiphan. apud Clem. Alexandrin. lib. 1. Strom. Aug. lib. 18. ciuit. Dei cap. 39. Euseb. lib. 9. c. 1. & lib. 10. c. 2. de præp. Euang. Euseb. lib. 5. præpar. Euang. Pamf. Præfat. Cæn. & in Thomas Iesaiæ. Bellarm. lib. 1. de verb. Dei, Hebræa.

Originem item duxisse hinc, tamquam ex propriis fontibus reliqua literarum alia tum nomina præter alios & Arias Montanus, & Guido Fabritius Boderianus, ac denique Cardin. Bellarminus docent ex ueteribus Hebræis, Græcis, Latinis. Certe Eusebius monstrat primas omnium literarum fuisse Hebraicas, quòd sola Hebraicarum literarum nomina significationem habeant; neque enim aliquis rationem reddat, cur D
Græci literas suas uocent Alpha, Bita, Gamma, Delta, & Latini A, B, C, D, nisi ex Hebræos sint imitati, & adeo ab illis acceperint, qui literis suis eam posuere nominationem Aleph, Beth, Gimel, Daleth. Cur autem Hebræi literas suas ita uocauerint, rationem à propria significatione deductam reddunt Eusebius & Hieronymus, atque eandem idem Bellarminus.

Mirum autem illud est, quod sapientes etiam docent, nempe merito dici sanctam hanc linguam, quòd in ea sanctissima Trinitas ubique tam aperte reluceat, ut nullus sit thema hoc est Radix, quod tribus literis suis quędam diuinę Triadis uestigia aspicientibus non referat: Cum etiam, qui uocum Hebraicarum etymologiam energiâ perceperit, plus (inquunt) profecturus sit in uera naturalium rerum cognitione, q; qui plurimũ doctrinę Aristotelis, Theophrasti, Plinij, Dioscoridis, & huius generis aliorum me E
moriæ mandauerit; ne quid dicam de arcana illa ui, quæ animi rapiuntur, dum mirabilem nenantur in Idiotismis, & singulis ipsis uocibus latentem sensum. Porrò Boderianus ait ex Hebraica fluxisse linguas Babylonicam siue Chaldaicam; Syram siue Hierosolimitanam; & Arabicam, quam Iudęi uocant linguam Ismaelę quemadmodum, & ex Græca cuius literas à Phœnicibus Græci acceperunt, cum Phœnices à Iudęis; (ut postea dicemus) eam habuissent, tres alię linguę Attica, Dorica, & Aeolica; ex Romana uero, (quę & Latina) derivatę sunt Italica, Hispanica, Gallica. Nimirum, his tribus linguis Hebraica, Græca, Latina, Statua illa ex uarijs metallis constans, pedibusq. partim ferreis, partim fictilibus subnixa, hoc est omnis Idolomania erat euer-

Daniel. 2.

tenda,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00088

A renda, vt Romani Imperij lingua non amplius grauiens idolis, ad celebrandas ubique Dei laudes conuerteretur.

Ratio facilior addiscendæ linguæ Hebraæ. Cap. VII.

CVm autem Clenardus & alij Græcam Grammaticam conscripsissent, Sãctes autem Pagninus Thesaurum linguæ sanctæ magno cum labore edidisset, superuenere Benedictus Aria, Montanus, & alij, qui maximè iuuam complanarunt ad Hebræam Dialectum facile consequendam: ille, dum Regia Biblia, & nouum Testamentum ingenti labore ac diligentia, adiectis plerisque Vtris præstantissimis euulgauit; hi, dum ex omnibus pene Grammaticis Grammaticam Hebræam collegere, quę extat inter libros pertinentes ad apparatum sacrarum literarum in eisdem
B Regiis Bibliis Plantini: cum autem Lexicon quoque Pagnini ibidem adiecisset, non pauca à Pagnino ex Radicibus Dauid Kimhi, aut minus appositè citata aut etiam nõ satis aptè reddita, suæ restituit integritati, ac præterea dictiones exaginta & amplius, quæ quidem in alijs huius Lexici editionibus desiderabantur, vnà cum suis interpre» rationibus, propijs locis collocauit. Accessit Bellarmini Grammatica, quam sic in» scripsit. Institutiones linguæ Hebraicæ, ex optimo quoque auctore collectæ ad quan» tam maximam fieri potuit breuitatem, perspicuitatem, atque ordinem reuocatæ, vnà » cum exercitatione Grammatica in Psalmum trigesimum tertium, cum & ante hanc » capite tertio partis quartæ, agat de inuestigatione Radicis, siue Thematis, & vsu Di» ctionarij, mox de Syntaxi capite quarto, denique de Poetica capite quinto.

Ex his igitur, qui propter Christi Domini amorem studijs Hebraicæ linguæ sese
C dare voluerint, haurient quantum satis erit; cum & Augustinus, & alij Patres ad hoc hortentur; aut certè, si quo casu, vel occupatione studium hoc esset omittendum, consulent, vt ad eos qui peritiores fuerint huius linguæ, & fuerint sani in Fide Catholica, accedant. Quamquam scio Spiritum sanctum diuitias suas effudisse etiam in eos, qui minus hanc linguam calluerunt, quod in SS. Bernardo, & Thoma, atque alijs cernimus; sed hoc ut minus erat fortè necessarium ijs temporibus quibus erat unum fidei labium in vniuersa Europa, sic potentissimi illi pietate viri à mandatis Dei intellexerunt, quorum ad cor sæpius locutus est Deus, quàm ad oculos per libros; uel ad aures per præceptores.

Moyses primus historiæ Diuinæ, Ecclesiasticæ, Naturalis, Humanæ, Qui vna primus Prophetæ, ac Poëticæ Scriptor. Cap. VIII.

D

MOyses igitur, is qui Hebræum populum, Dei iussu ex Aegypto eduxit, reuixit annis quadragintà in deserto, primus hominum scripsit. Historiam ab orbe condito usque ad obitum suum, per bis mille septingentos ac nouem annos, cùm integris omnino utribus, neque oculis caligantibus, nec labantibus dentibus, centesimum & vigesimum annum explesset. Adiecisse Iosuen (alij Esdram) ferunt, quæ de ipsa Moysis morte extant à trigesimoquarto Deuteronomij capite, usque ad finem. Et Iosephus inquit, ipsum iam morituum, eadem de se scripsisse, uerentem, quin Hebræi, à Deo raptum, prædicarent.

Porrò Historiam Moysis nocatam ab Hebræis Thora, id est Legem, quamuis ijdem Hebræi propriè Thora, Deuteronomium vocent; à Græcis Pentateuchum, hoc est vo
E lumen quintuplex, partimur in quinque libros: Vt primus exordium Mundi, & con- *Deuter. 31.*
tinuatam hominum, ac rerum seriem, usque ad Iosephi mortem: Secundus exitum populi Israeliticis. Tertius Leuitarum ministeria, sacrificia, leges, ritus: Quartus recensitas Tribus ex Aegypto egressas, & numerum quadragintà duarum mansionum per eremum: Quintus Deuteronomium, hoc est repetitionem legis, continet. Quos omnes Hebraicè, Augustinus, Chaldaicè uerò fuisse ab Moyse conscriptos, Philo creditit; qui Moysis uitam posteritati reliquit; quiq; vnà cum Iosepho, (quem ad modum Iustinus Martyr refert) eumdem Moysen è Chaldæo genere oriundum asserunt. *a Iustin. ad nonnat. ad Gentes.*

Vndecim item Psalmos, videlicet ab nonagesimo, cui titulus est, Oratio Moysis serui Dei, (vsque ad centesimum, qui prænotatur, In Confessione,) Moysen scripsisse Hiero-

[h] Hier. ep. ad Cyprianum. [i] Origen. in praef. in lib. de Ascensione Mosis [k] Greg. Nyss. in lib. de Mos. [l] Ambros. de Patriarch. bene dict. Cyrill. cont. Iulianū. Clemē. l. 1. strom. [m] Tertul. ad Gentes. Euseb. de Prep. Euāg. lib. 9. c. 3. & 8. lib. 10. [n] Iustin. Admonit. ad Gentes. Philo de vita Mosis. Ioseph. lib. 3. & 4. Antiq. & lib. 1. Contra Appionem.

Hieronymus, [h] Librum autem Iob, alij[i] vel edidisse, vel è Syrorum lingua uertisse A
sunt testes, quos infra nominabimus.

Libros alios Moysi ascriptos, qui hæretici, aut alij confinxerunt, Epiphanius, primo Panarij, Athanasius in Synopsi reijciunt.

Porrò Moysis antiquitatem primam, & omnium scriptionem historiæ, cùm alia primitiuæ Ecclesiæ lumina, [k] tum inter hæc Iustinus, [l] ex Diuinis ipsis Historiis, ex Gentilium libris accuratissimè comprobarunt: ut etiam præter Palæmonem, [m] & Appionem [n] Posidonij, Strabonem, [o] Cornelium Tacitum, [p] Iustinum, [q] Diodorus hitoricorum omnium apud Græcos probatissimus, Moysen appellet magno animo uirum, & probatissima uita celebratum; primum item legislatorum, quem (ait) uocant Deũ, siue ob admirabilem Diuinam notionem, siue ob excellentiam, & potestatem. B

Principem autem quum dico Historiæ Moysen, sic intelligo, ut quæ usque ad illius tempora, vel traditione Patriarcharum, uel alia ratione quadantenus asserebantur, ipse ante omnes planius literis commendauerit. Planius inquam: nam quod Iosephus, [m] & Augustinus [n] tradidere, linguam & literas Hebraicas ante Moysen extitisse, id verum est: nepotes autem Sethi [o] ante generalem Mundi inundationem, scientiam rerum cælestium, quam ipsi compererant, literis insculpsisse in columnis, altera lapidea, altera laterития. Rem totam gratissimis verbis Iustinus Philosophus, & Martyr, Gentes alloquens confirmat. Minimè nãque (inquit) ignorare vos decet, nihil esse Gentilibus historias exactè mandatum ante Olympiadas, nec ullam antiquã extare conscriptionem, quæ aut Græcorum, aut Barbarorum gesta significet, sola Pro phetæ Moysis præcessit historia, quam affatu diuino Hebræis literis ipse prescripsit, Neque enim adhuc erant Græce literæ, sicut earum præceptores literarum declarãt, C asserentes, Cadmum ipsas ex Phœnicia primùm attulisse, & Græcie tradidisse, & primus inter uestitos Plato refertur, eas posterius inuentas, quippe, qui in Timæo scripsit, Solonem inter sapientes sapientissimum, ex Aegypto redeuntem, eadem in Græciam attulisse, quæ ipse ab Aegyptio Sacerdote nec sane uetusto audierat sibi dicente, ò Solon, Solon, Græci semper pueri estis. Hæc apud Græcos senex quispiam.

Moysis quam eruditus, & verax. Cap. V.

[p] Philo lib. de vita Moysi. addur. 7.

EVmdem autem Moysen eruditum fuisse in omni sapientia Aegyptiorum, potẽ temq. in operibus, & sermonibus, non solum Philo, sed & Stephanus Protomartyr (Primarius sanè testis) testatus est: Videlicet Dei sapientia infinita, ut rum per omnes etiam Ethnicorum disciplinas, pede inoffenso deduci uoluit, ut Satanæ technas, & Magorum astutias noscens, rectissimam deinceps populo Dei uiam ad cælum ostenderet: Id quod, & Danieli inter Babylonios, & Augustino inter Manichæos contigit: licet Moyses, sicuti & Daniel, numquam Aegyptijs, uel Babylonicis erroribus assenserit: Et Moyses ipse, omisso (ut scripsit Iustinus Martyr) studio Mathematicarum, eo iam tempore uulgarium ac uilium, ad Hieroglyphicas disciplinas vti præstantiores habitas, animum præcipuè appulerat, uiris tantum probatissimis secreto solitas tradi: quas cum ille didicisset, nil tamen dixit, fecit ue umquam, quod uulnus Dei cultui aduersaretur. Quinetiam Diuinatione ac reliquis omnibus interdixit, quæ ab Satana in Aegyptiorum animos inuecta, in animos Hebræorum aut irrepsissent, aut serpere potuissent. D

[q] Libro Quæstionum à Genesi posteriori.

Quin & nemo umquam ueracioré Mosayca historiam texuit, uti neque parẽ, quan E
to minus altiorem: quippe cui Deus apparuit, mysteria cælestia aperuit, exemplarqu. rerum instituendarum in monte ostendit, miraculis uerò & Prophetię dono eius auctoritatem, & doctrinam firmauit ingentibus. Quamquam etiam, ut filius fuit Amram, & nepos Caath, & pronepos Leui Patriarchę, abnepos Iacob, cuius auus erat Abrahã quo uiuente, Noe adhuc superstes fuerat; quecumque tradita per manus Hebręis de Deo, de Mundi origine, de venturo Christo, de uocatione gentium, deq. aliis omnibus seruabantur in ijs familijs, quæ integrum Dei cultum retinuerant, Moyses apprimè cognouit, atque in sua scripta historicè ac uerissimè, ut erat in tota domo Dei fidelis, retulit. Quare, abest à tanta historia omnis fucus, & uerò nouì semper inde thesauri eruuntur

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00090

A eruuntur à scrutantibus, si quidem fidei lumen preferant; Nec porro accessum intuideor indoctis, doctos autem admittit in adyta, & interiora uelamina: cum interim Dei de quo agit, Maiestatem numquam non reuerentissime fetuet: Quam scribendi rationem utinam deinceps omnes secuti fuissent historici.

Optima omnium ratio Historiam scribendi.

Iam igitur si qui prodidere posteris gesta, uel hinc hausta sunt; uel ipsimet unà cũ iisdem gestis, multo (quod dicebamus) posteriores Moysẽ fuerũt: quales Dyctys Cretensis, Dares Phrygius (de quibus vbi de humana historia egimus) & Homerus, qui quum quingentis post Moysen annis uixerit, centum item post bellum Troianum fuit. Indica item bella, quę Dionysio, siue Libero Patre, contigerunt, cum ille Orientem domuit, sicuti & Persei victorię, Thesei actа, Herculis labores, Deucalionis diluuium, Phaetontis incendium, Proserpinæ, atque Europæ raptus, fuere post Cecropem, qui primus Athenarum Rex haud vixit ante Moysis tempora. Itaque & Thebæ à Cadmo post Cecropem sunt conditæ, qui primus literas à Phœnicibus acceptas, & his ab Hebræis traditas (vti ex Iustino Martyre ostendimus) contulit Græcis: Ac Minos leges Cretensibus promulgauit, & Aesculapius Medicinæ laude excelluit.

B

Vide Euf. li. 10. de prap. Euag. cap. 3. antiquitat. Moysis & prophetarum egregie meminerunt.

Moysis Historia ditissima, & sublimissima. Cap. VI.

C Vm autem de Historia Moysis loquimur, non solum Humanam, uerum & Naturalem, & Ecclesiasticam, & Diuinam, intelligi uolumus. Quare nulla Historico umquam ditior, aut sublimior fuit suppeditata materia. Sed ut qui res Maiorum optime nouerunt, has optime possunt monumentis inferere, Ac uerò, si quis eum anteactis rebus futuras liquidissime cerneret, eminentissimam omniũ post fuit historiam, ac scitẽtiam texere: Sic vtrumque præstitit Moyses, qui os ad os Dei locutus, hominem sensim ab elementis ad cælum, à corruptibilibus ad incorrupta, à creatis rebus ad suum Opificem, per Christum, qui est finis omnis legis, omnis historiæ, ac veræ felicitatis, diuinissime deduc it. Hic enim Moysi in historia fuit scopus, vt summam felicitatem, omne videlicet illud bonum, quod peccantes amiseramus, recuperato iterum lumine intuentes, perfectissimè cum eo principio, à quo creati sumus, per Christum, & in Christo coniungeremur. Quam tantam Theologiam, totã videlicet mercedem, æternam vitam, sapientiam, quam sapientes sæculi non cognouerunt, hoc unum quod necessarium est, hanc cognitionem, quam non ex parte, sed fiscuti est, vti cupiebat, sic videre sperabat Apostolus; hoc denique, quod caritate arden

D tissima Christus Dominus & orauit, & voluit, vt cum Patre, ac cum seipso vnum esse mus, quemadmodum *Pater* (inquit) *& ego, unum sumus*; Hæc (inquam) omnia propinat nobis diuina Moysis historias; quæ postea plenis hausti bus Christus Patris sapientia tradidit: vt certè felices sint futuri, qui ad hanc sitientes, eo quo dicemus, modo accurrerint.

Historia Moysis Diuinam, Ecclesiasticã, Naturalem, illa manam Historiam complectitur. Moyses os ad os Dei locutus. Series & scopus historiæ Moysis.

1. Cor. 13.

Ioan. 17.

Moysis quantus, & qualis Politicus. Cap. VII.

TAntus verò in diuina historia cum fuisset Moyses, Rempubl. quoque Iudæorum, admirabili Politia, & diu inis legibus instituit, quæ esset duratura vsque ad Dei Filij aduentum, tai nquam certis simus Christianæ Ecclesiæ typus. Hebræos autem, qui iam quadringẽtos & triginta annos demorati in Aegypto, non poterant non intellexisse gentis illius mysteria, & idololatriam cernere, in quam plerique Hebræorum incidissent, mira ar te Moyses ab erroribus ijs abduxit. Nam cũ totius Aegyptiacæ scripturę summa (Cle mente Alexandrino teste) distinguereture. in Epistolarem, Sacerdotalem, Hieroglyphicam, nempe quę scriptione inscul pebatur, & bipertita erat; ut altera [a] propriè loqu ens, mysticis tamen uerbis per literas; altera [b] symbolica signis uteretur: quæ rursus in Imitatiuam, Tropicam, Aenigmaticam distribuebatur, Moyses hieroglyphicæ doctrinæ morem secutus, plura sub mysticis animalium symbolis præcepta moralis uitæ tradidit, solis diuinæ legis amatoribus cognita, cuiusmodi fuere, tuel sapientissimi na [c] Tabernaculi cõstructio, vel [d] sacrificiorum ritus; vel illa: Abstinendum [e] esse ab esu porci, aquilæ, accipitris, coruꝰ quòd & porcus,

E

Exo. 12. Clemẽt. Alexã. li. Strom. interpretationem, ipsorum nouam, ipsis hieroglyphicam quoque.

a Exo. 24. b Exo. 26.

c Exo. 26. d Leui. 1. & 2. e Leuitic. 11. Moyses cur plura scripserit sub mysticis animalia symbolis.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00091

porcus, animal gulæ ac uoluptati deditum, symbolum sit iugluuiei atque libidinis, A
quibus ad cædem saginatur: & aquila rapinam, accipiter iniustitiam, coruus auaritiã
designent. Sed hæc, ut reliqua omnia Isychius, & alij, qui antiquitus in Leuiticum
scripsere, persequi fuit, digna Christianis mentibus, quæ eo cibo altæ ex illis sym-
bolis, ad Ecclesiæ nostræ diuina mysteria, ordinem, & mores, altius erudiri, atque af-
fici possunt.

A Mose Theologi Gentiles hauserunt sapientiam. Cap. VIII.

ET à Moyse igitur, etiam qui Theologi vocati sunt inter Gentes, hauserе maxi-
mam partem boni, verive, quod in eorum cernimus monimentis: de quib. quo-
niam fibi gloriam erant aucupati, & furta inuolueris contegebant, reciſſimè à
Ioan. 10. Christo Domino dictum est, *Omnes quotquot ante me venerunt, fuerunt fures & latro-* B
nes. Sic fecere Mercurius Trismegistus, Amphyon, Orpheus, Linus, Musæus, Hesio-
dus, Pythagoras, Plato, (quem Moysen Atticum ideo uocauit Numenius) Aristote-
les, & alij. Id quod vbi de Philosophia agemus, fusius dicetur. Et verò Græci omnes,
vel septem ij, qui uocati Sapientes, ac quorum princeps Thales in Græcia primus
Thales uixit post maiores prophetas ac post Salomonẽ plus quadringentis annis Socra-
tes post minorum Prophe-tarum tempora. philosophari cœpit, post eos Prophetas, qui maiores dicuntur, & post Salomonem
plus quadringentis annis vixerunt: cum deinceps Socrates, ex quo tot Philosopho-
rum sectæ prodierunt, dorueritque post Zachariam, Aggæum, Malachiamq; qui nouissimi
fuere Prophetarum. Et sanè, summum esse aliquod (uti re vera erat) Theologiæ my
sterium ab Ethnicis illis, qui habiti sunt antiquissimi, existimatum est, eùm Hesiodus
spiritum vocauit amorem, quo omnia foueretur, ac regerentur, quem item constí-
tuit Mundi principium: cumq. Stoici dicerent, quæmunque in Mundo sunt, uno di- C
uino spiritu procreari, regi, continerи: Ac cùm Plato asseruit in Timæo, quidquid erat
non tranquillum, & quietum, sed immoderatè agitatum, & quasi fluctuans, id assum-
ptum, & ex inordinato ad ordinem fuisse adductum: cùm denique docta illa Philoso
phorum συγκατάθεσις tantis latebis, celebrarunt diuinum Amorem, tamquam Mundi fa
brum; in quem denique referebam uniuersam Vniuersi huius molitionem. Quæ sensa
Gene. 1. antè aliunde capere potuerunt, quàm ex Moyse testante diuinum hunc ἀναχυσιν, hunc
afflatum & spiritum Dei, dum tractaret: Mundi nascentis materiam, ut formaret in-
formem, tamquam omnium artificem rerum, omnia prospicientem, omnibus consu-
lentem, habentemq. omnem virtutem, limo sam illam paludẽ, ac iners pondus virtu-
te sua sustinentem, & quasi ex semine, vel ouo tandem omnes rerum formas & spe-
cies sapientissimè educentem, & excludentem? Et Cicero fidenter adueršus impios D
philosophatus, inquit, *Hæc ita fieri, omnibus inter se mundi partibus conuenientibus, pro-*
Cic. 2. de nat. Deor. Ver. 36. & Aeneid. *fectò non possent, nisi ea uno, diuino, & continuato spiritu continerentur:* Virgilius autem,

Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra,
Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Ouid. 1. Metamorph. Et Ouidius ex Hesiodo, & Anaxagora,

Vnus erat toto naturæ vultus in orbe.
Quem dixere Chaos; rudis, indigestaq; moles,
Nec quicquam nisi pondus iners, congestaq; eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum. E

At hæc omnia (inquam) ex paucissimis, sed fœcundissimis illis diuinæ Mosis hi-
Iustin. Martyr in 2. pro Christianis Apologia. storiæ verbis manarunt: *Et spiritus Domini ferebatur super aquas*, &c. Sed & illud, un
de, nisi ex Moyse, si vera sunt, quæ de Aristotele dicuntur, qui iam propior morti, qua
si maturior factus, *Deum causam causarum* dixit, sicuti *& Actium primum* nominauerat. 55
Genes. 1. Aristot. 12. Metaph. text. 53. Quibus verbis, vellet, nollet, Deum esse, ex quo omnia, omnifariam perfectum, ter
sanctum, in quo nihil sit impuri, aut uitiosi, hoc est, in quo nihil sit, quod non sit ipse:
materiam verò consequenter abyssum uniuersarum imperfectionum testari coactus
est. Quid Plato? cùm Deum τὸν ὄντα nocasset, an aliunde, quàm à Moyse nox tan-
Exod. 3. ta prodierat, quam ille de Deo à Deo ipso acceperat?

Moyses

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00092

Moyses naturalis historiæ verax scriptor. Cap. IX.

VEnio ad naturalem historiam, cuius firmissima fundamenta iacta sunt ab eo dem Moyse. Nihil enim planius, & aptius ad veritatem statuendam scribi poterat, quàm cùm egit de Mundi origine, de principijs rerum corruptibilium, de duabus primis causis naturalibus, agente, & materia; mox de reliquis; deinde de ordine, ac dispositione creatarum rerum; denique de homine ipso, quo mundi corruptibilis natura progressa fistit pedem. *Gen. 1.*

Ex hoc igitur fulce scintillas excussere, qui res naturales tractarunt antiquitus: Vt Tertullianus meritò exclamet, Sapientes, poetas, philosophos, de Prophetarum fonte potasse: Et Hermippus Pythagoricus dixerit, Pythagoram ex Mosaica lege pluri-

B mum in philosophiam transtulisse: Alij verò agnouerint, ex Moysis Deuteronomio sumptum illud, NOSCE TE IPSVM, postea Chiloni, Thaleti, oraculo Apollinis tributum. Huc pertinent, quæ Mercurius, Hesiodus, Thales Milesius, de origine Mundi senserunt; cùm prius noctem fuisse, quàm diem; ac primum omnium fuisse Chaos, tum amplissimam Tellurem extitisse; per Chaosq; ab Hesiodo intellectum esse NIHIL, itaq. ex nihilo effectum esse cœlum & terram Hesiodum ipsum existimasse testatus est Aristoteles; qui & alibi docuit, antiquissimos Theologorum tria fecisse mundi principia, Chaos, Noctem, & Oceanũ: Sic Anaxagoras, qui φυσικώτατος, hoc est naturalissimus est dictus, arbitratus est, omnia primò fuisse confusa & indigesta, deinde accessisse Mentem, quæ illa distinguens & separans, Mundum effecerit: ac Trismegistus multò antea in Pimandro, quum ait, fuisse tenebras infinitas in abyssо

C & aquæ, & spiritum tenuem intelligibilem; quæ diuina uirtute erant in ipso Chao. At Thales Aquam valentissimum esse dicebat elementum, atque ideo primum fuisse, ex quo surrexerint omnia, sicuti ab Seneca accepimus: qui & subdit. *Dicimus enim ignem esse, qui occupet Mundum, & in se cuncta conuertat, hunc cuiusdam considere, & nihil aliud in rerum natura, igne celsius, quàm humorem, in hoc futuri Mundi spectem, latere. Ita igni exitus Mundi est, humor primordium.* Hæc ille. *Vide Euseb. Aeneam Gaz. & Ambrosium. Deut. 6.7. Aristot. lib. 1. Metaphy. & lib. 1. de Cœlo. & libro 3. de inspiratione ex tra Xenoph. ne. Zenone, & Cerynone. Seneca lib 3. Nat. quæstion. cap. 13.*

Sed verò quantò istà à Mosayeæ Philosophiæ elementis longius discessere, tantò acerbiora ex alijs alia diffidia inter se se peperunt de omnij rerum principio, de Natura, & huius principijs; de constitutione Mundi, & fine, deq; eius vnitate, magnitudine, figura, deq. materia & forma, de Mundi partibus supremis, cælo, stellis, quæve in sublimi generantur, vti & de imis, ac subterraneis; de homine, vnde venerit, quò va

D dat; de anima humana, & huius functionibus, atque muneribus corpori communicatis; de humano corpore, & eius affectionibus, de summo bono, & alijs huc spectantibus. Indeq. enatæ tot scholæ, in quibus mutuò sese Philosophi lancinabant; vt Xenophon ex ipsa philosophorum altercatione, dum naturæ intima scrutarentur, eos similes furentibus pulcherrima oratione indicauerit. Et Lucianus in Timone iocatur in Iouem, quasi aures obstructas habentes, disceptantium clamoribus physiosophorũ, atque ideo preces eorum non audientem: Ac Cicero scribit, Gellium Procosulem Athenis Philosophos, qui tum erant, in unum locum conuocasse, ut aliquando controuersiam facerent modum, quòd si essent eo animo, ut nollent aetatem in litibus conterere, posse rem cum eo conuenire, ac simul operam suam illis esse pollicitum, si quid inter eos statui posset. Videlicet sentiebant vel ipsi ethnici, veritatem nimis

E altercando interire; Id etiam de naturalis historiæ veritate dici potest; atque adeo cũ viro nobilissimi cordis & ingenij exclamandum: *O miseriam dubio procul singularem, liberum hominis animum, ad expeditam contemplandæ veritatis actionem editum, nec cælo, nec ulla creata re contentum, in vnius opinionis ergastulo, tamquam manicis, & compedibus vinctum detineri. Philosophorũ quos & quadrimembres nominauere. Xenophon in vita socratis participat, cum tra philosophat. Cicero de lege 4th. Ioan. Franci sco Picus Mirandul. lib. 3. in Exam. doctrinam Gentium.*

Moyses perfectissimum exemplar humanæ & Ecclesiasticæ historiæ edidit. Cap. X.

AD Moysen vt redeamus, Humanam etiam ille, atque Ecclesiasticam historiã primus texuit grauissimè, ac planissimè: præfuit enim rebus ipsis, quas gessit, quadraginta totos annos. Ac superiorum quidem ab orbe condito rerum vsque ad populi

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00093

populi Iudaici egressum ex Aegypto, ita scripsit, vt scribendæ historiæ omnis ratio- A
nem monstrauerit optimam, qui semper vnius Dei cultum vrgeat ob oculos; quem
flagitia punientem, munerantem pios, consulentem ijs, qui ipsum timent ac diligunt,
prospicientem futura, & certum eorum exitum annũciantem, denique populi sui Du
cem, Imperatorem, & Deum exercituum describit, & celebrat. Quæ gesta, quæve scri
bendi ratio, si cum ijs, quinobis humanas reliquerunt historias, Cæsaris, Alexandri,
& aliorum, conferantur, nonne illico humana mens sentiet in Moyse Deum loquen
tem & operantem, in illis verò Deum quidem multa permittentem, at neque miracu
la per eos patrantem, nec tales Respublicas instituentem, nec Rebuspublicis utiles
historias condentem? Quanti enim illa fuerunt, nimirum, Hebræorum populum as-
ferere in libertatem, nec ligueo ponte, qui Rhodano fuit à Cæsare impositus, copias
traijcientem, sed fide aperientem maria, quæ vniuersum hostem absorbuerunt, dum B
sicco pede tot centena hominum millia educta in eremum, qui uarijs in stationibus,
seu manifoldus quadraginta annos cum substitissent, adducti sunt tandem ad Regnũ
Israelis firmandum, & ad trophæa Diuinæ dexteræ posteris excitanda?

Collatio Mo
sis Historiq
cum Etnici
Historio-
graphis.

Series histo-
riæ Mosaicæ,
ac modusque
stantissimus.

Cererum, cùm in hac historia Moyses vnius Dei cognitionem docuisset, quò falso
rum deorum cultum ablegaret ab animis Iudæorum, eum autem esse quoque Iatorem
legis eisdem suadere voluisset, primò ex operibus creationis, & ordine rerum creata
rum id fecit, mox è pœnis per Dilunium, perq. ignem, & linguarum confusionem
illatis, demùm è vita Patriarcharum excellenti, Iosephiq. pietate, quasi per gradus,
deduxit homines ad ipsam Dei legem fusp iciendam, & opere complendam, ut postea
frerneret viam, ad reliquam Diuinam historiam, qua Ducum, Iudicum, Regum, Pon
tificum gesta erant literis consignanda. † Idcirco verò & liber ipsius Genesis & Io- C
sue, liber iusturum in Scripturis nocatus est: [a] Quamquam & liber Samuelis, quo
continentur gesta Prophetarum iusturum Samuel, Gad, & Natan, etiam liber iustо-
rum sit. [b] appellatus.

† In libr. Iosue, Iudicum, & Ruth. Ergum & Para lip. & Esdr. a Idq; do ceri tur, Dist. 23. c. 38. Hieron. in Ezech. cap. 1.

b Hieron. in Quæst. Hebraic. ex super lib. Reg. si Hiero. hæc sunt. Iosue 10. 2. Reg. 1.

Moyses primus, ac præstantissimus scriptor Poetices. Cap. XI.

Moyses primus poeticæ scriptor. Exod. cap. 15.

Deutero. 32.

REstat modo, vt & Poetices primũ ac præstantissimum scriptorem fuisse Moy
sen, ostendamus: Quod sanè ex duobus Canticis, hexametro carmine (vt
inquit Hieronymus) scriptis, patet in libris Exodi, & Deuteronomij. Quã »
sublimi enim cothurno cecinit, cùm demersо Pharaone populus euasit liberè è mari? »
Cantemus (inquit) *Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem dejecit in* »
mare. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Iste Deus meus, D
& glorificabo eum. Ac quæ sequuntur. Quantа rursus illa? *Audite cœli, quæ loquor, au-* »
diat terra verba oris mei. Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, »
quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina: Quia nomen Domini invocabo: »
date magnificentiam Deo nostro: Dei Perfecta sunt opera, & omnes viæ eius Iudicia. Et reli »
qua. Quæ si cum omnibus Pindari Epinicijs, quæ ille inscripsit Olympionica, Nemeo
nica, Pythionica, componantur, quàm ista meras sapiunt nugas, pręDiuinis illis lau
dibus, quibus (vti & diximus & dicemus alibi) imbuendi essent adolescentium animi,
priusquam fallis poetarum imaginibus oppleti, locum deinde aut angustissimum, aut
nullum Diuinis mysterijs relinquerent.

Character
poematum
Moysis Grę-
cos, & quoti-
nis aliis poe
tis antecellit.

At qui inter Psalmos, quos psalluisse Moysen, ex Hieronymo diximus; nemo est. n.
quin si singula eorum uerba perpenderit, idem & characterem poematum diuinissi- E
mum cernat. Ex his illis sunt: *Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Domi-* »
nus fortitudinem, & præcinxit se. Etenim firmauit orbem terra, qui non commouebitur. »
&c. Rursus. [b] *Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Nubes, & caligo in* »
circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius. &c. Et iterum: [c] *Dominus regnauit,* »
iracsantur populi, qui sedes super Cherubim moueatur terra. Dominus in Syon magnus, & »
excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctũ »
est, & honor Regis iudicium diligit: Et [d] *Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in læti-* »
tia. Introite in conspectu eius in exultatione. Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fe- »
cit nos, & non ipsi nos. Et [e] *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine, psallam & in-* »
telligam

a Psal. 92.
b Psal. 96.
c Psal. 98.
d Psal. 99.
e Psal. 100.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.?image=00094

A *telligam in uia immaculata. Quando uenies ad me?* Quos, & reliquos, si quis cum Hymnis Orphæi, Musæi, Theocriti, Homeri, Callimachi, & aliorum conferat, intelliget, in Mosaicis gemmas, in ethnicis ne vitrum quidem fulgere. Licet Orphęus cùm Aegyptum petijsset, & Mosaicis didicisset monumentis, vnum esse Deum, qui coli deberet ab omnibus, eorum, quę antea docuerat, cecinerit Palinodiam prędaro hymno, atque de ea re quoque Musæum admonuerit.

Quòd si Iobi certamina Moysés conscripsit (vt existimarunt Polychronius Apameę Episcopus, & qui sub Origenis nomine Commentaria in Iobum edidit, ac Bedę, licet Hieronymi nomen præferant, scripta habent) Iobi verò pars (Hieronymo testante) specie orationis poetica prodierunt, ecquantum sapiunt æstrum? Numeris enim sunt laxata poetícis, quæ à libri initio ad ea verba dicuntur: *a Pereat dies:* & quę B in postrema parte libri posita sunt flatim posteà Iobi verba: *b Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in cinere & fauilla.* Reliqua omnia in præfatione sua docet Hieronymus, vinculis adstringi poeticis.

Iobi certamina scripta à Moyse, ut ali quibus ui sum est. *In epistol. ad Pammach.*

Iobi certamina ex parte vinculis adstricta poeticis. *a Iob 3. b Iob. 42.*

A Moyse igitur non solùm qui secuti sunt diuini Psalmographi, qui diuinas spirarunt voces, atque poemata, uerùm etiam Græci, & Latini, quidquid verè de uno Deo, deq. mysterijs Religionis nostræ cecinerunt, eò magis siue per se, siue per alios hausisse ex Moysis fonte cernuntur, quò iam nobis expressiora sunt, quæ fortè nolentes ipsi pronunciarunt, sicuti interdum vi veritatis vrgente, mali etiam Dæmones loquuntur.

Moysés quibus laudibus non solum à Iudæis, sed & à Deo sit commendatus. Cap. XII.

C HAbemus verarum originem historiarum, quas auidius adhuc excipiet, qui meminerit, quibus laudibus tantus Auctor, non solum à Iudęis, verum & à Deo ipso fit commendatus. Et à Iudęis quidem uocatus fuit *Iared*, e id est Descendens, quòd de monte descenderit: *Pater Vedor*, i. Sepium, quòd quasi quadã se pis lege circumdederit populum: *Heber*, id est Iunctor, quòd populum Dei seruitio iũxerit: *Pater Socho*, id est prophetię, quòd ipse fit Doctor prophetarum: *Icuthiel*, id est, Sperans in Deum, quòd ipsem habuerit liberandi populum de Aegypto, siue quòd spe parentum de aquę periculo liberatus sit: *Pater Zanohe*, id est, Gubernator, quòd magnam populo in eremo gubernationem exhiberit, siue quòd doctrina sua quoti- „ die gubernaret. A Deo autem: *Dilectus Deo, & hominibus Moyses, cuius memoria in bene* „ *dictione est.* *Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimi* D *corum, & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu Regum, & iussit ei* „ *vt coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit* „ *illum, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum* „ *in nubem: & dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & disciplinæ, docere Iacob testamen-* „ *tum suum, & iudicia sua Israel:* Et alibi: *e Et non surrexit ultra Propheta in Israel, sicut* „ *Moyses, quem nouit Dominus facie ad faciem, in omnibus signis, atque portentis, quæ mi-* „ *sit per eum, vt faceret in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, uniuersæq; terræ* „ *illius, & cunctam manum robustam, magnaq; mirabilia quæ fecit Moyses coram uniuer-* „ *so Israel.*

Iared, Pater Iesor. Heber. Socho. *a Paral. 4.* Icuthiel. Zanohe. Dilectus Deo, & hominibus. *Hieronym. ex Quæstionib. in Paralip.* *b Eccl. 45.*

e Deut. 34.

Iam verò quę de Moysis educatione mirabili, forma præcellenti, moribus heroicis, studijs præclaris, prudentia singulari, rerum gerendarum dexteritate inaudita, ac uiE ta eius tota omnibus numeris absoluta, in Sacris literis singillatim explicata sunt; ea omnia Gregorius frater Basilij Magni, & Episcopus Nyssenus in breuissimam collegit summam, quam veluti formulam viuendi cuilibet Christiano commodam, atq. perfectam, inter cetera eius opera scriptam reliquit: Sed & deinceps Ascanius Martinengus Ord. Regularium initio suæ Glossę magnę plura, postquàm nos hęc edidissemus de Moysis prę stantia è Patribus collegit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00095

Moyses primus Grammaticæ scriptor. *Cap. XIII.* A

MOyses item primus Grammaticæ scriptor, si Grammaticam uocare licet elementorum designationem. Ex ijs enim, quæ Catholici, atque Ethnici scriptores collegerunt ex uetustioribus Auctoribus, quorum opera interierit, adhuc extat Eupolemi Græci perantiqui testimonium, quo de Regibus Iudææ differens, testatum reliquit, Moysen doctissimum, literarum cognitionem certis Grammaticæ præceptionibus digestam tradidisse Iudæis, quam ipsi postea Phœnicibus ob uiciniam largiti sunt, ac deinde Phœnices literarum ordinem & numerum, Græcorũ pueris dedisse, ob mutua utriusque gentis commercia. Ex Artepæno quoque scribunt, Moysen literas dedisse Aegyptijs, eumdemque fuisse Mercurium illum, qui ob literas inuentas, à Græcis tantopere celebratur. Strabo etiam decimo sexto Geographiæ libro, Moysen unum ex Aegyptijs Sacerdotibus fuisse scribit, eumque, cùm molestè ferret eorum institutа, illhinc Hierosolymam migrasse. *Docebat enim* (inquit Strabo) *quemodo Aegyptij non recte sentirent, qui ferarum, ac pecorum imagines Deo tribuerent; nec Libyes, nec Græci, qui Deos hominum figuris insignirent.* Qua in re quamuis uterque deceptus fuerit, ille, quòd Moysen cum Mercurio confuderit; hic, quòd eumdem Aegyptium Hierophantem putauerit; ambo tamen in hanc uenere sententiam, Moysen educatum in Aegypto, & in omni Aegyptiorum sapientia fuisse, testante Scriptura, eruditum, atque adeo fuisse Sacerdotẽ, sed Hebrææ gentis: Sic enim scriptum est. *Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius.* Atqui Plato (sic Deo forsan impellente, vt veritas ab hostibus quoque extorqueretur) primum nominum impositorem scripsit fuisse Syrum: Adamum, vel Moysen intelligens: quod & Marsilius Ficinus recte adnotauit. Quin Plinius, dum omnes antiquissimas Bibliothecas excussit, tandem eò adductus est, ut crederet, literas semper Assyrias fuisse: quare & Lucanus dixit.

Exod. 7. Psal. 98. B

Plini. lib. 7. Natur. histor. ca. 56. & lib. 5. cap. 12. Lucan. lib. 3. Pharsal. C

--Phœnices primi (si credimus) ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

A Moyse vera Cosmographia, ac Geographia tacta fundamenta. *Cap. XIIII.*

MOyseu autem vera Geophraphiæ, seu potius Cosmographiæ fundamenta iecisse constat, tum è Mundi creationis descriptione, atque ex confusione septuaginta duarum linguarum, tum è variis sedibus & nominibus, quorũ adhuc vestigia retinentur in orbe terrarum. Et quidem (vt etiam optimè adnotauit Arias Montanus) confusio septuaginta duarum linguarum, diuersa genera in totũ Orbem diffeminauit, qui ob eam causam in septuaginta duas nationes diuisus est per totidem Duces, & viros principes ex filijs, & nepotibus Noe, qui septuaginta duas colonias ex Armenia Saga in uarias mundi partes deduxerunt, ut uniuersam terram deuno replerent. Quo pertinere potest etiam illud Moysis; *a Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum, secundum numerum filiorum Israel* (vel, ut interpretati sunt Græci, *secundum numerum filiorum Dei*) Constat enim, populum Israeliticum, qui *c* populus electus, *c* peculium Dei, *d* Deiqꝫ hereditas appellatur, primo ordine in duodecim semper diuisum fuisse, ac postea in septuaginta duos. In duodecim quidem Tribus, ac Polemarchos totidem, quorum vnusquisque sex Prefectos alios sibi subditos habebat, qui simul collecti, septuaginta duos efficiunt: eumdem prorsus numerum, quo continebantur Israelitæ, quando ingressi sunt Aegyptum, ut ex hoc loco manifestissimè patet. *e Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuere septuaginta,* quibus addendi sunt duo filij Ioseph, quos Aseneth filia Phutipheris Sacerdotis Heliopoleos in eadẽ prouincia ei pepererat. Nã quemadmodum totus illius gentis politicus ordo, à maximo illo legislatore, qui ad supremi montis contemplationem ascendebat, & orcq. ad os cum Deo loquebatur, tamquam homo aliquis cum socio suo, describitur, & distinctus fuit: sic etiam ad formam & Ideam tam Mundi archetypi, quàm cæli spectabilis, cuius exemplum ostensum

Plin. lib. 7. Natur. histor. ca. 56. & lib. 5. cap. 12. Lucan. lib. 3. Pharsal.

a Deut 32. D

b Deuter. 7. e Exo. 19. d Psal. 77. e Gene. 46. Acta Apostolorũ habent numerũ 71. ficti, septuaginta interpretes vertere runt, quoniã Scriptura nepotum numerationem fecerunt. E

f Exod. 33.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00096

A fum ei fuerat in monte, fuis omnibus numeris conftans, efficius eft, & abfolutus. Archetypi quidem mundi, in quo Sacrofanctæ,ac femper adorandæ Trinitatis imperio ac legibus fubfunt nouem Angelorum Hierarchiæ, ac feptuaginta duo præcipui cuftodes feptuaginta duarum nationum, qui uniuerfum orbem terrarum inhabitant,ut ex Daniele probatur,vbi mentionem fecit Angeli Perfarum:& ex Apocalypfi per Angelos Eccleſiarum Aſiæ tutores: prout & inter Hebræos antiquiores Simeon Ben Iochai in Zohare, & Ioſeph Ben-Karmitol in ספר שעורי צורק ſchihre ftedech ſiue Portis Iuſtitiæ (quamuis iſte feptuaginta tantum enumeret) clariſſime, ac luculenter explicant. Cæli autem ſpectabilis, in quo ſub duodecim ſignis Zodiaci, feptuaginta duæ diſtinguuntur partes, quę à Græcis δωδεκατημόρια vocantur, & quarũ vnicuique ſigno ſex à Mathematicis tribuuntur. Hinc duodecim lapides preciofi in Pontificali ueſte Aaro

B nis, quibus inſculpta erant duodecim Tribuum nomina. Hinc ſeptuaginta ſeniores, ſiue magnę Synagogę uiri, qui ab ipſis Iudęis סנהדרין, Sanedrin à Græcis uerò συνέδριον dicuntur,quippe cum duobus filijs Aaron ſeptuaginta duo capita conficiunt. Ad hanc autem Senatoriam dignitatem tantũ eligebantur viri moribus,ętate, atque ſapientia clariſſimi, & qui toridem linguarum, quot ipſi erant , cognitionem haberent, ne oporteret eos,interpretes alios audire; ſi verũ eſt, quod ex ueterum Iudęorum Commentarijs notauit Galatinus . Hinc ſeptuaginta duo Interpretes, ex duodecim Tribubus delecti,ex vnaquaque ſeni, & ab Eleazaro Summo Iudęorum Pontifice,ad Ptolemęum Philadelphum Aegypti Regem miſſi ; vt ex Hebræo in Græcum ſermonem Sacra Biblia transferent. Hinc eſt denique,cur Saluator mundi,ac Sol Iuſtitiæ Chriſtus,cùm perfectam & Hierarchicam Eccleſiæ ſuę politiam conſtitueret,ultra duode-

C cim Apoſtolorum numerum,delegerit ſeptuaginta duos diſcipulos, quorum miniſterio ſeptuaginta diuas nationes, rotidemq. linguas , ad unam fidem, unam Euangelicam legem, unumq. baptiſma , ſub uno Deo, & uno Paſtore undique colligeret, Et per quos tamquam per optimos Architectos ædificaret, & non portentoſæ,ac ſuperbæ ciuitatis molis turrim, ſed meram Noe ex diluuij fluctibus erepti Arcam,& ſanctam Hieruſalem duodecim portarum Ciuitatẽ , cuius fundamenta ſuper profundæ humiliratis aream iacta fuerunt, & cuius ædificium duodecim columnis , quot baſes habebat Salomonis concha, [b] fuſtum & confirmatum, ad cælos uſque faſtigium erexit.

Iuſtin. Martyr in oratione ad Græc., Origen. ſuper Luc. hom. 14. Baſil. contr. Eun. Auguſt. ſerm. 46. ad Fratres Dan. 10. et lib. 2. epiſt. 3. & 5. Hieronym. Et Theodor. in Epiſt. Diuil. dogm. N. 15. cap. Ezec. 39.

Galat. lib. 2. de arcan. cath. ver. 25. Septuaginta interpretes vnde orti. Luc. 9. et 10.

a Apoc. 21.

b 3. Reg. 7.

D *Sacri libri, qui diuinam continent hiſtoriam , qui nam ſint , & à quibuſnam hoc poriſſimum tempore vindicati à Satanæ calumnijs . Inquentis per Hæreticos, atque alios eiuſmodi ſuos: Numve editio Hebraica, quæ à Moyſe & Prophetis condita eſt,ad nos uſque peruenerit . Cap. XV.*

IAm verò certum eſſe ſacrorum, & canonicorum librorum numerum,iiſq. verbum Dei, certamq. ac ſtabilem fidei regulam contineri, Catholica Eccleſia, & Patres

Carthag. Syn. 3. c. 47. Trid. ſeſſ. 4. Canus de Locis cum munit. lib. 11. Bellar. lib. 1. & 2. de Verbo Dei .

E varijs locis docuerunt, ſanctæ Synodi declararunt: aduerſus autem Hæreticos, & Iudæos, atque alios tum antiquos, tum recentiores, ſicut plerique doctiſſimi uiri,ſic præſertim noſtro æuo Sixtus Senenſis, Melchior Canus, ac Robertus Cardin. Bellarminus abundè monſtrarunt . qui quando unicuique ſunt ad manus , actum non agam, ſed & ipſe Bellarminus de variis ſacræ ſcripturæ editionibus ſic egit , ut primò oſtenderet , Hebraicam Moyſis , & Prophetarum numquam periſſe, quia occaſione dedit operam , ut commonſtraret una cum Driedone & alijs, Hebraicam eamdem editionem , hoc eſt ſcripturas Hebraicas non eſſe in uniuerſum depraua-

Driedo lib. 2. de dogmatib. & ſcripturar.

tas opera,vel malitia Iudæorum,nec tamen omnino eſſe integras,& puras , ſed habere ſuos quoſdam errores , qui partim irrepſerint negligentia , vel ignorantia librariorum , præſertim cum in Hebræo facile ſit errare ob literas quaſdam ſimillimas, quales ב & כ & ה & ח & ד & ר partim ignorantiam Rabbinorum , qui addiderunt puncta . Cum enim poſſint dictiones Hebraicæ variis modis legi, ſi punctis careant ; *non eſt* (inquit) *mirum , ſi quando ipſi quoque in annotatione punctorum à vero aberrauerint. Poteſt etiam fieri, vt ex prauo affectu, & odio in Chriſtum*

ſanctã ſcripturam Hebraicè non eſſe omnino depranatã .

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00097

ea lectio interdum ipsis magis probata sit, qua minus Christianis sauchat. A

Ceterum (ait) non tanti momenti sunt eiusmodi errores, vt in vlla ad Fidem, & bonos mores pertinent. Scripturæ sacræ integritas desideretur. Plerumque enim tota disceptatio variarum lectionum in dictionibus quibusdam posita est, quæ sensum, aut parum, aut nihil mutant. Errores autem, qui ex additione punctorum accidernnt, nihil omnino veritati officiunt: puncta enim extrinsecus addita sunt, nec textum mutant. Itaque possumus, si nolimus, puncta detrahere, & aliter legere.

Hæc cum solidis argumentis probare, eos autem, qui secus sentiunt refutare curasset, vix video quid possit adijci, nisi ad totam rem copiosius excutiendam necessarij aliquis ducetur legere, quæ ex Hispanijs in Italiam transmissa proprio libro Salmanticæ edito, scripta sunt à viro erudito Leone Castrio, suo Apologetico pro lectione (vt ille inscripsit) Apostolica, & Euangelica; pro vulgata Diui Hieronymi; pro tran- B
slatione S eptuaginta; proq; omni Ecclesiastica editione: is enim secundo libro eiusdē Apologetici contendit acriter, vtitiatam esse Scripturam Hebraicam, id quod ostende re nititur ex Patribus, & Nouellis Iustiniani, non tam mutatione punctorum, aut error. amanuensium, siue quod Iudæi prauo affectu eam lectionem interdum magis pro bauerint, quæ minus Christianis fauebat, quàm quoniam ob implacabile in Christia nos odium data opera hoc ipsimet fecerint: id quod quarto, quinto, & sexto libro eiusdem Apologetici profitetur se comprobasse plus quadringentis locis, eo prius tam quam fundamento iacto, ut cum quidquid Spiritus sanctus docet, ac loquitur, veritas sit infallibilis, & necessario verum, omnes autem Prophetæ, quas Apostoli, & Euangelistæ citant, eas Spiritus sanctus per Apostolos & Euangelistas, tamquam per viua instrumenta citet, efficiatur, ut omnes prophetæ citatæ ab Apostolis & Euange C
listis necessario sint uerę, atque infallibiles. Quare quoties de his contrarium in Hebreo codice aliquid legitur, quam istæ habeant in ijs, quos diximus Apostolis, & Euangelistis, euincit fuisse à Iudæis iuitiatam Hebraicam editionem, quorum pestis, ut habet Concilium Toletanum, in nouam semper insaniam recrudescat. Sed de sententia huius uiri, an scilicet prauo affectu à Iudæis fuerit in omnibus codicibus initiatus aliquis locus sacri texus, & de ualiditate rationum quibus id suadere conatur; alij iudicent.

Noua Leonis Castrij libri Apologetici quinquedecim sententiarum antiquitatis anno 1585. Salmanticæ. Nouell. const. 146.

Concil. Toler. 13. in cap. Iudæi Regis Exdgy ad Concilium.

Editio Chaldaica, & Syriaca, & harum linguarum origo, ac derivatio. Cap. XVI.

Chaldaica paraphrasis erroribus scatet: aliter Montanus in Biblijs Regijs. Bellarm. lib. 2. de Verbo Dei. D

SCripturæ sacræ paraphrases extant Chaldaicæ ex Hebræo: omnes illæ quidem erroribus inquinatæ: Sed minus ea, quam ab Aquila habemus in Pentateuchū, nam reliquæ Iudaicis commentis, ac nugis Thalmudistarum referrtæ sunt. Is igitur Aquila paraphrasim condidit eam, quæ in Biblijs Complutensibus, ac Regijs excusa est cum uersione Latina. Qua in paraphrasi Chaldaica fuisse ab eo pleraque mā le versa, Robertus Bellarminus post Ariam Montanum ostendit.

Syriaca nona Testamenti editio quota. De Syriaca uerò editione pauca hæc dicenda sunt. Testamentum nouum ea lingua excusum idem Arias iisdem in Regijs Biblijs nobis tradidit: alterum Syriacis, & genuinis characteribus: alterum in infima margine Hebraicis literis, & omnib. suis pūctis & numeris constans. Latina verò interpretatio adiecta est à Guidone Fabritio Boderiano. Ceterum quid interfit inter Syriacam, & Chaldaicam linguam: num præter nouum Testamentum, alij sint libri Syriaca lingua editi; quanta sit huius edi- E
tionis auctoritas: quodnam præter alia istius editionis insigne commodum existat ad uersus hæreticos, paucis, sed quantum satis videri possit, egit Bellarminus. Quod si quis altius, ac nonnihil planius istius linguæ, qua vsus est Dominus & eius Discipuli, originem & progressum cupiat nosse, hæc habeat. Hebraum sermonem post linguarum confusionem mansisse apud filios Sem, significasse mihi quidem Moyses uidetur cum diceret; *Sem fuisse parentem omnium filiorum Heber*. Nemo enim nescit, ab Heber nomen habere Hebræos. Cùm porrò apud istos nimis facile, atque etiam tum uino Sem, exoleseret auita religio, ille maiorum melior semo simul paullatim corrumpebatur. Quod fieri etiam ante Abrahami ætatem cœptum erat.

Origo linguæ Syriacæ. Gen. 10.

Iam

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00098

A Iam tum enim colebant isti Deos alienos, vt est in Iosue historia scriptum. Sed hic est cælesti afflatu, tamquam manu iniecta, è superstitionibus patrijs esset exemptus, atq; ad colendam illam sanctorum parentum pietatem, religionemq. reuocatus, linguam quoque ipsorum, quam ut primam, ita optimam esse intelligebat, constanter sibi putauit esse retinendam. Itaque ceteri, ut more maiorum suorum, purè Deum colere, ita & purè illorum more loqui, non diu post defiere, proq. Hebræo sermone, Chaldæo vti cœperunt. Cui rei satis magno argumento sunt Laban verba יגר שהדותא iegarsah dutha quibus vtebatur, cùm tumulum testimonij dicere vellet. At Abraham, eiusq. posteri Israelitæ, Hebræum sermonem vnà cum auita religione retinuerunt vsque adeo firmè, ut ne in Aegypti quidem tot annorum quemadmodum diximus supra capite huius libri quarto exilio, vel longa consuetudine & familiaritate barbarorum, uel seruitutis duritate, eum amitterent. Porrò cum hi ob sua scelera, quæ post Dauidis imperium, Salomonis & aliorum regum suorum improborum in Babyloniã tandem captiui essent abducti, continuò huius gentis sermonem, hoc est Chaldaicũ, tam sunt cupidè amplexati, ut cùm non ferè pluribus, quàm septuaginta illhic annis mansissent, eum deinde in patriam reuersi, perpetuò pro uernaculo usurpauerint: cũ Hebræum interim, quòd eo & lex ipsa, & sacra omnis historia, atque prophetici libri, ac alia insuper præclara antiquitatis monimenta essent conscripta, soli sacerdotes, & præter eos alij homines, qui literis studebant, rerumq. optimarum cognitioni sese dabant, utcunque conseruarent, & in ludis literarijs eo pueros ad literas destinatos excolerent. Sed n. quamuis Chaldaicè loqui à Babylonijs Israelitæ didicissent, tamen fermone Hebraico inde à cunabulis assuefacti, peregrinam linguam in patria C sic suis casibus vbique conseruare non potuerunt, ut non ipsam multis modis ad propriam, hoc est Hæbraicam, accommodarent. Itaque ex illo sermone, quem à Chaldæis acceperant Israelitæ, cùm eum ipsi, vt dixi, plurimùm casib. terminationibusq; mutauissent, & multa insuper Græca uocabula admiscuissent (vt erat in sequentibus temporibus apud plerasq; nationes Græcorum idioma in vsu multo) effecta est hæc altera lingua, quæ non modò à nostris hominibus, sed ab illis quoque, quorum propria est, Syriaca uocatur. Qua cum Christus Dominus, eiusq. Discipuli, quippe vernacula, in Iudæa primùm Israelitis Euangelium patefecissent, plerique omnes deinde Christiani homines, qui illa, atque vicina circũquaque loca incolebant, eadem uti cœpere, ad sacra illa salutaris doctrinæ monimenta tum conseruanda, tum etiam explicanda. Fuerunt q. proinde longo tempore Syrorum Christianorum cœtus celeberD rimi, & frequentissimi, quamquam ferè in Græcis semper sint annumerati à nobis, qui ad Occidentem habitamus. Doctissimorum igitur hominum studio, quales apud illos multi uixere, & scriptis libris floruere, breui vsque eo expolita est illa lingua, ut nõ minus sciè uocalibus notis, punctisq. alijs quæque eius literæ, syllabæ, verbas denique verborum casus, numeri, personæ, tempora, genera notata atque distincta, & illustrata sint, quàm in Hebræa lingua factum est ab ijs, qui auctores Massoreth, hoc est traditionis, uocantur. Quare si quis mediocri præditus ingenij perspicacia, tum ab emendatissimis libris, atque etiam otio instructus, eas rationes sibi quærendas esse statueret, quas sequuti sunt illi, qui verba singula appositis suis notis explicarũt; profectò ille posset, & quidem non nimis multa in eam rem consumpta opera, Syriacarum litterarum artem omnem certissimis regulis atque præceptis concluderet. Sed E ve Iudæi, ita Syri quoque accurato illo scribendi genere in sola sacrorum librorũ scriptura utuntur, utinam etiam vsus eo fuisset ille librarius, qui in urbe Mozal ad flumen Tigrim exemplar Noui Testamenti scripsit, ex quo Cæsaris Ferdinandi liberalitate, & Mosis Mardeni industria, typis est expressum, quod unum habemus.

Iosue 24.

Gen. 31.

Syriaca lingua ex Chaldaica, & Hebraica confusa.

Quot, & qua nam Sacræ Scripturæ versiones ex Hebræo. Cap. XVII.

GRæcas Scripturæ translationes Athanasius, Eusebius, & Epiphanius septem sed decem alij fuisse asseruerunt. De omnibus summatim Hieronymus inquit: *Alexandria & Aegyptus in septuaginta suis Hesychiũ laudat auctorẽ.*

Athan. in Synopsi. Euseb. lib. 6. histor. cap. 32.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00099

Vide Bellarminū obtendente fuisse decē lib. 2. de verbo Dei, capit. 5. *Hier. præf. in lib. Paralip. Interpretatio prima & vera fuit 70.*

Constantinopolis vsque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Mediæ inter A
hos Prouincia Palestinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius, & Pamphilus
vulgauerunt.

Prima est LXXII. Interpretum, qui Hebræi fuerunt è singulis Tribubus electi sex: interpretati sunt autem sacram Scripturam tempore Ptolemæi Philadelphi Regis, anno ante Incarnationem Domini nostri Iesu Christi CCCI.

2. Aquila. 3. Symmachi.

Secunda est Aquilæ, qui cùm Synope Ponti ortus, & gentilis esset, Hierosolymis baptizatus est; sed iterum Christianæ fidei renuncians, & eam anathematizans, ad Iudæos se contulit, sacramq. Scripturam interpretatus est tempore Adriani Imperatoris, qui lepra laborauit, anno post LXXII. interpretationem, CD.XXX.

Tertia est Symmachi, qui cùm Samaritanus esset, nullusq. ipsi à gente sua deferretur honor, principatus cupidus ad Iudæos accurrit, & secundo circumcisus est, atq; pro B
Samaritanorum peruersis mentibus interpretatus est & ipse sacram Scripturam. Seuero imperante anno post Aquilæ interpretationem quinquagesimo sexto.

4. Theodotitus.

Quarta est Theodotionis Ephesij, qui hæresim Marcionis Pontici sectatus, interpres & ipse fuit imperante Commodo ijsdem temporibus iuxta suæ hæresēos peruersionem.

1. & 6. sine nomine inter prestit.

Quinta fuit interpretatio in dolijs latens, inuenta tempore Alexandri filij Mammææ Nicopoli Actiæ.

Alia sexta inuenta est Nicopoli apud Arctios post Seueri persecutionem. Sex ergo sunt Scripturarum interpretationes, & adhuc extant.

7.S. Luciani

Septima est Sancti Luciani Magni Eremitæ, & Martyris, qui cùm in prædictas editiones, & Scripturas Hebraicas incidisset, ac sedulo inspexisset verba quædā Scri- C
pturæ ueritati deesse, quædam verò irrepisse superflua: correctis proprijs Scripturæ locis, edidit illam in fratrum Christianorum vsum, quæ post certamen, & martyriū Sancti Luciani, & perfectionem factam Maximiano, & Diocletiano Tyrannis impe rantibus, ipsius manu scripta, postmodum inuenta est Nicomediæ, tempore Constantini Imperatoris, apud Iudæos, qui muro cuiusdam turriculæ tectorio oblito incluserant, ut diutius conseruaretur.

De versione Septuaginta Interpretum. Cap. XVIII.

Bellar. lib. 2. de verbo Dei. cap. 6.

IAm verò, quoniam celeberrima omnium fuit versio septuaginta Interpretum, omnino dicendum est, quæ nam hoc tempore sit integrior, quòd paucis forsan hoc constat, & quòd præter Iudæos, atque hæreticos, qui cam antiquitus uitia- D
tam posteritati reliquerant, non desint, qui hoc sæculo de illa licentius, quàm par erat, aut scripserint, aut pergèt scribere. Nā etsi Bellarminus Card. egit diligenter: Quo videlicet tempore contigerit; Quorum librorum sit: Quomodo facta: Quantæ sit auctoritatis: Num hoc tempore germana illorum extet interpretatio, expedit tamen alios nosse, qui pro eadē hac Septuaginta versione scripserē: quove cōsilio, ac ratione

Biblia LXX. à Gre. XIII. & à Sixto V. edita.

sint usi Romani Pontifices, Gregorius XIII. & Sixtus V. ut eadem, quoad eius fieri posset, emendata tum Græcè, tum Latinè euulgaretur: sic enim & hoc, & altero huius libri capite, agendi nonnihil de uario genere uertendi Scripturas opportuna se dabit occasio.

Genebardus in præfat. in psalmos 2. & 3. editionis.

Primum igitur Genebrardus, ut alibi, sic præcipuè in Psalmos à se expositos docet, septuaginta duos Interpretes Hebraico fonti cōuenienter uertisse, in obscurioribus locis, felicta verborum proprietate, fructu copiosissimo, sententiam expressisse; E
Hebraismorum autem, Syriacismorum, antiquæ poesis, & phrasis inscientiam efficere, vt alicubi ineruditis nulla uideatur bene accommodata sententiæ explicatio, vbi sanè eruditis est singularis atque eximia. Præterea Hæreticos, & recentiores Rabbinos multa fefellisse.

Rabbinorū errores circa Scripturarum interpretationem, & quam egregiè tutatur.

Primum, quia Septuaginta non semper uertunt ad uerbum, sed in locis obscuribus ad sensum, prout Spiritui sancto expedire visum est, ad Gentium, præsertim Græcarum, edificationem, ut etiam Hebræi notarunt, seorsum R. Iacob Bar. Solomo Collectaneorum Thalmudicorum libro primo, & Iosephus initio suę Historię, adeo

vt ei

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00100

A vt ei vehementius intuenti, quemadmodum multis locis ſeſtatur Hieronymus, frequenter vocum notationem deſerant, circa quam nimis anxie languentes, ſæpe veritatem, & conſequentiam ſententiæ, ſi uerborum, literarumq. aucupia ſpectentur, videntur amittere.

Secundo, quia non ſemper amplectuntur Maſorethárum iudicium, à quibus habemus uocalium punctá, accentuum notas, uerſuum, membrorumq. diſtinctiones. Nám neque neceſſe eſt ſequi eos in omnibus; quippe qui ea nonnunquam ſine iudicio affigunt, quę ſecundum uetuſtiorem lectionem correcta, preſtantiorem, & Spiritu ſancto dignioremintelligentiam præbent; & ad recentiorum Rabbinorum interpretationem examinata, etiam aliud canunt, quàm iſti exiſtiment. Quin & Ben Aſer, & Ben Neptali Maſorethárum principes, in ſe iurari noluerunt, ſed ſepiuſcule diſſen- *Maſorethæ pluſies cum ſui ipſis cohærentium.*
B tientes, cuique liberum iudicium certis notis ſe relinquere tradiderunt. Ex quo Abben Ezra, Kimhi etiam ipſe, ac plerique alij, interdum alterum alteri præferunt, interdum neutrum ſequuntur. Adde his noſtros Septuaginta Interpretes ſuperiores eſſe ſeptingentis annis minimum, ut idcirco non communicatis conſiliis potuerint nonnunquam aliter & quidem rectius diſtinguere, vel pungere, alioqui non ſoleret eſſe in vocabulis, ſiue thematis, & radicibus differentia, cum hoc dumtaxat occurrat, vt finis præcedentis uerſus per Maſorethas debeat referri ad ſequentis caput atque principium. Verùm hæc non immutant ſententiam, in ſcriptis præſertim pocticis, in quibus ratione metri, non ſententiæ notularum iſtarum ſit expreſſio.

Tertio, ſequuti ſunt modum interprerandi apud ſe uſitatum, ut nonnulla obiter *LXX. aliqua de ſuo aliquā do addiderut.*
C inſererent de ſuo, quæ initiatis myſteria Religionis indicarent, aliqua etiam ad perſpicuitatem ſubmutarent, alia emollirent. Sic Ionathan Ben Vziel, ſic Onkelos, ſic Akiba, ſic R. Ioſeph Cæcus.

Quarto, egerunt multis locis Prophetas, diuinorumq. hominum, non modò Interpretum, perſonam ſuſtinuerunt, vt proinde dum uidentur maxime ab Hebraico diſſentire, tum maximè conſentiant; quod iſti Spiritu ſancto exuti nequeunt cernere.

Quinto, propter antiquitatem multa intellexerunt, quæ recentibus Rabbinis ignota ſunt, vt numeros Pſalmographi, phraſes antiquas, tropos ſui temporis, captationes uocabulorum Syriacorum, Arabicorum, Perſicorum, colliſiones, morum & inſtitutorum traditiones, &c.

Sexto, ſubmutationes literarum per Siruph, & Ethbas, & Alphabetariam aliam reuolutionem tenuerunt, qua literæ litera mutuo ſuccedit: Qua & veteres vſos, etiam
D Hieremiam, docent alij, Quam ob cauſam לב *lee* pro לב *leb*, corde, acceperunt, Beth, & Caph non tantum ob ſimilitudinem confundentes, verum etiam per Aibach, quo duorum primorum nouenariorum literæ in ſe inuicem commeant.

Septimo, ſe accommodarunt nonnunquam, prout à diuino ſpiritu mouebantur, ad Græcorum vſum, & locutiones, quòd his uerterent, & apud eos præuio Apoſtolorum munere ſungerentur, vt iam in his Græciſmi non minus, quàm in ceteris locis Hebraiſmi conſiderari debeant, vt manus pro greſſus[a]: eleri pro ollæ[b]: ſaturitas pro macie[c]: bene patientes pro virentes[d], &c. *a Pſal. 17. b Pſal. 47. c Pſal. 35. d Pſal. 91.*

Octauo noſtri hi veteres Interpretes, quia examinantur, expēdunturq. ex uno Kimhi & pauciſſimis alijs, quibus perpetuo honorificum viſum fuit à ſuperioribus diſſidere, vt famam apud poſteros ſibi conciliarent, ab iſtis malè audiunt, qui nouitijs
E dumtaxat delectantur. Atqui illi ſæpe dormiunt, magisq. ſunt Grammatici, quàm Theologi, præſertim R. Kimhi, qui proinde à Iudæis negligitur, tantùm habetur pro Medacdec, id eſt, Grámatico, etiamſi κατ᾽ ἐξοχὴν apud iſtos, malè quidé feriatos interpretes intelligatur *Doctor* nomine. In iſtorum enim annotationibus *Doctus inter Hebræos* eſt Kimhi, qui inter eos tamen cenſetur indoctiſſimus, quantum ad rem & ſententiam, & Theologiam pertiner. Hos autem vnos iſti legunt, ſiue quia alios vt pote obſcuriores & abſtruſiores non intelligunt; ſiue quia his contenti ſunt, quos uidēt ſuo ingenio congruentes, longiſsimè à receptis Maiorum interpretationibus diſcedere. *Rabbi Kimhi indoctiſſimus apud ipſos Hebræos.*

Nono, falſò putant Hebraicam veritatem ſiue fontem, conſiſtere in punctis, non *Hebraica.*
in lite-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00101

veritas non confistit in punctis.

in literis; nec vident puncta inuentum esse humanum, & quidem Iudæorum, iam post quadringentos plus à Christo annos dispersorum, & contra Christum, Christianamq. pietatem maleuolentissimè affectorum. Ideo enim istorum quidam Ceuallerius Iudæi cuiusdam genet, non tam Grammaticus, quàm Grammaticorum interpolator & plagiarius, pertinacissimè & stolidissimè defendit, puncta simul cum lege in monte Sinai data, eorum originem, effigiem, picturam, eorum à Deo ἀυτόγνωμα, tam à primis illis seculis repetens, nec animaduertit, Septuaginta, Origenem, Hieronymum, infinitos alios vetustiores, non fuisse cæcos, qui tamen literas sine punctis vllis viderint, seq. ita perpetuo vidisse, posteris non obscura argumenta præbuerint. Post illorum igitur ætatem inuenta sunt, vt constans ferè Hebræorum historia, anno videlicet Templi per Vespasianos euersi 436. id est, Christi 476. vel 48. cum Orientis Imperium administraret Zeno Isaurus, Occidentis Augustulus, Thronum autem Apostolicum Simplicius. In cuius rei testimonium, quando legem Iudæi in Synagogis celebrent solenniter, eam sine punctis, vt nihil humani admixtum habeat, & suo armario, quod Hecal vocitant, proferunt. Atq; opportunius fortasse Epimenidis, aut potius mortuorum fommum dormiissent Masorethæ, quàm quando Tyberiadem Palæstinæ, vt Elias Leuita narrat, conuenerunt, ut ex uno legis Pasue multos versus conficerent, accentibus partim distinguentibus, partim connantibus Scripturam vniuersam ineiderent, literas punctis similibusq. minutijs afficerent. Nam sic extinxerunt veterem Grammaticam, vocales, pronunciationem, iudicium, diligentiam atque studium. Nam verbi gratia, veteres Hebræi nescierunt, quid sit P. durum, cùm dumtaxat agnoscerent Pe Raphè, siue Pe Arabum antiquum P, appellent. Scheua pronunciauerunt per A, tres solummodo constituerunt vocales יהוה quas Sepher Iesira proiu de prolationis matres vocat, cùm tamen eis hodie omnem isti vocalitatem adimant, eamq. solis punctis tribuant, etiamsi nulla sit expeditior & breuior ad legendos Rabbinos via, quàm vt antiqua illa sententia reuocetur. Quin & primi illi punctorum inuentores septem motionibus siue punctis contenti fuerè, nec memorarunt Camets Hatuph, Hirrickaton, Kibbuts, in quibus explicandis hodie magnam canonum pronunciationis partem consumunt.

Hecal. Arma istius Indices tum, unde pronunt legem siue pũcta.

Masorethas corruptisse ueteré Grãmaticam, & reliqua.

In 11. Dan.

Differentia inter Hebræos, & Masorethas.

Decimo, non distinguunt inter Hebræos, siue Hebraicam ueritatem, & Masorethas. Quantum autem interfit, ex his rursum conspici potest, Hebræi sunt sancti, sunt Theologi, sine punctis & motionibus scripserunt, sua puris & simplicibus literis expresserunt: Masorethæ sunt eorum profani interpretes, puri Grammatici, distinctionibus, accentibus, motionibus, punctis illos partim illustrarunt, partim obscurarunt, vt solent interdum interpretes, suis imaginationibus & sensis addictiores, uel gloriæ cupidiores, vt aliquid non dictum dicere, & ueterum, etiamsi illi Spiritus sancti illuminatione claruerint, sugillatione sibi famam comparare uideantur. Masereth enim nihil aliud est, quàm traditio Grammatica de punctis, accentibus, syllabis, vocalibus, & similibus minutijs; ac in eo differt à Cabbala, quòd hæc quidem traditio sit, verùm Theologica, deq. rerum & verborum secretiore enunciatione. Hoc tamen uno maxime laudandi sunt, quòd literas planè intactas nobis reliquerunt, nec quamuis Grammaticorum supercilio, ut pulchrè à quodam scribitur, nihil sit superbius, nihilq. improbius, & ad libros emendandos, uel corrumpendos potius, magis audax, ullum ius & impetum sibi in contextum assumpserunt, nec in eo quidquam sibi immutandum censuerunt, sat uerò habuerunt suum iudicium uel margini, uel interlineari albo committere, illisq. locis probandum, uel improbandum posteritati tradere. Atque ita eorum elenatio, siue etiam uituperatio nihil ueritati Hebraicæ, nihil fonti detrahit, ut qui in literis, non punctis consistat.

Masereth quasi fit. Cabbali in quo differat à Masoreth.

Masorethas confudisse uersus, ac miscuisse. Vnde potuerit uersũ car minũ ratio.

Postremo, non cernunt, eosdem Masorethas confudisse uersus; ac miscuisse, ut proinde metrica ueterum carminum ratio perierit, quæ temporibus Septuaginta integra erat, atque perspicua: Quare cùm isti quærunt, cur Septuaginta discesserint ab hodiernis uersuum distinctionibus & clausulis, atque per aliam distinguendi uiam incesserint, perinde faciunt, ac si quærerent, cur aliquis per publicam & confuetam uiã ambulet,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00102

A ambulet, nec ea relicta, diuerticula insolita & improbata sectetur. Sic enim potius interrogandum erat, cur Masorethæ, quibus trita & nota esse debuit veterum dimensio, & carminis forma atque genus, à Septuaginta discesserint, ac Maiorum distinctiones reliquerint, nec se eis ducibus traditorum, quibus hęc perspecta erant & liquida Nam ut dicantur attendisse ad sententiæ incisa & membra, non ad metri & dimensionum rationem; at in poetis aliud sensus postulat, aliud metrum & dimensio, propter quam interdum sensus unius uersus in sequentem incumbit, & ingreditur. Quod sanè extra Poetas aliquando accidit, ut 2. Paralip. 30. uersu 18. qui clauditur per וְהַ Tsaghad *pro*: ut proinde Kimhi eum in sequentem extendat *Pro omnes* (qui) *cor suum præparat*, &c. Adde, ueteres uersus appellasse singula membra sententiam per se commodam efficientia, ut mentem attollerent ad pondus cuiusuis propositionis per se

B considerandum, ac declarare, nihil tam esse tenue & exiguum in Scriptura, quod uersus nomen & laudem non mereatur.

Cur Septuaginta rectissime in uersiculos incesserint.

Leo Castrius, quid de Versione Septuaginta Interpretum. Cap. XIX.

EA porrò etiam huc faciunt, quę Leo Castrius præfatione in Commentaria in Esaiam, & disputatione agit de Hieronymi & Septuaginta Interpretum translatione aduersus Veteris Testamenti recens editas quasdam interpretationes. Nam breuer solidis rationibus adductus Bellarminus, quædam ipsius Leonis Castrij, atque item Cani expendat, quibus historiam Aristeæ de Septuaginta Interpretibus, contra quàm ipsi scribant, ueram esse comprobat, non desunt tamen in eadem Castrij disputatione, quæ quinquaginta quinque capitibus comprehenditur, & in alte-

C ro eius opere, quod postea in lucem emissum, inscripsit Apologeticum, quæ sint dignissima lectu, & attentiore consideratione opus habeant.

Leo Castrius de Versione Septuaginta.

Videat lib. Apologeticus Leonis Castrij, atque item Masius aggr. Christ. in Ies. c. 30. num. 18.

Id certum est, cùm inter alios, qui Septuaginta uersionem carpserunt, Andreas Masius, istos hoc facculo carpsisse rum à Leone Castrio (licet hic nimio interdum zelo hæc uideatur agere) non inficiè fuisse refutatum, si enim hęc Scriptura septuaginta Interpretum fuit, quemadmodum inquit Chrysostomus, ostium ad Christum, & eam solam nobis Apostoli, & Euangelistæ parefacere, utiatissimam autem isti fuisse dicant, quid obstat, cur non pereat fides in ijs, quæ ipsi quoque Apostoli, & Euangelistæ ex ea prompserunt, ad faciendam de Christo fidem? certè Masius (ut no-

De Masio digna quę notentur.

Quanta circumspectione uersandi sint Rabbini Iudæorum.

tat Castrius) relictis sanctis Patribus, quos numquam ferè citat, nisi, cùm eos est uituperaturus, citat Rabbinos, neque hoscè citat solùm, sed eis citandis se iactat, quip-

D pe operum suorum marginibus adscribit eorum nomina; quibus in locis Patrum, qui citabantur, nomina solebant adscribi. Qua sanè in re sobrij sint oportet, qui se selectioni Rabbinorum addicunt, quibus id præcipuè cordi fuit, ut à fide in Christum, atque ab eius aduentu, ac redemptione generis humani homines auerterent. Ceterum iusta Castrij querela est, quam eo loco fusius persequitur: qui uinus si aduersus Masium strinxisset calamum, dubitari poterat, quin fuisset alienior ab eo, quàm æquitas postulasset. At cùm etiam sanctę Inquisitionis Theologi in Hispania in Masij Commentarijs, quæ scripsit in Iosue, quædam expungi mandassent, quę non tam Rabbinismum, quàm hæreses saperent, intelligunt uiri docti, quid de tota re sen-

Theologi Hispani in expurgat. Indice.

tiendum sit, ac quàm attentè probum ab improbo aurum in ijstis scriptoribus sit excernendum: sed de Masio nos aliquid in Apparatu Sacro, in Verbo, Andreas Masius.

E

Quam Emendata per accuratè Versio Septuaginta Interpretum iussu Pontificum Rom. Gregorij XIII. & Sixti V. Cap. XX.

IAm emendandi eos, qui irreperant, errores in Septuaginta uersionem, quenam ratio adhibita sit à Pontificibus Maximis, legant docti Præfationem ad eam tam Græcam, quàm Latinam, quæ Romę his proximis annis è Vaticana Typographia prodierunt; in quibus cum multæ rationes dignissimę lectu afferantur, tum de Latina eorumdem Septuaginta uersione id subdunt.

Quod autem ad Latinam, ex septuaginta, interpretationem pertinet, diligenter opera

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00103

opera data est, ut quæ ipsius sanctę scripturę partes à Latinis Patribus alienbi recitan A
tur, eæ eodem modo, atque ab ipsis sunt recitatæ, nisi aut illorum inter se, aut nostri
Ratio Interpretandi diuinam scripturam Latinę. exemplaris uarietas obstaret, ponerentur in reliquis, quæ recitatæ non inuentæ sunt,
eadem, uerba, eædem locutiones quantum res ipsa ferret, retinerentur: Prorsus au-
tem ubi integrum fuit, ingenuè inculta illa interpretandi ratio adhibita est, in qua ver
bum verbo redditur. Etenim animaduersum est, hanc ipsam interpretandi rationem
ipsos septuaginta constantissimè tenuisse, hanc qui inter Latinos tenuerunt, summo-
pere à Patribus, ac potissimum Augustino fuisse laudatos. Nam & Hieronymus, li-
cet in alijs Scripturis sensum exprimere de sensu satis haberet, & linguæ, in quam uer
teret, quasi saporem præstandum iudicaret, excipiebat tamen Scripturas Sanctas, *vbi*,
inquit, *& verborum ordo, & mysterium est*. Quòd ti tamen Hieronymus elegantiam
quamdam interdum adhibuit, multa illi ob scientiæ, ac diuinæ gratiæ abundantiam B
licuerunt, quæ nec nos nobis putamus, neque alij etiam sibi licere, facile putare de-
Augustini libri septem locutionum sacræ scripturæ legendi. *Is. Chrysost. Greg.* bebunt. Ac multa tamen in notationibus dicta sunt, quæ ad istam asperitatem le-
niendam faciant: septemq. Augustini libros locutionum Sacræ Scripturæ, ab ijs, qui
ad hæc accedent, aut iam esse perfectos, aut simul cum his legi vehementer optadum
est. Præclarè monuerunt Ioannes Chrysostomus & Gregorius, suas habere Scriptu-
ram sanctam proprietates, cui concedendum sit, neque intra Donati regulas arctan-
dam. Studio & labore fi in minimis etiam artibus, in intelligentia certè sacrarum li-
terarum, cùm res una sit omnium grauissima, opus est.

Bibliorum Complutensis, & Regia Quadrilinguis editio. Caput XXI.

Editio Bibliorum Complutensium. PRæcesserat Francisci Ximenij Cisneriensis, natione Hispani, ordinis Minorum, C
deinde & Cardinalis, atque Archiepiscopi Toletani, simul item Archicancel-
larij Hispaniarum, Complutensis editio, quâ Hebraica, Chaldaica, Græca, La-
tina q. lingua edi curauit ab Academia Complutensi diligenter, & exemplaribus ad-
scitis ex primarijs Europæ Bibliothecis emendata. Et Pentateuchus quidem triplici
editione prodijt, Hebraicè, & Chaldaicè cum Græca Septuaginta Interpretum
versione, quibus respondent Latina Hieronymi Hebraicæ veritati, Latina altera de
verbo ad verbum Chaldaicæ, à uiris eius linguæ peritis elaborata; Latina tertia in-
terlinearis, Græcę Septuaginta Interpretum. Agiographi autem, & Prophetici li-
bri duplici lingua, Hebræa, & Græca, cum duabus Latinis uersionibus, quæ ijs respon
dent; libri uerò, qui extra Canonem sunt Hebręorum, quos Ecclesia ad ędificationem
libri, qui extra Canonem recepit, Græcam tantùm habent Scripturam, cum uersione altę D
ra Hieronymi, altera interlineari de uerbo ad uerbum. Nouiautem Testamenti con
textui Græco, adest Hieronymi versio, & ipse contextus Græcus nudis tantum lite-
ris conscriptus, sine ullis aut tonorum, aut spiritum notis, ad imitationem antiquis-
simorum Græcorum, simplici tamen apice in polysyllabis dictionibus adiecto, tam-
quam notula, qua dirigi possit lector, ne in prolatione labatur.

Additum est ubertimum Dictionarium Hebręorum, Chaldæorum, Græcorumq.
vocabulorum, cum locis in ueteri Testamento, quibus vnaquęque Hebraica dictio
propter linguę illius fœcunditatem multiplicet significata; adiectis item Concordan
tijs quàmplurimis.

Biblia Regia Antuerpiensia. At quoniam uix amplius reperiebantur hæc exemplaria, quæ Leone Decimo Pon E
tifice Maximo emissa sunt in lucem, eadem editio renouata, & alijs accessionibus au
cta fuit, mandato Philippi secundi Catholici Regis, de quibus hæc habemus, quæ
modo dicantur.

Quę quantaue estimata sit Regia quadrilinguis Antuerpiensis editio ab ipso Bene
dicto Aria Montano, qui in ea edenda, & Apparatu augenda cum alijs viris labora-
uit, eius uerba ad quę remittimus lectorem, indicant, quę ipsemet scripsit fecunda in
eam prefatione: In qua de totius operis usu, dignitate, & apparatu, ex ordine disser-
uit. Quamquam uerò idem Benedictus Arias reliquorum (præter illum Onkelosij in
Pentateuchum) Chaldaicas in ceteros sanctę scripturæ libros paraphrases non passus
sit in Regio istoopere desiderari, cum eædem paraphrases omnes in Complutensi nō
extitissent,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00104

A extitissent, fatetur tamen ingenuè, id fuisse consulto prætermissum à Ximenio Cardinali, ob eam potissimum causam, quòd quædam in Chaldaico textu reperirentur, quæ vel superuacanea, vel apocrypha viderentur. Porrò sacrum Apparatum adiecit, de quo huius libri quarto decimo capite sumus dicturi.

Ceterum non desunt eruditissimi viri, qui in hac editione desiderarint nonnulla, quæ ex Rabbinis petebantur, ad Ecclesiæ Catholicæ sensum esse referenda, qualia de iuge, & incruento Sacrificio, quod Malachiæ testimonio prænunciatum est esse futurum, quod ad gentium sacrificium Arias uidetur retulisse. Cum autem nostrum hoc loco non sit eo de labore ferre iudicium, monemus lectorem, ut ordinem Græcam Septuaginta Interpretum, & huius uersionis uersionem Latinam, Xysti V. Pontificis Maximi iussu Romæ editam, conferat cum ea, quæ prodijt Ant-

B uerpiæ.

Mal. 1. NOTA.

Editionem Latinam vulgatam quæ nouissimè prodijt Romæ emendatior Clemente VIII. Pontifice Maximo, esse omnino ad vsum adhibendam. Cap. XXII.

PAucis de editione Latina vulgata agemus, quandoquidem & ipsa Ecclesiæ auctoritas, quæ illam in primis retinendam iussit, ac quæ nouissimè Pontificis Maximi iussu prodijt emendatior, satis esse possunt, ut id factum fuisse iustissimis de causis existimemus. Verumtamen ne una auctoritate nos niti putrent, qui solent in Ecclesiam esse contumeliosi, uiros, qui rationes simissimas attulere cur eam potissimum sequi debeamus, indicabimus, quippe Driedo, Canus, Sixtus Senensis, Bellarminus Card. fuere præcipui: sed hic, ut postremus, ita accuratissimè omnium. quibus si uelimus addere Leonem Castrium, qui multus est in probanda vulgata editione, præsertim in libris, quos Apologeticum inscripsit, non erit quod aliquis plura desideret. Ac quidem Canus tertiodecimo capite secundi libri de Locis communibus ueteris vulgatæ editionem demonstrat, atque conatur euincere, cur modo in Fidei ac morum disputatione ad Hebræos, aut Græcos codices non sit confugiendum vt inde genuinus Scripturæ sensus eliciatur. Id quod Gulielmus Lindanus item scriptum reliquit. At Bellarminus uberius primò de Latinis editionibus agit, mox de auctore vulgatæ editionis: deinde de eiusdem auctoritate, denique sequentibus capitibus soluit obiectiones hæreticorum Kemnitij, Caluini, & aliorum contra vulgatam editionem: planè ita, vt stet hæc tamquam columna ueritatis, & portus, ad quem è

D fluctibus dissentientium tot versionum debeamus appellere. Sic autem habet Synodus Tridentina. *Sacra Synodus considerans non parum vtilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex multis Latinis editionibus, quæ circumferuntur sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat, statuit, & decernit, vt hic ipsa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot seculorum vsu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, aut expositionibus, pro authentica habeatur: & vt eam nemo reiicere quouis prætextu audeat, vel præsumat.*

1. Driedo lib. 2. cap. 2. de Ecclesiast. & sequitur Xyst. Senen. lib. 8. Bibliothecæ sanctæ, Leo Castr. Apol. & Gualandus, despens. interpr. scriptor. Bellarmin. lib. de verbo Dei, à cap. 11. vsque ad extremum capitis 16. Concil. Trid. Sess. 4.

Iam uerò de Francisci Vatabli & aliorum siue Paraphrasibus, seu versionibus vel æditionibus, Latinis, Ialicis, Gallicis, Germanicis, Polonicis, Anglicis, quid sit sentiendum, legant, qui uoluerint, Apparatum nostrum Sacrum, in uerbo BIBLIA.

Necessaria notitia Idiotismorum, Hebraeæ Linguæ, & unde petenda. Cap. XXIII.

E

HAbet (inquit Augustinus) *omnis lingua sua propria genera locutionum, quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur absurda.* Id quod haud raro monuit Hieronymus, cum Hebraicæ linguæ vsum studijs diuinarum literarum ostenderet esse perutilem. Nam & cum aduersus Ruffinum tractans illud secundi Psalmi: *Apprehendite disciplinam* pro quo ipse interpretatus est, *Adorate Filium*, vel etiam: *Adorate pure. Nisi*, inquit, *prolixus esset, et redolere gloriam, iam nunc tibi ostenderem, quid vtilitatis habeat magistrorum lingua tenere, & artem ab artificibus discere: & videres quanta sylua sit apud Hebræos ambiguorum nominum atque verborum. Quæ res diuersæ interpretationis materiam præbuit, dum vnusquisque inter dubia, quod sibi consequentius*

Aug. de ærum relig. cap. 50. Hier. quæstion. in Genes. & in Eccles. cap. 12. vit. & in ep. ad Mart. et Lam. variis locis. Rabbi Pamphilus. & Isaac. Rasi.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00105

Bresſin explanatione Pſal. 118.

Eutlymius in Pſal. 18.

Hebraiſmus in Scripturis frequentiſſimus.

quentius videtur, hoc transfert. Hæc Hieronymus. Quin & Græci ſermonis vim exprimere non poſſe Latinos teſtatur Ambroſius. Sanè verò etiam Græci patres idiotiſmos Hebraæ linguę admonuerunt, tamquam vtiles ſacrorum eloquiorum interpretationi. *Nam &*, Euthimius inquit, *idioma eſt veteris Scripturæ, dicere Deum gloriæ, pro glorioſo: Deus veritatis, vltionum, patientiarum, miſericordiarum, pro veraci, vindice, patiente, miſericorde.* quippe Hebræi genitiuis ſubſtantiuis vtuntur loco adiectiuorũ: vt filius perditionis, hoc eſt homo perditus. Lex mortis, Spiritus ſanctificationis. Mammona iniquitatis, hoc eſt diuitiæ iniquę. Spiritus ſanctificans. Lex mortem inferens: Homo Belial, id eſt ſceleratus, & abſque iugo. Et genitiui accipiuntur aliquando actiuè, nonnunquam paſſiuè. vt iuſtitia Dei, quæ eſt in Deo, aut quæ eſt in me ex Dei munere. & Pſalmo quinto: *Domini eſt ſalus*, id eſt ſalus noſtra ex Dei munere eſt. alia ſunt. In his autem explicandis aliud aliquid affert Franciſcus Ribera in Oſee capite decimo, num. 28. & 29. quem legere expediet.

Lib. 10. hypoſt. Regu. 25.

1. Reg. 21. Pſal. 113.

Aſſur. 9.

Luc. 10.

Eccleſiaſt. capit 37.

Hieronymus non ſcripſit in Prouerbia Salomonis.

E Patribus item notat tritas illas obſeruationes Martinus Martinez. *Cedres Dei*, hoc eſt maximas. *Sagittas Dei*, id eſt fortes, *quia nomen Elohim*, (inquit) *plerumque non deſignat, ſed auget ſignificationem. Vas vaſis*, quodcumq. inſtrumentum ſignificat, vt vaſa iræ ac mortis vocantur inſtrumenta, quibus homines interimuntur (ſiue potius) vt ego interpretor (ea, quæ recipiant in ſe iram Dei, & miſericordiam:) & vas electionis, inſtrumentum ſelectiſſimum cuiuſcunque artis, quo nomine Paulus vocatus eſt, quia ſummus Euangelij erat futurus prædicator. Scripturæ etiam ea ſoler eſſe elocutio, vt hædum caprarũ, & agnos ouium, pro paruis vſurpet, quibus opus ſit matribus. Agnoſcit Melchior Canus ſimiles quoſdam in Hiſpania phraſes, atque idiotiſmos, quales in diuino ſunt codice. Vt illud. *Omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.* *Al rico todos le dan, al pobre a un de que tiene le quitan.* & illud. *A conſiliario ſerua animam tuam, ne forte mittat ſudem in terra, & dicat tibi, bonauia eſt tua.* quod Hiſpani. *Habla con vos y coge piedras con los pies.* Quin & idem Canus optauit Hieronymi commentarios in prouerbia Salomonis, *quæ* inquit, *vix vllo pacto poſſe explicari, niſi habita ratione Hebraicæ conſuetudinis atque ſermonis.* Nam qui circumferebantur hactenus tamquam Hieronymi, non ſunt ipſius, quod præter alios optimè in eum oſtendit Victorius Reatinus, ſed bene habet, quòd Ianſenius egregiè, ut diximus, hoc præſtitit: & commentarios in Prouerbia peregrinos nobis reliquit.

A

B

C

Quinam egerint de Idiotiſmis Hebraicæ linguæ. Cap. XXIIII.

D

Sanctes Pagninus. Forſterus. Caninius. Pellicanus. Vatablus.

Hieronymus ab Oleaſtro. Benedict. Arias. De Rob. Stephano, quod Laurentius Villauicentius.

Georgij Vicelij ſymnia de diuinum Eccleſiaſtæ. Dictionarij ſiue, Etymologicum Græcum vet. Teſtamenti in Biblijs. Patecana.

POtrò qui de Idiotiſmis Hebraicę linguę hoc ſęculo egerunt, ſiue eos ſeligentes, ſiue interpretantes, ſiue prelo ſubijcientes: ij ferme fuerè, à quibus Dictionaria, Grammaticas, vel notas, aut phraſes Hebraicæ linguæ accepimus: Sanctes Pagninus, Angelus Caninius, Franciſcus Vatablus, (ſed qui eſt emendatus à Salmanticenſibus) Hieronymus ab Oleaſtro, Benedictus Arias Montanus, & alij: Ex prioribus autem illis, atque è Rabbinis, qui olim de Idiotiſmis prodijt liber à Roberto Stephano, non pauca habet, quæ expungenda ſunt, quemadmodum & hominis, qui in hæreſim præcipitauerat, ſuſpecta debent eſſe pleraque omnia. Multa igitur cùm ex eo, & Sancte Pagnino, Arias Montanus ſic collegiſſet, vt tamen plura reſecuiſſet, factum eſt, vt liber Idiotiſmorum Apparatui in Biblia Regia præfigeretur, cui regulas de dignoſcendis Hebraicarum phraſum idiotiſmis præpoſuit. Ioannis item Forſteri Dictionarium, ſi legitimè expurgatum concederetur à ſuperioribus, ad uſum videtur poſſe adhiberi ſat commodum. Vveſthmerus autem, qui de phraſibus Scripturæ ſacræ librum inſcripſerat, cùm hæreſi infectus tenenum ex illo ſimplicibus propinaret, à Laurentio Villauicentio Theologo probo, & Catholico tutiori lectioni reſtitutus, denuo Antuerpiæ excuſus eſt. Quin & opera Petri Maturi Theologi noſtræ Societatis Lugduni prodijt in lucem Gilbertus Genebrardus de Idiotiſmis linguę Hebraæ: quos Maturus collegit ex illius commentarijs in Pſalmos. ac cum Franciſcus idem Ribera noſter plures habeat in initio ſuorum commentariorũ in duodecim Prophetas minores, inde peti utilitèr poſſunt. Aliorum, autem quoniam hęretici fuere, aut perfidi, vel

E

A fidi, vel in Iudaismo hæserunt, libros ea de re huc adtexere non libet; quòd in ijs aliquando plus sit veneni, quàm antidoti. Extat verò Sylvula dictionum Ecclesiasticarũ Georgij Vicelij, sicut & ipsius Idiomata Sacræ Scripturæ, quemadmodum item in Vaticana Pontificis Maximi Bibliotheca liber Græcus de Etymologijs ueteris Testamenti. At nouissimè euulgata est Tractatio de idiotismis huiusmodi, quàm Alphonsus Salmeron è nostris viuens reliquerat, quę quidem, vbinam extet, atque edita sit, vide in Apparatu nostro Sacro, in Verbo, Alphonsus Salmeron.

At quæ nam sint in ijsdem Idiotismis cautiones adhibendæ, dicendum est. Primò quantumcunque ij præseferant vel acuminis, vel germanę dictionis, ſi ab eo sensu mentes auertunt, quo secundum literalem sensum Catholica accepit Ecclesia, aut non esse ueros Idiotismos, aut certè non ita simpliciter esse interpretandos, vt quidam faciunt.

B *Pluisse Dominum à Domino* (ait Canus *a*) *esse quidam existimant, hoc est de super, seu vehementissime. At Filium à Patre pluisse* (ait) *intelligunt Eusebius b, Hieronymus c, Irenæus d, Basilius e, Marcellinus f, Concilium g, Syrmiense.*

Præterea potuisse fieri, vt Rabbini Idiotismos esse quoſdã dicerent, qui re vera nõ fuissent, vt eo actu populares suos à Christi intelligentia submouerent. Sic autem per manus fuisse traditos, vt apud multos iam auctoritatem obtinerent. Deinde qui specie Idiotismorum infirmant sceptuaginta Interpretum, aut vulgatam editionẽ, quibus præsertim in locis sterit illibata, posse in suspicionem iustam incidere *h*. *Ascendit* (inquit Psalter) *in altum, captiuam duxit captiuitatem.* Quod de resurrectione Domini ex Isaeria, & ascensione in cælum cum Patribus interpretatur Apostolus *i*: At specie Idiotismi exponere. Duxisti captiuam captiuitatem, hoc est captiuos hostes cepisti, qui graſſati fuerant in populum tuum, ſanè myſterium ſi non euertit, ſatis infirmat: ſimile illud eſt *Ez. Non relinques animam meam in Inferno*: quod Petrus & Paulus *k* dixere de anima Christi esse intelligendum, quę cùm triduo fuerit in Inferno, inde excedens, Patres eduxit. Verum enimuero vocem illam Inferni ſub Idiotiſmi ſpecie detorquere ad ſepulchrum, ut ſit. Non relinques in ſepulchro animam meam, id eſt corpus meum, ecquam fidem faciet Apoſtolis?

Ad hæc, cùm qui veterum vulgatam uerſionem ediderę, ſpiritum quendã Prophetiæ uicinum habuiſſe dicantur à Titelmanno, & Cano; Ambroſius autem propterea nec dignatus ſit in ſuis uerſionibus Græcos conſulere. In Dictionario autem Complutenſi, Eccleſiaſtica, & vulgata prius, quàm ex Hebraico aliorum uerſio ſapienter eſtimarũ, ſi uerò, qui nimium Idiotiſmis inhærent, illam prorſus à ſuis Dictionarijs ablegauerint, dubitari poteſt, num quo ſpiritu Sacræ Literæ Scripræ fuerant, eas eodẽ omnino expoſuerint. *At omnis* (inquit Hieronymus) *qui Euangelium alio interpretatur ſpiritu, quàm ſcriptum eſt, crudelines turbat, & conuertit Euangelium Chriſti, vt quod in facie eſt, poſt tergum faciat, & ea, quæ poſt tergum ſunt, vertat in faciem. Si quis tantum literam ſequitur, poſteriora ponit in faciem. Si quis ſudorum interpretationibus acquieſcit, poſt tergum mittit ea, quæ ex natura ſua in faciem conſtituta ſunt Lex enim* (alibi ait) *ſpiritualis eſt, & reuelatione opus eſt, vt intelligatur.*

Qui verò de Idiotiſmis legerit Euangelicas Inſtitutiones Petri Garſię, libro primo capite undecimo, habebit unde ſuo deſiderio hac in re ſatisfaciat. Agit enim de Idiotismis, ſeu Hebraiſmis, quę in quattuor Euangeliſtis paſſim occurrunt, Matthęo, Marco, Luca, Ioanne. idq. fusè, atque appoſitè.

a *Can. lib. 12. de Loc. communi. cap. 15.*
b *Euſeb. lib. 1. Eccl. hiſt. c. 2.*
c *Hier. in Oſeæ cap. 2.*
d *Ir. lib. 3. c. 6.*
e *Baſil. lib 5. cont. Eunom.*
f *Marcellin. ad Salomonẽ Epiſc.*
g *Conc. Syrmien. cap. 15.*

Hæreſes Sac. Scripturæ ni fil debetrual gare editioni detuitere.
h *Pſal. 67. Epiſt. 54.*

Ratio ad Diuinæ Scripturæ ſtudia. Cap. XXV.

i *Amb. in cap. 12. epiſt. ad Rom.*

Hieron. in 1. capit epiſt. ad Galatas.

Hier. epiſt. ad Deſiderium.

QVod ſapienter monuit Auguſtinus, *vt eo dicibus emendandis in primis inuigilaret ſolertia eorum, qui Scripturas Diuinas noſſe deſiderant, & emendatis non emendati cedant, ex uno dumtaxat interpretationis genere* (vt ille inquit) *venientes*: id nos mouit, vt primò de variis Sacræ Scripturę editionibus agentes, optimas, & firmiſſimas nobis ſtatueremus. Reſtat nunc, vt ea monſtrentur, è quibus Apparatus ad totam hanc rem confici poſſit.

Petrus Garſias lib. 1. cap. 11. de Idiotiſmis Euangeliſtarum.

Lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 14.

E Græcis Euſebius ſeſe offert primus, qui ad Diuinam Hiſtoriam aditum aperuit ſi præcauendum errores, quibus opera ſua aſperſit, quos in Apparatu noſtro Sacro

Euſ. Cæſarien ſis, de Prap. Euang.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00107

adnotauimus. Non quòd ante illum viri non fuerint, qui in eadem facultate eminuerint, Dionysius Areopagita, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Iustinus Martyr, Origenes, & reliqui: sicuti & post illũ Chrysostomus, Theodoretus, & alij, sed quod ipse quin decim libros de Præparatione, ac deeẽ de Demonstratione Euangelica eo consilio, ac ita dilucidè, atque eruditè scripserit, vt in vno Opere reliquos illos alios Auctores cõprehendisse videatur. Ac quidem libri, quibus agitur de Euangelica demonstratione, ad caput huius libri referendi sunt, quo de veteris, ac noui Testamenti consensu dicetur. Quid autem istis de Præparatione Euangelica contineatur, quod ad complanandum iter ad Sacrę Scripturę Diuitias assequendas faciat, paucis exponam. A

Compendiũ 15. librorum de Præparat. Euang. Eusebij. 1. Cor. 10. 1.

Christiani, cum erroribus, idolis, ac vitę turpitudine abiectis, atque cęlestem doctri nam amplexi, eam constantissimè retinerent, ab Iudæis, quibus scandalum, & ab gentibus, quibus stultitia Christus erat, miris ac diris modis exagitabantur: His autem artibus, Scripturarum scientiam & splendorem obscurare contenderant, quàm qui maximè, Philosophi, Poetæ, ac ceteri potentes à sæculo. Eusebius igitur, vt viam sterneret ad libros de Euangelica Demonstratione, obices autem submoueret omnes, qui bus retardari potuissent, qui progredi in uera Religione cœpissent, libros de Præparatione conscripsit, quemadmodum postea, & inter Latinos doctissimus de Ciuitate Dei libris fecit Augustinus. Prioribus itaque septem libris Eusebius, vt nostram Religionẽ certissimam esse ostendat, ducit argumenta à Diuini eloquij genere, alieno, ab omni ambiguitate: ab euentu, qui prędictiones de rebus futuris comprobauit: à Propheturum vetustissimorum, & Patrum testimonijs, qui eam commendarunt: à beneficijs erga humanum genus per Euangelium collatis: à sanctissima vitę institutione, quam Scriptura hæc Diuina præferte à spe denique futuræ æternę Glorię, de qua nulla spes, altum autem silentium in Ethnicorum scriptis extitit. Quo item loco Christia norum fidem tuetur ab omnium exemplo discentium, quos credere oportet, si cui disciplinæ nauare operam velint. Quò hæc omnia statuat, errores Ethnicorum, portenta q. opinionum & superstitionum, ex ipsis illorum auctoribus Ethnicis Diodoro Siculo, Plutarcho, Socrate, & alijs demonstrat, Quoniam uerò pudebat Ethnicos sua scelera patefieri, ac proinde iactabant sub inuolucris fabularum suarum admirandam nescio quam sapientiam latere, propterea Aegyptiorum, Phœnicum, Phrygum, Græcorum, qui antea uixerant, matæologiam, hoc est non theologiam, fed inanissimam vanitatem ostendit, quam etiam qui apud suos erant sapientes habiti, improbassent. Quare Euangelicæ doctrinæ acceptum refert, quòd liberati Fideles à scyrpis, à superstitione, ab impietate Ethnicismi, cùm Christum Crucifixum agnouissent, fortissimè profiterentur. B C D

Religio nostra certissima è quibus argumentis monstrata ab Eusebio.

Arist. discentem oportet credere. in 1. Elench. capit. 2.

Tres species matæologiæ Ethnicor. ab Eusebio reij ciuntur.

Iam uerò duabus Ethnicæ matæologiæ formis confutatis fabulosa de Dijs, ac physica, quas ut illam historicam, sic hanc mysticam, atque allegoricam appellabant, tertiam euincit, quæ ciuilis ab ijsdem dicebatur, ad quam spectabant patrij ritus, responsa oraculorum, cæremoniæ, & id genus reliqua ab Hierophantis falsorum illorum Deorum administrata. Itaque & sanguinem animalium, quę Dæmonibus immolabantur, & nidorem carnium, atque humanas uictimas, quibus omnibus libidines vagæ, cædes, & alia scelera immiscebantur; deinde item fatum Stoicum explodit, quæ diuina reijcit Historia: liberum autem arbitrium propugnãs, de quo sacri libri mentionem sæpissimè faciunt, veterum Hebræorum Theologiam esse Orthodoxam ex collatione capitum nostrę doctrinę commonstrat. Quo loco deinceps Ethnicorum innumerabiles Deos, Hylem ingenitam, ac Deo (vt ipsi mentiebantur) coæternam, hominumq. generationem, ac brutorum fortuitam, & confusam, sexcentaq. alia opinionum monstra retegit, quibus deteriores cunĉti, meliores nulli reddebantur. E

Lib. 8. de præpar. Euang.

Hosce, quos vocauimus obices, cũ submouisset Eusebius, aggreditur octauo libro quæ ad doctrinæ cęlestis, ac legum præstantiam diuinarum indicandam præcipuè faciebant. quas & tanti apud Ethnicos, inquit fuisse momenti, vt Ptolemæus Philadelpus Aegypti Rex verti in Græcum sermonem à Septuaginta duobus Interpretibus curauerit: quæ uersio plena miraculi fuit. Legum porrò, quas diuina complectitur Historia, summam esse vtilitatem ac maiestatem probat, dum eas cum

Lib. 9. prap. Euang.

reliquis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00108

A reliquis gentilium legibus conferti. cumq. itidem ex consensu quorumdam Græcorũ Historiographorum de nonnullis Hebræorum narrationibus, Sacræ Scripturæ veritatem comprobasset, peragit ramquam reos ingrati animi ac furti Ethnicos, quòd qui disciplinas Mathematicas, præceptaq. Ethica, sublimiaq. dogmata vel ab Hebræis ac cepissent, vel ex horum libris excerpsissent, tamen hæc omnia suppressis auctorum nominibus, non solùm pro suis partubus venditauerant, verum etiam Christianos insensissimè oderant, qui quidem Christiani Moysis & Propheratum scripta candidè agnouerant, testataq. omnibus fecerant. Denique ex annorum Mundi chronologia colligit, quàm sicumque de vno Deo fuerit cognitio apud Ethnicos, hanc è Diuinis Scripturis fuisse à Gentilium scriptoribus desumptam.

In chronologiæ Eusebij quæ emendanda. Vide apparatum Sacrum Auctoris. Lib. II. Prap. Euang. Lib. 12. & lib. 13.

Neque verò hęc solum, sed quidquid boni vel in Philosophia Pla

B to pronunciarset, id debeti Hebræis, è quorum scriptis id hauserat.

Lib. 14. & 15 Euſ. de prap. Euang.

Cumq. Platonis, ac veterum Poetarum in plerisque cum Diuina Scriptura, vnde illa fuerant furtiuari, consensionem aperuisset, accusat Platonem, qui calidum & frigidum ex eodem ore efflans, varios errores permiscuisset, de quibus scriptum est à nobis, ubi de Platonicæ philosophiæ egimus. Ite consequentibus libris aliorum philosophorum sectas & nugas, dogmata item quædam Aristotelis, ac Stoicorum ostendit: Christianamq. hisce Philosophis doctrinam, quæ Sacris Literis continetur, dilucidam, veram, integerrimam opponit.

Quibus ex omnibus liquet, si cum eiusmodi hominibus esset agẽdum, qui eosdem errores colerent: vel Ethnici, vel Philosophi, vel nescio qui Politici, qui de Diuina Scriptura minus integrè fortasse sentiunt, rationem istam, quam tenuit Eusebius, in

C eundam esse, vt solidè ad cęlestem sapientiæ thesaurum adspirare possit incipiant. Et hæc quidẽ è quindecim ipsis Eusebij libris, quos de Præparatione Euangelica scripsit.

Sanctitas vitæ, et Iustitia primaria via accedendi ad Diuinam Scripturam. Cap. XXIV.

Ceterum vnanimes in hoc Patres, & recentiores Orthodoxi conuenere, vt ante omnia rationem ad Diuinam Scripturam accedendi (tãquam certæ initium methodi, ac fundamentum) docerent esse ipsam vitæ sanctitatem, atque iustitiam. Sic Gregorius Nazianzenus. *Vis* (inquit) *Theologus aliquando fieri, ac di-*

Greg. Naz. de Agon. & Stat. in Epiſtol.

uinitate dignus? Mandata serua, per Dei præcepta incede (actio enim contemplationis fundamentum est) ex corpore operam naua. An quisquam est mortalium, qui in eam sublimitatem esse ferri possit, vt ad Pauli gradum perueniat? At ille tamen videre se per speculum & anigma dicit, tempusq; affore, quo facie ad faciem visurus sit. Sis tu (ait) *licet alijs in di-*

D *spicator: at Deo haud dubiè ex inferior. Sis tu alijs luce fortasse acutior & perspicator: at certè tanto veritate posterior, quanto effusita Dei essentiam antecellit. Pollicitationem habemus fore, vt aliquando tantum cognoscamus, quantum cogniti sumus. Sed ne hac vita fieri non potest, vt perfectam rerum cognitionem assequamur, id quod restat honora. Quid autem illud est, quod in spe positum habemus? Regnum cælorum, procul dubio inquies. Atqui illud nihil aliud esse existimo, quam eius, quod purissimum & perfectissimum est, adeptionem. Perfectissima autem rerum omnium est Dei cognitio: Verum eam partim teneamus, & possidemus: partim quamdiu in terra versamur, percipere studeamus: partim in futurum æuum reseruemus, ut hanc laboris indultiaq, nostræ fœcitum, ac velut fœnus habeamus, ut toto sanctæ Trinitatis lumine collustremur, ac cognoscamus, quę & quales, & quanta sit (cuia loqui fas est) in ipso Christo Domino nostro est, cui Gloria, &*

Quod non intelligimus in scripturis eſt honorandum.

E *Imperium in sæcula sæculorum. Amen, hæc ille.*

Regnum Cælorum quid ſit.

Proinde ab Ethicis inchoanda esse Diuinæ Scripturæ studia Hieronymus ita inquit. *Quamdiu in his nostris literis non potest quis ad legenda verba texendag. procedere, nisi prius ab elementis exercitata in Scripturis & Diuinitatem nolemus ea, qua maiora sunt nosse, nisi ab Ethica in ipsas habuerimus exordium, secundo illud, quod Propheta dicit: A mandatis tui intellexi. Quod videlicet post opera caperi habere scientiam secretorum.*

Theologiam præmittendam ab Ethica. *Hieronym. in proœm. Lamentat. Ieremiæ. Tom. 5.*

Pſal. 118. Augu. to. 6. in Io. in ser. Pſcondi; cap. 8.

At Augustinus. *Quidquid est, ait, mihi credein Scripturis illis, alium & diuinum est: inest omnino veritas, & reficiendis, instaurandisq. animis accomodatissima disciplina; & plane ita medificata, vt nemo inde haurire non possit, quod si sitis ei, si modo ad hauriendum deuoie ac pie, vt vera religio poscit, accedat. Quod ut sibi probem, multis rationibus, &*

Amanda primo Diſcipina, deinde ci ſtudendum.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00109

Greg. hom. 7. in Ezech.

Ezech. 1.

Quid sit, quod in Scriptura dicitur, Ambulabant & fuspendebantur Animalia.

Eleuari Rotas quid sit.

Chiffius finis Scripturarum.

De Rabbinis non legendis cautio.

Quinam Autores studijs literaturæ Sacræ conducant.

a Heer. ep. ad Latam. Tom. 3. com. in Ioel. c. 2. & c. in Cant. & Amos, cap. 2. tom. 5.

b Lib. 10. com. in Ezech. ca. 32. tom. 1.

c In præfat. com. in Esai. ad Eusseb. tom. 5.

d Contra. in Esai. ca. 1. lib. 3. tom. 3.

e Lib. 4. com. in Esai. 11. tom. 5.

f In 4. com. in Esai. cap. 32. tom. 5.

g Lib. 3. com. in Esai. 11. tom. 5.

h In 4. com. in Esai. cap. 32. tom. 5.

i Lib. 3. com. in Esai. 11. tom. 5.

k Lib. 2. in Ezech. capit. 1. tom. 1.

l Hieron. Damasc. tom. 3. in Libr. com. ep. ad Ephes. cap. 3. tom. 2. Libro 1. in Matth. cap. 5. tom. 3.

m Aug. to. 8. in Psal. 8.

Aug. to. 6. de Spi. creduli. Aug. tom. 8. in Psal. 118.

Aug. to. 1. ep. 3. ad Volus.

Scriptura qi continuet.

Catalogus.

longiore oratione opus est. Agendū enim tecum prius est, ut Auctores ipsos non oderis, deinde ut amens & hoc agendum quoq; alto modo potius, quam expendendis eorum sententijs & literis.

Quin & Gregorius Magnus: *Cum ambularent* (inquit) *animalia, ambulabant pariter & rota iuxta ea. Et cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rota. Ambulant,* (inquit) *animalia, cum sancti viri in Scriptura sacra intelligunt, quemadmodum moraliter viuant. Eleuantur vero à terra animalia, cum sancti viri se in contemplatione suspendunt. Et quia vnusquisque Sanctorum quanto ipse in Scriptura sacra profecerit, tanto hoc eadem Scriptura sacra proficiat apud ipsum, recte dicitur: Cum ambularent animalia, ambulabāt pariter & rota, & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rota: quia diuina eloquia cum legentes crescunt: nam tanto illa quisque altius intelligit, quanto ipse vitæ altius intendit. Vnde nec eleuantur rota, si non eleuentur animalia, quia nisi legentium mentes ad alta proficerint, diuina dicta, velut in imis non intellecta tacent.*

Hoc animi affectu, vt ad literas sacras adeundum, sic ad Christum, qui clauis est Scripturarum, tamquam in finem tendendum esse, Patres ipsi (quod postea planius adhuc erit dicendum) cum Augustino consentiunt. *Omnia* (inquit) *quæ diuinitus scripta sunt, & Christum referuntur, vnde quia propter eos, qui in terra sunt, scripta sunt, ipse in terram venit, vt in se monstrates imperi. Quæres diuinarum Scripturarum profectores reddere debet attentissimos, ne plus nimio Rabbinos & Iudæos verseris, quorum consilium fuit, vt animi prorsus auerterentur à Christo.*

De optimo genere interpretandi scripturas diu antiqui præcipui, Hieronymus, & Augustinus. Cap. XXVII.

CVm autem plurimi de diuinarum literarum institutione egerint, hi quos tum hic, tum decimo septimo huius libri capite adnotabimus, erunt commodissimi.

Extat igitur Hieronymi epistola de optimo genere interpretandi Scripturas ad Pāmachium, cùm de inceptis passim in suis & Commentarijs, & Epistolis hoc ipsum tractet, ac potissimùm, vbi istarum vsus & interpretatio pulchrè demostratur. Certè quæ verò hæc potissimùm inculcat, vt *quæ potissimum dicenda sint in sacra Scriptura, ijs operam detur, caueantur apocrypha: a Scriptura sacra consequentia inquirantur; b monet autem, non semper in Scriptura Sacra gestorum ordinem seruari: c eiusdem autem Scripturæ depravatores inquit esse hæreticos d; e Et ignorationem eius esse ignorationem Christi f, Scripturæ horū exauisse apud Iudæos g. In Scriptura Sacra sensa Deo digna quærenda esse h; Scripturam Sacram sic interpretandam, ne Iudaicas fabulas afferamus i; k Scripturæ Sacræ mores esse obscuris manifesta subuectere l; In Scriptura Sacra contraria quandoque simul videri posse, nullum q. earum apicem carere sensibus m; nec iota esse superfluum n.*

Ad Hieronymum accedat Augustinus. Is enim cum alibi dixisset à Scripturarum fide incipiendum ijs esse, qui cupiunt ad Dei notitiam peruenire; Scripturæ item Sacræ testimonia audienda, non Philosophorum placita; eaſque esse scrutandas cum honore Scriptoris, prius autem esse amandas, quam difcendas; *Qui enim*, ait, *Scripturam diligit, etiam quod in ea non intelligit, honorat: & quod ei sonare videtur absurdè, & pestitus non intelligere, & aliquid magnum ibi latere indicat.*) hortatur alibi Volusianum, ut Apostolorum linguas præcipuè legat, ex his enim fore, ut ad cognoscendos Prophetas excitetur, quorum testimonijs vtuntur Apostoli.

Quin etiam cùm libris de doctrina Christiana luculenter egisset, quomodo Scripturæ Sacræ sint tractandæ, ostēdit alijs plerisque in locis Scripturæ Canonem Ecclesiæ Catholicæ auctoritate constitutū esse, atque confirmatum. Tom. 6. cont. Faust. lib. 13. c. 5. & Tom. 6. cont. epist. fundamenti, cap. 9. Tom. 6. cont. Faust. lib. 23. c. 9.

Scripturæ nomine non tantùm noui, verùm etiam veteris Testamenti libros pari auctoritate contineri. Tom. 6. lib. 32. cont. Faust. cap. 1. & 8. & Tom. 7. lib. 1. de peccatorum merit. & remiss. c. 27. & Tom. 7. cont. Faust. c. 2.

Quis librorum Canonicorum catalogus. Tom. 3. de doct. Christ. lib. 2. capit. 8. & Tom. 1. Concilium Carthag. Conc. 3. Can. 47.

Scripturæ

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00110

A Scripturæ sacræ summam esse auctoritatem. Tom. 2. epist. 19. Hieronymo in initio & Tom. 5. de Ciu. Dei lib. 11. cap. 1. & Tom. 6. cont. Faust. lib. 11. cap. 5. Auctoritas.

Scripturas sacras obscuras esse. Tom. 6. de util. cred. ca. 7. & Tom. 3. de doct. Christ. lib. 2. cap. 6. & lib. 3. cap. 30. & seq. Difficultas.

Ex peruersa scripturarum intelligentia hereses gigni. Tom. 2. epist. 222. ad Consentium, & Tom. 9. in Euang. Ioan. tract. 18. Hæreses vnde.

Litera, Iudæos, hæreticos, & carnales homines occidi, qui non spiritui, sed literæ soli adhærent. Tom. 10. de temp. serm. 70. Tom. 3. de spiritu & litera, cap. 4. & Tom. 10. de rem. serm. 100. Litera occidit.

In rebus Fidei & morum, sacram Scripturam ad proprios hominum sensus torquendam non esse. Tom. 3. de Genesi ad literam lib. 1. capit. 18. & Tom. 8. Psal. 118. Sensus Scripturarum.

B conci. 1. & Tom. 7. cont. lit. Petil. Donat. lib. 2. cap. 51.

Multos esse posse, eosque veros Scripturæ sensus, quidve hic prudenti uiro sit faciendum. Tom. 6. de util. cred. cap. 3. & Tom. 3. de Genesi ad literam lib. 1. cap. 21. & Tom. 3. de doct. Christ. lib. 3. cap. 10. Multiplex.

Sacram scripturam iuxta eum sensum interprætandam esse, quem in communi Doctorum consensu tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia. Tom. 6. cont. epist. Manich. cap. 5. & Tom. 6. de vtil. cred. cap. 14. Verus.

Ex obscuris, & dubijs Scripturæ locis non esse contra ea, quæ in eadē Scriptura aperta sunt, arguēdū. Tom. 6. de vnit. Ecclesiæ, c. 16. & Tom. 7. cont. Epist. Parm. lib. 2. c. 10.

Linguarum Græc, & Hebrææ peritiam. Tom. 3. de doct. Christ. lib. 2. cap. 11. & 12. Historiam, ibidem cap. 28. & 29. Rhetoricam, & Dialecticam, ibid. cap. 31. 36. & 37. Arithmeticam, Musicam, Astrologiam, ibidem, cap. 16. & 29. Philosophiam utiles esse ad Scripturarum tum intelligentiam, tum tractationem, ibid. cap. 40. Linguarum peritia.

C

Duces reliqui ad Diuinam Scripturam. Cap. XXVIII.

IAm de Patribus alijs multa huiusmodi hue possent afferri, quę consulto omittimus, quod in Apparatu nostro Sacro Auctores illi sunt indicandi, qui ista perdo cte collegerunt: interea verò quoddam Diui Bonauenturæ tractatus hic prætermittere religio esset, qui quidem breuissimi, sed cęlestium opum pleni sunt, ut non sine causa Ioannes Gerson illos maximè prædicet, atque agnoscat vtilissimos.

Ei igitur, qui accessurus est ad Diuinam Scripturā, magnopere conferet, ē Prologum Breuiloquij eiusdem Doctoris prælegerit. In eo enim agit De Scripturę ortu, progressu; statu Scripturę sacręę De fine Legis, qui est Christus; Quod Scriptura non procedit ad modum aliarum scientiarum; perfectam autem felicitatem scopum esse Scripturę Sacręę; quo animo scrutanda, docenda, audienda Scriptura sit, Deinde de Iatitudine scripturę sacręę, de longitudine, sublimitate, profunditate; de modo procedendi & exponendi Sacram Scripturam. Post quem Prologum accedit ad ea tractanda quę summatim in Theologia continentur, Quę quidem sunt Sanctissima TRINITAS: Creatura Mundi; corruptela peccati: Incarnatio VERBI: Gratia SPIRISTVS SANCTI: Medicina Sacramentorum: Status finalis IVDICII *ad quæ omnis* (inquit) *Scriptura refertur.* Bonauenturæ Tractatus aliqui Sacræ Scripturæ di scendæ perutiles. Quanam ratione matim in Theologia continentur.

D

Atqui & peruriles sunt duces ad diuinas Scripturas intelligendas Marcus Aurelius Cassiodorus de Institutione diuinarum lectionum: & ipsius memoriale Scripturarum. Eucherius Lugdunensis de formulis spiritualibus, siue eius liber intelligentiæ spiritualis. Isidorus de spirituali intelligentia uteteris & noui Testamenti. Qui item quæstiones in utrumque Testamentum scripsere nimirum ijdem Hieronymus, & Augustinus in primis, Eucherius, & Maximus; quive disolutiones quæstionum è sacris scripturis est persecutus Thomas de Argentina Dominicani Ordinis, Alphonsus Tostatus, Alphonsus Salmeron in libro, quem prænotauit Prolegomena, & præter alios plurimos in eum & antea. Pauli de Sancta Maria, Episcopi Burgensis Scrutinii Scripturarū. Sanctis Pagnini Isagoge, de qua infra. Marulus de lectione sacrarū Scripturarū. Hugo de S. Victore, qui cùm scripsisset eruditionis didascalicæ libros, in horū quinto agit de quibusdā sacræ Scripturæ pprietatib. de triplici intelligētia: Quid- Duces peruriles ad diuinas literas. Isidorus. Eucherius. Maximus. Thomas de Argentina. Tostatus. Peretius. Paulus de S. Maria. Sanctes Pagninus. Marulus. Hugo de S. Victore.

E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00111

res etiam significẽt in diuina Scriptura: de septem regulis: Quid studiũ impediat: Quis A
sit fructus diuinæ lectionis: Quomodo legenda sit Scriptura: diuina ad correctionem
morum: Lectionem esse incipientium, opus perfectorum: & quid Monacho compe-
tat: De quinque gradibus, quibus exercetur vita iusti orum. De tribus generibus legen
Hadrianus Cardinalis. In Dredo. Zeb. quod continent. tium, siue lectorum: & alibi, de quinque septenis in Sacra Scriptura. Accessit Ha-
drianus Cardinalis quomodo Sacra Scriptura sit tractanda. Et Ioannes Driedo, qui
scripsit ad Ioannem Lusitaniæ Regem de Scripturis Ecclesiasticis, & Itagogicos quat
tuor libros edidit eruditos, & valde laudandos. Ac tamen hoc in Auctore obseruan-
Quid cauendum in Ioanne Driedone. dum, quidquid de temporibus ad illustrandas Sacræ Scripturæ obscuritates, ex uario
temporum numero, diuersaq; annorum supputatione, proprio libro digesserit, quem
postea libro tertio de diuinis Scripturis inseruit, hũc non esse sequendũ: Impegit enim
vir (alioquin doctissimus) in eosdem errores, in quos & reliqui multi (vt diximus) im- B
pegerunt, decepti titulis Berosi Chaldæi, Metasthenis Persæ, Manethonis Ægyptij,
Philonis Iudæi, Xenophontis Græci, Fabij Pictoris, Catonisq. Romanorum: Qui li-
bri (quemadmodum priore libro monstratum est) spurij sunt, atque illegitimi. Itaq;
Ioannes Faber Episcop. Viennens. Melchior. Canus. que tantùm abest, vt cum Hebraica sanctæ scripturæ ueritate conueniant, (id quod
Driedo pro certo ponebat) vt diuinæ historiæ pugnantia doceant, sed & IOAN-
NES Faber, de fana intelligentia Sacræ Scripturæ. Melchior Canus de Locis com-
munibus Theologicis, qui cum secundo libro egisset de solidissimo sacrarum literа-
rum fundamento, submouet quattuor machinas, quibus illud impetitur, ceterisque
libris peremptas ostendit quænam admiscula veritati diuinarum Scripturarum ape-
riendæ, atque vnde sint accersenda. C

Auctores alq; qui recentiores Scripturis intelligendis percommodi. Cap. XXIX.

Gulielmus Lindanus. POst Canum Gulielmus Lindanus Opusculum in tres libros partitum emisit,
quibus egregiè depexit hæreticos agens de genere interpretandi Scripturas:
siue vndenam earum sensus germanus petendus sit. Qui liber quoniam fa-
cile inueniri non potest, aliquid inde, quod probari poterit studiosis D. Scripturæ,
Apparatui Sacro adtexuimus in Verbo, Gulielmus Lindanus.

Scripsit etiam Martinus Martinez Cantaperrensis Hispanus Theologus, libros de-
cem Hypotyposeon Theologicarum, siue Regularum ad Diuinas Scripturas intelli-
gendas, quæ omnia bipertitus est, ita vt octo prioribus libris locos aliquot commu-
nes, reliquis autem duobus centum Regulas ex Patribus tradat. Ac sane liber est eru
ditus, sed legendus ille qui anno huius seculi octogesimo secundo Salmanticæ excusus D
est. in alijs enim, quę præesserant eiusdem operis editionibus, cum quædam liquidi-
us uisa fuissent esse declaranda, sacræ Inquisitionis Hispani Theologi id præstiterunt,
eaque adnotarunt in suo Indice librorum expurgatorio ad quem mandamus Lectorẽ.

Vide Apparatum sacrum in verbo Benedictus Arias. Atqui Benedictus Arias Montanus, præter alios labores suos Apparatum sacrum
ad Diuinarum literarum institutionem confecit, in quo Liber Idiotismor. Hebraicę lin
guę. Liber de Arcano sermone. Liber de Actione hoc est de gestu, atque habitu,
Libri duo de Geographię & Topographiæ præceptis, quę ad sacrarum lectionum ex-
plicationem (aitille) satis esse possint. Ratio temporis, quod à condito orbe usque ad
Christum effluxit. Liber de ponderum æstimatione, ac sacrę Architecturę præceptioni
bus, & exemplis, atque imaginum structura, & alia continentur.

Sed & Garsias Galarza Bellanensis, Episcopus Caurien sis, scripsit Euangelicarum E
Institutionum libros octo: Quorum primo agit de Euangelij præstantia, ueritate, &
linguarum usu. Secundo de sensu literali. Tertio de Mysticis Scripturę sensibus. Quar
to de scripturis tum Canonicis, tum Apocryphis. Quinto de confutatione sectarum,
& Demonstratione Euangelij. Sexto de Geographia Terrę Promissionis, ad intelli-
genda loca in Scripturis contenta: præsertim ea in quę Christus Dominus diuertit. Se-
ptimo, de Scripturarum Chronographia, & temporum ratione in eis contenta, vbi
de diebus, hebdomadibus, Sabbathis, Mensibus, Festis, Annorũ mensura, varia sup-
putandi ratione. Octauo, de historię Euangelicę summa. Porrò libri digni sunt, lec-
tu, qui in Hispanijs anno 1579. Mantuę Carpentanę sunt editi.

Post quam

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00112

A Post quam Euangelista Bosius Augustinianus Theologus edidit Theoremata Theologica, quibus differendi ratio, regulæ, modusq. assequendi eas explicantur.

Euangelista Bosius anno 1577.

At Iosephus Acosta Theologus Societatis nostræ, cum post haustas in Hispania disciplinas, ad Occidentales Indias missus, easdem & peragrasset, & quæ in ijs Collegia sunt nostra diu administrasset, reuocatus in Europam, aliquot libros edidit, in quibus sunt tres de Christo reuelato, qui rationem abs se in rem collatam, & intelligendæ, ac tractandæ Diuinæ Scripturæ perspicuam, ut elegantem ostendunt.

Iosephus Acosta. Libri de Christo reuelato.

Porrò de ratione interpretandi Diuinã Scripturã pulchra, & distincta, è multis Patribus, atque adeo ex recentioribus collegit Georgius Ederus in sua Oeconomia à tabula 34. vsque ad 75. in qua item locauit quadraginta, & unam Regulas, ex ijsdem Patribus decerptas. De alijs verò Scriptoribus in Apparatu Sacro egimus. Quibus addi

B omnino debebunt quæ nos ex Francisco Ribera monitis adiunximus ad finem capitis septuagesimisecundi huius libri.

Ceterum optandum est, ut non minus ij, qui sese dant Diuinæ Scripturæ studijs, quàm qui eas interpretantur, perlegant, quæ Franciscus Ribera in Commentarijs suis ad duodecim minores Prophetas scripta reliquit. Præludio enim primo tractat quæstionem sanè præclaram, Quonam modo Prophetæ sint explicandi, qua de re cum tres sententias afferat, Vnam eorum, qui in Propheris nihil pene de Christo haberi volunt, Alteram illorum, qui omnia, & singula pene verba ad Christum censent accommodanda, Tertiam illis reiectis probat, qua multa ad Christum, plura item ad alios pertinere ostendit.

Porrò in Ioelem agit de sensibus mysticis, & allegoricis parcè eruendis è S. Scrip-

C tura, & in eos inuehitur, qui conceptus, ut uocant, è singulis fermè Scripturæ uocibus eliciunt. In Amos de præstantia, ac dignitate, & utilitate studij S. Scripturæ. In Abdiam, De Breuitate huius Prophetæ. In Ionam, De firmitate, ac Veritate mysticorum sensuum. In Michæam, De Sanctarum Orationum vi ad veram, & sanam intelligentiam scripturarum. In Nahum, De Sanctæ scripturæ eloquentia. In Abacuk, De ratione mysticorum sensuum in hoc opere seruata, atque seruanda. In Sophoniam iudicium de Commentarijs Hebræorum in Sanctam Scripturam. In Aggæum, Quantopere SS. Patres reliquis præstiterunt in explanatione Scripturarum. In Zachariam, Quosnam Auctores maximè sequi debeamus in explanatione scripturæ. In Malachiam, Quosnam scriptores sequi debeamus in mystica expositione S. Scripturæ, quæ in Dei tantum cultum, & hominum salutem sunt à Spiritusancto tra-

D ditæ.

Paraphrases, an Commentaria ad Sacram Scripturam, legenda sint, uel conscribenda. Cap. XXX.

IAm verò Auctores hi quos supra memorauimus, pro ceteris ferme omnib. erunt, quos ideo huc paulo distinctius inseruimus, ut cui alter non fuerit ad manum, is alio facilius assecuto, pergat in eo, quod cœpit. Illos autem qui postremi fuere, intelligat multa ad se ex antiquioribus deriuare potuisse, ut necesse non sit meliores horas omnibus uolutandis conterere, quarum horarum partem certe ijs, qui sapient, expediet, in cælestem Magistrum audiendum meditando, & amorem in se erga ipsum excitandum impendere.

E Sed quoniam sunt, qui putent ad rationem interpretandi, aut intelligendi scripturas spectare, ut nescatur, Paraphrases ne, an Commentaria vberiora texenda, legendaue sint, idcirco hæc habeant. Inter alias Diuinam Scripturam interpretandi rationes Paraphrases, quæ & Metaphrases dicuntur, locum aliquem habere, & à quibusdã olim vsurpatas fuisse: quas etiam exemplo recentiorum complurium confirmare possumus, qui Euangelicas literas, & Apostolicas omnes epistolas, imò etiam Hymnos Dauidis, & Iobi historiam, & Salomonis Ecclesiasten, necnon & Esaiam ipsum non vna & simplici Paraphrasi illustrarunt. Verũ hoc genus interpretandi, multis, ac magnis viris, nõ satis probatum esse. Primo enim (aiunt) ex antiquis Patribus, Græcis numquam aut Basilius, aut Nazianzenus, aut Chrysostomus, neque ex Latinis, aut

Cyprio-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00113

Cyprianus aut Hieronymus, aut Augustinus illa exponendi ratione sunt usi. Vtum A
tantum legimus Gregorium Neocæsariensem Metaphrasim quamdam in Ecclesiasten
edidisse, ut testis est Hieronymus in Cõmentariis suis in eumdem librum. Ex quo apparet, falso à quibusdam illud opus tribui Gregorio Nazianzeno. Scripsit & Nonnus Pannopolitanus carmine heroico Paraphrasim in Ioannis Euangelium: sed junior fuit: & interdum cum numerorum legibus affringatur, magis textum Ioannis obscurasse, quàm elucidasse uidetur. Quod qui periculum fecerit, facile ita esse comprehet det. Certe Albertus Pius Carporum Comes, insignis nostri sæculi scriptor, Erasmi Paraphrasim in nouum Testamentum non probauit; imò id genus scriptionis insectatus est, ac rationi scribendi Commentarios, posse habuit. In eo enim Paraphrasis per petua utens oratione, non potest nisi unum sensum consectari; cum tamen pluribus etiam ad literam spectantibus, prægnans sit sacra scriptura, ut præter alios testatur B
Augustinus, & Thomas, magni Theologi: cogitut etiam plerumque multa de suo fingere, qui Paraphrasim condit, ut præcedentium cum sequentibus coniunctionem exprimat, quę tamen ad textum non spectant, sed ab Auctore solum cogitantur. Loci etiam alij ex Diuinis uoluminibus, uix possunt in Paraphrasim afferri, ut mutua locorum collatione (quæ optima est interpretandi ratio) uerus sensus exsitat; quod sane in Commentariis rectius præstari potest. Nequeunt etiam in Paraphrastica explanatione sensus hæreticorum, qui duri sunt & extorti, bene confutari, aut Dei verbo iugulari: quod tamen scriptoribus Catholicis frequentissimum est, & necessarium: Verba tem sacrarum scripturarum, cum sint ab Spiritu sancto dictata, aut à Christo in carne, & ore suo pronunciata, & maiestatem quamdam ad Diuinam auctoritatem, ac tra dendi efficacitatem spirent, dum à Paraphraste illustrari curantur, vim illam, quam in C
se habent si non amittere, saltem magna ex parte remittere uidentur: ut iudicemus id non amplius Christum loqui, sed aut Demosthenem, aut Hortensium, aut Ciceronẽ phalerata quadam eloquentia. Certè Eusebius tradit Theopompum quemdam insignem sui sæculi scriptorem, turbatione mentis percussum fuisse à Deo, ac reuelatum illi fuisse per somnium, id fibi accidisse, quòd res Diuinas lenocinio insipitatis homi nibus ediderat: hoc est uetus testamentum Græco, & eleganti sermone ornare tentarat. Athanasius tractatu, quem scripsit de Psalmorum uirtute, tradit magnã uim habere ipsa Diuinæ scripturæ verba tum ad fugandas Dæmonum cæterua, tum ad cõciliandas Angelicas mentes, & ad corda humana compungenda, atque hæc erga Deũ accendenda. Quæ si in alia elegantiora mutentur, sua ferme uirtute destituuntur. Quod si quis dixerit, Septuaginta Interpretes plerisque in locis, præsertim obscurio- D
tibus, paraphrasticè quædam vertisse (vt inquit Hieronymus) profectò dicendum nõ est, quin sapienter, atque fideliter fecerint. At aliud est Paraphrasim in totum librũ conscribere, aliud loca minus perspicua, & difficiliora Paraphrasi interpretari. Quod qui dem magna ex parte fecit Genebrardus in Canticũ Canticorum. Paraphrasi enim primò satis concinno carmine iambico dimetro opus illud exposuit, deinde adiecit Cõmentarios, quibus loca maximè difficilia exponit.

Ac tamen, (licet hæc ita sint) facile in eam sententiam venerim, Si quis eo ingenio, ac pietate ualuit, ut discipulis iustructus diuinas literas potuerit paraphrasticè interpretari, simul atem (at separatim) Cõmentaria ijsdem adjcere, fore ut eiusmodi uir, omne in interpretando ferat punctum. Quod sanè in plerisque libris sacris præstitit eximiè Iansenius. Quòd magna ex parte in Cantica Canticorum feliciter attenta- E
uerant è nostris Leonardus Garzonius. Qui vir & nobilis & pius & eruditus, cùm nobis antequam ex hac uita à Deo euocaretur, sui rationem instituti in scribendo exponeret, solebat dicere: *Paraphrasim quidem se in Canticа texuisse, ne dum fuisset ille in differendo, legentis memoriam, & mentem, quasi de industria deduceret in auia. Commentarios autem addidisse, ut quemadmodum his, quod in Paraphrasi esset mancum, erant suppleturi: sic quo commentary pertingerentur possent. Paraphrasis sola dispositione, id præstaret.* Quòd si Commentarij, dum connexionis causas indicant, contextum ipsum quasi in membra dilecant, ita vt ipsam connexionem pene ex oculis subducant: F
contrario à Paraphrasi eamdem nobis connexionem integram ob oculos poni, contextumq.

Greg. Neocæsariensis, commentat. in Eccleſiaſten. Nonnus Panopolitanus.

Albert. Pius Carporum Comes.

Euſeb. lib. 8. de præp. Euan. Theopompus periclita à Deo, quòd literas sacras lenociniis quibusdam quæsitis ederat.

Hieron. de opt. gen. interpret.

Leonardus Garzonius Can. Cantic. enarrat., cuius meminit & Paraphrasim & Commentarios edidit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00114

A textumq. in sese collectum sisti, licet causam connexionis subticeat. Proinde Cõmentarios videri similes humani corporis incisioni, quam uocant Anatomen. quæ cùm nerues, arterias, & venas singillatim ante conspectum statuat, quibus antea inter se aptum erat, & nexum, mox ratione ac methodo ostendit, non tam membra inuicẽ ac debita cum proportione, coniuncta, quàm nexus ipsos, & (quas uocant) iuncturas incisas, atque nudatas. At paraphrasis dum personarum seruat proprietatem, atque integritatem, esse eleganti pictura similem, quę uelut natura & vsu artem ipsam congregens, non tam iuncturas, quàm eadem in uno corpore inter se membra disposita proponit inspicienda. Vt ideireo Commentarij sectum & pene demortuum; Paraphrasis integrum & vivum corpus exhibeant. Quo vtroque labore fit, ut doceantur, ac delectentur, atque in amorem Diuinarum Scripturarum legentes mirifi-
B cè rapiantur.

Commentaria similia Anatomiæ.

Paraphrasim eleganti Picturæ esse similem.

Scripturæ Sacræ necessitas. Cap. XXXI.

POteram Diuinæ Historiæ vi indicata, gressum sistere, nisi quæ sunt adijcienda, essent eiusmodi, ut mentibus ad cælestes illius diuitias anhelare iam incipienti bus, virtus inde adhuc uiuidior, ac stimuli ad eius amplexum acriores hinc sperarentur.

Necessitatem igitur Scripturæ illa quoque commendant, quòd nulla ratione potuerat aptius, atque integrius humanis erroribus consuli, quàm si ea traderentur, quibus certissima fides constaret. Nam est errores tolluntur, partim sensu, dum res experimur: partim pœna, dum lex, vel punit, uel ipso terrore incusso, quæ alioquin cõmitterentur peccata, coercet philosophia item interdum, dum valida suppeditat argumẽta; sapientum denique auctoritate, cui soler fides haberi: hæc tamen omnia satis haud erant ad humanam cœcitatem excutiendam, nisi Diuinæ vocis, ac fidei dona accessissent, quasi collyria præsentissima. Nam & his egebant quattuor illi morbi insanabiles, qui tamquam è venenatis radicibus humanas acies infuscauerant: Virturis fœ-
C ſtræ corruptio, atque peruersitas: Animalitatis (vt vocat Gulielmus Parisiensis) fœſtræ rebellio: Mortis, cui summus addicti, condemnatio: Naturæ totius nostræ incuratio: Et mundus quidem iam veritatem dedideerat: & inanis facta erat philosophia mundana: & Humanæ historiæ interiorem hominem haud spectabant: ac « *filioli filii erant Principes Tanois: & « planta pedis usque ad nertcem non erat in homine sanitas.*

Quibus reb. tolluntur errores a mentibus.

Diuina uox & Fidei donum præsentissima collyria.

Gulielmus Parisiensis. Cur Deus Homo. c.1.

a Isa.19. b Isa.1.

Quamobrem cælitus erat hæc ab ipso Deo expectanda, qua sinceriſſimus cultus in-
D staureretur, ac qui in intellectu & voluntate est situs, perficeretur; sanè vero perfici hic non poterat, nisi Deo obediremus obedimus autem viribus ijs, quæ sunt in homine principes, diuino auxilio corroboratis. Obedientiæ porrò huius debitor in primis est intellectus humanus, cùm nullum exter priuilegium exceptionis suæ. Nulla verò intellectus fuisset erga Deum obedientia in credendo supernaturaliter, si ex fusionibus, aut probationibus humanis credidiſſet: quemadmodum nulla est affectus obedientia, si ex vtilitate, aut delectatione diligatur. Proposita igitur necessariò per Diuinas literas fuere supernaturalia, quibus intellectus & uoluntas integrum Deo cultũ præstantes, Diuino denique præmio afficerentur.

At qui præsagiebat Deus fore nouiſſimis temporibus Suenchſeldianos, & Libertinos, qui suis afflatibus tamquam Spiritui sancto sine ulla Scriptura credendum esse di-
E cturi erant. Aduersus quos tam prudem Aug. *Caueamus* (inquit) *tales tentationes superbiſſimas & periculoſiſſimas, magisq. cogitemus & ipsum Apoſtolum Paulum, « licet Diuina & cælestis uoce prostratum, ad homines tamen missum esse, vt sacramenta perciperet, atque cõsularetur Ecclesiæ: & « Centurionem Cornelium quamuis exaudtas orationes eius, elemoſinasq. respectas, et Angelus nunciauerit, Petro tamen traditum imbuendum, per quem non ſolum sacramenta perciperet, sed etiam quid credendum, quid sperandum, quid diligendum esset, audiret.*

Aug. in prol. lib. de doct. Christiana. c.Act 9. d.Act.10.

Quin & quoniam Deus sese naturæ cuiusque pro eius captu attemperat, homines verò animo constant, & corpore, facilius autem corporalia capiunt, quàm spiritualia, per ea quæ sensibus corporis percipiuntur, quasi per quosdam gradus ad spiritualia, & cælestia

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00115

cælestia euehuntur. Quamobrem non omnes uulgo per internum afflatum Deus distinctè docet, quid de se credi, quidue à suis agi velit in singulari proponendo: sed per corporales literas, quas & eernamus & legamus, eruditre nos uoluit. *De illa ciuitate, unde peregrinamur* (inquit Augustinus) *he literæ nobis ueniunt, ipsa sane Scriptura, quæ nos hortantur, ut bene viuamus.* Quod si in quauis humana Republica sublatis legibus, institutisq; maiorum, id unicuique liceret, quod naturali sua prudentia æquum, ac iustum censeret: & quanta perturbatio rerum omnium sequeretur? Ac tamen est nemo, qui non aliquid sapiat in rebus humanis. Quid igitur fieret, si in ea Republica, quæ diuina potius, quàm humana est, & in qua multa necessariò supra rationem naturalem credenda, multa supra humanas vires agenda sunt, facra eloquia Diuinitus iuspirata tollerentur è medio, & solus internus afflatus expectandus, ac sequendus esset, quòd maxima pars hominum ex rudibus & imperitis conflat, qui uix sibi Diuini tus indicari aliquid unquam senserunt: Quid igitur isti? expectarent semper? nihil interim crederent? in omnem æternitatem perirent? an assequerentur sine fide iustitiã? vel beatitudinem sine iustitia?

Aug. com. in Psal. 90.

Hæc Bellar. lib. 2. de uerbo Dei cap. 2.

A

B

Scripturæ Sacræ dignitas, & utilitas. Cap. XXXII.

Dignitas, & vtilitas Scripturæ. Aug. ep. 119. cap. 16. Lib. 15. Ciu. Psal. 103.

Bern. in ser. de Pentecoste.

Signum præ destinationis Scripturas esse uolunt.

Greg. in com. in 1. lib. Reg. cap. 4. Paralip. 2. ca. 17.

Tom. 8.

Secundus fructus ad conseruanda Regna.

Super omnia Regnos terrarum, creuit q. Rex, & magnificatus est usque in sublime.

Et ut scindit mihi (inquit) *flumina aquæ uiuæ splendidum tanquam crystallum procedentem de sede Dei, & Agni. In medio platei eius, & ex utraque parte fluminis lignum uitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium.*

Apoca. 22.

Spiritus S. procedens à Patre & filio quomodo à S. Ioã. dicitur baptizare.

Dam. capit. 7. Tom. 7. Luc. 12.

Gal. 5.

Isai. 2.

Vide Bonau. in prol. Biblicum.

IAm Scripturæ Dignitatem, & Vtilitatem, restantur Augustinus & Bernardus qui arrectis animis sunt audiendi, ille, inquiens: *Quis hanc lætitiam diuinorum Sacramentorum, cum sana doctrina loce clarescunt, non præferat omnibus mundi huius imperijs, eisque simplicia felicitate pacatis?* Quare & alibi agit immortales gratias Deo pro beneficijs, quæ nobis contulit, tradens, & aperiens nobis sensus Scripturarum: *Extendisti* (inquit) *cælum sicut pellem*: concordes utique sermones tuos, quos per motalium ministerium superposuisti nobis. &c. Bernardus verò dicens: *Qui ab diua medi tatione euoluit sanctas Scripturas, habet siquem sue prædestinationis. Quod & Dominus primo asserui dicens. Qui verba Dei audit, ex Deo est.* Sed & alter hinc fructus, quidè estã Regibus, cæterisque Magistratibus decerpendus, qui ad seruanda Regna, & ad incutiendum hostilibus terrorem maximè pertinet. Sic enim habet Scriptura: *Tertio regni sui anno misit Rex Iosaphat uiros sapientes, qui habentes libros legis Domini circumbant ciuitates urbes Iuda, atque erudiebant populum. Itaque factus est pauor Domini super omnia Regna terrarum, creuit q. Rex, & magnificatus est usque in sublime.* Duodecim uti fructus diuini uerbi attigit D. Ioannes in Apocalypsi. *Et ut scindit mihi* (inquit) *flumina aquæ uiuæ splendidum tanquam crystallum procedentem de sede Dei, & Agni. In medio platei eius, & ex utraque parte fluminis lignum uitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium.* Quæ uerba sic exponuntur, ut Græcis fluuius sit Baptismus, Latinis Spiritus sanctus. Nam & Daniel inquit, *A facie eius egrediebatur fluuius.* vt facies sit verbum Dei, Fluuius Spiritus sanctus, qui æterna processione egreditur à Patre, & Filio, fluuius item, quoniam *qui credit in me* ait Dominus, *flumina de ventre eius fluent aquæ uiuæ.* Splendidus autẽ, quoniam igneus, qui calefacit corda. *Ignem enim ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi vt ardeat?* tamquàm verò crystallus, & aqueus, quod charifmata mentibus hu manis infundat: De fede autem Dei, cùm Spiritus sanctus non procedat motu tempo rali, sed æterna, & quieta processione. *In medio Platei*, hoc est Ecclesiæ: *Ex utraque parte lignum uitæ*, id est Diuinum verbum veteris, & noui Testamenti. *Afferens fructus duodecim* quos Apostolus enumerat scribens. *Fructus autem Spiritus est, Caritas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, Castitas. Per menses singulos.* hoc est numquam exarescit lignum uitæ. *Et folia ligni ad sanitatem Gentium. Sub umbra enim eius gentes quietem, & sanitatem consequentur.*

C

D

E

Porrò Dignitatem hanc atque vtilitatem Diuinæ historiæ monstrarunt alij ipsius Dei, ac Prophetarum testimonia, resq; ipsæ, quibus ipsa referta est; deinde Patres omnes, vitaq. & gesta humanum & modum, & captum superantia eorum, qui ipsam diligenter, ac fideliter tractantes executioni mandarunt.

Sapientia

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00116

Sapientia, qua in Diuinis Scripturis. Cap. XXXIII.

SApientiam, quæ in Diuinis Scripturis continetur, unus ipse Augustinus modo pro omnibus enarret, qui ita inquit. *Quæ tandem mens auida æternitatis, uitæ præsentis breuitate pernota, contra huius Diuinæ auctoritatis culmen, lumenq; contendat? Quæ disputationes, quæ literæ quorumlibet philosophorum, quæ leges quarumlibet ciuitatum, duobus hæc præceptis, ex quibus Christus dixit totam legem, Prophetasq. pendere, ullo modo sint comparandæ.* Diligens Dominũ Deũ tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, Et proximum tuum tamquam te ipsum: *Hic Physica, quantum omnes omnium naturarum causam in Deo Creatore sunt: Hic Ethica, quantum uita bona, & honesta non aliunde formatur, quam cum ea, quæ diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est, Deus, & proximus; Hic Logica, quoniam ueritas, lumenq; animæ ratio nalis, non nisi Deus est: Hic etiam laudabilis Reipublicæ salus: neque enim conditur, & custoditur optima ciuitas, nisi fundamento, & uinculo fidei, firmæq; concordiæ, cum bonum commune diligitur, quod summum ac uerissimum, Deus est; atque in illo tunicem sinceriss ime se diligunt homines, cum propter illum se diligant, cui, quo animo diligant, occultare non possunt. Modus autem ipse dicendi, quo sancta Scriptura contexitur, quam omnibus accessibilis, quamuis paucissimis penetrabilis, ea quæ aperta continet, quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorum, atque doctorum. Eaverò, quæ in mysteryo occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quò non audeat accedere mens tardissima & inerudita, quasi pauper ad diuitem; sed inuitat omnes humili sermone, ut non solum manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat ueritate, hoc in promptis, quod in reconditis habens. Sed ne aperta facilitate contenti, eadem rursus opera desiderantur, desiderata quodammodo renouantur, renouata sua nitet interimantur: His salubriter, & prauæ corriguntur, & parua nutriuntur, & magna delectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus, qui uel errando eam nescit esse salubérrimam, vel odit ægrotando medicinam.*

Aug. epist. 33. Ad Volusianum.

Mat. 22.

Ex duob. præceptis quomodo tota lex pendet.

Physica.
Ethica.
Logica.
Politica.

Modus discendi sacra Scripturam.

Quis inimicus sit Scripturæ diuinæ.

Eloquentia, & Efficacitas D. Scripturæ quanta. Cap. XXXIIII.

ELoquentia corda conuertentem, & omnium oratorum vim excedentem ostendunt tum eadem, tum quæ dixi mus, vbi de Cicerone, & Græcis oratoribus locuti sumus. Nam & eodem loco egimus, quæ Ecclesiasticis Rhetoricis suis uiri sapientes hac de re tradiderunt.

Efficacitatem autem adhuc efficacius ipsa Mundi conuersio: tot Adolescentum, & Virginum agmina, qui spretis omnibus Mundi illecebris, uita, & sanguine profuso, vim cælesti Regno intulere: tot populorum una in fide conseruatio: tot Synodorum Catholicarum doctrina constantissima: vt mittam, quę de verbo Dei possent augustissimè dici ex diuino codice, quo illud cum gladio pertingente ad diuisionem animę ac medullarum [a], cum fœcuri [b], semine [c], fermento [d], pluuia & imbre [e], margarita [f], igne, & lumine [g] comparatur, quæ alibi [h] nos fusius persecuti sumus refutãtes Dauidis Chytræi hominis hæretici responsum, notasq; Diuini verbi, quibus verè dignoscitur, tractantes: Franciscus [i] item Turrianus eadem hæc ingeniosè interpretatus est & Iacobo Apostolo, *dum sapientiam, quæ de cælo est, terrenæ, animali, diabolicæ*, quæ quidem est hæreticorum, & hominum, quos filios sæculi Dominus uocat, *oppositi*. Quin & Petrus [k] Canisius de verbo Dei præter ea, quæ Hosius Cardinalis Varmiẽsis scripserat, egit prefsè, & appositè. At Cornelius Mussus fœcunda facundia diuitias Historiæ Diuinæ explicat ijs introductionibus, quas scripsit in suos de Diuina Historia libros, quos eruditum quemque virum haud pœnitebit legisse.

a Hebr. 4. b Matth. 3. c Luc. 8. d Matt. 13. e Genes. 32. f Ecc. 35. g Matt. 7. Luc. 3. h De notis verbi Dei. i De obscuritate diuini verbi. k In Præfat. ante Veram Io. Bapt. l In Prologo in Bremblej.

Sublimitas D. Scripturæ. Cap. XXXV.

IPsa verò Ecclesiasticæ, in qua viuimus, & cælestium Hierarchiarum descriptio, quæ in sacris literis continentur, Sublimitatem ipsarum Scripturarum arguit. Nam eàm res (inquit ferme sequentibus verbis Bonauentura) habeant esse in materia, vel naturæ, vel in anima, siue per notitiam acquisitam, siue per gloriam; vel in arte æternæ philosophia quidem agit de rebus, quatenus in anima; naturaliæ sunt secundum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00117

secundum notitiam naturaliter insitam, seu item acquisitam. At sacrarum literarum A
scientia fundata supra Fidem, ac per Spiritum sanctum reuelata agit & de ijs, quę spe
Sacra scriptura è terrâ naturis sumit quantum opus est ad fabricandum speculũ, quo Diuina repręsentur. Psal. 132. Sublimitas pulchritudinis immęsę. tant ad gratiam, ad gloriam, ad sapientiam æterna m. Quamobrem cognitionem philosophicam ipsa sibi substernens: ęq; terum naturis tantum sumens, quantũ opus sit ad fabricandum speculum, per quod diuina oculis nostris quadantenus repræsentẽtur, quasi erigit scalam in cuius imo terram, in summo cęlum attingit, idq. omnino per unum illum Hierarcham IESVM Christum, qui non humanæ naturę assumptæ ratione dumtaxat, est in hierarchia Ecclesiastica Hierarcha, hoc est facer Princeps, verum etiam in Angelica, essq. media Persona in illasupercęlesti hierarchia Beatissimę Trinitatis; ita ut per ipsum à summo capite Deo defendat unctionis gratia, non modò in barbam, sed & in orum vestimenti, hoc est non solùm in Hierusalem superiorem, sed etiam vsque in militantem Ecclesiam. Atqui cùm in hac Mundi machina B
sublimitas quędam sit pulchritudinis, quę rapit animos in Opificis laudem, & gloriã; multò uerò maior sit in Ecclesia, quę eximia sanctorum charismarum pulchritudine ornatur; maxima autem in Hierusalem superna, quę vinis è lapidibus constructa, auro, & gemmis charitatis circumuestita est, ac fulgebit in perpetuas ęternitates, certe supermaxima, & supereminentissima sublimitas venustatis, formę, pulchritudinis, ornatus, est in summa illa, & Diuinissima Trinitate. Quamobrem Diuinę Historię sublimissima est materia, cùm mentes nouo spiritali gaudio continenter imbutas attollat altissimè, atque in Diuinorum spectaculorum obtutus, & anagogias sensim inducat.

Deus omnũ sentientium meta apud Aristot. Quin etiam: quęcumque naturali via (vt ioquar cum Scholis) suę à posteriori, fiC
tę à priori inuenere sagacissima ingenia, colligunt omnia ad astruenda, quę sublimio
ra sunt in D. Scriptura, veluti Axiomata. Quare & Aristotelis coactus est in fine omnium tractationum, siue Physicarũ, siue Moralium, siue Metaphysicarum afferre unum primum Motorem, ac veram felicitatem sitam esse in contemplatione Diuinorum: unũ
Deus apud Aristot. uelut causa efficiens rerum omnium. 2. Metaph. 4. debere esse Principem, quod est Ens per se, à quo Mundus participatione pendeat, & ad quem idem ipse Mundus vniuersus, tamquam ad efficientem causam, referatur: quod sanè ex ipsis propositionibus Aristotelis consequitur, licet ille non expresserit. Deum item esse Ens per essentiam, quare & causam omnium entium, qui cum sit infinitus, & actus purus, perfectionesq. omnium rerum simpliciter contineat, est causa omnium causarum: cùm autem summum, & perfectissimum Ens sit, summum quoq; esse, ac perfectissimũ agens necesse est, nulla ut re indigeat in agendo: omnia proinde
Physic. 1. Te xt. 26. producat, quare nec ulla eguerit materia; Porrò cùm omne agens habeat rationem D
obiectiuam, secundum quam agere, ac per se aliquid posit producere: per se autem producere sit è non tali facere tale, Deus autem sit agens, sit ut habeat rationem adequatam, secundum quam posit agere: ea autem non est ulla ratio limitata, sed complectitur omne ens, quare & causa est omnis entis.

Auctoritas, & certitudo D. Scripturæ. Cap. XXXVI.

Esa. 54. IAm de Auctoritate, & Certitudine scripturarum *Dixit Misericordiam tuus Dominus* „
(scriptum est ab Esaia) *Paupercula tempestate conturbata, absque ulla consolatione: ec-* „
ce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponam iaspidem „
propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides de- „
Clem. in 112. cap. 6. *siderabiles. Vniuersos Filios tuos doctos à Domino.* In quæ verba inquit Chrisostomus. E
Vides Fidei dignitatem, quod non ab hominibus, neque per homines, sed per ipsum Deum ea imbuendi sunt homines.

Vincent. Lyrinens. Quidnam sit uerè Catholicum. Scripturæ certitudo vnde. Cyrill. cõtra Iulianum. Addo verum, & Catholicum id esse, ut teneamus, quod vbique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. *Quod tum sit* (ait Vincentius Lyrinensis) *si sequamur Vniuersitatem totius per orbem Ecclesiæ. Antiquitatem Patrum. Consensionem, hoc est, Magistrorum, & pene omnium Sacerdotum definitiones & sententias.* At hæc omnia vberrimè concurrerunt ad perhibendam de Scripturis veritatem. Accedunt hostes ipsi Ethnici, quoniam quicquid veri intulere in sua scripta, id ex ipsis Scripturis fusurrati sunt, quod & supra ostendimus: Ac Cyrillus contra Iulianum præter alios ex ijs verbis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00118

A bis ostendit σοφὸς ἀπὸ ἄλλος ἀπὸ ἄλλο, hoc est sapiens alius ab alio. Deinde & eamdē Scripturæ certitudinem fatentur alteri hostes Iudæi: Quos per totum Orbem dispersos voluit Deus, vt haberet tamquam testes Ecclesia, quod Sacræ literæ à Christianis conficte non fuerint: salus autem ex ijsdem inimicis nostris, vel inuitis, tum contra illos, tum aduersus futuros hæreticos prometur. Præterea ex ipsis rerum euentis. Quæcū que enim in Scripturis prædicta sunt, vel sunt impleta, vel implebuntur. Quare Augustinus. *An verò, inquit, exhibuit nobis Deus omnia, quæ promisit, & de solo die Iudicij nos fefellit? Non erat Christus in terra, promisit, exhibuit. Non erat sua sanguis pretiosus, quo deletur chirographum mortis nostræ, promisit, exhibuit. Nondum resurrexerat caro in vitam aternam, promisit, exhibuit. Nondum creddderant gentes, promisit, exhibuit. Nondum hæretici in nomine Christi armati contra Christum militabant, prædixit, exhibuit. Nondum Idolatrica gentium de terra sit a deleta erant, prædixit, exhibuit. Ista omnia cum prædixisset, & exhibuisset, de solo die Iudicij mentitus est? Veniet omnino quemadoditā venerunt, quia, & ista antequam venirent, futura erant, & futura prius pronunciata sunt, & postea venerunt. Venies fratres mei, nemo dicat non veniet, aut venit, sed longe est quod venit: sed tibi prope est, vt eas hinc. Sufficiat prima deceptio, si non potuimus primo permanere in præcepto, saltem corrigamur exemplo. Nondum erat exemplum casus humani, quando dictum est ad Adā. Morte morieris, si tetigeris & venis de transuerso serpens, & dixit: Non morte moieris. Credimus est serpens, contemptus est Deus, tactum est vetitum, mortuus est homo, Nonne impletum est potius, quod minatus est Deus, quam quod promisrat inimicus?*

Cyrill. lib. 1. Iulianum.
Iosephus apolog. 2. pro Christianis.
Euseb. lib. de præp. Euang.
Theodoret. præfat. in Psal.
Aug. in Psal. 73. in illud Exurge Domine, verba sermonem.

B

Iudicij dies futura certissime. Genes. 3.

C

Consensus veteris, & noui Testamenti idem comprobant.
Cap. XXXV.

ACcedit ueteris, & noui Testamēti consensus, quem Propheta altissimo sensu rotam vocauit in rota. Nam cùm Christianæ disciplinæ demonstratio, quę Scripturis potissimum comprehenditur, in spiritu, ac virtute (ait Origenes) sita sit, hoc est in Prophetijs, atque miraculis; sit vt facultatis, aut philosophiæ nullius certiora sint, quàm quæ è Scripturis argumenta ducuntur. Præunciare enim occultissima cordium, quæue à libera hominum uoluntate prodeunt, ac multorum seculorum spatio fuere disiunctissima; quę item attinent non tam ad uniuersum futurarum rerum statum, quàm ad ipsas futuras Regnorum administrationes, conuersiones & casus, atque ad singulorum hominum gesta, potissimum autem ad mysteria sanctæ religionis nostræ, ita ut eorum nihil unquam excideri; sicuti non erat, nisi mentis perspicacissimæ, atque veracissimę, ita nisi certissimæ esse historiæ non potuit. Idem de signis, atq. miraculis dicendum est, quæ omni ex parte, ut Diuinam vim, sic vtilitatem animarū, & corporum, ac ideo ueritatem restantur. Nam magicis signis, eorumq. scriptoribus propterea fides haud habenda est, quòd quēadmodum aduersus Celsum scripsit Origenes, præstigię illę ad uitiosas, aut inutiles res tendunt, idq. fit Dęmonum inuocatione, horarumq. fiue dierum obseruatione, & alijs eiusmodi commentis homines eludē tibus. At, quę Dei uerbo miracula continentur, vnico sæpe momento, ac per modum imperij, quo Diuina super naturam potestas indicatur, atque ob ipsorum magnitudinem effecta declarant, quàm certa fuerit eorum historia. Quippe cogitationum reuelatio, mortuorum resurrectio, Orbis terrarum, & Regnorum ad pauperum uocem excusio, Dęmonum expulsio, hominum cōuersio nil ingerunt audientium animis, quod potestatem, amorem, sapientiam, veritatem cælestem non spiret.

Ezech. 1. cap.
Origen. lib. 1. cont. Celsum.
Vide V. erationes Chrysostomi aduersus Iudæos.
Miracula quam uera.
Orige. contra Celsum.
Arnobius, & Thomas contra gentes. Augu. lib. 10. de ciu. Dei c. 8. & 10. & lib. 22. de ciu. Dei c. 5. & 6.
D
E

Martyria, & Doctrinæ Christianæ soliditas, idem adhuc astruunt.
Cap. XXXVI.

ACcesserę martyria acerbissimis cruciatibus vbique atque omni (etiam hoc nouissimo) seculo ob eamdem fidem Scripturarū perpessa. Doctrinęq. Christianę soliditas, quam doctrinam Diuinæ ipsæ literæ tradunt. Nil uerò consonum rationi magis, uel in quo mens humana plus conquiescat, caro autem spiri-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00119

tui cedat, aut quod animos arctiore cum Deo fœdere constringat, atque idcirco nil certius potuit vmquam vel excogitari, vel dici, quàm quod de Deo, de hominis fine, de Virtutibus præstantissimis, de malorum nostrorum origine, ac tamquam radice, de remedijs conuenientissimis ac saluberrimis, Diuina eadem narratur historia. *Qua factio est* (inquit Augustinus) *vt cum mundus in Christum crederet, hoc virtutis fuerit Diuinæ, non persuasionis humanæ, Legebantur enim* (ait) *præconia præcedentium Prophetarum, cum currebant oli enta virtutum, & persuadebatur veritas noua consuetudini, non contraria rationi; donec orbis terræ, qui persequebatur furore, prosqueretur fide.* Quin & idem Augustinus, cùm Canonicam Scripturam Diuino spiritu conditam, atque ideo eminentissimæ auctoritatis esse affereret, sic inquit. *Hic prius per Prophetas, deinde per seipsum postea per Apostolos, quantum satis esse iudicauit locutus, etiam Scripturam condidit, qua Canonica nominatur, eminentissimæ auctoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nos ipsos nosse idoneos sumus. Nam si ipsa sciri possunt testibus nobis, aut remota non sunt à sensibus nostris, siue interioribus, siue etiam exterioribus, vnde & præsentia nuncupantur, quod ita ea dicimus esse præsentibus, sicut præoculis quæ presto sunt vnde: profectò ea, quæ remota sunt à sensibus nostris, quoniam nostro testimonio scire non possumus, de his alios testes requirimus, eisq; credimus, qui viderunt, atque ita de ceteris, quæ ad suum quemque sensum corporis pertinent: ita de his, quæ animo, ac mente sentiuntur, quia & ipse rectissimè dicitur sensus: vnde & sententia vocabulum accepit, hoc est de inuisibilibus, quæ à nostro sensu exteriore remota sunt, ijs nos oportet credere, qui hæc in illo incorpareo lumine disposita didicerunt, vel manentia contuentur.* Sic Augustinus.

Aug. li. 22. de ciu. Dei, c. 9.

Augu. lib. 11. de ciu. st. Dei, cap. 3.

A B C

Diuina Scriptura intentata de sructio semper irrita. Cap. XXXVIII.

AD hæc omnia accedit, quòd quantiscunque machinis concuti, falsari, extingui ab Gentibus à Iudæis, ab Hæreticis Diuina Scriptura procurata est, stetit tamen immobilis, & effloruit magis, atq; victrix extulit caput. Qua in re cũ Patrum, ac veterum Synodorum, tum admirabilis Catholicorum scriptorum, & Pontificum ac Synodi Tridentinæ diligentia hoc seculo emicuit, melioribus Bibliorũ editionibus propugnandis; emendatissimis edendis, falsatis, uti iàm monstratum est, expiodendis. Quamobrem ex animo gratias agentes DEO cantemus Domino. FVNDAMENTA RIVS IN MONTIB. SANCTIS. DOMINVS ENIM NARRAVIT IN SCRIPTVRIS POPVLORVM, ET PRINCIPVM HORVM, QVI FVERVNT IN EA. TVRRIS QVIPPE DAVID EST; ET MILLE CLYPEI PENDENT EXEA; OMNIS ARMATVRA FORTIVM; ET OMNIS HONOR, ET GLORIA. AMEN.

Psalm. 86. Cantic. 4. Vide Canum lib. 1. cap. 2. locor. cõmun. & Augu. de consen. Euangel. lib. 1. c. 11.

D

Scripturæ Sacræ finis. Cap. XXXIX.

CEterum Diuinæ huius Doctrinæ, quæ tam Certa, Sublimis, Efficax, Sapiens, Vtilis, Digna, & Necessaria est, finis (ut diximus) est CHRISTVS, qui *a* & legis est finis, quemùe is ipse CHRISTVS Iudæos hortabatur, *b* ut in Scripturis scrutarentur perhibentibus testimonium de se, atque in quibus ipsi putabant vitam sese habere. Sic Patres, quòd uiderent per Synagogæ miserrimas reliquias fieri, ut qui legerent Scripturas, hi à CHRISTO auerterentur, conclamarunt unanimes in hunc modum: CHRYSOSTOMVS, *Ego* (inquiens) *omne quod intelligo in Scriptura, sine CHRISTO, & Spiritu Sancto, & sine Patre nolo intelligere.* Et, *Nisi intellexero* (subdit) *in TRINITATE, quæme saluauit, non poteſi mihi esse dulce quod intelligo.* HIERONYMVS docens Scripturam Sacram intelligi non posse absque interprete demonstrante CHRISTVM, qui in ea latet. AVGVSTINVS. *Antequam peruenias* (aiens) *ad CHRISTVM, ne præsumas te intellexisse. Quicquid enim* (dicit alibi) *Scripturarum est, CHRISTVM sonat, sed si aures inueniat.* Sic verò claudit librum de Prædestinatione, & Gratia; ut scribat *CHRISTO omnium ora Prophetarum militasse.* Ac de unitate Ecclesiæ, & alibi agens aduersus Pelagianos pluribus probat, Legem, Prophetas, Psalm. de CHRISTO locutos fuisse. Atqui cùm psalm Scripturæ, quæst certatim

a Hom. 10. & 11. in 1. Cher. 1. in Marc. 10. 10. in vita verbo. And dicit in his. Hieron. 1. in epist. ad Paul. lumen. Augu. initio Psal. 85. & in 9. in ep. Ioan. tract. 3. & li. 1. c. 9. de unit. Eccl. & li. 1. de pecat. merit. & remis.

E

A certatim operam dent, ut pulcherrimis epitheris CHRISTVM omnium Vitam, Principium, Medium, Finem indicent, Portam item, Viam, Pastorem, Ouem, Leonem. Sacerdotem, Sacrificium, Vitem, Regem à Deo constitutum, Faciem Dei, & Imaginem, seu Characterem ipsius, Petram, Lucernam, Orientem, Patrem futuri sæculi, Principem Pacis, Salutem, Viam, Veritatem, Magni Consilij Angelum, multisq. alijs nominibus uocent, GERMEN quoque, ac Fructum dicunt, vt quemadmodum radix, truncus, rami, folia, flores diriguntur in fructum, tamquam in finem: sic intelligeremus, quicquid in Mundo, vel in Scripturis continetur referendum esse in CHRISTVM, quem merito Vnicum, ac Diuinum fructum, Partumq. communem, & generalē omnium rerum nominare possumus; ac cum Paulo gratias agere *Deo & Patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum filij dilectionis sue, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, qui est Imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt universa in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia enim* (inquit) *per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem Crucis eius sive qua in terris, sive quæ in cælis sunt.*

CHRISTI in Scripturis nomina. *Esa. 4. Hierem. 23. Zach. 3. & 6.* CHRISTVS GERMEN. *Colos.*

Profunditas, & obscuritas Sacræ Scripturæ, proinde intensissimè, vt inquit Augustinus ei esse studendum. Cap. XL.

C

CVM tanta, quam diximus, Scripturarum sublimitate PROFVNDITAS quoque, & OBSCVRITAS coniungitur. *Mira* (inquit Augustinus) *eloquiorum tuorum profunditas est: quorum ecce ante nos superficies blandiens parvulis, sed mira profunditas Deus meus, mira profunditas. Horror est intendere in eam: horror honoris, & tremor amoris.* Propterea & mari, quod in ea magna sint culmina sententiarum, & cumuli sensuum: & vastæ sylvæ similem facit Gregorius Magnus. *Vir enim* (ait) *in alto situs, dum extrema collium, dum arborum cessa in quadam æqualitate sibi conuenientia respicit, non attendit quam magna valles, quam distincte planicies in medio lateant; sed si perambulare, quod ei bene videtur, caperit, repente cognoscit.* Neque verò eadem est obscuritas, & profunditas: quod rectè Iosephus Acosta obseruauit, *Obscurum*, inquit, *sæpe in Philosopho, aut Poeta sermonem agnoscimus, cum qualibus mens fuerit ex dubijs, aut figuratis, aut concisis verbis, vix coniectamus. At ubi ad sensum illius penetratum fuerit, apparet sæpe, nil præclari sensisse, interdum item leues, aut falsas opiniones esse secutum. Diuina vero Scriptura habet vtrumque, inter dum etiam, vt ubi facilimis & apertis verbis vtitur, profundissima sit. Et quidem obscuritas ad signa potius. Profunditas autem ad sensum referenda est.*

Aug. lib. 12. confess. 14.

Greg. hom. 6. in Ezech. & in proem. in lib. Exp. Iosephus Acosta libros de Christo resultare.

Causa profunditatis, & obscuritatis in Diuina Scriptura. Cap. XLI.

E

CAusas si quis requirat profunditatis, Augustinus ueriſſimè dixit, audiat. *Quicquid est,* (inquit) *mihi crede in Scripturis illis altum, & Diuinum est: inest omnino veritas, & refocillandis, instruendisq. animis accommodatissima disciplina: & planè ita modificata, vt nemo inde haurire non possit, quod sibi satis est, si modo ad hauriendum deuotè, ac pie, ut uera religio posset, accedat. Quod ut tibi probem, multis rationibus, & longiore oratione opus est: Agendum enim tecum prius est, ut Auctores ipsos non oderis, deinde vt ames: & hoc agendum quouis alio modo potius, quam exponendis eorum sententijs, & literis.* Hæc Augustinus.

Aug. to. 6. lib. de util. cred. cap. 6.

Obscuritatis autem causas tam prima, quam D. Dionysius affert Areopag. *Ad per lucidam,* inquit, *lucidissimamq. caliginem admissi oramus, ne per sensus, scientiosq. primationes videre, ac scire cupiamus aspectum omnem, scientiamq. transcendit (& hoc ipsum non videre, ac*

Dionys. cap. 2. myst. Theolog. & cap. 2. cel. hier.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part?image=00121

Deũ cognosci per negationes poss, qui per affirmationes. Ioan. 4

non scire est veraciter videre, & scire) & eum etiam, qui subsistantia superior est, supersubstantialiter eloquimur omnium, quæ sunt, ablatione celebrare possimus. Velut qui naturam effigie ex quauis materia fuciunt, omnia, quæ impedire possint liquidum latentis decoris intuitum, ipsamq; in se ipsa pulchritudinem occultam sola sublatione pendentes. Sic Dionysius. Nimirum, quoniam puteus altus est, quæstiones q. maximæ insunt in Scripturis non tam natura sui obscuræ, quàm oculorum nostrorum acie infirma, qui caligamus ad lucidissimam solis rotam. A

Tertull. lib. adu. Marcion. non. Euthym. in præf. in Psal. Pacis literam. in op. ad Epit. 4. cap.

Alteram verò causſam addit cum Tertulliano Euthymius ſ figuris deprompta: quibus CHRISTI & eius actionum, ac gratiæ prænunciatio erat tegenda. *Omnia quippe hæc (ait) quæ ad Gentium vocationem pertinere videbantur, Prophetæ de industria obscure admodum pertractarunt; ne ſi Iudæorum genus futuram Primogeniti Israelis ruinã, & Gentium vocationem cognouisſet, ſacros libros, vbi hæc prædicta ſunt, omnes igni tradere, atque eorum memoriam delere ſtuduiſſet.* Videlicet DEVS prænouerat Iudæorum duritiem, atque inuidiam. *Neque audiſit,* (ait Eſaias) *neque cognouiſſit, neque ex tunc aperta eſt auris tua: ſcio enim, quia prauaricans prauaricaberis, & tranſgreſſorem ex vtero vocani te.* Quin & Paulus Incarnationis myſterium ita fuiſſe inquit abſconditum, ut dixerit. *Cuius* (Eccleſiæ) *factus ſum ego Miniſter, vt adimplem Verbum DEI, myſterium quod abſconditum fuit à ſeculis, & generationibus, & nunc manifeſtatum eſt ſanctis eius.* Tertia obſcuritatis eſt cauſa. Quòd *omnis prophetia* (inquit Itenæus) *primùm habeat efficaciam, enigmata, & ambiguitas ſunt in hominibus: cum autem venerit tempus, & euentu quod prophetatum eſt, tunc prophetiæ habent liquidam, & certam expoſitionem: quamobrem & in Daniele ſcriptum eſt. Muni ſermones, & ſigna librum uſque ad tempus conſummationis, quoad viſque diſcant multi, & impleatur cognitio.* Sic igitur Theſaurus in agro abſconditus, & Cruce CHRISTI, & tempore reuelandus fuerat. Sed & Hieronymus cum Philippo presbytero quartam adiecit cauſſam dicẽs, hinc vel maximè Prophetas eſſe obſcuros, quod dum repente aliud agitur, ad aliud perſona mutatur. Paulum autem ſcripſiſſe pleraque difficilia intellectu, tum quòd non omnia omnibus patere volebat, ac properans ad inſinuandum Euangelium curam non habebat perſpicuitatis, tum quòd non quærens ornamenta ſermonis (vt ſcripſit Origenes [a]) noluit incedere in ſublimibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus. Itaq; quod de eo Hieronymus [b] inquit. *Non iuxta humilitatem Paulus, ſed vere dixerat, eſſe impertitus ſermone, non tamen ſcientia, Hebraus ex Hebreis, iuxta legem Phariſeus profundos ſenſus Græco ſermone non explicat, & quod cogitat in verba vix promit.* B

Iſa 63. Coniſ. 1. ron lib. 4. præf. 20. Dan. 12. Hieron. in Comm. Philipp. præfa. 2. comm. in Ezech. lib. 1. præf. 3. a Origen. lib. 8. epiſt ad Rom. b Hieron. in epi. ad Titum cap. 1. 2. Corint. 11. Philipp. 3. Pelag. Clement. Alex. Strom. 6. Hieron. in præfa. ad Prophetas. Pſal. 1. c Hieron. lib. 7. in Iſa. 18. d Theophilac. Luc. 2. e Matth. 7. f Auguſt. in præfat. in Pſ. 140. g Theodoret. præm. 2. de prouident. h Gregor. hom. 10. in Ezech. i In præfat. in Pſ. 140. k in lib. 2. de doctr. Chriſt. c. 6. K Hieron. in Matth. 28. l Chry. ho. 45. in Matt. m Hieron. in Ezai. N. Nolanus. n Dionyſ. 2. cæl. Hierarch. o Cyrill. lib. 1. cont. Iul. initi. Lact. a Pellanic. epiſt. 3. lib. 1. de vera ſapient. Iudæ Theos deſpici. p 1. Petr. 3. q lib. 6. de ver bo Dei cap. 2. & 2.

Cauſſa alia obſcuritatis D. Scripturæ. Cap. XLII. C

ET hæc tamen omnia ſapientiſſimè facta ſunt, vt prouocemur ad intelligentiam (ait idem cum Theophylacto [c] Hieronymus) [d] & ad illud, quod in Euangelio dicitur: *Petite [e] & accipietis, quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis.* Et vt uarietas locutionis faſtidium tolleret, dicit Auguſtinus [f]; quãdoquidem uniformia ait Theodoretus [g] fatietatem pariunt. Et (quod ſcripſit Gregor. [h]) vt diſpenſante mirabiliter Deo, multipliciter exponeretur, quod in ſacro eloquio obſcure dicitur. Neue (inquit Auguſtinus [i]) myſteria vileſcerent, ted ut quæſita exercerent, aperta pascerent. Cùm & idem hoc factum eſſe, teſtetur alibi, non minus ad edomandam laborẽ ſuperbiam, quàm ad intellectum à faſtidio reuocandum. Sic enim in locis (ait) apertioribꝰ. Spũs ſanctus fami occurrit; in obſcurioribꝰ faſtidia detergit. Vtq. ea, quæ per parabolas dicũtur tenacius memoriæ hęreant, id quod non ſolũ Hieron. [k] ſed & Chry ſoſtomus [l] dixit: nec verò Sancta [m] darentur canib. & margaritæ porcis, neq; profanis [n] cęleſtia paterent; præterquam [o] ad infirmitatem, & captum audientium ſe accommodat Diuina Scriptura, ut contra Iulianum Auguſtum ſcripſit Cyrillus, [p] atque ex Auguſtino ad Voluſianũ oſtendimus ſupra: Denique, vt hæretici ceci fierent, atentes Scripturas eſſe faciles, atque omnib. peruias, quem errorem à plurimis Theologis, & à Petro ipſo Apoſtolo confutatum Robertus Card. Bellarm. [q] lib. 3. de Verbi Dei interpretatione, Tomo primo, abundè explosit. Quin & Laurentius à Villauicentio D E

agit

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00122

A agit, vnde in libris sacris existat obscuritas, quòue ordine amouenda sit, cùm antea causas difficultatum existere docuisset, ex argumenti ignoratione; ex mendo Scripturæ; è distinctione non in loco facta; ex pronunciationis habitu minus accommodo; ex vna dictione, dum videlicet ignoratur significatio eius, aut propria, & natiua, uel translata, & per tropum contingens: ex pluribus dictionibus, quæ euenit propter Hebraicam constructionem, siue phrasim, siue schema aliquod latens; Ex totius item sententiæ habitu, quæ ex figurato sermone, & rerum ignoratione vel minus attenta earum consideratione, quia & ex inscientia consuetudinis Scripturarum; Quæ quidē consuetudo alia est obseruanda in vniuersis libris sacris alia in quibusdam libris peculiaris; Ex Dei etiam uoluntate, qua non nisi paruulis sua mysteria aliquando uult reuelare.

B

Sensus Scripturæ multiplex, Canones, & Scriptores ad eum assequendum. Cap. XLIII.

QVoniam ergo Diuina Historia recessus habet abditos, nec ipsius, sicut reliquarum Historiarum humanarum superficie tenus pendendus est sensus, id primò statuendum est, hunc esse multiplicem, Literalem primo, siue Historicū: & Spiritualem, siue Mysticum: qui omnes petendi sunt è sinu Ecclesiæ, *quæ firmamentum est, & columna veritatis*. De his sensibus cùm plurimi egerint, ne in immensum procedat oratio, è Patribus aliqua, ex recentioribus reliquis, mox paucos afferā, qui vel antiquitus, uel hoc seculo Diuinam Scripturam secundum literalem sensum, qui omnium sensuum est solidum fundamentum, interpretati esse rectius existimantur, si primùm Gregorij Magni pulcherrimam hac de re sententiam posuero. *Quānis,* inquit, *omnem scientiam, atque doctrinam Scriptura Sacra sine aliqua comparatione transcendat, ut taceam, quòd vera prædicat, quòd ad cælestem Patriam vocat: quòd à terrenis desiderijs, ad superna ampliectenda cor legentis immutat: quòd dictis obscurioribus exercet fortes: & paruulis humili sermone blanditur: quod nec sic clausa est, vt pauēsi debeat, nec sic patet, vt vilescat: quod vsq; fastidium tollit, & tanto amplius diligitur, quanto amplius meditatur: quòd legentis animum humilibus verbis adiuuat, sublimibus sensibus leuat: & aliquo modo cum legentibus crescit: quòd à rudibus lectoribus, quasi recognoscitur, & tamen doctis semper noua reperitur: vt ergo de rerum pondere taceam, scientias tamen omnes, atque doctrinas, ipso etiam loquutionis suæ more transcendit: quia vno eodemq; sermone dum narrat textum, prodit mysterium, & sic scit præterita dicere, vt eo ipso nouerit futura prædicere, & non immutato dicendi ordine, ea demum ipsis sermonibus nouit & anteacta describere, & agenda nunciare, sicut hoc eadem Beato Iob verba sunt, qui dum sua dicit, nostra prædicit, dumq; lamenta propria per sermonem indicat, Sanctæ Ecclesiæ casus per intellectum sonat. Aut enim.* Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum. Sic Gregorius.

1. Tim. 3. Vnde sacræ scripturæ sensus petendus est.

Greg. in lib. 20. Moral. ca. 1. 2. 3.

Diuinæ scripturæ Encomium.

lib. 19.

Tychonij volumen Isagogicum ad Sacras literas. Cap. XLIIII.

TIchonij igitur Afri, (cuius Augustinus nonnullas expositiones Cypriani expositionibus prætulit) Isagogicum uolumen habemus, quo septem mysticas regulas ad occultam Scripturarum intelligentiam eruendam edocuit, Primam de Domino, & eius corpore. Secundam de Domini corpore bipertito. Tertiam de promissis, & lege, siue de spiritu, & litera. Quartam de specie, & genere, seu de parte, ac toto. Quintam de temporibus. Sextam de Recapitulatione. Septimā de Diabolo, & eius corpore. Quas quidem Regulas, etsi Augustinus [a], Cassiodorus [b], Isidorus [c], valde laudarunt, earumq. vsum ostenderunt, fedulò nihilominus examinant; Quippe Tichonius, licet aduersus Donatistas Hæreticos acerrimè scripserit, effertq. in Diuinis, & humanis literis valde eruditus, non absuit tamen omnino ab ali quibus Donatistarum erroribus.

Augu. de doctrin. lib. 2.

a Lib. 3. de doctrina Christiana. b Præfat. in Psal. c Lib. 1. de iure Bono.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00123

Sanctorum Patrum Canones ad Diuinam Scripturam, quinam nostro saeculo collegerit. Cap. XLV.

Quæ duo cauenda in scripturis.
a Hieron. in præfat. ad Damasum in canones Isaiæ.
b Euthym. in Psal. 50.
c Hieron. ad Pammachium, de erroribus Io. Hierosol. aduersus præfat. lib. 13. in Esa. & in c. 36. & Epiphan. Ancor. lib. 2. de haeres. Dei. cap. 7.
d Aper. c. 20.
f Orig. lib. 4. Peri. Archon. cap. 2.
g Hieron. p. 12. ad Hedibiam. & in Amos c. 4.
h Aug. de util. cred. c. 5. & Ioseph. Gen. c. 2. in inscr. Hieron. in c. 6. comm. epist. ad Ephes.

PAtres autem, tum Græci, tum Latini non vno, & eodem loco materiã hãc sunt persecuti; sed vt fese dabat occasio, Canones quosdam, vel Regulas ad varios Scripturarum sensus eliciendos tradebant. Quas quoniam Martinus Martinius lib. 7. Hypotyposeon capite 1. collegit, fat fuerit, & Auctorẽ ac locũ paucis inde deprompti indicasse. Eò enim laborauit, vt extrema illa duo caueirentur, tum ne putemus eos, qui literalem sensum inquirunt, à Christiana Religione ad Iudaismũ deficere, si ea, qua decet ratione id faciant: tum ne in mysticis sensibus præter id, quod par est, addicamur. Origenes enim (ait Hieronymus [a]) ingenij sui acumina putabat esse sacramenta. Et allegoricas expositiones (inquit Euthymius [b]) persæpe afferre do B
cẽti omittunt, quòd hi sensus facile destruuntur, & quia multis grati non sunt. Quin & propterea errauit Origenes [c]; quòd quæ accipienda erant simpliciter, accepit figuratè. Sicut alij contra nimirum, quòd simpliciter, & proprie accepissent, quæ figuratè [d] fuerant accipienda Papias, Iustinus, Irenæus, Tertullianus, Lactantius, & alij, qui quæ dicuntur in Apocalypsi [e], de Hierusalem, & mille annis, quibus regnaturi sunt Sancti cum Christo, hæc in terris implenda, sunt opinati.

Ad Martini laborem quòd attinet, postquam & Græcis, & Latinis expositi quidem sit Parabola, Prouerbium, Parœmia, Allegoria, Aenigma, Diuinãq. Scriptura ostendit quattuor ad summum sensus posse admittere, non quidem omnes simul, sed iuxta locorũ, & temporum opportunitatem, pergit de iisdem sensib. Scripturarũ afferre, quę C
virũ sancti tradidere ex Origene [f], ex quo Hieronymus [g], sua pleraque hac de re desumpsit, ex Augustino [h], & alijs. Regulas portò centũ ex iisdem nono, & decimo fuarum Hypotyposeon libris adtexuit, quæ huc faciunt: Quas hortor in Domino, vt Scripturarum studiosi perlegant, atque aliquem in ordine pro suorũ studiorum ratione re „
digant. Quantum enim illud est, quod Hieronymus inquit? *Necessarium est Scripturã* „
per (ait) *operam dare, & sensum Prophetæ, aut Apostolis collere volentibus intelligere cur scri-* „
pserint; qua sententiam suam ratione firmauerint. Quid habeant in vetere lege proprium „
Idumæi, Moabita, Ammonitæ, Tyrij, Philistæi, m, Aegyptij, & Assyrij. Quid rursum in nouo „
Testamento Romani, Corinthij, Galatæ, Philippenses, Thessalonicenses, Colossenses, Hebræi, & „
Ephesij. Necesse est enim iuxta diuersitatem locorum, & temporum, & hominum, quibus scri- „
pta sunt epistolæ, & libri diuersas & causas, & Argumenta, & Origines habeant; & quæ „
Hieron. in le rem. cap 28. sequuntur. Rursus quanti momenti alterum illud eiusdem Hieronymi est? cum in- D
quit. *Multa dicuntur in Scripturis iuxta opinionem illius temporis, quo gesta referuntur,* „
non iuxta quod res ueritas continebat, vt in Ieremia: Tulit Ananias Propheta catenam „
Hier. 28. de collo Ieremiæ, & erat *pseudopropheta.* denique & Ioseph in Euangelio Pater Domi „
Luc. 2. ni *vocatur; ut ipsa Maria, quæ fecibat Dei spiritu concepisse, & respondet ad Angelo:* Quomo „
Luc. 1. do fiet istud, quoniam virum non cognosco? *Loquitur ad Filium:* Fili quid fecisti no- „
Luc. 2. bis sic? ecce ego, & Pater tuus dolentes quærebamus te. Quanti iterum illud, quod „
Eucher. li. 1. in Genes. cap. 38. 21. Genes. 20. Theodore. in præf. 12. Proph. Eucher. & Theodoretus monent. *Prædicere* (ait ille) *solet Dominus sine dubio futurum,* „
quod admonendo dicit. Sic dicitur ad Abimelech: Ecce tu morte morieris; & tamen mor „
tuus non est, nec Deus mentitus est. Theodoretus autem. *Non eo* (inquit) *Deus pa-* „
tiens minatur, vt ijs, quibus minatur, inferat, sed vt metu perterrefactos ad resipiscentiam „
uocet, & cum nequitia, quam committunt, eos liberauerit, eis salutem afferat; non enim mi- B
natus fuisset, si punire nollet. Sic ille. Quare è paucis istis intelligant cordati, quanti ponderis futura sint, quæ centum Regulis ijs, quas diximus à Martino Martinio collectas, continentur.

Sanctis Pagnini Isagoge & Hieronymi Laureti lib. 2. ad sacras literas intelligendas quinam. Cap. XLVI.

Pagnini Isagoge.

SAnctes item Pagninus Tichonium, & Augustinum imitatus, vberem ad sacras literas Isagogem confecit, in qua ex antiquis Patribus Regulas nobis reliquit de exponendis obscuris phrasibus, figuratis lectionibus, & mysticis Diuinarum scripturarum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00124

A pturarum sensibus. Neque verò hoc labore contentus, alterum quoque edidit opus in duo de viginti libros distributum, quos Isagogas ad mysticos Sacræ Scripturæ sensus intelligendos inscripsit, juxta Alphabeti seriem de sensibus mysticis, & spiritualibus sacrarum dictionum tractans, atque vniuersam pene Scripturam, occasione hac, mysticè exponens.

Sylua Allegoriarū quæ anno 1571. apud Gaspareum Bindonū Venetiis edita fuerat. Parisijs excusa fuit apud Sō simū anno 1584.

At quoniam idem ipse Sanctes Pagninus ijs libris eadem præstitisse videri posset, quę Hieronymus Lauretus Cornariensis sua Allegoriarum sylua complexus est, ideo quid inter vtriusque labores interfit, dicendum est, si prius quid initio hic tractet, exposuero.

Aperuit enim & statuit Lauretus in primis aditum, qui ferret commodè in syluam ipsam Allegoriarum, in quo agit de variis Scripturæ sensibus. Nam vbi attigit, quæ
B ad vtilitatem Allegoriarum pertinent, mox disserit: Quid sit sensus literalis. Quid sensus spiritualis. Quid typus, & figura. Quæ figurata locutio. Quatenus extendenda sit Allegoria. Quæ sit optima Allegoria. Quando una res typus sit plurium. Quomodo triplex sit sensus spiritualis. Quodnam discrimen sit inter typum, & Allegoriam secundam aliquos. Quid Parabola, quid vel hæc per locum à similibus, aut dissimilibus. Quæ discretio Parabolæ, & Aallegoriæ. Quid sit sensus literalis Parabolæ. Quatenus explicanda Parabola.

Atqui Alphabeticum quidem seruauit ordinem, sed Religiosæ suæ familiæ negotijs distentus, quòd q. operis moles superabat vnius hominis vires, in singulis dictionibus, quæ allegorijs abundãt, quæ, ea collegit, primò occurrerant. Quòdbrè sæpe, quę priorem locum postulabant, sunt fortitæ posteriorē, cùm tamen interdum (licet non
C perpetuo) curauerit, vt quæ de Deo dicerentur, hæc principem locum obtinerent: mox quæ de Angelis, quæ de Bonis, & Virtutibus, quæ de Dæmonibus, de Hæreticis, de Malis, & Vitijs, ea fequētibus sedibus locarentur. In quibus omnibus cùm citat locum, cui nō addat Allegoriam, id eo cōsilio fecit, vt intelligeretur, existimasse quidem esse ibi latere Allegoriam; sed cùm eam apud vllum Auctorem haud compertisset, noluisse è proprio capite fingere, sed exercendis legentium ingenijs relinquere quam tamen ipsi fortasse essent inuenturi. NOTA.

De discrimine autem inter Isagogem Sanctis Paginij ad mysticos sensus Sacræ Scripturæ, & eiusdem Laureti syluam Allegoriarum hoc dici potest. Paginus fœcundiora ceteris omissis vocabula selegit. Lauretus omnia conatus est amplecti, in
D quibus aliquid Allegoriæ posset è quolibet aliquius notæ Auctore inuenire; Paginus citat vberius Patres, afferens ipsamet verba, vt vel vnius auctoritas totam impleat paginam. Lauretus ad marginem notat loca, ne plus iusto volumen excresceret. Paginus sola tractat mystica. Lauretus etiam complura, quæ spectant ad sensum literalem, phrasesq. & varias vocum explicat acceptiones: Vt hic Allegoriarum liber, Commentarij, atque Indicis locum habere possit in Sacram Scripturam, & Patres præcipuos. Discrimen inter Isagogen Pagnini, & syluam Allegoriarum.

Carolus autem Borromæus Cardinalis vir Sanctus, cum huius Syluæ usum cuperet faciliorem, ac fructuosiorem, statuerat, rerum, quę vocibus Allegoricis designabantur, ac primò ponuntur, vocabula præponere: quem laborem fortasse pius aliquis & doctus susciperet, Allegoriasq. ipsas meliore ordine disponeret, ut Reipublicæ literariæ
E in proximorum salutem commodet. Quid Borromeus Cardinalis cogitarat de syluis Allegoriarū.

Antiquiorum aliquot, & recentiorum scripta quædam ad mysticos D. Scripturæ sensus eruendos. Cap. XLVII.

Aug. Tom. 3. lib 7. de locutionibus Scripturæ. Isidorus, Hugo de S. Victore. Petrus Berchorius, Ioan. Gerson.

AC ex antiquioribus quidem extant scripta de schematibus, & tropis, hoc est figuris, & modis locutionū Sacræ Scripturæ, quàm antea rē Augustinus pertractauerat: Isidori item, & Hugonis de S. Victore Allegoriæ in vtrumque Testamentum: Reductorium quoque morale in Biblia Petri, quemadmodum & Richardus de S. Victore de difficultatibus egit Scripturæ; ac Ioannes Gerson de sensu literali eiusdem Sanctę Scripturę tomo primo, & alij, sed hoc nostro seculo Melchior

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00125

a Can. lib. 1. de Locis. Theol. ca. 6. 7. & 8. & lib. 2. 3 & 6.
b Eth. 2. ca. 3. de dogm. Ecclesiast.
c Lib. 3. de verbo Dei ca. prim. 3. & 4.
d Prafat. in Psal.

chior a Canon. Driedo b de Ecclesiasticis dogmatibus & reliqui, ac potissimum c Bel- A
larminus qui eos omnes perlegit, Deinde d Cornelius Iansenius, qui rationem tradit
versandi solidè, (vt ipsemet ait) ac feliciter in mysticis Scripturarum, & præsertim
Psalmorum sensibus.

Ac sanè, vt paucis multa perstringa Patrũ uia est insistẽda, qui aliter cũ populis, ali
ter aduersus hæreticos, aut alios infideles agunt, cùm diuina tractãt eloquia: ut non faci
le eosdem esse agnoueris, si legeris Hieronymum contra Iouinianum, & Vigilantiũ:
Augustinum contra Iulianum, Cælestium, Faustum, & eiusmodi alios: Bernardum
contra Abaylardum, aut Gilbertũ Porretanũ, scribentes, vel si eosdem horrationibus,
epistolis, sermonibus Catholicos ad pietatẽ excitantes audieris, nimirum, (quod Iose
phus Acosta prudenter vidit) Bernardus aliàs Scripturarum conciunatoribus dif-
fluens, cum Abaylardi errores insequitur, aut Gilberti Porretani, longe alio stylo B
Scripturas citat, ne latum quidem unguem à genuino illarum sensu recedens. Scria
enim sunt hęc, quæ Fidem tangunt, neque admittunt spatiandi licentiam, quam mini
mè respuit Fide bene fundata deuotio, aut etiam liberalis eruditio.

Benedicti Arig. liber de Arcano sermo.

Ceterum quę Benedictus Arias Mõtanus in Apparatus sui eo libro, quem Iosephi, siue de Arcano sermone inscripsit, huc spectant. neque enim tam verborum interpre
tationes, quàm rerum proprietates, naturam, & vim ibidem se indicasse scribit, atq.
vltra vndecim mille Sacræ Scripturæ loca aperte se explicasse profitetur, ad quæ cete
ra quęcumq. eiusdẽ generis fuerint, referri queãt. Nimirũ agit primò de diuisione re
rũ, tam quę sunt, quàm quæ insunt, vel adsunt, ex quibus arcanus instituitur sermo, ac
symbola perunt ur: mox de tempore, ac duratione: deinceps de symbolorum, siue
Arcani sermonis tractatione, & vsu: denique de quibusdam animaduersionibus ad C
Arcani sermonis rationem tractandam opportunis. Tum verò ipsam rem agreditur:
de Deo, & Arcanis eius nomimibus, de Angelis, ac reliquis rebus edisserens.

Vndecim mille Sacræ Scripturæ loca vbinam expli cantur.

Ratio multiplex sacra volumina explicandi è Sixto Senensi. Cap. XLVIII.

DEFINITIVA pars.

POteram autem ante istos Auctores, rationem exponendi Sacra volumina è Six
to Senensi multiplicem ostendere: At visum est fatius, eam hunc referuare in
locum, vt esset eorum, quæ dicta, vel indicanda sunt, quasi compendium, & in
dicium. Tertio igitur libro huic Bibliotheçę Artem hanc vniuersam in tres distribuit
partes DEFINITIVAM: quæ Diuinæ Scripturæ sensus, & expositiones describit
sunt autem (inquit) *sensus duo: videlicet Literalis, qui duplex est, Proprius, & Metaphori-* D
cus. Mysticus, qui triplex, Moralis. Allegoricus, Anagogicus. Expositionum item genera sunt
duo: nempe Vniuersale, quod est tripl ex. Historicum, Morale, Allegoricum, Anagogicum;
Particulare, quod est triplex. Elementare, Physicum, Propheticum. INVENTIVAM: quæ
tam describit es Diuinæ Scripturæ sensus inquirere, & inuenire docet: cuius species sunt Tro-
pica, Topica, Chronologica, Physica, Mathematica, Ethica. DISPOSITIVAM, siue Methodi-
cam, qua inuentas sensuum expositiones in varias redigit Methodos, quarum præcipuæ sunt
sequentes; TRANSLATIO quæ fuit Tetrapla, Exapla, Octapla. STIGMATICA, SYLLA
BICA, PARTITIO, vel diuidens, vel colligens. EPITOME, ECLOGE, quæ est vel specu-
lans, siue loci communes siue expositione, vel cum expositione, siue Harmonia literalis, vel nu-
meralis. NOTARIACA PARAPHRASIS. prælior, vel latior. LEXICE ADNOTATIO
marginalis, siue interlinearis. COMMENTATIO; SCIOGRAPHICA: TABELLARIA:
ENARRATIO, vel Homilia, vel Declamatio. COLLATIO; siue continuata, siue interrupta. E
MEDITATIO, POEMA Carmineum vel prosa carmineum. EPISTOLA: INQVISITIO,
siue Problema, vel Quæstio, siue Disputatio. COACERVATIO sensuum, vel locorum commu
natum. THEMATICA, COLLECTANEA, quæ est vel Rapsodia: vel Syllegma, vel Abbre
uiatio. AGIOGRAPHICA, siue Ecclesiastica, quæ est Anonyma, vel Proonyma; siue Ephemi-
ca, quæ est catena, vel cento. SCOLASTICA, quæ est vetus, vel noua. NOVA autem Con-
cordantia rũ, Dictionaria, Historica, Postillaris, Quæstionaria, Lectualis. Compendiaria,
& hæ Prosaica, vel Metrica, quæ est vel Vniuersalis, vel Particularis; ac quadam Columna-
ris, vel Arborea. METRICA porrò est, vel Carmina, vel Prosocarmina: hæ autem tum Ry-
thmicæ, tum Leonina, vel Monorythmica, vel Dirythmica, vel Acephalicia, hæ verò simplex,

vel

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00126

A *vel Picturata. Sunt item Sermonaria, Meditatiua, & hæc demissa, vel sublimis. Post Scholasticam est PANDESIACA.* De quibus singillatim toto eodem tertio libro suæ Bibliothecæ agit idem Xystus Senensis: de quo tamen Gabriel Vasquez aliquid expendit in primo suorum Commentariorum tomo, cum de sensibus Diuinæ Scripturæ agit.

Quibus ducibus literalem sensum D. Scripturæ assequi possimus. Cap. XLVIIII.

IAm verò quoniam præcipua cura debet in Diuina Historia esse literalis sensus, qui est tamquam ipsa veritatis basis, ideo paucissimos è multis afferemus, qui vi dentur eum rectè assecuti, si prius, quid de quibusdam antiquis senserit Sixtus Senensis dixerimus. Is enim, quo valebat ingenio, paucis versibus quorumdam no-
B mina complexus est hunc in modum.

Historiam Hebraas, & Græcis fontibus hausta.	*Chrysostomus, Gregorius.*
Hieronymo duces duce.	*In dubijs, altaq; locis caligine mersis*
Allegorias, Anagogenq; recludent	*Aurelius lucem feret.*
Origenes, Ambrosius.	*At breuis, & facilis non est spernenda tyroni*
Expanente sensus formandis moribus aptos,	*Lyranis expositio.*

Nos de nostri sæculi scriptoribus hæc dici posse credimus. Quæ Adami Sasbouth nomine circunferuntur commentaria in quasdam Pauli Apostoli epistolas, quæ quidem Ioanni Hasselensi eius præceptori tribuuntur, qualem deceat esse literalis sensus interpretem, apprimè ostendunt. Quæ verò in Isaiam, eiusdem Adami nomine scripta sunt, sapiunt quidem ingenium, atque iudicium; veruntamen hæc ad priora illa
C non accedere, viri sentiunt eruditi. Fortenius autem in eundem Isaiam est optimus.

Cornelius item Iansenius in omnibus, quæ scripsit, præsertim in concordiam Euan gelicam, & in Prouerbia, vt etiam Psalmos, se magno valentem iudicio, vti & eruditum ostendit: id quod restati sunt, qui illius harmoniæ subscripsere, dicentes. *Commentarios eius in Concordiam Euangelicam tum pietate, ac maturo iudicio, tum eruditione scriptos eius propria manu futuros vtilissimos.* Verum enimuero negandum non est (vt omnes non omnia possumus) quædam in hoc opere à viris doctis non probari, quę tamen facili negocio, vel demi, vel addi possent, concedentibus ijs, ad quos id muneris spectat. Ea sunt quæcunque ad Erasmum (quem sæpe appellat honorificè) pertinent: qui si quid veri dixit, id (sicut alibi diximus) primò ex Ecclesia Catholica accepit, cui sua reddenda sunt: quæ verò de suo sæpe adiecit, in plerisque lapsus est, vti
D superiore libro monstrauimus. Porrò desiderantur in Iansenio citationes Patrum, e quibus multa apposité deprompsit. Digressiones minutiores, aut longiores, qui cupiunt breuiores, suas habent causas. In ea quæ differuerat in sextum Ioannis Euangelij caput, non defuit, qui librum scripsit, Didacus Castillus, quem librum nouissimè edidit Romæ. At Franciscus Toletus Societatis nostræ, qui postea fuit Cardinalis, in Ioannem scribens, ea præstitit, quæ in Iansenio desiderabantur, explicationibus enim primò, mox adnotationibus vix quidquam omisit, quod non fuerit diluciđè, breuiter, & quidem ad literam, expositum, cum & si quid aduersus Iansenium poterat dicere, id suppresso eiusmodi modestè fecit. Eiusdem autem Toleti duos tomos in Euangelium Lucæ expectamus eadem ratione conscriptos: At & Genebrardus Psalmorum literalem sensum est maximè assecutus: Quod deinceps potissimum præ
E stitit in Euangelia Io. Maldonatus noster, Franciscus Ribera, in duodecim minores Prophetas, & in Apocalypsim, Inquam item optimèac nouissimè scripsit Blasius Viegas, è nostris, & in Vniuersam Scripturam præsse Emanuel San, Vti in Tobiam, Iudith Esther, Machabæos, Nicolaus Serarius, & alij, de quibus egimus suis locis Apparatus nostri sacri.

In Bibliotheca Sacra.

Quæ in Iansenio obseruanda sint.

Habituum, & gestuum sive Actionum obseruatio, qua in Diuina Historia notantur, vtilis ad scripturas intelligendas. Cap. L.

SEnsus & proprietates verborum, quæ sunt in Sacris Eloquijs qua ratione, atque vnde peti possint, diximus. Restat Actio, qua habitus, gestus, situs, affectiones corporum,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00127

corporum, & animorum designantur. Quæ quidem actio, si penè principem in arte dicendi tenuit locum apud Ethnicos, certè pernecessaria est obseruatu in Diuinis Scripturis: vbi frequens, ac quidem non tam prudenti hominum iudicio, quàm Spiritus sancti afflatu adhibita, facit, vt exactior sententia, & significatio rerū percipiatur. Altius nimirum hæret in animis quod spectamus, quàm quod tantummodo audimus: Quin etiam quod propter distantiam loci, vel populi strepitum, ac multitudinem, ad aures nostras peruenire non potest, id si qua actione proponitur, illico, & quasi vnico prospectu nobis eum aportamus. Quod sanè ijs accidit, qui populo clamante, Pilatum manus ad testandam animi innocentiam lauantem conspexere. Huius ergo actionis, quæ passim in Vetere, ac Nouo Testamento cernitur, Benedictus Arias Montanus Tractationem magno iudicio confecit, quæ dicitur liber Ieremiæ, cuius materiam prælegisse expediet. At & multa deinceps attigit Alphonsus Salmeron in suis Prolegominis, cum denique pleraque accuratè Hieronymus Pratus, & Io. Baptista Villalpandus suis in Ezechielem Commentarijs fit perfectus. A B

Partitio Librorum Sacræ Scripturæ, Vnde. Cap. LI.

Initio priorit. libri sua Bibliotheca fuit. a Luc. 24. Lib. 2. de fide Orthod. In suis carmin. nibus. Hieron. in præfat. Reg. Iudic. lib. 2. Tymolog. Hieron. in præf. in lib. Reg. & Danielis Georg. Eder. in lib. 1. Oeconomiæ. initio primi libri. Lib. 6. de re. Ba in Deum fide. cap. 1. Lib. 2. de doct. Christ. cap. 8. Trid. Conc. Sess. 4.

PArtitiones Historiæ veteris Diuinæ Xyxtus Senensis varias affert ex Hebræorū fupputationibus, iuxta literas, vel characteres eorum Alphabeti: Ex Domini item distributione, in Legem, Propheras, & Psalmos: ex Damasceno, in Legem, Agiographa, Carmineam, Propheticam, & præter hæc, Binarium vnum: ex Gregorio Nazianzeno, in libros Historicos, & Propheticos: ex antiquis Iudæis, in Legalia, Prophetica, & Agiographa: ex priscis Latinis, in Legalem, Propheriam, Agiographam: Ex recentioribus Iudæis, in Legem, Prophetas priores, Prophetas posteriores, & in Scripturas, hoc est sancta scripta: ex recentioribus Latinis in Legalem, Paræneticam, Propheticam. C

Affert Georgius Ederus alias ex Hebræis addentibus quidem illam, quam diximus Agiographam, sed qui eam Apocrypham nominarent, hoc est in certa scripta, quæ tamen sunt in Canone diuinarum scripturarum: E Michaele Medina, in quattuor ordines, siue acies. Ex Hebræo, & Ecclesiastico Canone, ac simul è quibusdam Synodis, in Legem, Prophetas, Agiographa, libros Ecclesiasticos: ex Augustino, in Histo riam continuam, & discretam, siue promiscuam. Et in Prophetas impropriè ac propriè: Hanc autem, in Maiores, & Minores: ex petro Aureolo, in Politica, Chronica Poetica, Hymnidica, Dialectica, Oratoria, seu Prophetica, Ethica, siue Moralia. Ha fce igitur partitiones, quæ denique omnes redigendæ sunt ad eos libros, quos in Canone ab Ecclesia Catholica agnoscimus, quosq. Tridentina Synodus ostendit; ponere ab initio primi libri: Qui & postea versus finem secundi libri, Tabulam aliam ex Dyonysio Areopagita, & ex Dionysio Cartusiano, talem confecit. Quæ summam totius Diuinæ Historiæ continet. Sic verò habet. D

Vide item IVNIVM de partibus Diuinæ legis.

Tota Scriptura (inquit Dionysius Areop.) Canonica, & Agiographa, describit, vel

- Rerum à Deo Creatarum { Substantiam, Ordinationem, Gubernationem, } Quod fit (inquit Dionysius. Cartusian.) præsertim in Genesi Exodo, & alijs libris Moysis.
- Legalem Hierarchiam, idest, Principatum Israelitice plebis sub lege. Quod præcipuè fit in libro Numerorum. E
- Diuini populi hæreditatum distributiones, & habitationes: Quod fit potissimum in Iosuæ libro: vbi describitur quemadmodum Terra promissionis suit sorte diuisa, & distributa in hæreditatem XII. Tribuum, quæ tunc deditæ erant cultui veri Dei.
- Gubernationem { Iudicium, de quibus agitur in libro Iudicum, / Regum sapientum, de quibus in libris Regum.

Capitu. 2. de Ecclesiastic. Hierarch.

Intelligētiam Sacerdotum Diuinorum: Vt fuerunt Esdras scriba velox, & Hieremias, & Machabæi: De quibus in libris Esdræ, & Machabæorum.

Gesta antiquorum virorum in multis & varijs anxietatibus, Iob

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00128

A Iob videlicet, & Tobiæ, vt patet in libris eorum.
Immutabilem in patientia Philosophiam, qua sancti illi uiri in rebus aduersis fuerant vsi.
Actionum sapientes synagogas, id est congregationes fideles in actibus strenuas.
Diuinorum Amorum Cantica, videlicet Cătica Canticorum.
Diuinas Imagines, id est personas seu typos spiritalis sponsi ac sponsæ, sicut item in Canticis.
Futurorum Propheticas prædictiones, id est vaticinia Prophetarum, tam quattuor Maiorum, quàm duodecim Minorum. Vide Dionysium Carthusianum in capit. 3. Eccles. Hierarchiæ Dionysij
B Areopagitæ.

Regionis Palæstinæ, Ciuitatis Hierosolymæ, & Templi Salomonis notitia necessaria. Quæ ve dy s exactius scripserint. Cap. LII.

ET magnum quoque, vt historijs omnibus, sic potissimum Diuinæ, præsidium affert locorum notitia, seu inspectio, in quibus res gestæ sunt, marium, fluminum, portuum, oppidorum, arcium, Ciuitatum, agrorum, ædificiorum; quem admodum item destructiones vrbium, inundationes aquarum, transmigrationes populorum, ad hanc ipsam cognitionem pertinent. Cumq. Scripturæ Sanctæ non solum de his infimis, verum etiam de supremis, & generalibus ipsius Mundi regionib.
C cælo, & terra, vel ipso in Historiæ initio agant, altius ipsa Mundi machina pernoscenda est; nimirum, quantum huic negotio sit satis. Iam verò post generalem totius Orbis animo perceptam cognitionem, Palæstinę delineatio, locorumq. nomina quam aptissimè posita, spectanda sunt, futura deinceps rebus & memorię mandandis, & intelligendis, ac facilè explicandis vtilissima.

COSMOGRAPHIÆ cognitio Scripturę necessaria.

Et Hieronymus quidē meminit libri de locorum Terræ Sanctæ descriptione, quem Eusebius Cęsariēsis inscripserat τοπογραφίας τῆς ἁγίας γῆς: in quo etiam distinctionem duodecim Tribuum, cum singulis earum oppidis, & Vrbis Hierosolymę, ciusq. Templi vniuersam structuram Geographica Tabula depinxit, adiecta breui explanatione, quę singulas totius picturæ partes explicaret. Hic verò liber interijt, cùm adhuc extet superstes eiusdem Eusebij De locis Hebraicis liber vnus, in quo omnium montium, syluarum, fluminum, vrbium, oppidorum, vicuborum, aliorumq. locorum in Sacris literis nominatorum vocabula congregauit, & literarum ordine disposuit, atque
D expositit: Quod opus ab Interprete malè versum, Hieronymus iterum Latinum fecit, resectis nonnullis, quę non satis memoria digna iudicauit; adiecta etiam operi præfatione. Sed & citra Iordanem fluuium vnus, ac uiginti viri Iudęi à Iosue missi, Palæstinę Chorographiam exploratam, & in librum redactam attulere: Qua diligenter inspecta, Iosue regionem eam septem Tribubus sorte distribuit.

Præfa. in lib. Euseb. de locis Hebraicis.

Iosue 18. Ioseph. lib. 3. de bello Iudaico.

Ad ea verò, quę de Palæstina habentur in Biblijs, accedunt, quę scripta reliquerunt Iosephus, & Brochardus Monachus uberrimè, atque alij, qui eam iustrarunt, Petrus Belonius in obseruationibus: Andreas Theuetus in sua Cosmographia Orientali, Iudocus à Ghistele; Bartholomęus à Saliniaco: Benedictus Arias Montanus libello, E Chaleb inscripto, in suo Apparatu Biblico: Quibus adiungi potest Georgij Agricolę, & Hammonij Itinerarium B. Mariæ. Huius autem regionis, siue potius orbis, vrbē olim primariam Hierosolymam accuratè tāquam oculatus testis describit Iosephus. Sed & multa sunt in priore tomo Annalium Ecclesiasticorum Cęsaris Baronij, quę isthuc pertinent: Cum etiam Abrahamus Ortelius in suo Theatro Orbis Terrarum Tabulam descriptionis euisdem Palæstinę posuerit, quam Titelmannus Stella delineauerat.

Brochardus Monachus. Petrus Belonius. Andr. Theuetus. Iudocus à Ghistele. Bartholom. à Saliniaco. Ben. Arias Montanus. Georg. Agric. Hammonij itinerarium B. Mariæ. Ios. de bello Iud. lib. 5. c. 6. Cas. Baro. Ab rahamus Ortelius.

Theatrum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00129

A

Theatrum Terræ Sanctæ confectum à Christiano Adricomio, quale, & vnde. Cap. LIII.

Ann. 1590.

ET Christianus quidem Adricomius Delphensis, librum ex Officina Birkmannica Coloniæ Agrippinæ emisit, quem inscripsit, Theatrum Terræ Sanctæ, ac Biblicarum Historiarum, cum Tabulis Geographicis ære expressis, & Chronicon generale breuissimum ad nostra vsque tempora; ac denique Chronicô alterum vtriusque Testamenti historias ab ipso Mundi initio per Patriarchas, Iudices, Reges, Prophetas, Machabæos, Dominum nostrum Iesum Christum, & Apostolos deductum ad mortem vsque Ioannis Euangelistæ Apostolorum postremi, adnotatis temporum rationibus, qua ipse Adrichomius diligentia potuit: Quin etiam adiecit eorum Auctorum Catalogum, quibus vsus est in describenda Terra Sancta & Chronicho: Quos huc inserere præstat (omissis aliquibus haud sine causa) quando post tot aliorum labores, quid adhuc restet, quod vtilius assequi possimus, denique dicendum erit. B

Varia igitur Adrichomius scribit se perlegisse Bibliorum exemplaria, & antiquos Historiographos Græcos, Latinos, Iudæos, qui hac de re egerint: Iacobum item de Vitriaco Sanctę Romanę Ecclesię Legatum in Terra Sancta: Fretellum Archidiaconum Antiochenum: Iacobum Pantaleonem: Gallum Patriarcham Hierosolymitanum. Brochardum: Ioannem Mandeuille, siue Monteuillanum: Ioannem Huls: Rodulphum Langium Canonicum Monasteriensem: Bernardum de Breidenbach: Gerardum Kuynretorff Campensem: Petrum Aenholt Priorem in Volzende: Edonem Rombes Consulem in Sneeck: Ioannem Scorel Canonicum Vltraiectinum: Ioannem Heuterum Pictorem Delphensem: Bartholomęum à Saliniaco Sanctæ Sedis Apostolicę Protonotarium: Ioãnem Pascha Carmelitam Mechliniensem: Gulielmũ Tyrium siue Tyrensem Archiepiscopum, Regni Hierosolymitani Cancellarium, & Lateranensis Concilij Scribam: Hermannum Borculoo: Bonauenturam de Mirica Louaniensem Minoritam: Gerardum Ioannem: Petrum Appianum: Michaelem Aitzing: Georgium Bruijn Decanum ad gradus D. Marię Colonię: Fabium Liciniũ Venetum: Laurentium Surium: Petrum Calentium: Ioannem Godscalcum Iserman Delphensem: Godofredum Delphẽsem: Baptistam van der Muelen Mechliniensem: Petrum Lichtestein: Antonium de Angelis Minoritam, pręter omnium pene meliores chronologias, seu chronographias, Concilia, Onuphrij Commentaria fastorum, Cornelij Iansenij Concordiam Euangelicam, & alios.

Scriptores de Palæstina.

C

D

At, etsi ex tanto Adrichomij labore uberes fructus percipi possunt, ipse tamen, ac qui eum pręcessere alij in Hierosolymæ, ac Salomonici Templi rectissima delineatione consecuti non existimantur, quod cupiebant. Quin & Adrichomius in Chronico duplici conscribendo adhibuit (vbi Scripturam defecisse putauit) Philonem, ac Berosum Annij, quos (inquit) doctissimi quique magno stomacho proscindunt, qui tamen ipsi (subdit) quando commodum est, lubenter eum sequuntur. Ego verò noluissem, vt in opere ceteroquin, vel horum, vel pręsertim aliorum, quos meritò Sancta Romana, vel explosit, vel suspectos habuit Ecclesia, rationem tantam habuisset.

Cautio in Adrichomio.

Verior Palæstinæ descriptio vnde. Cap. LIIII.

E

CVm autem inter alios viros celebres Palęstinę, Phęnicis, ac terminos totius Terrę promissionis nobis reliquerit Petrus Garsia Galarsa Episcopus Cauriensis: certè hic omnino est perlegendus, hic enim, cùm sibi proposuisset de ijs tantummodo locis agere, quę Dominus IESVS sua pręsentia illustrauit, quę sunt in Palęstina, & Phęnicia, utilisimam narrationem edidit: *Magna namque Syria* (inquit) *à Septentrione Isæis montibus Ciliciæ: ab Oriente, Assyria, Babilonia, & Chaldæa: ab Austro, Arabia deserta, Petræa, & Aegypto: ab Occidente, mari magno concluditur. Plures autem Prouincias complectitur, Cappadociam utramque, siue Aramæam inter Pontum, & Taurum montem, vnde Aramæi: Mesopotamiam inter Tygrim, & Euphratem, vnde ortus Abraham: Syriam Damasci, vbi campus Damascenus, & Terra Hus,*

Galarsa lib 6. Euang. instit. Arias in Apparatu ad literas Sacras.

Magnę Syrię descriptio. *Gen. 11. Iob. 1.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00130

A *Hus, vbi ortus Iob : Syriam Antiochiæ, vbi Petrus primam sedem posuit, & primum Christi* Act. 13.
» *stiani vocati sunt : Phœnicem, seu geminam Galilæam superiorem, & inferiorem, & Palæsti*
» *nam, quæ Samariam & Iudæam continet. De his ergo (ait) quatuor, Iudæa, Samaria, syria-*
» *que Galilæa dicendum est. Quæ à Septentrione a radicibus montis Antilibani, vnde Iordā-*
» *nes oritur, in Meridiem in Bersabeam, & Aegyptum, longitudine, cuium spaginta sex mil-*
» *liaribus distenduntur, latitudine maxima, milliaribus septuaginta, ab Occasu mari magno,*
» *versus vero Ortum ad Iordanem. Itaq. prætermissis regionibus vltra Iordanem sitis, refe-*
» *duum terræ promissionis cingitur ab Occasu, mari magno, à Septentrionibus, Antilibano; ab*
» *Ortu, Iordane: a Meridie, Maiona fluuio.*

Hæc cùm dixisset, agit de quattuor terminis terræ, qui sunt Mare, Libanus, Iordanes Maiona. Deinde de Iudæa, & Oppidis illius, quæ sunt præcipuè Hierusalem,
B Bethleem, Thecua, Rhamah, Mambre, Hebron, Montana Iudææ, Maiona fluuius, Bersabee, & Gazar. Postea de Philisthæa Prouincia, in qua sunt Ioppe, Arimathea, Emaus, Bethel, Bethania, Bethphage, Desertum Hierusalem, Esseni, Hiericho, Mare mortuum, Engaddi. Præterea de Samaria Prouincia, quę est media inter Iudęam, & Galilæas; in qua quidem Samaria, sunt hæc loca, Sichen, vel Sichar Tasuc fons, Enon, & Salim, Samaria, seu Sebaste, Ephra, Gelboe montes, & torrens Cyson. Mons Hermon triplex. Cæsarea Palæstinę, quę prius Turris Stratonis, Antipatris, quæ & Capharsalama; Sarma; Lyda proppe Ioppem, qui est terminus Samariæ, atq. Iudæę. Post hæc agit de Galilæa inferiore, & locis eius, qui fuere lacus Geneserech, Tarichea, Tyberias, Magdalum, Bethsaida, Capharnaum metropolis Galilæę, Thabor, Hermon, Naim, Summa, Dothaim, Bethulia sub Isachar, Nazareth, Se-
C phoron, Betheleem, Cana sub Zabulon. Deinde de superiore Galilæa, in qua Nepthalim, Nahasson, Cæsarea Philippi, Ior, & Dan fontes. Sidon, Sarepta, puteus aquarum viuentium, Ptolemais, Carmelus: denique de Monte Galaad, & oppidis vltra Iordanem sitis, in quę Christus diuertit.

Iudæę oppida præcipua.

Templi Salomonici absolutior notitia, vnde. Cap. LV.

AD Templi autem Salomonici absoluram notitiam, eiusque mysteria. (cùm in Diuinis operibus hic sit ordo constitutus, vt illa primum ex eo, quod in se habent, mysterio, mox ab arte, quę in ijs eminet, ac postremo ex verborũ, quibus describuntur, vi & vsu cognoscantur) pertinent maximè, quęcumque de Ar-
D caà Noe ædificata, de Tabernaculo à Mose erecto, deq. ijs ædificijs, quæ à Salomone sunt institutа, habemus in Diuino Codice. Ac quidem Benedictus Arias in suo Apparatu, exemplar, siue Librum inscripsit de Sacris Fabricis, in quo de Arcę fabrica & forma, de Tabernaculo, de Templi fabrica, & structura, de Templo secundo; de ceteris Salomonis ædificijs egit. Quemadmodum, & alterum librum eodem in Apparatu edidit, qui inscriptus Aaron, continet, quæ ad sanctã uestimenta, & ornamenta ipsius Templi spectabant. Ex horum enim cognitione (quod epistola ad Hebræos Paulus, & Ioanes in Apocalypsi indicarunt) magna panduntur mysteria. Itaque & de lapidibus pretiosis, qui erant in Rationali, ibidem egit Arias; cùm hanc materiam tractasset antea Epiphanius, & Isidorus Hispalensis, præter eos, qui generatim de gemmis, & fossilibus scripsere, quorum mentio facta est, vbi de Naturali historia locuti sumus. Et Francisc⁹ quidem Ribera noster, qui scripsit nouissimè in Apocalypsim sup
E peditat, quod huc facit. Iam verò de sathis, mensuris, ponderibus, quæ huc pertine bant, non omisit idẽ Arias agere: sed & hæc omnia cernẽtur in eorumdẽ Hieronymi Prati, & Io. Baptistæ Villalpandi Commentarijs in Ezechielem, qui sudant sub prelo, cum & Villalpandi industria in numismatibus, & alijs eiusmodi vestigandis, vti & in delineatione Templi Salomonici, atq. Hierosolyma, & aliarum Iudææ partium fuerit omnium accuratissima: quamuis & Ribera noster libro peculiari in caput sextum libri tertij Regum egerit diligenter de fabrica templi, cui libro alterum adiecit de Sacerdotibus, & vestibus Sacerdotalibus, & sacrificijs, & festis diebus.

Arię liber de Sacris Fabricis. & de Sacris vestimentis & ornamentis Templi.
De Lapidib⁹ pretiosis.
Franciscus Ribera.
Hieronymus à Prato.
Arias de fabrica, mensuris, ponderibus.
Theophrastus. Plinius. Dioscorides. Georg. Agric. & alij.
Lib. excusus apud Iuctas Lugduni, & Antuerpię apud Bellerũ.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00131

Reipublicæ Iudæorum status prænoscendus, & unde. Cap. LVI. A

AT interiorem quoque notitiam assequetur Diuinæ veteris Testamenti Historiæ, qui in primis Rempublicam Hebræorum sibi ob oculos ponet; Religionem nempe, & Ciuitatem in quas tota eius ratio dniditur; Ad Religionem spectant, quæcumque de forma Reipublicæ, de locis, diebus, ritibus, personis sacris. Ad Ciuitatem, quæ de consilijs, de iudicijs, de magistratibus, in vetere Testamento sunt scripta. Rempublicam porrò istam, præter id quod est in ipsa Diuina Historia, Iosephus, & Tostatus, & alij, sed & postea Carolus Sigonius primus octo libris disposuit, qua & multo pleraque lector perspiciet, ac liquidiore illius doctrinæ hausta conceptæ visceribus cælestis scientiæ fitim sedabit, & denique multò felicius arcana, quæ Sacris Literis continentur, mysteria uenaturi sunt, qui faces huiusmodi secum, abditis eorum latebris perscrutandis prætulerint. Mysteria uera intelligimus, B
cælestem atque æternam uitam, quam Augustinus hac prænotatam Republica docuit, asserens populum Hebræum in vnam esse Rempublicam congregatum, quę æternę vitæ ageret Sacramentum: *Omnes enim* (inquit) *Prophetiæ, omnia præcepta uitæ, Sacra dominum Sacerdotia, ceremoniæ, dies festi, significata & pronunciata sunt, quæ propter æternam uitam fidelium, in Christo, & impleta credimus, & implent cernimus, & implendæ confidimus.* Ceterum, quid in Sigonij dictione obseruatum sit, prefertim in Commentarijs ad Seuerum Sulpitium, atque alibi, id in quarto huius Bibliothecę libro attigimus. Cum autem Rempublicam Hebræorum appellauit insignem Christianę Ecclesię formam, non desuit, qui hoc improbauerit; forma enim hoc loco putauit à Sigonio exemplar, vel imaginem significari, ad cuius imitationem res aliqua effingitur, uel exprimitur (ideam siue ἰδέαν Græci appellarunt) Quamobrem effici, Sigonium non animaduertisse inde sequi, ut nihil in Ecclesia esse possit, quod non sue rit, ex Hebræorum imitatione tractũtum: adeo, ut quidquid inde petitum non fuerit, tamquam minus exactè ad exemplar compositum, aut tamquam adulterinum ab ecclesia sit excludendum: quasi veteres Synagoge ritus iam Christi passione extincti in vsum iterum essent reuocandi. Ego verò non crediderim id à Sigonio cogitatum fuisse, sed acceptum eo sensu, quo veterem Synagogam fuisse typum, & figuram Ecclesię plerique haud malè asserunt. C

Christiana Ecclesiæ forma prænoscenda, & unde. Cap. LVI.

VErum enimuero, cum è uetere Iudęorum Regno, Req. publica lux aliqua ad Diuinam Historiam pernoscendam, tum magis hauritur è Christianę Ecclesię forma, cuius extitit typus illa antiqui Testamenti Respublica: Cùm enim *omnia contingerent ijs in figura*, teste Paulo, quidquid ordinis in Republica Iudęo rũ Moyses cõstituit egressus ex Aegypto, uel leges eis tradẽs, quas à Deo acceperat, vel Aaronẽ cõsecrans Pontificẽ, huicq. vni Sacerdotes oẽs, ac Leuitas subdens, id um bra erat futurorũ. Itaque quidquid in figura fuit, id in exẽplari expressius, dignius, vni uersalius esse debebat, quãto præstãtior Dei filius in cõdenda Ecclesia fuit, quã Moyses Dei seruus in Synagoga instituẽda. Quamobrẽ quo neterẽ illam Ideam inspicientes, Ecclesiã inde qualis futura erat, intueatur, Diuinas literas turò, ac rectè scrutabitur. D

1. Cor. 10.

Quinam ege nõt de Chriſtiana Reip. forma. *Deon. lib. de Hier. Cæl. & Eccles.* Hierarchia quid.

Porrò de Christiana Republica, siue de Hierarchia Ecclesiastica egerunt Dionysius Areopagita, Patresq. pene omnes, ac uerò hoc seculo ij, qui de Notis Ecclesię, deque statu ipsius Monarchico libros ediderẽ. Dionysius autem & distinctionem, & sacramenta, & usum, & utilitatem, ac finem alrissimè ostendit. Hierarchiam autem vocat ordinem sacratiorem, & scientiam, & operationem, quę ad Dei similitudinem pro uiribus nititur, ac pro modo suo ad illius imitationem ex inducta sibi Diuinitus intelligentię luce subuchitur. *Pura* (inquit) *quoniam Sacra illius functionis ordo est, ut aly purgentur, aly purgent, & aly mysterijs imbuantur, aliq. illuminentur doctrina salutaris, aly id opus exequantur: ad perfectum aly adducantur, perficiant aly.* E

Nicolaus uerò Sanderus cùm de Monarchia Ecclesiastica librum scripsisset, rem totam oculis subiecit, perq. sequentia secula, usque ad hoc sextum decimum à Christo Domino seriem ordinis, & Reipublicę Ecclesiasticę constantem duxit sub Pontificibus Maximis, qui Petro successere in hac visibili Ecclesia.

Gilbertus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00132

A Gilbertus Genebrardus causam afferens, cur per Pontifices Romanos suam deduxerit Chronographiam, ex Paulo, Irenæo, Tertulliano, Augustino, Optato, & alijs, eundem, qui nunc est Ecclesiæ, statum demonstrat.

Robertus Card. Bellarminus cum tertiam generalem Cõtrouersiam absoluisset de Pontifice Maximo, eiusq. Auctoritate à Christo collata; quartam de Concilijs, & Ecclesia Militante; quintam de membris Ecclesiæ Militantis, Clericis, Monachis, Laicis, sic agit, vt vniuersæ Christianæ Reip. typum explicet, atque ab hæreticis totius ordinis turbatoribus vindicet.

Cæsar Card. Baronius præfatione in priorem Annalium suorum Tomum, Synagogæ interitum, & Ecclesiæ ortum explicatè tradit Euangelicæ Oeconomiæ intelligendę percommodum, quamquam deinceps ex omnibus Tomis suorum Annalium Ecclesiæ Catholicę forma conspici poteſt, qui nisi à Theologiæ huius positiue candidatis prælegi possint, quod ingens eorum sit moles, saltem percurrisse debebunt eorum Epitomen à Ioanne Gabriele Bissola nostro emissam.

Thomas Bozius operę de Signis Ecclesiæ id ipsum facit, cum asserit Ecclesiæ esse vnum spiritum per Chrisma, vnum corpus per Eucharistiam, vnum Regnum per ordinis Sacramentum cum Deo, ex qua triplici coniunctione deducit centum signa, è quibus apertissimum sit, quænã sit Ecclesia, & (vt ille inquit) quanta ipsius Diuinitas.

Nos aduersus Dauidem Chytræum, qui simulatè ad Synodos quattuor priores ge-
C nerales prouocauerat, contra nos scribens, Ecclesiæ Catholicę faciem, ac somam expressimus ex ijsdem Synodis. Itaque ibi tum diximus.

Cum Ecclesia (vt inquit Augustinus) *connectio sit Fidelium vno cultu, vnáq. fide inter se iunctorum, vnitas illa cultus, & Fides sic erat sedulo retinenda, vt quisquis hanc sciderè niteretur, intelligeret non minore sapientia Christum in Ecclesia instituendã, quam vir tute in conseruanda vsum fuisse. Is enim sapiens Architectus fundamentum ipsum immo bile posuit, atque lapides reliquos ita disposuit, vt nunquam adificatio illa collaberetur; si quis autẽ eam vellet labefactare, prior caderet, ac rueret præceps: at adificatio staret immota.*

Atque ad constantem huius adificij ordinem, ac quasi exemplar agnoscendum, nihil potius erat, quam vt eius partes inuoicerent, quibus aggregatum hoc, quod Ecclesiam dicimus, definitur: eximo obstato eam per Christianorum peccata quodammodo caperet hominum mentes, Diuina prouidentia fieri, vt generales Synodi interdum cogerentur, in quibus ipsa propemodum Ecclesia facies, atque Christianæ Reges ordinatissima forma, ex aduersa hæresium confusione clarior appareret. Ad eam verò Ecclesiam, si qui à fide excidissent, iterum au-
D *dius accurrerent, aut qui eam coluissent, colerent adhuc ardentius, & venerarentur.*

Epitome Historiæ Sacræ unde petenda, qua deinceps ad Scripturam vniuersam, quasi filo quodam recte adducamur. Cap. LVIII.

REs autem à Mundi exordio Sacris Literis editas breuiter, & cum distinctione tẽporum vel vsque ad Christi Domini aduentum, & ad eius Ecclesiæ initia, vel item ad sui memoriam carptim plerique attigere: vt quæ prius ex ipsis Diuini Codicis fontibus hauserant, in eiusmodi quasi compendio recognoscerent: aut hoc prælecto, sancto illi Scripturarum operi sese rectius addicerent.

Ac Diuina quidem bonitas ad sui Templi structuram, quidquid à quocumque ex animo offertur, accipit libenter: nec permittit irritos esse labores qualescunque, præ-
E sertim qui ad eiusmodi uerè sacrosanctum negotium pertinent. Quare quidquid hoc de genere uidimus, id posse usui esse, non est dubitandum.

Ex Antiquis Sulpitius Seuerus extitit, qui hoc utiliter præstitit, libris, quos inscripsit de Sacra Historia, duobus: Quibus tamen vir pius lectores præmonet, ut cũm ex ipsis fontibus rerum Mysteria Diuinarũ hauserint, inde agnoscant demum, quę mente præceperint. Cùm autẽ Victor Viselinus, & ante hunc Petrus Galesinius, atque Ioannes Fileau Iuriscõsultus, qui Gallicè eundẽ Sulpitium verterat, Notas in eundem edi dissent, (præfertim priores duo Auctores) Carolus Sigonius Commentarij addidit: aduncto de temporibus Hebręorum Catalogo: quemadmodũ in Sacro Apparatu planius scripsimus.

Paul. Eph. 4. Ire. lib 3. c. 3. Tertull. de præscrip. aduersus hæret. Aug. cont. ep. Adimanti ca pit. 4. Pf. cant. partim Optat. vers. 7. Optat. lib. 2. cont. Parmen. Bellar. Card. Tom. 1. Cæs. Card. Bar. Thomas Bozius. Vide primum & 2. & 3. cap. post primi libri Tom. 1. Vide Auctores Refutationis cont. Dauid. Chytræum. cap. 2. Aug. in ep. ad Rom. initio.

Sulpicii Seueri libri de Sacra historia quales.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/text?image=00133

At inter Græcos Gregorius Nazianzenus aliquid hoc de genere, sed breuissimè, idq. carmine effecit: Nicephorus item Callistus Xanthopulus Iambis trimetris Sacræ Scripturæ Compendiariam Synopsim: Et Cyrus Theodorus Prodromus Græca tetrasticha in Pentateuchum, in libros Iosue, Iudicum, & Regum: In quattuor Euangelia, & in Acta Apostolorum, posteris reliquerunt. A

Richardus de S. Victore. Petrus Aureolus. Petrus Berthorius. Jo. Castellensis. Guido Ferrariensis. Sanctes Paginus. † Parisijs apud Aegidium Gorbinum anno 1584.

Sed et posteà è Latinis, qui propiores nostris fuere temporibus Richardus de S. Victore, Petrus Aureolus, Petrus Berthorius, Ioannes Castellensis Breuiarium quisque Bibliorum scripsere: ne quid dicam de Guidone, seu Guido Ferrariensi Sacerdote, qui carmine facili Margaritam super vtrumque Testamentum inscriptam edidit. In omnes verò Testamenti veteris libros Historicos Sanctes Pagninus compendia per argumenta capitum Biblijs suis præfixit. Accessit Georgius Ederus, qui non tam com pendium, quàm vberem Oeconomiam edidit vtriusque Testamẽti per Tabulas distinctam. Sed è Gilberti Genebrardi, tum Chronographia, de qua non ita multo post agendum erit, tum libello cui titulus est Notæ † chronicæ, siue ac Chronologiam, & Historiam vniuersam Methodus, facile tota Sacræ Historiæ series (licet breuior) in curret in oculos. B

Rerum gestarum, quas Diuina refert Historia difficiles nodi. Cap. LIX.

Historia humana necessitia.

AT quoniam difficiles rerum gestarum nodi in vetere, ac nouo Testamento occurunt, ideo quinam hi præcipui esse videantur, atque vnde petenda sit eorum solutio, dicam paucissi prius illud attulero; Diuinam historiam, etsi plena veritatis, atque auctoritatis est, admittere tamen historias (vti & disciplinas) alias, eatenus præstantius, quatenus qui in ea prænitiati sunt Regnorum euentus, aut reliquarum rerum status, aut etiam Synagogæ interitus, hi deinceps ab Ethnicis quoque enarrati, fidem veritati astruunt, quemadmodum item res ipsę consecutę cælestis eloquij firmitatem maximè ostenderunt. C

Basil. hom. de humana Christi generatione: & Hom. 5. exhamerom.

Dignitera fide (inquit Basilius) *testimonia sunt, quæ proficiscuntur ab hostibus*: & alibi, *χρὴ πολλαχοῦ ἡμᾶς, καὶ παρὰ τῶν ἀλλοτρίων τὴν ἀλήθειαν ἐντοιαῦτα πιστοῦσθαι, ἐξ ὧν τοῖς ἀντιλέγουσιν ἀναμφίλεκτος ἡ μαρτυρία γίνεται*: hoc est: *Plerunque* (ait) *nobis ab alijs petendus est quidam vigor ad bonorum operum demonstrationem*: sicuti autem vites clauiculis sustentantur, sic fides externas disciplinas adhibet, vt in animos facilius influat.

Nodi historici in Diuina Scriptura.

Ac nodi quidem sunt, quales de Terrestri Paradiso: de Gigantibus, atque eorũ ortu: de Enoch, vti & de Helię translatione: de Adami sepultura: de Melchisedech: de Assur, qui Genesis decimo capite Niniuen condidisse dicitur: de ædificatione Babilonis, cuius non unus, & idem conditor memoratur: de Iacobi Patriarchę benedictionibus: de annis, quibus demoratus est Israelis populus in Aegypto: de Iudith, quę Holoferni caput amputauit: de Hester, quę nupsit Assuero Regi: de Iob: de Sybillarum numero, & oraculis: de captiuitate Babylonica: de instauratione Templi, atque Hebdomadibus Danielis, vnde nam inchoandæ, ac quousque producendæ sint: sicuti & de Regnis, quę Angelus ei futura prædixit: de Chaldæis Regibus, nempe Sennacherib, Salmanassar, Nabuchodonosor, & reliquis, quorum opes immensæ prædicantur in Biblijs: de edicto Cæsaris Augusti sub diem Natalem Christi Domini; Exierit ne illud præsidę Syriæ Cirino, an Quinctilio Varo, vt quidam maluerunt: quoto anno vitæ Christus Dominus diem obijt: quinam fuerint ij, quorum mentio fit in Euangelio, erga quos ingentia contulit beneficia Dominus: sederitne Petrus Romæ vigintiquinque annos, vt nostri Patres tradidere; numve id Sacris Biblijs, Consulumque chronologiæ repugnet. Ac quæ sunt huiusmodi alia. D

Luc. 2.

Vnde horum nodorum solutio. Cap. LX.

VNde autem peti istorum solutio possit, dicam. Præter antiquos Patres, atque Chronographos, facium est, ut hoc sæculo humana, & Ecclesiastica mirificè reuiuiscerent Historia. Quas enim unà cũ Diuina hęretici enixè obscurarunt, reliq; verò superioribus proximis sæculis minus integras edi curauerãt, has oẽs E

Catholici

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00134

A Catholici viri doctissimi (quæ Deo sit laus) quasi rediuius nouissimè nobis tradide
» re. Et Hieronymus quidem †, *Ad intelligendum* (inquit) *Scripturas, præcipuè extre-*
» *mas partes Danielis, multiplex Græcorum, & Latinorum Historia necessaria est. Suetonij*
» *vndecimi, Callinici. Diodori, Hieronymi, Polybij, Posidonij, Iosephi, nostrij, Liuij, & Pom-*
» *peij Trogi, atque Iustini, qui omnes extrema Visionis, quæ Daniel apparuit, narrant histo-*
» *riam: & post Alexandrum, vsque ad Cæsarem Augustum Syriæ, & Aegypti, ideò Seleuci,*
» *Antiochi, & Ptolemæorum bella describunt.* Idem verò de Humana quoque Historia Au-
gustinus inquit *.

At nostro hoc sæculo Gilbertus Genebrardus, ea, cuius facta mentio est, Chrono graphia; deinde Melchior Canus vndecimi libri, præcipuè tertio, & quinto capitibus; Iansenius in Euangelicam Harmoniam; Franciscus Toletus Societatis nostræ Theo
B gus postea Card. in Ioannis Euangelium; Robertus Card. Bellarminus, vbi de auctoritate Canonicorũ librorum agit; atque in primis Benedictus Pererius Cõmentarijs in Genesim, & Danielem, magnam istorum nodorum partem soluunt. Pererius enim, mirum est, quantam vniuersæ Historiæ lucem attulerit: quod qui eius in Danielem scripta perlegerint, facile intelligent ‖. Sed & quæ ad Noui Testamenti historicos nodos attinent, Cæsar Card. Baronius suis Annalibus diligentissimè expendit: prioremque prætim Tomo, qui Romæ secundò est editus: Secunda enim hæc editio Romana priori præstat. Sed & ante Baronium, Martinus Martinius, is, quo diximus fuisse libros Hypotyposeon conscriptos, libro primo, capite decimo tertio, cùm de vtilitate Historiæ ad Scripturas intelligendas ageret, pleraque ex ea promit, quæ potissimum ad nouũ Testamenti gesta liquidius cognoscenda pertinent. Quale illud. Quis fue-
C rit, cui Dominus dixit: *Relinque mortuos sepelire mortuos suos* *. Quæ ætate Lazarus fuerit excitatus à mortuis: ac quandiu postea vixerit ‖. Quoto anno Ioseph Beatissimæ Virginis coniunx eam in vxorem duxerit *, quamdiu fuerit Dominus in Aegypto. Vnde nam illud Tribuni ad Paulum in Actis Apostolorum. *Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum* ‖? Vnde. Quod Dominus resurgens primo apparuerit Matri, ‖ Et quid Dominus digito scribebat in terra? Quænam descriptio facta fuerit Præside Syriæ Cirino *. Quoto ætatis anno Christus diem suum obierit ‖. Num Paulus Profectus sit in Hispaniam, quod ille fore scripsit ad Romanos? In his autem Martinus Martinius interfuit quæstionem illam Num Samuel fuerit tantum Leuita, ut inquit Hieronimus, ‖ vel item Sacerdos, quod Nazianzeno placuit *.

D Porrò de Regnis Syciconiorum, Argiuorum, Athenien sium, Aegyptiorum, Medorum: de Monarchia Persarum, de Dynastijs Assyriorum, quas aliquis Diluuio antiquiores fecit, Pererius autem secundo Tomo in Genesim posteriores fuisse defendit, agendum alibi est, ac proinde inde series, notitiæque ipsorum liquidior haurienda. Ea enim omnia ad Diuinam Scripturam intelligendam plurimum pertinent. Quod & præter Græcos Augustinus, & Orosius * monstrarunt.

† *Hieron. in præf. in comment. in Dan.*
* *Aug. lib. 3. de doct. Chris tia. capite 28.*
Pere. in Gen. & Daniel.
‖ *de Vide Cit. Alex. Strom. 3. & Tertul. lib. de Baptis. Matthæi.*
‖ *Epiphan. lib. 3. de hære ſi. Hæres. & lib. 2. de hære. Antidicomarianarum.*
‖ *Hiero. ad. uersus Helua dium.*
‖ *Aug. lib. 2. cap. 1. Ioseph. lib. 20. de Antiq. capite. 3. & 4. Ioseph. lib. 18. Antiq. cap. 2. & 4.*
* *Ignat. in ep. ad Trall.*
‖ *Epiph. lib. 3. de hæref. Antidicomarianarum. Greg. hom. duæ super hom. loc.*
‖ *Hieron. in Matt. 12. & in Amos c. 5.*
‖ *Epiph. lib. 3. cont. hære. in hæref. Aeriarum.*
‖ *Hieron. in ep. ad Princi. pium & cit. Pelagianum & Greg Naz. in Apologet. in Laudem hi storiæ.*
* *Aug. in lib. de Ciu. Dei passim.*
* *Paulus Orosius.*

Iosephi Iudæi Historiæ haud integra fides habenda. Cap. LXI.

E AT qui de Iosepho Iudæo dicendum est fusius in Sacro Apparatu quando qui dem & à Hieronymo connũmeratus est inter Scriptores Ecclesiasticos eas ob causas, quas ibi afferemus. Verumtamen cùm Diuinę historię eius lectio non minimùm conferat, pauci scribam, quę in eo sunt obseruata. Primò licet se nihil adiecturum Diuinis libris, prętermissurumve dicat in Phœœmio, Antiquitatum (quas quidem constat post bellum Iudaicum scripsisse ‖) multa tamen adjecit, quędam etiam uideturconsultò omittere: Vt de Iuda ad Thamar. Gen. 38. De Aegyptioà Moyse cęso. Exod. 2. De adoratione Vituli Exod. 32. & aliaplęraque: Quędam item frigidius narrat. Gen. 27. Tacet dolum filiorum Iacob Gen. 34. Parum item fidelis à nonnullis habetur, quòd & ex eo conijciunt, quod iupputatio, quam ab Adamo facit, vsq. ad Diluuij tempus, diuersa fit non solùm à ueritate Hebraica, verum etiam ab Editione Septuaginta Interpretũ: neq. admittunt, qd mendũ in codicẽ irrepserit,

† *In proem. antiqu. post medium. Verſe. Quæ uero ſi. & lib. 10. cap. 12. in fi. & in proem. antiq. vel lib. 1. c. 19.*
‖ *lib. 1. antiq. capite 1. ante medium. Ver. Et usque ad hoc tempus.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?sperre=00135

cùm exemplaria omnia in hoc conueniant. Notatur etiam, quòd nouem Herodis annos prætermiserit; De Pilato secus quàm Philo, & rei veritas postulet, scripserit: In temporibus descriptionis Quirinij, Varij Exilij Archelai: Coponij Procuratoris: Pontificatus Ananiæ: in Numero Legatorum ad Caium: Fastis Consularibus: in historia Herodiadis: in causa excidij Hierosolymitani, quam potius Iacobi neci, quàm morti Christo Domino illatæ tribuit, lapsus est, vt in nonnullis item alijs. Videat illud ipsius quæ Egesippus libro tertio capite quinto; Cæsar Card. Baronius, tomo primo Ecclesiasticorum Annalium de eo scripsit. A

Ad reliqua Iosephi quæ attinent, ea magnum habent momentum ad Diuinam Historiam planius percipiendam: ad gentium errores confutandos, ad pietatem hauriendam, siue cum de Dei nomine, de mandatis, etiam contra Epicureos, siue cum de Moyse populum, & de Samuele Saulem alloquentibus agit; ad veram item antiquitatem rerum gestarum vel prædictarum enarrandam, cum de Beroso, Megasthene, & alijs, ac de Sybilla scripsit. B

Necessaria vera temporum notitia ad Scripturæ. Cap. LXII.

QVod ab Antiquis dictum est, apud quos temporum notatio non cohæret, apud hos nec veritatis, neque historiæ fidei rationem vllam posse constare; Hoc cùm verissimum sit in reliquis, certè multò verius est in Diuina Historia. Quippe tempus (quod ipsi quoque Stoici docebant) norma rerum est, atque custodia. Cùm enim fit veritatis quasi pater, & index, sanè rerū gestarum memoriā, ac diuturnitatem posteritati conseruat. Nec verò hæc tantùm conseruat, verum etiam Mundi originem, & promissiones de Christo Domino, atque de æterna Beatitudine, ac deinceps consilij ipsius constantiam, quasi digito ostendens, facit, vt ex temporum obseruatione, atque editarū rerū serie, perpetua Diuinæ sapientiæ, quæ tantum opus ante sæcula apparauerat, argumenta nobis innotescant, & stimulos addant ad credendum, sperandum, diligendum Deum. Quæ, qui non attendunt, aut ex alijs potius, quàm ex Diuina putant Historia posse cognosci, vix vmquam quidquam solidum aut certum eliciunt; fitq. necessario, vt, rerum haud cognita origine, ea quæ ad finem spectant, & finis ipse ignorentur. Hoc autem ignorato, ecquò perget mens auida scientiæ, incerta itineris, fluctuans vbique, ac denique scopulis illidens, numquam portui appellens? Accedit, quòd cognita ratione temporum, quibus Regna & Imperia steterè, ac tandem conciderunt, certimus simul nihil esse tandem in tota rerum natura, quod temporis vetustate non exedatur. Neque verò huic rei remedium ab humana prudentia vllum posse adhiberi: quandoquidem tota hæc Adami progenies fluxa est, & fragilis, nullaq. omnino in tempore est perpetuitas. Quocirca dolendum est, huc prius, quàm alio ingenia initio non confugisse: neque enim olim in vniuerso Terræ ambitu natio vlla fuit, excepta vna Israelitica, nempe Diuinis oraculis edocta, quæ veras antiquorum rationes tenuerit, easq. in medium protulerit: præterquàm quod si quid ab Ethnicis auctoribus, rerum suarum texendis narrationibus, & demonstranda temporis ratione aliquid præstitum est (quod tamen non usque adeo erat firmum ac certum,) iam vix quidquam superest: cùm apud Græcos Thalli, Castoris, Phlegontis, Heratosthenis Canones euanuerint; Apud Romanos autem hoc infeliciter cesserit, qui rationem hanc temporum serius amplexi sunt; Inter hos verò, qui antiquam Chronologiam texuerunt, Eusebius (quàmuis è Græcorum ac præsertim Africani monumentis multa deprompserit, egregiè q. nobis conseruauerit) siue ob temporum in iuriam, siue ob Amanuensium errores, aut aliud, haud plenè satisfaciat: Ex recētioribus autem Chronologis, vix vmquam è sexcentis, qui hac de re scripserint, alter consentiat cum altero: Qui autem fictitios Berosum, Metasthenem, Catonem, & Philonem, ac nescio quos alios secuti sunt, qui tantum octoginta ante annos, caput nescio è quibus sepulchris exeruerunt; toto errauere cælo in pluribus; cùm nouos Reges in Perside Assueros, & Prisceos, & Longimanos, & Pios, ac duos Cyros, & nescio quæ alia somnia Viterbiensis Annij, vti supra ostendimus, produxerint C D E

a Egesippus lib. 3. c. 5. de excidio Hierosol. Lapsus aliqui Iosephi de temporibus.
b Cæs. Bar. To. 1. Annal. Eccl.
c Ioseph. cōtr. Apion. em. d lib. 2. Antiqu. capit. 13. e lib. 3. Antiq. capit. 6. f lib. 10. Antiq. capit. 14. uersus finē. g lib. Antiq. Cap. 9. h lib. 1. cap. 3. & 8. in medio. & ea. 15. versus finem. & lib. 10. cap. 12. & fin. & 13 post principium. & lib. 2. antiq. cap. 9. in fine.
Quàm sit momenti in historia temporum ratio.
Rerum humanarum in constantia.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00136

A rint in medium: Ipse denique Iosephus Scaliger, cùm eo libro, quem De emendatione temporum non ita pridem Lutetiæ Parisiorum edidit, conatus sit omni contentione, ac vi ingenij, certam rationem Chronographiæ afferre, nequiuerit tamen assequi cuncta, quin etiam in hac ipsa re errauerit haud leuiter, quod & in alijs fecit; quemadmodum in Refutatione aduersus Dauidem Chytreum ante quinquennium nos, postea verò Benedictus Pererius edens Commentaria in Danielem, denique aptissimè Christophorus Clauius, Theologus, & Mathematicus Societatis nostræ, indicarunt: Propterea satis fuerit nunc, recensere eos, qui propius ad veritatem accesserunt; si prius Benedicti Pererij, Philosophi ac Theologi è nostris, aliqua ex ipsius in Danielem Commentarijs, mox è Panthagato, Onuphrio Panuinio, Antonio Contio, Benedicto Aria Montano, Petro Garsia, Gilberto Genebrardo attulerimus: Nempe nõ

B vsquequaque veram esse Hebræorum Chronologiam eam, quam Rabbini ex Thalmudicis scriptis mendosissimam, suoq; ex arbitrio confictam in explanandis sacris literis, quamq. nonnulli è Christianis (veluti Nicolaus Lyranus) amplexi sunt. Errori ansam præbuisse putant aliqui, non solùm quod externorum historias, ad quas plerumque Diuina Historia respicit, verùm etiam quòd alia plurima ignorauerint: sicuti alibi dicendum est.

Iosephus Scaliger multũ peccauit in temporũ emẽdatione.

Hebræi sunt historiarum omnium pre terquam suæ ignorantissimi.

In c. 1. lib. Esdræ, & lib. Esther, & super 9. c. Danielis.

Hebræi vnde putant tempora, & cur errent in Chronographia. Cap. LXI II.

C Porrò solent Hebræi putare tempora, vel vsque à creatione Mundi; vel ab egressione Hebræi populi ex Aegypto; vel ab ædificatione primi Templi Salomonis; vel à solutione captiuitatis Babylonicæ, & reditu in Patriam; vel ab instauratione secundi Templi, aut Vrbis refectione; vel per annos Principum, quorum imperio subiecti erant (quò pertinent anni Regni Græcorum, fæpe in libris Machabæorum vsurpati) vel etiam per Iobilæos, quorum vnusquisque quinquaginta annos cõtinebat: Ad quæ adijci posset computatio per hebdomadas Danielis. Sed & in his pene omnibus ab ijs erratum est: *Principio* (inquit Pererius) *illud Hebræi prouera, certoq; habent, nec plures Reges, neque plures singulorum Regum annos fuisse in Monarchia aliqua, vel Regno, quam qui in sacris literis memorantur: Quo fit, vt Balthasarem ultimum Chaldæorum Regem tribus tantum annis regnasse affirmenti; quia in Scriptura, hoc est apud Danielem, de Regno eius non vltra tertium annum mentio fiat. Cyro quoque primo Persarũ Rege tres dumtaxat imperij annos assignant, quod Danieli tertium annum eius Regis nominet. Similiter Dariũ, cuius principatu Templum Hierosolymitanum refectum est, sex modo annis regnasse perhibent; quod eorum meminerit Esdras, nec vltra memoret Scriptura, Dentiq. Monarchiam Persarum non nisi quattuor Reges vsque ad Alexandrum Magnum tenuisse arbitrantur; hoc est Cyrum, Cambysem, Assuerum, & Dariũ: propterea quod scriptum est apud Danielem, tres Reges post Cyrum in Persidæ regnaturos: quam opinionem etiam Hieronymus* testigit. Verum enimuero hæc Hebræorum sententia recedit à vero, nec sibi constat. Nec enim propterea negandum est, plures fuisse Reges in Monarchia aliqua, vel Regno, aut eos pluribus annis regnasse, quòd de pluribus Diuina Scriptura mentionem non faciat. Nam eadem sacra Scriptura, profanam Historiam & Chronologiam, haud simpliciter & absolutè tractat, sed quatenus ad Historias sacras pertinet. Sic igi-

D „ tur Hieronymus. *Scripturæ* (inquit) *sanctæ propositum est, non externam absque Iudæi historiam texere; sed eam, quæ Israelis populo copulata est. Quò fit, vt historias Gentilium,*

E „ *nec plenè, nec ordinatè tradat. non enim cura fuit spiritui prophetali, historia ordinem sequi, sed præclara quæque perstringere.* Hęc ille.

Pererius in cap. 11. Dan.

Cap. 8.

Cap. 10.

1. Esd. cap. 6.

Cap. 11. Hieron. in 7. & 11. cap. Dan.

Super 6. 11. Dan.

Mira quoque cernitur Hebræorum inconstantia. Neque enim, si constarent, sibi, tribuerent Dario Medo duos Imperij annos, cùm Scriptura apud Danielem, unius tantùm anni meminerit: nec Regi Euilmedorach assignarent uiginti tres annos, cùm ex ipsa Scriptura, plures uno anno colligi nequeant: nec affirmarent, maritum Esther Regem Assuerum regnasse quatuordecim annis; cùm liber Esther, anni dũtaxat duodecim memoriam habeat. Quid plura? Darium, sub quo ædificatio Templi absoluta est, sex annis regnasse, dicunt Hebræi, cumq. faciunt ultimum Regem Persarum: At verò Esdras & Nehemias Regem Persarum laudant Artaxerxem, eiusq; trigesimum

Hebræorum inconstantia in chronographia. *Cap. 6.*

Esth. 3.

2. Esd. cap. 5.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00137

mum secundùm Regni annum memorant; quem post fabricam Templi consumma- A
tam regnasse ex historijs Esdræ, & Nehemiæ manifestum est. Ceterum ut ijsti in hæc
impegerunt, sic fecere in Theologia, & Philosophia. Ac dissimilis tamen istorum Io
Ioseph. om- sephus fuit, ut eiusdem tamen gentis ac religionis. Is namque in omni Latinorum
nium histo- & Græcorum Scriptorum genere uersatus, omnem Gentilium Historiam, & Chrono-
rianum peri- logiam excussit, & perdidicit: ideoq; ab istorum Hebræorum ineptijs remotissimus
tissimus. fuit. Et illi ipsi quidem errores, tam de Perfarum, quàm de alijs antiquis Regibus
ex parte cernuntur in eorum Seder Olam, hoc est Chronographia, quam Genebrar-
dus ex Hebræa Latinam fecit.

Chronologia secundum Regum seriem non omnino certa. Cap. LXIIII.

B
ALtera Chronographia, multis, bonisq. Scriptoribus probata, ea est, quæ de-
scribit continuam seriem, atque ordinem recensetq omniũ Regum, atque cu-
iusq. Monarchiæ, & Regni, singulorumq. Regum annos, quibus imperij te
nuere. Ac tamen hæc non omnino certa est. Primũ, quòd ubi multitudo est, atque ua
rietas, ibi sæpe confusio & error accidit. At quũ in quauis Monarchia multi fuerint Re
ges & multos quisque eorũ annos regnauerit, perdifficile est, omnes annos omniũ Re
gum ita colligere, nihil ut desit, aut redunder. Hoc autẽ cò difficilius est in disputatio
ne de Septuaginta hebdomadis, quòd tempus hoc tres maximas Monarchias, Persi-
cã, Græcam, & Romanã, & triginta circiter Regum annos complectitur. Deinde ne-
gotio temporũ, quæ fit per annos Regum, non rarò occasionẽ errandi præbet. Nonnũ
quam. n. Scriptores in Regibus enumerandis, non omnes percensent, sed præterimit-
tis obscurioribus, insigniores tantum cõmemorant. Interdum Reges diuturnaxat legi- D
timos deferibunt, qui legitima uel successione, uel electione imperiũ tenuerunt; alijs,
qui Tyrannice in Regnum inuaserunt, præteritis. Vsu quoque uenit, ut Regum tan
tu mmodo tempora describantur, tacitis Interregnis, quæ inter prioris Regis mortẽ,
& posteriores creationem intercesserunt. Ad extremum primus & extremus cuius-
que Regis in Imperio annus, fiquidem ille completus non fuerit, à quibusdam memo-
ratur, ab alijs reticetur. Atque hæc fuit caussa, cur Tertullianus, & Clemens Alexan-
drinus, atque alij obscuriores Auctores, in tractatione septuaginta hebdomadum, lõ-
gè à vero aberrauerint.

Chronologia, ex obseruatione Olimpiadum, quænam. Cap. LXV.

C
POstremam Chronologiam, omnium laudatissimam, certissimam atque optimis
Auctoribus usitatissimam Pererius esse eam inquit, quæ Olympiadum obser-
uatione constat. Nomen autem Olympias accepit ab Olympiacis Ludis, qui
Ioui illi Olympio, maxima totius Græciæ celebritate, quinto quoque anno in Elide
agebantur: ut spatium quattuor annorum inter Ludos Olympicos, & alteros proxi-
mè sequentes interiectum, Olympias à Chronologis appellata sit. Vsus autem Olym
piadum induci cepit in temporum putationem viginti quattuor annis ante Romam
conditam, qui fuit octauus annus Regni Achaz Regis Iudæ. Ratio verò Olympiadũ
p roperera in Chronologiam adscita est, quia cum spatium quattuor illorum annorũ
breue esset, atque inuariabile, & propter celebritatem Ludorum Olympicorum cun-
ctis ferè gentibus notum, ideoq. nullius propemodum erroris capax, usum est fore no
tatu facillimum. Quamobrem diligentissimi quique Scriptores, tam Græci, quàm E
Latini (idem at Pererius) limatissimam describere studentes rationem temporũ hac
maximè Chronologia usi sunt. Marcus quidem Varro apud Cẽsorinum, tria totius
Lib. de natu. dierum Ro- æui distinxit tempora: Vnum ante Diluuium, quod quantum fuerit, neminẽ morta-
mano. lium scire existimauit: Alterum post Diluuium, vsque ad primam Olympiadẽ, quod
ipse ἀμύθητον, hoc est fabulosum, appellauit. Cùm enim Scriptores, in digerendis,
& declarandis illis temporibus, nullam sequerentur certam rationem Chronologię,
innumerabiles fabulas miscentes, incertam reddiderunt eorum temporum historiã.
Tertium tempus Varro deducit à prima Olympiade, ad suam vsque ætatem quod uo-
cat ἱστορικόν, quasi certum, & verum. Nam quia res eius temporis, propter usum

Olym-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00138

A Olympiadum, testatis literarum monumentis consignabantur, propterea ueram esse eius temporis historiam, existimare conuenit. Iulius Africanus, apud Eusebium ita scripsit. *Vsque ad Olympiades nihil exploratum in Historia Græcorum inuenitur, sed omnia sunt confusis scripta temporibus: post Olympiades autem, quoniam quadriennio diligentissime omnia notabantur, nulla penitus confusio temporum apparet.* Augustinus, obseruationem Olympiadum ad multas quæstiones sacras, & Ecclesiasticas explanandas conferre plurimum censet.

Iul. Africa. lib. 3. Ann. apud Euseb. in chronol. & li. 10. de Prep. Euang. Aug. lib. 2. de doct. Christ. cap. 28.

Hæc quidem magna ex parte Pererius & alij, cum quibus tamen non omnino sentimus in Iosephi Historici commendatione, quòd hic in suorum temporũ Chronologia errauerit, quemadmodum & dictum est, ac liquidius dicetur. At præter Africanũ, Eusebium, Sulpitium Seuerum, Orosium, & alios plurimos, cùm quidam habeantur B hac in re celebriores (licet inter sese dissenserint,) expedit, ut de ijs aliquid dicamus. Sic enim (spero) liquebit, cuiusnam Chronologia ueritati sit propior.

Vide apparatum sacrum Auctoris in vtrbo, Iosephus Iudæus.

Chronologia ex Solis, Lunæ, motu, & cursu. Cap. LXVI.

PRimus fuit Octauius Panthagatus Pacatus Brixiensis, cognomento Pater, de quo viro à me olim cogniro, Onuphrius Panuinius Epistola ad Metellum Scquanum Iurisconsultũ missa, hęc inquit: *Ille quoque Chronicon multis adnodum ab hinc annis, eadem, qua postea fecit Mercator, ratione sibi conscripserat, tempora correxerat, & ingeniose, & erudite, incredibili, cum diligentia. Quam enim omnes historias tenuerit, haud ignoras. Exeo Chronico, multa (cui enim hoc, nel negem ingratus, vel dissimulem?) hausi, primumq; temporum restitutionem didici. Infinita alia propè ab eo utiro accepi. Nam apud eum fui frequens.* Hæc Onuphrius.

Octauius Pathagat. Chronographus qualis.

Gerard. Mercator qualis.

Alter fuit Gerardus Mercator, de quo idem ipsi Metello Onuphrius sic scripsit, ut eum non tam in Chronici ratione, quam in fide Catholica nobiscum sentire percuperet, à qua (quod dolendum est) fuit alienus. Nam & properera eius Chronographia tanquam hominis Martino Luthero nimium addicti, à sancta Sede Apostolica prohibita est. Ceterum cùm Onuphrius dixisset sibi penè omnia, quæ ad rationem temporum attinerent, esse expedita & certa, adiecit, se quoque (antequam nosset Mercatorem) ad calculum annos ex Solis, Lunæq. motu, ac cursu reuocasse: quorum Planetarum multa deliquia, ea præsertim, quæ ante Christum acciderunt, temporibus diligentius expendendis collegerat. Quod cùm item Mercator fecisset, qui & Onuphrii D se exactissimam temporum demonstrationem concinnasse, quibus verbis suã Chronologiam præmonstrauit, non tamen adeo cõmoda euadit signandis temporib. illa deliquiorum in cælestibus Astris obseruatio, uti existimabat: quando quidem, quæ inter Eclipses intercidunt tempora, non sinunt iustissimã eorum summam subducere. Id quod etiam dictum sit de Chronico, siue supputatione Temporum Martini Beroaldi, qui eamdem Eclypsium, quam Mercator, instituit uiam. Summã autem Annorum Beroaldus ab Orbe condito vsque ad Christi Domini Natalem diem facit 3928.

Mercatoris Chronolog. in suo deficiat.

At verò cum Lutherum, & alios eiusdem furfuris potius quàm farinæ in suã Chronologia nominet, atque ex Funccio, Ioanne Sleidano, & alijs huiusmodi, interdũ Historias afferat, & in Nouo Testamento recitando potius hæreticorum, quàm uulgata editione utatur, intelligi potest, si permittenda sit eiusmodi Chronographiæ lectio, E purgandam omnino esse, atque istam inde rubiginem esse detergendam.

Aliorum trium recentiorum Chronologia quanam. Cap. LXVII.

ACcessit Melchior Canus, qui undecimo libro Locorum Communium, in nono argumento excutiendo, multa de ratione temporum, siue ad Diuinam, siue ad Humanam historiam pertinentia tractat capite quinto, vsque ad finẽ. Qui quoniam unicuique extat ad manus, longior verò fieret hæc narratio, si huc insereretur, eo remittimus lectorem.

Melchioris Cani Chronologia.

Præterea Benedictus Arias Montanus, codice, quem Danielem, siue de Sæculis inscriptum, adiungi cutauit Biblijs Regijs: In cuius codicis fronte pollicetur magnum opus

Arię Montani temporũ descriptio.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00139

opus (quod nondum peruenit ad manus meas) in quo historiarum in specie, circa tē- A
pora repugnantiæ, apertissima (inquit) explicatione dirimantur. Eo igitur, post præfa
tionem, ubi Mundi conditi initium fuisse Autumni tempore, ex obseruata sacrorum
librorum sententia, Annumq. licet multiplicem, & alijs, atque alijs gentibus uarium,
eum tamen, qui rebus Mundi constituendis comparatus est, duodecim mensibus con-
stitutisse, ostendit; rationes temporum sic explicat, vt ab Orbe condito, vsque ad septua-
gesimum superioris sæculi annū hoc est ad 1570. non fluxerint plures, quàm sex anni,
Anni mundi quot iuxta Aniam. & triginta, & trecenti supra quinquies mille. *Cetenum*, ait, *in reliquis annis numeran dis, vsque ad Templi secundi, & Hierosolymorum vastationem, non satis nostræ cum aliorū rationibus conuenit supputatio. Namque in ijs temporibus adnotandis, quæ post transmi grationem Babyloniacam ad Machabæorum Regnum vsque fluxerunt, nonnihil variant Auctō res. Sunt qui per Sacerdotum, & Profectiorum tempora enumerantes, trecentos & septua- B ginta quattuor faciunt annos: Deinde addunt centum Machabæorum Regni: & centum & septem Herodum, vsque ad Hierosolymitanum excidium: Quæ superiori summæ additi no- tant annos ter mille nongentos octoginta, à Mundi initio, vsq. ad illud excidium. Auctor ve- ro qui breuiora chronica Hebræis conscripsit, aliam rationem sequutus, ter mille octingentos quadraginta unum annos, à Mundi initio, vsque ad Templum à Tito vastatum, ponit, illis nominatibus: A Mundi initio, vsque ad Babyloniam captiuitatem, annos nouiscum numerat ter mille trecentos, triginta octo: Exilij Babyloniei, septuaginta: Regni Medorum, quinquagin ta duos: Græcorum Regni, centum septuaginta quinque: Machabæis tribuit annos centum & tres: Herodibus totidem. Horum summa est, tria millia octingenti quadraginta unum.*

Hæc Arias.

Contij Chro nographia qualis. At Antonius Contius Iurisconsultus, qui professus Iuris prudentiam, C cùm existimasset sese Chronologiam inuenisse certissimā, *quamuis* (inquit) *ex Eusebio Orosio, ex his vero Beda, & tota tandem Latina Ecclesia amplexa est, secundum quam* (ait) *Christus dicitur natus anno Mundi* 5199. aliqui Codici Iustiniani, edito Antuerpiæ à Christophoro Plantino, anno huius sæculi septuagesimo quinto, adiecerunt: Quam quidem idem Contius uberius tractauit ijs in scholijs, quæ scripsit in Tripertī tam Chronographiam Nicephori: de quo uide in uoce, *Nicephorus*, in nostro Sacro Apparatu.

Garsiæ Galarzæ, Alexandri Sculteti, & Genebrardi Chronologiæ quænam. Cap. LXVII.

Garzias Galarza insignis Chronogra phus. PRæter istos fuit Garsias Galarza Episcopus Caurien sis, qui Euangelicarum In D stitutionum tertio, ac sequentibus libri septimi capitibus de Annorum mensu ra, initio, & varia supputandi ratione secundum Hebraicam veritatem, & secū dū Septuaginta Interpretes agens, deinceps Chronologiam, ex Hebraica ueritate de ducit; quam fanè expediet in eo Auctore perspicere, uiro doctrina & pietate præstan ti. Inter alia enim discrimen ostendit, quod inter Græcos, & Latinos enatum est de numero annorum ab Adamo, usque ad Diluuium. Græci enim sequuti Septuaginta In
Varietas an norum ex re. interpretatio ne & aliorū unde orta. terpretes ab Adamo vsque ad ortum Abrahæ, numerant bis mille ducentos quadra ginta duos annos. At Hebræi mille sexcentos quinquaginta sex, ex cap. 5. & 7. Gene seos, quos quidem Hebræos sequuti sunt Latini, Hieronymus, Augustinus, Beda, Phi lo, Iosephus, Driedo, Io. Lucidus, Cælius Lusitanus, Augustinus Eugubinus, & ferè omnes Latini Patres. Quoniam verò Septuaginta Interpretes rationem Ægyptio- E rum supputandi annos iniuerunt, non autem Hebræorum, factum est (inquit Galar za) ut ortum sit discrimen inter Græcos, qui Editionem Septuaginta sequuti sunt, & Latinos, qui vulgatam ex Hebræis fuerant amplexi. ipse autem Galarza, fere quat tuor mille annos à Mundi creatione ad Christi natiuitatem supputat in fine capitis octaui lib. 7.

Alexād. Scul terus quam Chronogra phiam scri pserit. Alexander quoque Sculterus Prutenus, & olim Canonicus Varmiensis, qui Chro nographiam, siue Annales omnium fere Regum, Principum & Potentatum ab Or be condito usque ad annum Domini 1541. confecit, Romæq. edidit, quæ quidem a- cre uiri iudicium, atque diligentiam ostendit, neque in secundis habenda. Is autem

ab

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00140

ab initio Mundi usque ad natum Christum colligit annos 3959.

Genebrard. elum Chronographi præstantissimus.

Postremus fuit omnium Gilbertus Genebrardus cuius nomine Chronographiæ libri quattuor auctiores emissi, anno huius sæculi octogesimoquinto, ac denique uberiores anno millesimo sexcentesimo Parisijs prodierunt. Hic verò existimant nullam esse aptiorem methodum ad annosam antiquitatem animo complectendam; quàm si vniuersum Chronographiæ corpus in certas ætates, ac sæcula distinguatur, quæ nec nimis sint contracta, nec nimis prolixa, atque hic exerceatur, quod Rhetores præcipiunt; nimirum in perspicuitate tenendam esse partitionem, quæ nec sit minutior, nec amplior. Quæ cum Genebrardus pluribus fuisset persecutus, egit, quid sentiat de Olympiadibus, aliarum ætatum, siue suppurationum principijs haud satis cognitis: Ac de Chronologorum, & profanorum, & sacrorum scrupulis. Demum suam Chronographiam tutatus errorum causas in alijs ostendit: Itaque & respondet Antonio Contio, solidasq; affert rationes, cur veteres, & recentiores, in putatione tempo rum hactenus sint lapsi: quas quidem summatim ad librum nostrum de Historia humana retulimus.

Quamobrem, vt dicam quod sentio quando, & qui mecum sentiunt, habeo viros optimos) Genebrardi Chronologiam ex ijs, quæ hactenus fuerunt, euulgatæ, integriorem puto, atque absolutiorem, licet uiri aliqui pij desiderassent, minorem Rabbinorum Iudæorum in priore veteris Testamenti Chronologia, in secunda verò noui Testamenti, nullam quorumdam hæreticorum fieri mentionem. Ac tamen Genebrardus hosce plerumque citat, non tam vt eis auctoritatem arroget, quàm vt ex eorum testimonio conuincantur. Hoc verò liquet, si cui placeat legere, quæ de Ioannis Sleidani mendacijs commemorat. Certè nos mallemus, bonos omnes Auctores, ab istorū omnino citatione superfedere, nisi vbi suis scipsi telis confodiunt. Ceterum in ijs, quæ de rebus huius sæculi posterioris Genebrardus adiecit, ad gesta nostræ ætatis pertinentibus, non dubito, quin, si ea liquidius cognouisset, eadem vir veritatis studiosissimus, certius enarrasset, sed hęc alio pertinent.

Vide commentarios Auctoris de Moiso tua.

Concordiæ, siue Harmoniæ veteris, & noui Testamenti, Notitia perutilis, & unde. Cap. LXIX.

Consensus etiam veteris Testamenti; & noui constat plurimum utilitatis afferre ad solidam Scripturæ Sacræ cognitionem hauriendam: ad Catholicos in Fide ac pietate roborandos: ad Iudæos conuincendos, atque ad discordes Philosophorum sectas in unam Religionem adducendas. Quæ omnia uel designarunt, uel comprobarunt Rota in Rota Ezechieli ostensa: Boni Scribæ, siue Theologi commendatio, qui nouit proferre uetera, & noua de thesauro Diuinæ Scripturæ: Pauli dictum de vetere Testamento, quod in Christo euacuabatur, hoc est aperiebatur; & prodebatur: Apostolorum omnium mos in tradenda Messiæ veritate: Patrum sedula diligentia in hostibus Fidei hac ratione confutandis. Sic Iustinus Martyr cum Tryphone colloquens: Cyprianus scribens aduersus Iudæos: Eusebius decem libris de Euangelica Demõstratione: Prosper Aquitanicus de Diuinis præditionibus: Augustinus de Ciuitate Dei decimo septimo, ac decimooctauo, & aduersus Faustum: Paterius tribus libris testimoniorum in utrumque Testamentum, quæ in Moralibus Gregorij exponuntur: Et quicumque contra Iudæos, siue prisci, seu recentiores aliquid edidere. Qui omnes Diuinam istam veteris vnà cum nouo Testamento Harmoniam aduersus Fidei hostes admonent tamquam firmissimam machinam, cuius in profanis sectis, aut gentium superstitionibus nullum apparuit umquam uestigium, quoſuam possent immo etiam obtrudere. Extant etiam apud nos, si non antiquissimi, certè antiqui, Anastasius Abbas, & Theophanes Græci Auctores manuscripti, atque à Francisco Turriano Latinitate donati, sed nondum editi: quorum uterque (sussus autē Theophanes) de Simphonia utriusque Diuini Codicis egerunt. At de Harmonia Euangelica, notum est, quid Augustinus scripserit libris quattuor de consensu Euangelistarū; quid ve de ea, quæ aliquibus uideri possit Diaphoniaz deq; Euangelicis concordantiis Ioannes Gerson Tomo suorum operum primo: ne quid dicam, quod Hāmonius Alexandrinus,

Ezech. 1. Matt. 23.

1. Cor. 3. Act. 17. & 18. Pau. ad Heb. Iustin. Mart. dialo. aduers. Tryph. Cypr. cont. Iudæos. Euseb. libro. de demonstr. Euang. Prosp. Aquit. de Diu. præd. Aug. de ciu. Dei. Paterius. Anastas. Abbas. Theophanes de Symphonia.

Aug. li. 4. de ciuit. Euang. Io. Gerson de Euangel. Concordatijs.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00141

Hammonius. Isidorus. Hieronym. Eusebius. Iansenius.

xandrinus, Isidorus, & antea Hieronymus (sed post Eusebium) de Canonibus Euangeliorum scripsere. Quamquam (quod huc attinet) Iansenij Labor de Concordia Euangelica superat etiam è veteribus multos. A

Iam cui non fuerit otium versare omnes, quos hac de re diximus, is, si sequentium alterutrum sumat in manibus, quem euoluat, uoti erit sat compos. Alter est Antonius Marinarius Carmelita Cantapetrensis, qui tres libros inscripsit de consonantijs IESV, & Propheratum, vberes, eruditos, ac certe perutiles. Alter Iosephus Acosta, ope re de Christo reuelato.

ANTONIVS MARINARIVS. IOSEPHVS ACOSTA de Christo reuelato libri scripsit.

Eadem notitia unde auctior. Cap. LXX.

DE NOMINIB. CHRISTI.

Deus de Dei nomin.

Deijs loca oralis nonnulla accommodata.

Vide Praetiosum Syluestri Ferrar. in 8. Thomas lib. 1. cont. Gentiles.

Porrò quæ ex consensu veteris, & noui Testamenti utilitas capitur, fructu adhuc uberiore cumulatur ex notitia nominum Diuinorum, de quibus agens Dionysius Areopagita, cùm dixisset à Deo radium intelligentiæ suæ uniciuique pro captu cuiusque communicari, ostendit, deberenos, qui immensam Diuinam illam lucem comprehendere non possumus, ad sacras literas, tamquam ad eclos, mentis aciê flectere: In quibus literis nomina sunt, cognomentaq. Diuina tradita Diuinitus, veluti sydera oculis nostris accommodata, ex quibus multa de Deo cognoscimus, eumque rectè laudamus. Hæc igitur causa fuit, cur & vetereres, & qui subsequuti sunt Theologi, eam dem de Diuinis nominibus, & attributis tractationem sedulò sunt persequuti. Quæ Attributa à Scholasticis, præcipuè à D. Thoma, diligentissimè tractata cùm reliquis in locis, tum in Summa, & in primo libro contra Gentiles, satis norût eruditi ab ijs esse petenda. At quoniam alij quoque hoc seculo in ea re sic laborarûr, vt Nomina Diuina (Christi præsertim Domini) colligerent, ac, quatenus humanis mentibus licet, explicarent; ideo tres, quattuorùe (summùm) adscribam, qui leuare animos solicitudine alia conquirendi poterunt. B C

Martin lib. 2. Hieronym. c. 1. 2. & 4. Bellarm. in 1. cletrum. 2. lib. 1. 2. 3. 4.

Ac primo è Patribus, & uniuersa pene Græcorû, & Latinorû antiquitate Martinus Martinius complura huc attulit. Nam cum fusè tradidisset, quid obseruatum fuerit in recta impositione propriorum Nominum, cùm in Diuinis literis alicui imponuntur, mox sequentibus capitibus egit de Deo, & Diuinis Nominib. fusissimè: De Christi item Redemptoris nominibus, siue quæ ad Diuinam, seu quæ ad Humanam naturam assumptam pertinent. Denique quid significent nomina, quæ de Deo dicuntur, cùm ex humanis rebus, & ex affectionibus nostris sint desumpta.

Benedictus Arias. Vide tertiam Ludou. Leonis editionê Salmanicæ anno 1587. apud Guilelmum Foquel.

Robertus Card. Bellarminus, cùm secundam generalem Controuersiam in quinque partes distribuisset, Primam De Diuinitate Christi. Secundam de distinctione Personali à Patre, & Spiritu sancto. Tertiâ de carne, siue Incarnatione Domini. Quartam de Anima eiusdem. Quintam de Officio Mediatoris, multa, quæ faciunt ad id, de quo agimus attulit. D

Vide Henric. Swingê de nomine Iesu. a Ec. 4. Matth. 1. 23. Luc. 1. & 2. b Psal. 21. Esa. 42. & 64. c Ps 68 & 11. Esa. 33. Io. 14. d Act. Hebr. 13. 1. Petr. 5. e Ps 67. Esa. 2. Dan. 2. f Reg. 9. g Ps 70. Esa. 52. & 53. Luc. 1. h Psal. 2. Esa 60. & 61. Matth. 4. & Luc 1. & 2. Rom. 13. 1. Cor. 3.

Et Benedictus quidem Arias Montanus in suo Apparatu ad literarum sacrarum Instructionem, aliqua eo in libro persequutus est, qui de Arcano sermone, siue Iosephi est inscriptus.

Verumtamen quæ ad ipsum Christum tamquam hominem attinent, Ludouicus Leo Augustinianus Theologus lingua Hispanica, & perelegâti, ut sêsu erudito, ac pro fundo, interpretatus est: Posterna tamen, quam ipsi legimus, editio auctior est, quip pe cui tertius fuit liber adiunctus de Nominibus FILII, DILECTI, IESVS. Nam duobus superioribus libris de alijs nominibus egerat. GERMINE[a], FACIE[b], VIA[c], PASTORE[d], MONTE[e], PATRE/ futuri sæculi: BRACHIO[f], REGE[g], PRINCIPE[h] PACIS, SPONSO[k], Quamquam & in Cantico Canticorum, quæ quidem ipsemet Ludouicus Leo Latinis commentarijs explanauit, multa appositè in hanc rem dixit. E

Et sanè ad hæc Nomina siue cognomina, pleraque alia referuntur, quæ in Scripturis extant. Ac tamen adhuc pauca hæc in gratiam studiosorum adijcimus: Videlicet, non Positiuæ solum, atque Scholasticæ, verùm etiam Controuersæ cum Iudæis, & Hæreticis Theologiæ profuturum, si hęc omnia ad septem officia, quibus aut functus est, aut partim etiamnum fungitur Dominus, redigantur. Quibus enim, dum in

Mundo

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00142

A Mundo vixit, est functus, ea fuere quinque, PROPHETÆ, SACERDOTIS, REGIS, DOCTORIS, REDEMPTORIS. Iam verò in cælis præstat officium ADVOCATI, atque IVDICIS: præstiturus postea hoc ipsum quod Iudicis est, in extremo Iudicij die plenissimè.

Notitia Gentilium, à quibus pronunciatus est Christus, vtilis. Cap. LXXI.

AT præter hæc, quibus Christus Dominus fuit prænunciatus, Aliorum quoque, qui in Christum haud crediderè, fuere prædictiones, hoc est, Balaami, Magorum: Caiphæ, fiue similium: quibus omnibus vsus est ille, cuius sunt Cæli, & Terra, quiq. etiam per Balaami Asinam pronunciare potuit veritatem.

Iam de Sibyllis egerunt Plato, Iamblicus, Porphirius, & ceteri Academici, quorum hæc de re doctrinam scripsit Petrus Crinitus. Egit Cicero, Plinius, & ante hos
B Varro in libris rerum Diuinarum ad Cæsarem: deinde item Cornelius Tacitus, Solinus, Fenestella, Martianus Capella, Virgilius, Seruius, & alij. Græci autem, præter Platonicos, Diodorus Siculus, Strabo, Suidas, Ælianus de varia Historia. Sed è Christianis, & priscis Patribus Græcis, Eusebius, Iustinus, Clemens Alexandrinus, Stratonicus Cumanus, Theophilus ad Autolycum: Ex Latinis autem Lactantius, Hieronymus, Augustinus: Nostro quoque tempore Sixtus Senensis, Petrus Messia, Petrus Garsias Galarza, aliique complures.

Has autem Sibyllas Dei affatu varie innatas fuisse bona pars eorumdem Patrum asserit. Et earum Oracula Paulus Apostolus gentes hortabatur, ut legerent, sicuti Clemens Alexandrinus scriptum reliquit sexto Stromatum libro. *Libros Graecos* (aiebat Apostolus) *iumite, & Sibyllas agnoscite, quamuis vanum Deum ignoscentes, & ea quæ fu*
C *tura, & inuenietis in eis Filium Dei clarius & apertius scriptum.* Carmina verò ipsa Sibyllarum aliquot legi possunt in Sixti Senensis Bibliotheca sancta, & in aliis, tùm Græca, tùm Latinè facta. Sed & Petrus Garsias Galarza ita hanc rē totam tractauit, vt decem Sibyllarum carmina cum Prophetijs Sacræ Scripturæ conferens, mirabilem earū cum istis harmoniā ostendat. Sed & vide poeticā nostrā in fecundo huius operis tomo.

Ad Psalmos Dauidis intelligendos Lux. Cap. LXXII.

POst veteris, & noui Testamenti Harmoniam, ipsa Dauidis Psalmorum tractatio mirificè ad vniuersam Scripturæ Sacræ notitiam facit. Qui quoniam non solum in Ecclesia publicè, uerum etiam à plurimis priuatim quotidie recitantur, curandum esset, ut quædam de ijs pēnè ab omnibus generatim, ac breuiter prænoscerentur, quibus facilius ad eos intelligendos, ac medirandos institui possent.

D Scripsere autem in Psalterium plerique Patres, amplexi, vel corpus uniuersum, vel partem ipsius: Sed & sequentibus sæculis, mirum est, quàm Deus calfecerit corda piorum Theologorum, vt & ipsi canenti Dauidi quodammodo accinerent, se ipsos, & populum ad Diuinas laudes varijs earum interpretationibus excitantes. At nostro hoc seculo inter alios prodiere Commentarij Gilberti Genebrardi, qui litetalem sensum ex Diuino Psalte elicuit. Deinde eodem pene tempore Paraphrasim potius, quam Commentarium Cornelius Ianseníus emisit. Accessere Gregorio XIII. Pontifice Maximo hortante, Ioannis Baptistæ Folengij Mantuani Monachi Cassinatis, recusa Romæ Commentaria diligentius emendata. PARTITIONEM interim Psalmorum ita distribuit.

In Psalmorum libro, aut laudatur Deus, aut ad eum laudandum funt adhortatio
E nes, in quibus eius tum erga alios, tum potissimum erga Israelitas beneficia commemorantur, vt Psal. 8. 20. 33. 47. 48. 65. 66. 76. 81. 92. 93. 95. 97. 98. 100. 102. 105. 106. 107. 111. 113. 114. 115. 117. 119. 134. 135. 136. 138. 145. 146. 147. 148. 149. 150. Aut oratur, vt in Psal. 16. 26. 42. 67. 84. 90. 126. Inmorbo 6. 38. 39. 88. Pro peccatorum autem uenia, & expiatione. 19. 25. 57. 130. Auxilium petitur contra aduersarios, & improbos potissimum, in quo insunt querelæ, & imprecationes. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 12. 13. 17. 25. 27. 28. 31. 35. 36. 40. 42. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 64. 69. 70. 71. 74. 79. 80. 83. 85. 86. 89. 94. 102. 108. 109. 123. 140. 141. 142. 143. 144. Aut aguntur Deo gratiæ, in quo ineſt & laudatio. 18. 21. 29. 31. 34. 40. 66. 77. 116. 118. 124. Aut est fausta precatio, vel omen. 20. 72. 122. Aut sunt in improbos inue-

ctiones

Psalm. 22. Num. 21. Pet. 1. Sib. 2. de bon. fa. deficit. 1. 2. Cecilius. de Diuin.

c Hieron. lib. 1. cont. Iouin. Eus. lib. 1. hist. Eccl. Lact. in lib. 1. Diuin. inst. Augustin. 18. de Ciuit. Dei cap. 23. Inst. martyr. aduers. Gentes.

Io. Bapt. Folengius Mantuanus Romæ edit. tus emendatior.

Dionisio Psalmorum. 1585.

Laudatiões.

Precationes.

Gratiarum Actiones.

Fausta Precationes.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00143

Inuectiones. Præceptiones. Prædictiones. Alia diuisio Psalmorum.

ctiones cum precibus coniunctæ. 5.7.10.12.35.36.40.52.53.55.58.109.120.135. A
Aut docetur aliquid, & ad rectè viuendum traduntur præcepta. 1.2.4.11.15.19.23.
24.32.34.37.41.45.46.49.50.62.63.78.82.91.95.97.99.101.111.119.121.125.
127.128.129.131.132.133.137.139.141. Insunt & de Christo oracula. 2.14.16.
17.22.24.50.53.68.75.82.85.86.94.97.98.110. Et de Ecclesia 51.87. Atque hæc
plerumque interse mixta sunt. Hæc quidem Folengius.

Villauicentius.

Sed & Villauicentius libro de recto Theologiæ studio effortmando, ad sex ordines ita Psalmos omnes redegit, vt quidam sint simpliciter didactici, & parænetici, qui videlicet docent, quid iuxta Legem, ac voluntatē Dei sit expetendum, vel fugiendum: commendāt virtutes, damnant vitia, & de finibus bonorum excellenter differunt. Cuius generis sunt. 1.11.14.15.32.36.49.50.51.62.73.77.78.84.90.99.101.119.
127.130.131.133.134. Quidam contineant oracula, & prædictiones de Christo, B
de Ecclesia, de diuerso Ecclesiæ, & Sanctorum statu, de persequutionibus, & in his
piorum liberatione, impiorum vero interitu. Hue pertinent Psalmi 2.8.9.14.16.
19.21.22.24.29.40.41.45.47.53.59.67.68.72.87.89.93.95.96.97.98.100.113.
117.145. Quidam sint precatorij, in quibus nimirum Propheta, vel sancti quicumque implorant Dei misericordiam, petunt remitti peccata, liberari à periculis, Eccle
siam conseruari. Eiusmodi sunt. 3.5.6.7.10.12.13.17.20.25.26.28.31.35.38.39.
42.43.44.54.55.56.57.61.65. 64.69.70.71.74.79. 80.81.83.85. 86.88.94.102.
119.120.123.132.133.140.141.142.143. Alij sunt consolatorij, cōcinantes de pe- C
nitentia, de expectanda certa piorū liberatione, de promissionibus, bonitate, iusticia,
iudicio Dei, de impiorum secuturo exeidio. Ad hunc ordinem referuntur Psalmi. 4.
31.37.39.52.58.68.75.77.82.84.91.92.112.119.121.128. Nonnulli sint ὑγκεφαλικὰ, quibus videlicet post liberationem piorum è varijs periculis, post attritos ho-
stes impios, post accepta beneficia, & auersa mala, aguntur Deo gratiæ. Hi sunt.
18.23.27.30.31.33.34.46.48.60.65.66.76. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 111.
114.115.116.118.119.122.124.125.126.129.135.136.138.139.144.145.146.
147.148.149.150. Postremo aliqui sint mixti, quandoquidē constant partim precationibus, partim consolationibus, partim grātiarum actionibus, partim prædicationibus, partim denique doctrina, atque exhortationibus. Huiusmodi iudicantur plerique, vtpotè quorum numeros videas ad diuersos ordines haberi descriptos, vti materia in illis comprehensa poscere videbatur. Hæc de Psalmorum argumentis.

Hæretici Psalmis Dauidicis vsi ad fundendam Ecclesiam. Cap. LXXIII.

QVoniam verò Hæretici penè omnes, Psalmis Dauidis tanquam cuneo ad fin- D
dendam Ecclesiæ vnitatem (vti & reliquis Scripturis) abusi sunt; Theodo-
rus autem Beza Magistrum suum Caluinum imitatus, carpit superiorum omnium
Patrum Diuinas interpretationes, vt ad sese vnum tāquam fidissimum omnium In-
terpretem, gloriam deriuet, (licet denique & Caluinum ipsum ea in re mordeat, &
priorem suam versionem cùm multis locis immutasset, tanquam intio malè ab ise fa
ctam, rideat eos, qui vt eam retinerent, flammis cōburi in Ecclesia Catholica nolue-
runt; propterea & Genebrardus, & Sixtus Senēsis, & Card. Bellarminus legi vtiliss
mè possunt, quibus locis istos oppugnant, veramque vna in Ecclesia Catholica ver-
sionem sterilis demonstrant: Genebrardus quidem in suis Commentarijs; Sixtus
Octauo libro suæ Bibliothecæ; Bellarminus autem Card. Tomi primi libro 2. capite
decimotertio, quo defenduntur loca, quę in Psalmis malè reddita fuisse à Latino In-
terprete Caluinus contendebat. E

Theodorus Beza linguæ Sanctę ignarus.

Atqui & illud addendum, Theodorum Bezam veritate coactum agnouisse, sese ni
hil Hebraicè scire, dum scribit, neque se è fonte Hebraę linguæ hausisse, quæ verte-
ret, atque Henrici Molleij versionem sectatum fuisse. Quare si quid Hebraica lingua
balbutit, id (vti Genebrardus inquit) mutuauit, à dictatis quorundam eiusrientium
Grammaticulorum, qui Geneuæ docebant, egentes & ipsi doctoribus. Sed & ex his
omnibus perspici potest, quanta laboraturit insania, qui ex versione Bezę & ipsi ver-
siones in maternas linguas fecerunt.

Numerus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00144

Numerus, & Ordo Psalmorum. Cap. LXXIIII.

VNus autem est liber Psálmorum, licet apud Hebræos in quinque libros sit distributus; quæ quidem potius est subdistinctio, Aliàs enim libri Scripturæ non responderent numero literarum Hebraicarum, ut ipsorum Hebræorum postulat Canon. Sed & id docent Doctores: atque in Actis Apostolorum dicitur. *Scriptum est in libro Psalmorum.* *Lib. Psalmor. in quinq. libr. distinctio secundu Hebræos. vide Genebr. Aff. 1.*

Porro continet hic liber centum quinquaginta, hoc est, ter quinquaginta Psalmos, ob mysticam huius numeri rationem, ut inquiunt Hieronymus, Remigius, Augustinus, Magister Sententiarum; vt verò ait Chrysostomus, in honorem S. TRINITATIS. Rupertus autem: vt fidei, spei, & charitatis prædicet lobilæum, ad quas virtutes B reuocat omnes Psalmos. Thomas item ob triplicem statum populi fidelis, s. Pœnitentiæ, & hæc quinquagena terminatur Psalmo pœnitentiali, *Miserere mei Deus*: Iudaici in fine: & hinc finitur Psalmo centesimo, *Misericordiam, & iudicium*, Gloriæ: quæ desinit in Psalmum. *Omnis spiritus laudet Dominum.*

Atqui ordo Psalmorum secundum res gestas haud seruatur, quod omnes fatentur, Quare (quod sentiunt aliqui) quoniam perierat liber in captiuitate Babylonis, deinde non totus simul, sed dilpersus repertus est: eo ordine Psalmi sunt, vel ab Esdra, vel ab Ezechia dispositi, quo sunt antea, vel postea inuenti. Sic Chrysostomus, & Euthymius, qui scilicet Diuina institutione, & ratione mysteriorum id factum iudicat. At Hilarius existimauit propter mysterium vitæ humanæ. Beda verò inquit, Esdrã de industria ordinem historiæ non sequutum, vt in his mysteriũ potiùs spectandum C fciremus. Augustinus hanc ordinis varietatem Sancto Spiritui relinquendam censet. *Ordo in Psalmis cur non seruetur.* *Chrysost. in 2. præam.*

Materia Psalmorum quenam. Cap. LXXV.

ET verò materia huius libri est vniuersalis, totius Theologiæ, quemadmodum inquit Thomas Dionysium explicans, qui ait, *Diuinarum Odarum* (ideſt Psalmorum) *esse, Sacram Scripturam intendere, & Sacras & Diuinas operationes nutuersas decantare*: Et Athanasius: *Complectitur* (ait) *per modum Cantici, & laudis Diuinæ quicquid in tota reliqua Scriptura sparsim reperitur.* Sic item Augustinus & Chrysostomus. *Aug. epist. ad Marcellinũ.*

Chrysostomus autem dicit Psalmorum argumentum esse CHRISTVM Deum & Hominem; Hilarius, Christi mysteria; Cassiodorus Christum integrum; scilicet caput, & membra, vel Ecclesiam. Remigius ponit hominem deiectum in miseries per peD catum, nec inde valentem resurgere, nisi per Dei Misericordiam. Euthymius ad decē capita reuocat. Ego quidem hæc vniuersa in Psalmis tractari dico, at præcipuè quæ spectant ad Christum, & Ecclesiam. De singulis verò ijdem Auctores copiosius disserunt, qui & Psalmorum diuisionem haud eandem tradunt, quippe qui diuidi possint pro ratione triplicis status, vt ait Thomas, Titulorum, Variorum animæ affectuum, & Effectuum, quos de tota Scriptura exponit Apostolus inquiens: *Omnis Scriptura Di* 2. *Tim.* 2. *uinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum.* Vt Chrysostomus, & Augustinus inquiunt. Lege Athanasium. *Chrysost. in 2. præam. Liber Psalmorum & Prophetarum. Dionys. lib. 1. de Cæsal. sac. script. cap. 1.*

Cùm autem multi sint Psalmi, quibus res gestæ commemorantur, plerique autem ad mores, & vitam pertineant; tamen (contra Hebræos) hic liber attinet ad eam Scripturæ partem, quæ in propheria ponitur, vt Cassiodorus, Rupertus, & alij testantur. E Sic Thomas; qua de re vide Driedonem. Quin & ipsi Hebræi cogunturhoc sensu varios Psalmos interpretari, vt Psalmum secundum, vigesimum primum, & alios.

Metricè scripti Psalmi, Ipsorum commendatio, Versio, & obscuritas. Cap. LXXVI.

SCripti porrò fuere metricè Psalmi, quod Hieronymus, Chrysostomus, Beda, aliique fatentur. *In primis* (ait Athanasius) *vt homines totis viribus Dominum adament, & ad voces concentum rectum ettam concentum affectum reddant.* Deinde (inquit Augustinus,) *quoniam Spiritus sanctus videns obstaculum, ac resistentem ad virtutis vsum hominem, & ad delectationes huius vitæ magis esse proclivem, quàm propensum ad rectum iter virtutis: delectabilibus modulis cantilenarum sua doctrina permiscuit: ut dum*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00145

suauitate carminis mulceatur auditus, diuini sermonis pariter utilitas inferatur. Theodoretus, & Chrysostomus. A

Chrysost. in Psal. 41.

Iam de laudibus Psalmorum vide præter alios fusè Athanasium, Augustinũ, Chrysostomum, Cassiodorum, & Euthymium. De variis autẽ translationibus Euthymius, Thomas, Augustinus Eugubinus, & Driedo agunt, præter illa, quæ ex variis lectionibus posita sunt in posterema versione Latina LXX. Interpretum, Romæ edita, quæuè Gulielmus Sirletus Cardinalis collegit, & contulit cum antiquissimis codicibus, quæquidem ad finem sacri Apparatus Benedicti Ariæ Montani excusa sunt.

Driedo. lib. 2. cap. 1. de Canonicis script.

Obscuritas verò Psalmorum ex ijsdem oritur causis, è quibus Scripturæ vniuersæ obscuritatem ortam diximus suprà, vbi De profunditate Scripturæ actum est.

Auctor Psalmorum quis. Cap. LXXVII. B

Auctor Psalmorum quis.

REstat dicendum de Auctore Psalmorum. Et quidem Hieronymus, Hilarius, ac recentiores Interpretes aiunt, non ipsum solum Dauidem Auctorem esse, sed eos, quorum nomina gerunt ipsi tituli Psalmorum; Rectius tamen liber Psalmorum dicitur, quàm Psalmi Dauidis, vt Hilarius sentit; Vel quoniã, si Psalmi Dauidis dicantur, id fit à maiore parte, quòdq; primus fuerit, ac præcipuus auctor, qui Psalmista diceretur, vt inquiunt Augustinus Eugubinus, & Lyranus. At solũ Dauidem Auctorẽ fuisse putant Origenes, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Cassiodorus, Remigius, Beda, Euthymius, Theodoretus, Driedo. Rationes hæ sunt, quòd Psalmi nomine Dauidis citati inueniuntur, à quibus tamen Titulus Dauidis abest, qualis est Psalmus centesimus quartus, & nonagesimus quintus, qui, cùm careant titulo, in libro tamen primo Paralipomenon ipsi Dauidi tribuuntur. Psalmi item quidam in titulis habent nomina aliorum, ac tamen sunt Dauidis; Psalmus etiam septuagesimus septimus inscribitur Intellectus Asaph, ac tamen apud Matthæum nomine Dauidis citatur: vocat enim ibi Prophetam Euangelista. C

Dried. lib. 1. cap. 3. de Canonicis script.

2 Paralipom. cap. 16.

Matth. 13.

Chrysost. in Psalm. 1.

Atqui (ait Chrysostomus) *nullus dicere valet, vbinam Dominus, vel Apostolus aliquis Psalmus alterius, quàm Dauidis meminerit.* Quare & Psalmistæ nomen obtinuit. Addit Euthymius; Quoniam qui seu Canticæ, siue Psalmi inscribuntur Moysi, & Salomonis, nusquam alibi de ijs fit mentio, quamuis alia eorum scripta commemorentur. Quoniam item, (vt Cassiodorus inquit) Ecclesiæ vsus habet, vt dicantur solùm Dauidis. Nos verò cum Theodoreto dicamus, non multum hac de re litem esse faciendam; ecquid enim refert siue Dauidis sint omnes, siue aliorum aliqui: cùm constet Diuini Spiritus afflatu omnes fuisse conscriptos? Vincat plurium sententia (aiet) Plures enim Scriptores Dauidis esse affernnt. Cum ergo reperiantur aliorum nominibus Tituli: id fit partim, vel propter mysterium, vt Remigius inquit, vel quia nomina illa intellectus rerum congruos indicare noscuntur, vt Cassiodorus, Beda, Remigius dicunt, vel quod illi similem materiã tractarunt, qualis in Psalmo illo tractatur, vt de Moyse, Zacharia, & aliis: vel quoniam ijs cura erat pulsandi, & concinendi illũ Psalmum, vt Chrysostomus, Euthymius, Cassiodorus, Iacobus de Valentia scribunt: canebant enim illi hymnos (aiunt) & carmina, quæ fecerat Dauid. D

Psalmi est Auctore Spiritu Sancto sunt editi.

Beda in Psal. 67.

Iac. de Valent. Psal. 7.

Placet item illorum sententia, quæ habet; Dauidem multos quidem ipsum composuisse, aliorum verò argumentum aliis tradidisse, quod Cantico experimenter. de Hieronymo autem dicunt eum locutum fuisse secundum sententiam Hebræorum; Nam alibi ipse citat sæpe nomine Dauidis Psalmos, qui aliorum Auctorum titulum præferunt. E

Ceterum Psalmi nomẽ liquet Latinum, fuisse & vsu tritũ ex Græco, à verbo ψάλλειν quod est canere; Hebraicę autem dicitur *Michmor* מזמור à radice *Zamar* זמר.

Iam verò Psalmi, siue carminis hoc genus, quod simul cum Psalterij instrumento suaui voce profertur, vt aiunt Chrysostomus, & Euthymius, antiquissimum est: nec iam constat, qua ratione incedat, solùm videtur liberum quoddam genus Carminis fuisse, quali in vernaculis linguis vtimur, nempe numero quodam syllabarum cadentium contentum: Quapropter cum Hieronymus scribit Iob, & Psalmos dactylo, spondæoq; decurrere, & cùm Augustinus, alijq; similia dicunt; non sunt præcise intelligenda,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00146

A telligenda, sed quia simile quiddam imitatur carmen Hebræum. Canticum autem est vox musica, cum harmonia prolata, Psalmo antiquius, ait Euthymius. Hymnus verò est Diuinæ gloriæ extensior, atque amplior quædã laus, inquit idem ipse Euthymius: Remigius autem ait, esse laudem Dei metricè conscriptam. Confessio autem amplius est Testimonium, quo bona, quæ accepimus, aut mala, quæ commisimus, fatemur, vt habet Euthymius, vbi duplicem Confessionem complectitur. At Chrysostomus, *Et*, inquit, *eius qui laudatur amplificatio*. Sed Canticum Psalmi est, cum prius sonat instrumentum, & consequitur vox: Verum Psalmus Cantici contrario se habet modo; sic Chrysostomus, Hilarius, Euthymius. Denique Diapsalma, quod Hebraicè נסלה Sela dicitur: quod septuaginta tribus vicibus in Psalterio occurrit; significat, vt ait Euthymius, mutationem sententiæ, aut cantus, aut pausam pulsationis, aut illuminationem Diuini spiritus, quæ tamen canentibus apparebat; simili modo Hilarius, Augustinus, Chrysostomus; Hieronymus verò (& refert idẽ Cassiodorus) dicit significare *semper*,

B vel est idem, quod *veritas*, vel *fiat*, vt Augustinus in quartum Psalmum notat. Sed est legendus Franciscus Ribera noster in tertium caput Abacuk.

Vide de voce Sela Franciscum Riberã in tertiũ caput Abacuk. num. 18. *Hieronym. epist. ad Marcell. in epist. cuius tertium est: Quæ accepimus. Dioed. lib. 3. cap 3. de rep. & dogm. scri pturæ commun.*

De Titulis Psalmorum, qui plura mystice desiderat, ipsos Auctores legat, præsertim Athanasium, qui de industria hos explicat, Gregorium Nissenum, Hieronymum, Augustinum, Bedam, Rupertum, Driedonem.

Admonitio breuis de ratione Diuinæ Scripturæ explicandæ. Cap. LXXVIII.

EX iis, quæ secundo hoc libro dicta sunt, si quis Rationem Sacræ scripturæ explicandæ cupiat adhuc nosse breuissimè, hæc habeat. In primis post Sacræ Scripturæ necessitatem, dignitatem, certitudinem, partitionem ostensam, verus, ac literalis sensus esse inuestigandus & exponendus, adhibitis Codicibus Hebraicis,

C Græcis, & veterum Patrum monimentis, vnà cum vulgata editione. Deinde loca omnia notanda, è quibus præcipua fidei Catholicæ dogmata, robur, ac firmitatem accipiunt. Præterea, quæcunque aduersus hæreticos Catholici solent afferre, ad quam controuersiam pertinerent, indicanda; pro viribus item ostendum ea loca verè pro Catholicis facere, nec ab Hæreticis eludi posse. Loca verò omnia, quæ contra Catholicos hæretici proferunt, monstranda, atq; accuratè docendum, nihil ea aduersus Catholicos facere. Breuitati autem studendum, locis perspicuis, atq; facilibus omissis. Rabbini cautissimè tractandi (si modo non sint prohibiti) cautius verò discipulis proponendi. Demum sensus morales, atque ea, quæ ad Conciones attinent, breuiter adnotanda, nimirum potius Auctorum loca, vbi tractantur, ostendenda, quàm in ijs esset prolixè immorandum.

Ratio Sacræ scripturæ explicandæ.

D

Elenchus Interpretum, atque eorum qui Glossas, vel Paraphrases, aut Concordantias in omnes Scripturæ Sacræ libros ediderẽ: Quorum vsus, & emendationes ab Auctore fusius poßea ostenduntur in Apparatu Sacro. Cap. LXXIX.

QVæ fuit antiquis Patribus Gennadio, Hieronymo, & alijs, cura, in Catalogum redigendi eos, qui Diuinæ fuerunt Historiæ Interpretes: eadem simulos addidit hoc sæculo viris eruditis, vt idem eò magis efficerent, quò diligentius Sataras per hæreticos satagebat, vt eorundem Interpretum memoria exringueretur. Sixtus autem Senensis cùm quartum suę Bibliothecę librum huic rei addixisset, adiunxit quasi Nomenclatorem eorum, quos ad suam vsq; ætatem viderat operam sacris eloquijs

E exponendis præstitisse. Sed cùm viro illo hinc (vt sperandum est) ad cælum euocato, non defuisset (quod initio in Idea huius Bibliothecę diximus) qui vel Interpretes antiquiores eduxisset in lucem: qui verò ab Hæreticis, vel ab hominibus imperitis fuerant varijs erroribus & maculis aspersi, hosce emaculassent: Alij suos ipsorum labores in hoc genus scribendi contulissent, quorum hoc præcipuè secundo operis nostri in libro mentionem aliquam fecimus, propterea visum est expedire, vt Sixti Catalogum huc adrexeremus aliquanto vberiorem, quem suo quasi iure, tanquam necessariam Appendicem requirebat hic locus. Admonemus interim lectorem, ne

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00147

cito euilibet istorum Auctorum admoueat manum. Sed è Bibliothecis nostris, tum hac Selecta tum Sacro nostro Apparatu (qui Deo iuuante mox separatim edetur) disp iciat, quinam expurgati sint, qui illustrati Scholijs, aut Notis: qui maiore solertia recusi: hęc enim quantùm per ingentem negocij molem, viresq; exiguas nostras Dominus IESVS mihi concessit, curauimus, qui desideraret: id quod vel in Selecta Index Auctorum, vel in Sacro Apparatu Alphabetici series indicabunt.

EORVM, QVI IN VETVS Testamentum scripserunt, Catalogus.

Atuila
Eusebius Cæsariensis.
Emanuel Sà Societatis Iesu.
Franciscus Vatablus, sed qui emendatus edit in Hispanijs.
Helychius Monachus.
Iosephus Hierosolymitanus.
Iulius Tiberinus.
Lucianus.
Matthæus Doringus.
Paulus Burgensis.
Patrophilus.
Septuaginta duo Interpretes.
Sophronius.
Symmachus.
Theodotion.

EORVM, QVI IN VTRVMQVE Testamentum scripserunt, Catalogus.

Albertus Magnus.
Alexander Halesius.
Apollinarius iunior.
Anselmus Laudunensis.
Augustinus Nebiensis.
Aurelius Augustinus.
Bartholemæus Vrbinas.
Beda.
Benedictus Arias Montanus.
Emanuel Sà.
Dionysius Carthusianus.
Franciscus Georgius.
Franciscus Ximenius.
Godefridus.
Godefridus Tilmannus.
Godefredus Viterbiensis.
Haymo.
Hieronymus.
Hugo Carensis.
Hugo Victorinus.
Iacobus Genuæ Archiepiscopus.
Ioannes Chrysostomus.
Isidorus iunior Cordubensis.
Isidorus Peliusiota.
Nicolaus Gorran.
Nicolaus Lyranus.
Nicolaus Zicensius.
Origenes.
Paterius.
Pauli Burgensis Scrutinium scripturarum.
Petrus Bruuaquellus.
Petrus Berchorius.
Petrus Cantor.
Petrus Comestor.
Petrus Paludanus.
Petrus Riga.
Pontius Carbonellus.
Rabanus.
Richardus Victorinus.
Rupertus Tuitiensis.
Sanctes Pagninus.
Seraphinus Cumiranus.
Strabo.
Thomas Caietanus.

IN OCTATEVCHVM, id est, Octo primos Sanctæ Scripturæ libros, ab initio videlicet Geneseos vsque ad Paralipomenon scriptorum.

Alphonsus Tostatus.
Claudius Monachus.
Gregorius Papa.
Iacobus Marinus.
Oecumenius.
Philo Iudæus.
Procopius Gazæus.
Stephanus Anglicus.
Theodoretus.

IN PENTATEVCHVM, id est, in quinque libros Mosi, scripserunt.

Alanus Insulensis.
Albertus Patauinus.
Aristobulus Autiquior.
Aristobulus Iunior.
Augustinus Steuchus.
Benedictus Stendal.
Bruno Archiep. Colonien sis.
Cyrillus.
Diodorus.
Eutdus.
Eucherius.
Franciscus Vatablus.
Hieronymus ab Oleastro.
Hugo Victorinus.
Iacobus Lusanus.
Ioannes Zacharias.
Matthæus Ebroicensis.
Paulus Ricius.
Remigius.
Seraphinus Capponi à Porrecta Dominicanus.

IN GENESIN scripserunt,

Aegidius.
Albinus.
Aloysius Lippomanus.
Ambrosius Catharinus Compsæ Archiepiscopus.
Ambrosius Mediolanensis.
Anastasius Iunior Episcopus Antiochenus: Cuius manuscript. exemplar Græcum exstat in Academia Veneta.
Andreas Bilius Mediol. Cuius opera manuscripta habentur Mediolani in Bibliotheca Marciana.
Anselmus Cantuariensis.
Antonius Honcala.
Apion, sed qui censura indiget.
Augustinus Steuchus non solum in suo, qui de Cosmopoia inscriptus est, verum etiam in eo, in quo agit de recognitione veteris testamenti in Hebraicam veritatem.
Auitus.
Aurelius Prudentius.
Benedictus Pererius duobus Tomis iam editis in Genesim, expectatur autem Tertius Tomus.
Bruno Ruthenus.
Candidus.
Clemens Alexandrinus.
Dracontius.
Eccardus.
Euchierius.
Eusebius Cæsariensis.
Eusebius Emisenus.
Franciscus Lucas, cuius extant notationes in Biblia.
Franciscus Georgius, sed debet emendari.
Gennadius Constantinopol.
Guilelmus Hamerus.
Guilelmus Parisiensis.
Gregorius Nissæ.
Guilelmus Pepin.
Henricus Hassius.
Hermanus Schildius.
Hieronymus Fracastorius.
Hieronymus Sauonarola.
Hieronymus ab Oleastro.
Hieronymus Vielmius Episcopus Argolicensis.
Hilarius Arelatensis.
Hippolytus.
Honorius Augustudunensis.
Ioannes Buteo.
Ioannes Danis.
Ioannes Perus, sed qui sit emendatus.
Ioannes Picus Mirandulanus.
Ioza Nogarola.
Iunilius.
Ludouicus Iunior.
Melito.
Methodius.
Nicolaus Cusanus.
Nicolaus Triuet.
Nonnianus.
Paulinus Nolæ.
Petrus Aliacus.
Remigius.
Richardus Victorinus.
Robertus Rosæus.
Rodon.
Rufinus.
Salutianus.
Seraphinus Capponi à Porrecta Dominicanus.
Seuerianus.
Sixtus.
Strabo Cantabrigiensis.
Tertullianus.
Thomas Aquinas.
Thomas Sperman.
Thomas Valdensis.
Victorinus Pitabionensis.
Vincentius Bellouacensis.
Vmbertus Carnotensis.

IN EXODVM.

Aloysius Lippomanus.

IN

Ambrosius Mediol.
Aurus.
Benedictus Pererius.
Bonauentura.
Bcardus.
Gregorius Niss.
Guilielmus Pepin.
Gymnasius.
Henricus Confueldius.
Henricus Hassius.
Hieronimus Sauonarola.
Hippolytus.
Ioannes Ferus, sed qui sit expurgatus.
Ioannes Gauer.
Ioannes Rusbrochius.
Maximus Monachus.
Nicæas.
Nicolaus Affentius.
Nicolaus Dunkellpulus.
Robertus Rofeus.
Seraphinus Capponi à Porrecta Dominicanus.
Tertullianus.
Thomas Valden.
Victorinus Pitabionenfis.

IN LEVITICVM.

Elychius Presbyter.
Ioannes Nider.
Nicolaus Triuet.
Rodulfus Flauiacenfis.
Robertus Rofeus.
Seraphinus Capponi à Porrecta Dominicanus.
Thomas Valden.
Tripon.
Victorinus Pitabionenfis.

IN NVMEROS.

Ambrosius Mediolanenfis.
Hippolytus.
Triphon.

IN IVDICVM LIBRVM.

Benedictus Arias Montanus.

IN REGVM LIBROS.

Ambrosius Mediolanenfis.
Andreas Gallus.
Angelomus Monachus.
Aurelius Augustinus.
Bernardus.
Cornelius Magnaqus.
Dionysius.
Eucherius.
Gregorius Papa.
Hegesippus.
Hippolytus.
Ioannes Agen.
Iofonus Corduben. Senior.
Methodius.
Nicolaus Chenton.
Procopius.
Theodorus Ancyræ.

IN ESDRAM.

Ioannes Ferus.
Iunilius.

IN TOBIAM.

Ambrosius Mediolanenfis.
Fridericus Nausea.
Ioannes Hofmeiller.
Matthias Vindonice.
Richardus Launam.

IN IVDITH.

Cornelius Magnanus.

IN IOB.

Ambrosius Alexander.
Ambrosius Mediolanen.
Catena Græca: Quam Latinam fecit, aq; edidit Io. Paulus Comitolus Socie. I E S V.
Conradus Halberstad.
Cyprianus Montemartyr.
Didacus à Stunica Salmanticenfis Augustinianus, cum eius editione vulgata Latina, Hebræa, Græca 70. Interpretum, & Chaldæa.
Didymus.
Franciscus Titelmannus.
Gregorius Papa.
Hieronymus Sauonarola.
Hilarius Pictauiensis.
Ioannes Francfortius.
Ioan. Pineda Soc. Iesu.
Odo.
Olympiodorus.
Philippus Monachus.
Polychronius.
Richardus Ampolus.
Simon Affigiensenfis.
Thomas Aquinas.

IN PSALTERIVM.

Agathius.
Albinus.
Alexander Capgraue.
Alexander Ceitrenfis.
Alfonsus Cathenfis.
Ambrosius Ambertus.
Ambrosius Mediolanenfis.
Anastasius Antiochenus.
Angelus Sangrinus.
Anselmus Lucenfis.
Anselmus Mantuæ.
Apollinarius.
Aribo.
Armandus.
Anobius.
Asterius.
Athanasius.
Augustinus Steuchus.
Aurelius Casiodorus.
Basilius.
Bernardus.
Bonauentura Cardinalis.
Bruno Cartusianus.
Bruno Herbipolenfis.
Carolus Bouillus.
Catena in Psalmos Græca.
Chistianus Ilchynus.
Chrysostomus Marcellus.
Colombanus.
Cornelius Bitontinus.
Cosmus Indicopleustes.
Didymus.
Diodorus.
Eynardus.
Epiphanius Scholasticus.
Eusebius Cæsariensis.
Eusebius Vercellensis.
Euthychius Antiochenus.
Euthymius.
Felix.
Franciscus Miletus.
Franciscus Ortelius.
Franciscus Panticotius.
Franciscus Petrarcha.
Franciscus Furcanus.
Franciscus Titelmannus.
Franciscus Vidominus.
Franciscus Zamorensis.
Fridericus Nausea.
Gabriel Brebia.
Galterus Discus.
Galterus Magolenfis.
Georgius Vicelius.
Germanus Constantinop.
Gilbertus Genebrardus.
Gilbertus Porretanus.
Gregorius Papa.
Gregorius Niss.
Guilelmus Aluernus.
Guilelmus Gregorius.
Guilelmus Iriaginensis.
Guilielmus Pepin.
Guilelmus Vellius.
Hadianus Lamenus.
Henricus Logen.
Hieronymus Sauonarola.
Hieronymus Vallensius.
Hilarius Pictauiensis.
Hippolytus.
Honorius.
Humfridus Anglus Societ. I E S V sed nondum est editus.
Iacobus Fumus.
Iacobus Panticotius.
Iacobus Perez Valen.
Iacobus Sadoletus.
Ianus Vitalis.
Innocentius Papa I II.
Innocentius Papa V.
Ioannes Arundinensis.
Io. Baptista Folengus.
Ioannes Dominici.
Ioannes Ferus.
Ioannes Franciscus.
Ioannes Gagneus.
Ioannes Gerson.
Ioannes Iustenius.
Ioannes Ludouicus.
Ioannes Mediuus.
Ioannes Neouillanus.
Ioannes Picus.
Ioannes Roffensis.
Ioannes Turrecremata.
Iouita Rapicius.
Lanfrancus.
Leander.
Lechertus.
Ludolphus Cartusianus.
Ludouicus Legionensis, siue de Leo Augustinianus Hispanus in gl. 26 ad finem fui Commen. Cant.
Ludouicus Pictorius.
Mapheus.
Matthæus Aulæ regiæ.
Matthæus Bredenbachius.
Michael Angrianus.
Nicolaus Dunkelspulus.
Nicolaus Gorranus.
Nicolaus Herbon.
Nicolaus Tinctæ.
Nimianus.
Nonius Marcellus.
Ouidius.
Othomarus.
Paulus Riccius.
Peregrinus.
Petrus Aliacus.
Petrus Dessæ.
Petrus Herentalius.
Petrus Lombardus.
Petrus Pepinianus.
Petrus Rebuf.
Philippus Cancellarius.
Placidus Parmensis.
Prosper.
Rainerius.
Remigius.
Richardus Exeetrien.
Richardus Stampolitanus.
Robertus Lincolniensis.
Rudolphus Agricola.
Seraphion.

Sig.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00149

Sixtus.
Smaragdus.
Theodoricus Herxenius.
Theodorus Antiochię.
Theodorus Heracleotes.
Theodoretus.
Thomas Aquinas.
Thomas Gualensis.
Vincentius Ciconia Veronensis in Psalmos aliquot à 118. inclusiuè vsque ad 133. inclusiue.
Vincentius Lirinensis.

IN PROFERBIA.

Alexander Necan.
Aluarus.
Ambrosius Mediolan.
Basilius.
Bungius.
Eusebius Antioch.
Gilbertus Parisiensis.
Gregorius Olympiades.
Gregorius Papa.
Guilelmus Aluernas.
Henricus Hassus.
Hippolytus.
Ioannes Arboreus.
Petrus Brunaquellus.
Petrus Gorefredus.
Rodulphus Baynus.
Salonius.
Theophilus Antiochiæ.
Thomas Gualensis.

IN ECCLESIASTEN.

Acacius.
Albinus.
Alexander Necan.
Dionysius Alexandrinus.
Garicus Parisiensis.
Gerardus Moringus.
Gregorius Neocæsariensis.
Guilelmus Alconas.
Hippolytus.
Ioannes Arboreus.
Ioannes Dominici.
Ioannes Ferus.
Olympiodorus.
Petrus Brunaquellus.
Rupertus Holcoth.
Salonius.
Salustanus.
Sigiberrus.
Victorinus Pitabionensis.

IN CANTICA.

Abbas.
Acacius.
Agathius.
Alanus Rupensis.
Alexander Excellrienf.
Albinus.
Ambrosius Ambertus.
Angelomus.
Anselmus Cantuariensis.
Aponius.
Apzigius.
Aurelius Cassiodorus.
Bernardus.
Cyprianus Cistercienfis.
Eccardus.
Eulalius Cynopolitanus.
Gerardus Sauonr.
Gilbertus Genebardus.
Gilbertus Monachus.
Giselbertus Anglus.
Gregorius Olympiades.
Gregorius Papa.
Guilelmus Abbas.
Henricus Harphius.
Henricus Hassus.
Hermanus Schildius.
Hilarius.
Hippolytus.
Honorius.
Iacobus Anglicus.
Iacobus Perez.
Innocentius Papa V.
Ioannes Arborius.
Ioannes Dominici.
Ioannes Gerson.
Ioannes Algrinus.
Ioannes Verdiacus.
Iulianus Celanensis.
Iultus Orelitanus.
Leonardus Giphouensis.
Lucas Abbas.
Ludouicus Legionensis Augustinianus Hispanus.
Marbadus.
Merbodus.
Michael Picardus.
Orosius.
Paganus Bergomensis.
Petrus Aliacus.
Petrus Brunaquellus.
Petrus Nannius.
Philippus Abbas.
Philippus Alberti.
Philo Carpathius.
Pfellus.
Remigius.
Rethicius.
Rupertus Holcoth.
Rupertus Limpurgen.
Simon Monachus.
Theodoretus.
Thomas Aquinas.
Thomas Cisterciensis.
Thomas Gualensis.
Triphyllius.
Victorinus Pitabionensis.
Villeramus.

IN SAPIENTIAM Salomonis.

Bellator.
Eccardus.
Ioannes Arundineus.
Petrus Nannius.
Rupertus Holcoth.

IN ECCLESIASTICVM.

Ioannes Alenus.
Nicolaus Gorran.
Rupertus Holcoth.
Rupertus Rofeus.
Rupertus Valsingen.

IN ESAIAM.

Adam.
Adamus Sasbouth.
Alanus Insulensis.
Alredus Riuallis.
Ambrosius Mediolanen.
Basilius.
Cyrillus.
Didymus.
Eusebius Cæsariensis.
Franciscus Forerius.
Gilbertus Anglus.
Hector Pintus.
Henricus Vichingan.
Hieronymus Oforius.
Ioachim Abbas.
Leo Caltrius.
Matthæus Ebroicensis.
Michael Maffanus.
Nicolaus Dunkelspulis.
Procopius.
Richardus Victorinus.
Theodoretus.
Thomas Aquinas.
Thomas Hasselbach.
Victorinus Pitabionensis.

IN IEREMIAM.

Antonij Agelij Commentarius ex auctoris Græci collectis, & in eadem lamentationes Ieremiæ explicatio.
Ioachim Abbas.
Theodoretus.
Thomas Aquinas.

IN THRENOS.

Anselmus Manuar.
Hugo Victorinus.
Ioannes Chiningen.
Ioannes Quinquarboreus.
Nicolaus Gionardus.
Paschasius.
Richardus Pampolitanus.
Theodoretus.
Thomas Aquinas.

IN EZECHIELEM.

Alexander Necan.
Catina Syrus.
Eusebius.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Papa.
Hieronymus Saonarola.
Hieronymus à Prato fcd nondum eft editus.
Hippolytus.
Hugo Victorinus.
Ioannes Chiningen.
Michael Celenas.
Nicolaus Caballas.
Polychronius.
Proclus.
Richardus Victorinus.
Simon Affligenensis.
Theodoretus.
Victorinus Pitabionensis.

IN DANIELEM.

Apollinarius.
Benedictus Pererius.
Cyrillus.
Eusebius Cæsariensis.
Gennadius.
Hector Pintus.
Hippolytus.
Ioachim Abbas.
Ioannes Cappranius.
Ioannes Hagen.
Iudas.
Iulius Afer.
Michael Picardus.
Petrus de Palatio.
Richardus Victorinus.
Theodoretus.
Zacharias.

IN OMNES DVODECIM Prophetas minores.

Benedictus Arias Montanus.
Franciscus Ribera Societ. IESV.
Guido Carthusianus.
Guilelmus Melitonenfis.
Hector Pintus.
Petrus de Palatio in aliquos.
Remigius.
Stephanus Anglus.
Theodoretus.

IN OSEAM.

Cyrillus.
Didymus.
Leo Caltrius.
Procus.

Rufinus

Rufinus.
Theophylactus.

IN IOEL.

Cyrillus.
Hugo Victorinus.
Rufinus.

IN AMOS.

Hieronymus Sauonarola.
Rufinus.

IN ABDIAM.

Hugo Victorinus.

IN IONAM.

Guilelmus Pepin.
Ioannes Chrysostomus.
Ioannes Cæsarius.
Theophylactus.

IN MICHÆAM.

Hieronymus Sauonarola.

IN NAHVM.

Cyprianus Monachus.
Theophylactus.

IN HABACVC H.

Cyrillus.
Leo Castrus.
Theophylactus.
Victorinus Pirabonensis.

IN AGGÆVM.

Callistus Placentinus.
Georgius Vicellius.
Ioannes Eckius.

IN ZACHARIAM.

Didymus.
Hieronymus Sauonarola.
Hippolytus.

IN MACHABÆOS.

Bernardus.
Gregorius Nazianzenus.
Ioannes Chrysostomus.
Iosephus.
Marius Victorinus.
Simon Anglus.

IN NOVVM NOVVM Testamentum.

Augustinus Anconas.
Cornelius Tanicnius, qui Concordiam confecit.
Eduardus Læus.
Ioannes Bacco.
Ioannes Capgraiuius.
Ioannes Lopis.
Ioannes Maldonatus, sed nondum editus.
Nicolaus Zigenus.
Oecumenius.
Simon Tamuæus.
Thomas Aquinas.

IN OMNES QVATTVOR Euangelistas.

Agrippa.
Alexander de Ales, qui Manuscriptus apud Illustrissimum Cardinalem Sarnanum, a me Romæ est visus.
Alphonsus Salmeron.
Ammonius.
Antonius Bruich.
Apollinarius.
Arnobius.
Asterius.
Aurelius Augustinus.
Bruno Aschiep. Colon.
Catena Græca.
Cæsarius.
Conradus.
Diegus Deza.
Dominicus Nanus.
Diodorus.
Eusebius Cæsariensis.
Eutymius.
Emanuel Saa societatis Iesu.
Fortunatianus.
Gregorius Papa.
Guido Perpinianus.
Guttierus.
Henricus Arnoldi.
Hieronymus Vida.
Innocentius Papa.
Ioannes Abbatis.
Ioannes Arborcus.
Ioannes Babus.
Ioannes Castellensis.
Ioannes Christophori.
Ioannes Gauer.
Ioannes Maldonatus.
Iuuencus.
Ludolphus Carnsianus.
Matthæus.
Michael Massensis.
Orsinius.
Petrus Iusquius.
Richardus Mediauillanus.
Rupertus Gruletus.
Simon Cassianus.
Simon Cremonensis.
Simon Corroyus.
Tatianus.
Theophilus Alexandrinus.
Theophylactus.
Tirus.
Victor.
Zacharias.

IN MATTHÆVM.

Alfonsus Toffatus.
Anselmus Cantuariensis.
Antipater Bostrensis.
Antonius Puccius.
Arnoldus.
Athanasius.
Aurelius Augustinus.
Basilius.
Bonauentura.
Claudius Monachus.
Clemens Alexandrinus
Christianus.
Chromatius.
Cyprianus Carthaginensis.
Cyprianus Monachus.
Didymus.
Dominicus Soto.
Eccardus.
Franciscus Titelmannus.
Fridericus Nauta.
Gregorius Antiochiæ.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nissæ.
Guilelmus Alucrnus.
Guerricus.
Guilelmus ud Langton.
Guilelmus Pepin.
Iacobus frater Domini.
Ioannes Chrysostomus.
Ioannes Dorcen.
Ioannes Dominici.
Ioannes Feus, sed qui se emendare recusat, qualis fuit Romæ.
Ioannes Hofmeister.
Ioannes Ludouicus.
Ioannes Maironius.
Ioannes Mirta.
Ioannes Regino.
Ioannes Sanctanders.
Ioannes Scotus Mon.
Ioannes Soarezius.
Iodocus.
Iosephus Tyberinus.
Iulius Africanus.
Leo Papa.
Leontius.
Matthæus Aulæ Regiæ.
Matthæus Beidenbachius.
Methodius.
Michael Angelarius.
Nicolaus Dunkelsulius.
Pantaleon.
Panthenus.
Paulus à Palatio duplici opere, Altero quo catenam ex patribus Altero quo commentaria propria confecit.
Petrus Aliacus.
Remigius.
Rodulphus Langius.
Seuerianus.
Symmachus.
Theodorus Heraclenses.
Theodorus Herxen.
Theodorus Ancyræ.
Theognostus
Tilmannus Aquensis.

IN MARCVM.

Ephræm.
Ioannes Iidinius.
Petrus Aliacus.

IN LVCAM.

Adilredus.
Albinus.
Ambrosius Mediolanensis.
Amphilochius.
Andreas Hierosolymitanus.
Anselmus Cantuariensis.
Antonius Florentinus.
Aslerius Amasæ.
Augustinus Anconas.
Aurelius Augustinus.
Baptolomæus Bonon.
Barptolomæus Patius.
Bernardus.
Bonauentura.
Claudius Scissellus.
Didacus Stella.
Dominicus Leonus.
Eckertus.
Epiphanius Salamin.
Franciscus Sabinna.
Galfridus Alleuus.
Gregorius Nissæ.
Henricus Confuelius.
Henricus Langestein.
Henricus Calsifen.
Huberous Leonardo.
Hugo Victorinus.
Iacobus Sanzarius.
Ioannes Beuerlacius.
Ioannes Dominici.
Ioannes Iidinius.
Ioannes Rofferi.
Iudonus Thellonicensis.
Iodocus.
Michael Angrianus.
Nicolaus Gallus.
Odo.
Petrus Aliacus.
Theodorius Herxen.

IN IOANNEM.

Albinus.
Ambrosius Mediolanensis.
Amphilochius.
Andreas Creter.

Ansel-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00151

Anselmus.
Augustinus.
Basilius.
Bernardus.
Bessarion.
Bonaventura.
Claudius Guillaudus.
Cornelius Musseus.
Cyrillus.
Didymus.
Franciscus Titelmannus.
Franciscus Cala Tolet.
Georgius Trapezantius.
Gilbertus Porretanus.
Gregorius Corinth.
Laurentius Anuilgran.
Ioachim Abbas.
Ioannes Ferus, sed qui sit emendare recusat, qualis fuit Romæ.
Ioannes Sanctasides.
Iodocus.
Iosephus Tyberinus.
Isaac.
Laurentius Iustinianus.
Nonnus Panopolita.
Petrus Scala.
Stephanus Poloniacus.
Theodorus Heracleotes.

IN ACTVS Apostolorum.

Alexander Dolensis.
Arator.
Aurelius Cassiodorus.
Diodorus Tarsensis.
Eualius.
Iosephus Tiberinus.
Nouatus.
Petrus Appianus.
Theodorus Ancyræ.
Tertullianus.
Thomas Valdensis.

IN OMNES PAVLI Epistolas.

Adam.
Alanus Insulensis.
Albertus Patauinus.
Albinus.
Ambrosius Compsæ.
Ambrosius Mediolanensis.
Anselmus Cantuariensis.
Apollinaris.
Augustinus Romanus.
Bruno Cartusianus.
Caius Marius Victorinus.
Catena Latina in Paulum.
Claudius Altissiodorensis.
Claudius Guillaudus.
Diodorus.
Franciscus Titelmannus.
Gilbertus Porretanus.
Gothfcalcus.
Gregorius Ariminensis.
Gregorius Primatici. s.
Guitmundus.
Heraclius.
Innocentius Papa V.
Ioannes Arborcus.
Ioannes Chrisophori.
Ioannes Hessus.
Ioannes Milbach.
Ioannes Pfeffer.
Ioannes Vitrichius.
Ioannes Zachæus.
Lanfrancus.
Matthæus Aquasparta.
Paduanus.
Petrus Lombardus.
Petrus Senonensis.
Petrus Tripolitanus.
Phochius.
Primasius.
Radulphus Flaiacensis.
Ramaldus.
Remigius.
Richardus Mediauilla.
Rupertus Regio.
Sedulius.
Simon Cremonensis.
Simon Sprensis.
Stephanus Langton.
Theodorus Heracleotes.
Theodoretus.
Theophylactus.
Thomas de Aquino.
Venetus.

AD ROMANOS.

Aegidius.
Antonius Bruich.
Alterius.
Clemens Araneus.
Dominicus Soto.
Germanus Brixius.
Guilelmus Theodor.
Henricus Confueldius.
Hugo Victorinus.
Iacobus Naclantus.
Iacobus Sadoletus.
Ioannes Arundinetus.
Ioannes Bacco.
Ioannes Caiitanus.
Ioannes Dominici.
Ioannes Duns.
Matthæus Aquasparta.
Nicolaus Grandis.
Philibertus Aurelcher.
Sixtus Senensis.
Sixtus Nouocomensis.
Stephanus Poilillator.
Theodolus.
Thomas Valden.

AD CORINTHIOS.

Ioannes Dominici.
Ioannes Hatton.
Ioannes Hofmeister.
Ioannes Victorinus.
Pierius.

AD GALATAS.

Acacius.
Alexander Cappadociæ.
Apollinarius.
Didymus.
Eusebius Emisse.
Seuerianus.
Theodorus Heracleotes.

AD EPHESIOS.

Iacobus Naclantus.

AD PHILIPPENSES.

Ioannes Hofmeister.
Gregorius Nyssæ.

AD TITVM

Richardus Laurinam.

AD HEBRÆOS.

Cyrillus.
Constantinus.
Gennadius.
Guilelmus Melitonius.
Hesychius.
Hieronymus Veronæ.
Ioannes Huldanci.
Nicolaus Grandis.
Stephanus Poilillator.
Thomas Sperman.

IN OMNES EPISTOLAS Catholicas.

Ambrosius Compsæ.
Augustinus Anconas.
Aurelius Cassiodorus.
Claudius Guillaudus.
Didymus.
Franciscus Titelmannus.
Gregorius Ariminensis.
Ioannes Baptista Folengius.
Ioannes Chroningau.
Ioannes Nobler.
Nicolaus Dunkelspulus.
Thomas Sperman.
Thomas Valden.

IN CATHOLICAM Ioannis.

Ioannes Ferus.
Hieronymus Sauonarola.

IN APOCALYPSIN.

Albinus.
Ambrosius Compsæ.
Ambrosis Mediolanensis.
Andreas Cæsareæ.
Aprigius.
Arethas.
Alcenfius.
Augustinus Romanus.
Aurelius Augustinus.
Aurelius Cassiodorus.
Bernardinus Senensis.
Blasius Viegas Societ. IESV.
Bruno Senensis.
Claudius Montemartyr.
Celius Pannonius.
Dionysius Alexandrinus.
Franciscus Ribera Societatis IESV.
Fridericus Venetus.
Ganfredus.
Gennadius Massiliensis.
Henricus Halsius.
Helias.
Hippolytus.
Iacobus Stralen.
Ioachim Abbas.
Ioannes Annus.
Ioannes Galensis.
Ioannes Hatton.
Ioannes Hentenius.
Ioannes Tacesalius.
Ioannes Tosphe.
Iordanus.
Irenæus.
Iustinus.
Melito.
Methodius.
Nepos.
Nicolaus Alsensius.
Primasius.
Serafinus Firmanus.
Victorinus.
Thomas Sudnolcas.
Vbertinus Casalensis.
Victorinus Martyr.
Vitalis Cardinalis.

EORVM

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00152

TORVM, QVI SEPARATIM scripserunt in Euangelia, Epistolas, atque alias Diuinas scripturæ lectiones, quæ sine per Quadragesimam, siue per anni circulum Missis leguntur, Catalogus.

Albertus Pataninus.
Albinus.
Alphonsus Salmeron.
Antonius Bitontinus.
Antonius Bruich.
Antonius Ghislandus.
Aurelius Augustinus.
Beda.
Bernardus.
Callistus.
Cæsarius.
Cyrillus Hierosolym.
Dauid.
Ecbertus.
Ericus.
Eusebius Emisenus.
Flauianus.
Franciscus Ofianna.
Fridericus Nausea.
Franciscus Toletus in quosdam Psalmos.
Fulgentius.
Gaiterus Differus.
Georgius Vicelius.
Gerardus Stredam.
Gregorius Magnus,
Gothicalcus.
Guerricus.
Guilielmus Pepin.
Haymo.
Henricus Caltisen.
Henricus Confuelidius.
Henricus Harphius.
Henricus Helmesius.
Henricus Langestein.
Hericus Vrimarius.
Hermannus Petza.
Hildegardis.
Honorius.
Iacobus Genuensis.
Iacobus Scoepperus.
Innocentius Papa III.
Ioannes Arundineus.
Ioannes Beethz.
Ioannes Callestensis.
Ioannes Doceus.
Ioannes Dominici.
Ioannes Ferus.
Ioannes Gauuet.
Ioannes Hofmeister.
Ioannes Iustus.
Ioannes Maria.
Ioannes Nider.
Ioannes Niuecellensis.
Ioannes Pegno.
Ioannes Roiardus.
Ioannes Tanicus.
Ioannes Turrecremata.
Iodocus.
Iosephi Acosta.
Mauritius Parisiensis.
Maximus Taurin.
Michael Cesenas.
Nicolaus Cusa.
Nicolaus Herbron.
Nicolaus Dunkelspulus.
Otlonus noster.
Petrus Chrysologus.
Petrus Sirenfis.
Petrus Verbenius.
Sanctius.
Sixtus non.
Smaragdus.
Stephanus Paris.
Sylueiter.
Titus.
Thomas Hasselbachius.
Thomas Stapletonus.

EORVM, QVI SCRIPSERUNT in Passionem CHRISTI Domini iuxta quatuor Euangelistarum Historiam, Catalogus.

Antonius Gueuara,
Bonitus.
Dominicus Mancinius.
Franciscum Xicheuius.
Georgius Molitorius.
Gregorius Lorichius.
Gregorius Nazianzenus
Guilelmus Aquilsran.
Henricus Arnoldi.
Henricus Gulpen.
Henricus Suso.
Hieronymus Pataninus.
Ioannes Canemar.
Ioannes Capistranus.
Ioannes Ferus.
Io Franciscus Quintianus.
Ioannes Taulerus.
Leo Papa.
Theodoricus Herxen.
Tullius Crispoldus.

CONCORDANTIAE PER Alphabeti ordinem, in quibus sua quia voces, qua sunt, in Bibliis, indicantur vbi nam sint.

Arlotus Minoria.
Georgius Bullocus, qui œconomiam Methodicam suas concordantias inscripsit.
Henricus Regius Paderbornensis
Guardianus Susteriensis, Prouincię Saxonicæ S. Crucis.
Ioannes Abbas Niuicellensis Decreterum Doctor qui concordantias Auctoritatum Sacrę Scripturæ edidit iuxta ordinem librorum in Bibliis, in quibus locis illæ canonici reperiantur.
Ioannes de Segobia, qui concordantias collegit partium Oratorum indecliabilis in Bibliis, quæ maioribus concordantijs adiungi solent.

IN DECALOGVM,

Antiochus Monachus.
Arnoldus.
Bonauentura.
Fridericus Nausea.
Gerardus Stredam.
Gothicalcus.
Henricus Harphius.
Henricus Vrimarius.
Hermannus Colonensis:
Ioanne Beethz.
Ioannes Gerson.
Ioannes Nider.
Michael Mediolanensis.
Nicolaus Dunkelspulus.
Thomas Aquinas.
Thomas Hasselbachius.

IN ORATIONEM Dominicam.

Aegidius.
Albertus Magnus.
Bernardinus.
Bonauentura.
Carolus Bouillus.
Cyprianus Carthaginen.
Hermannus Colonensis.
Hermannus Petza.
Hieronymus Saunarola.
Ioannes Gerson.
Ioannes Ludouicus.
Ioannes Picus.
Iudocus.
Nicolaus Dunkelspulus.
Petrus Aliacus.
Robertus Card. Bellarminus.
Theodoricus Herxen.
Thomas Aquinas.
Thomas Hasselbach.

IN SALVTATIONEM Angelicam.

Aegidius.
Bernardinus.
Henricus Langestein.
Ioannes Iodinus.
Petrus Aliacus.
Theodoricus Herxen.
Thomas Aquinas.

IN CATHICA Fretalia.

Euthymius.
Iacobus Perez Valentinus.
Ludolphus Cattuianus.
Theodoricus.

CATA-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00153

CATALOGVS ALTER IN QVO SCRIPTVRAE EXPOSITORES in varias distribuuntur Classes, iuxta varietatem methodorum quibus sacri expositores in exponendis Sanctis literis vsu sunt.

ABBREVIATORES, QVI expositorum tropicam Commentaria abbreuiarunt.

Aretas.
Beda.
Eutymius.
Hieronymus Stridonensis.
Petrus Ximenius.
Simon Affligiensis.
Theodoretus.
Theophylactus.

ANNOTATORES.

Apollinarius iunior.
Ariclmus Laudunensis.
Aurelius Augustinus.
Bernardinus Gadolus.
Franciscus Stanouius.
Franciscus Titelmannus.
Hieronymus Stridonensis.
Hugo Victorinus.
Ioannes Benedictus.
Nicolaus Zigenus.
Origenes.
Richardus Victorinus.

COACERVATORES.

Alfonsus Tostatus.
Gregorius Papa.
Henricus Langellein.
Sixtus Nouicomensis.
Thomas Aselbach.
Vincentius Belluacensis.

COLLECTORES EXPOSITIONVM, Catenarij.

Alaphus.
Aloysius.
Aretas.
Augustinus Anconas.
Bartholomeus Vrbinas.
Beda.
Catena in Iob Graeca.
Catena in Psalmos Graeca.
Catena Graeca in Euang.
Dominicus Nanus.
Epiphanius Scholasticus.
Eucherius.
Euthymius.
Eudocia.
Franciscus Puteanus.
Godefridus Tilmanus.
Gouernerus Parisiensis.
Haymo.
Henricus Helmesius.
Paterius.
Patritius.
Petrus Tripolitanus.
Petrus Herentalsius.
Primasius.
Proba.
Rabanus.
Sanctes Pagninus.
Seclubius.
Theodolus.
Thomas Aquinas.

COMPENDIARII QVI Diuinas Scripturas in Compendium contraxere.

Alanus Insulensis.
Aurelius Cassiodorus.
Ioannes Monschus.
Petrus Berchorius.
Petrus Verberius.
Richardus Victorinus.

CHRONOGRAPHI.

Beda.
Eusebius.
Hermannus Contractus.
Ioannes Driedo.
Iulius Africanus.
Iosephus Hierosolymitanus.
Philo Iudaeus.
Richardus Victorinus.

DIALOGISTAE.

Apollinarius iunior.
Aurelius Augustinus.
Iacobus Sacolitus.
Ioannes Gerson.
Paduanus.
Salonius.
Zacharias.

DICTIONARII.

Andreas Placus.
Beda.
Epiphanius.
Eucherius.
Franciscus Ximenius.
Ioannes Benedictus.
Ioannes Pratus.
Isidorus Ispalensis.
Mammotrettus.
Marcus Vlmensis.
Origenes.
Philo.
Sanctes Pagninus.

DISPVTATORES & Quaestionarij.

Aegidius.
Alfonsus Tostatus.
Albinus.
Apollinarius.
Antonius Ghillandus.
Aurelius Augustinus.
Beda.
Cyrillus.
Eucherius.
Eusebius Cesariensis.
Franciscus Georgius.
Hieronymus.
Hugo Victorinus.
Ioannes Arboreus.
Iustinus.
Matthaeus Doringus.
Methodius.
Paulus Burgensis.
Philippus Sidg.
Philo Iudaeus.
Richardus Cluniacensis.
Seraphinus Cumiranus.
Tatianus.
Theodoretus.
Thomas Aquinas.

EGLOGISTAE.

Arletus.
Aurelius Augustinus.
Cyprianus Carthag.
Defensor.
Ioannes Mentolonius.
Ioannes Nuccellensis.
Melito.
Nicolaus Anapus.
Petrus Noux Ciuitatis Episcopus.

EPISTOLARII.

Ambrosius.
Aurelius Augustinus.
Hieronymus.
Isidorus Pelusiota.

GEOGRAPHI.

Adamanus.
Albertus Patriarcha.
Beda.
Burchardus.
Callistus Placentinus.
Eusebius Cesariensis.
Guilielmus Aquilpranus.
Iludolphus Suchen.
Matthaeus Aurogallus.
Ovontius Fineus.
Petrus Apianus.
Rodulphus Langion.
Roggerus Bacco.

HARMONICI.

Ammonius Alexandrin.
Antonius Burchius.
Diegus Deza.
Dominicus Nanus.
Eusebius Cesariensis.
Gerardus Lorichius.
Ioannes Gerson.
Robertus Goulettus.
Simon Cotronius.
Sixtus Senensis.
Tatianus.
Theophilus Alexandrie.
Victor.

HOMILIARIAE, & Enchiridiarij.

Albinus.
Ambrosius Mediolanen.
Amphilochius.
Anastasius.
Anselmus Cantuariensis.
Antiochus.
Antonius Puccius.
Aurelius Augustinus.
Basilius.
Beda.
Bernardus.
Caudidus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hierosolymitanus.
Didacus Stella.
Eticus.
Eusebius Emisenus.
Franciscus Vlsdominus.
Fridericus Nausea.
Fulgentius.
Gilbertus Ciffercensis.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyssa.
Gregorius Papa.
Guericus.
Haymo.
Hilarius.
Hippolytus.
Hugo Victorinus.
Iacobus Sepperus.

Ioannes

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00154

Ioannes Chrysostomus.
Ioannes Eckius.
Ioannes Ferus.
Ioannes Hoffmeisterus.
Ioannes Iustus.
Ioannes Maria Verarus.
Iudocus.
Maximus Taurinensis.
Origenes.
Petrus Chrysologus.
Petrus Edessæ.
Philippus Cancellarius.
Seuerianus.
Thomas Trugillus.
Zeno.

ISAGOGICI.

Alanus Lynna.
Alardus Altheradanus.
Ambrosius Compiæ.
Aurelius Augustinus.
Aurelius Cassiodorus.
Beda.
Bonauentura.
Bucherius.
Franciscus Riuzius.
Georgius Vicellius.
Guarnerus Parisiensis.
Guido Eboicensis.
Guilelmus Gregorius.
Hermannus Schildius.
Hugo Victorinus.
Iacobus Goudschius.
Iacobus Perez. Valent.
Ioannes Bertranus.
Ioannes Driedo.
Ioannes Gerson.
Iohannes Hagen.
Martinus Martinius Cantapetrensis.
Melchior Canus.
Othomarus Luscinius.
Petrus Bertorius.
Petrus Garsia Galarza.
Rabanus.
Sanctes Pagninus.
Theodorus.
Tonnius.

INDICISTÆ.

Conradus Halberstadius.
Eutalius.
Gabriel Brunus.
Hugo Carensis.

MEDITATORES.

Bernardus.
Bonauentura.
Dionysius Cartusianus.
Henricus Harphius.
Hieronymus Sauonarola.
Iohannes Gerson.
Ioannes Ludouicus Viues.
Ludolphus Cartusianus.
Ninitanus.
Petrus Aliacus Pictorum Episcopus.

PARAPHRASTÆ.

Christianus Ischyrius.
Franciscus Titelmannus.
Franciscus Vatablus, sed qui est in Hispaniis emendatus.
Gregorius Neocæsariensis.
Hegesippus.
Ioannes Turrecremata.
Iosephus Hierosolymitanus.
Iustus Tyberinus.
Petrus Comestor.
Philo Iudæus.
Rainerus Snoygoudanus.

PARTITORES.

Alexander Dolensis.
Bonauentura.
Cyrus Prodromus.
Franciscus Gothus.
Ioannes Benedictus.
Nicephorus.

POETÆ.

Alexander Villafeus.
Aluarus Gomesius.
Angelus Sangrinus.
Apollinarius Antiquior.
Arator.
Auitus.
Aurelius Prudentius.
Bonauentura.
Bonitus Mombrinus.
Cædmonus.
Cornelius Magnanus.
Dracontius.
Dominicus Mancinus.
Eudocia.
Eulalius.
Ezechiel.
Franciscus Bonadus.
Franciscus Gothi.
Franciscus Spinola.
Gerardus Bredensis.
Gregorius Nazianzenus.
Godefridus.
Godelbertus.
Guido Ferrariensis.
Hieronymus Fracastorius.
Hieronymus Patauinus.
Hieronymus Stridonensis.
Hieronymus Vida.
Hilarius Arelatensis.
Iacobus Furnius.
Iacobus Sanazarius.
Ioannes Franciscus Quintianus.
Ioannes Gagneus.
Ioannes Neouillanus.
Iouita Rapicius.
Iuuencus.
Ludouicus Iunior.
Mapheus Veggius.
Marbadus.
Marius Victorinus.
Matthias Vindonicensis.
Nicephorus.
Patritius.
Petrus Emisenus.
Petrus Riga.
Petrus Roicneimensis.
Proba.
Saluianus.
Sedulius.
Sigebertus.
Theodolus.
Theodorus Abbas.
Tertullianus.

SCIOGRAPHICI.

Albertus Durrerius.
Aurelius Cassiodorus.
Beda.
Callistus Placentinus.
Damianus Marasius.
Eusebius Cæsariensis.
Hieronymus Stridonensis.
Ioannes Buteo.
Onorius Eneus.
Petrus Apianus.
Richardus Victorinus.

SUPPLETORES, QVI EX. positorum imperfecta Commentaria complexerunt.

Gilbertus Monachus.
Gregorius Nissæ.
Iudocus.
Rudocia.

THEMATICI.

Ambrosius.
Gregorius Nissæ.
Philo Iudæus.
Vincentius Belluacensis.

TRANSLATORES.

Aquila Synopæus.
Augustinus Episc. Nebiensis.
Eduardus Læus.
Eusebius Cæsariensis.
Felix Prætensis.
Franciscus Ximenius.
Guilelmus Abbas Hirsaugiensis.
Hesychius Monachus.
Hieronymus Leopoliensis.
Hieronymus Stridonensis.
Iacobus Apostolus.
Iacobus Genuensis Archiepiscopus.
Ioannes Aragonum Rex.
Ioannes Chrysostomus.
Ioannes Dietembergius.
Ioannes Eckius.
Ioannes Lopis Stunica.
Ioannes Poccanus.
Ioannes Quinquarboreus.
Iosephus Typherus.
Italica Editio.
Lucianus Martyr.
Michael Adam.
Origenes.
Patrophilus.
Petrus Sutor.
Robertus Oliuetanus.
Rudolphus Agricola.
Sanctes Pagninus.
Septuaginta duo Interpretes.
Simon Iesumæus.
Sophronius.
Symmachus.
Syra Editio.
Theodotion.
Thomas Caietanus.
Valphilas Gothorum Episcopus.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00155

ARGVMENTVM
LIBRI TERTII,
QVI EST DE THEOLOGIA SCHOLASTICA, ET PRACTICA.

SVPER Sacrarum literarum fundamentis Doctrina Scholæ constituitur, quam Theologiam Scholasticam dicimus. Hac quoniam tutum sternit ad veritatem iter, atque imperterrito pectore hostiles impetus frangit, pietatemq. rectissima methodo proponit: quanto magis odiosa reliquis, ac præsertim Fidei hostibus hæreticis est, tanto acceptior ac pretiosior debet esse Catholicis. Eius cum vtilissima pars sit, quæ propius accedit ad humanas actiones perpendendas, quæ dicitur Practica, siue de officijs, & casibus Conscientiæ; vtriusque naturam, & Methodum pauciora, sed fœcunda capita, quæ sequuntur, ostendent.

ANTO-

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Tertius

QVI EST DE THEOLOGIA SCHOLASTICA: & Practica, siue de studiis Casuum Conscientiæ.

THEOLOGIA SCHOLASTICA QVID. Caput. I.

DIVINAE Scripturæ necessitate, ortu, cremento, serie, methodo, apparatu, quantum ipsius tractatio requirit, ac denique variis Diuini Codicis interpretibus indicatis, de ijsdem rebus in Theologia Scholastica agendum est, si prius attigerimus, quid Theologiæ, quidue Scholasticę voces designent: ac quę nam hæc, quæ Scholastica dicitur, ratione differat ab aliis, quæ & ipsæ nomine Theologiæ censentur. Et primo quidem Græci, ipseq. adeo Aristoteles Theologos vocarint eos, qui in sublimibus, ac Diuinis rebus explicandis versabantur. Atubi CHRISTVS DOMINVS illuxit Mundo, Græci Patres eam præcipuè nominarunt Theologiam, quæ vel sermone, vel scriptis ad doctrinam de Diuinitate Christi pertinebat. quæ res fecit, ut licet alij Euangelium scripserint, vnus tamen ipse Ioannes Euangelista Theologus sit dictus; quo item nomine appellatus est Gregorius Nazianzenus, quòd ceteris Græciæ Patribus sublimius materiam tractauerit eandem. Quin & ipse, quibus orationibus de Patre, Filio, Spiritu sancto egit, eas Theologiæ nomine inscripsit. Atcùm de CHRISTI humanitate, atque incarnatione agerent, versari dicebantur in œconomia: quam sanè œconomiam, licet Eusebius, & Nazianzenus duplicem faciant, alteram, quæ ad prouidentiam refertur illam, qua Deus ante humanitatem assumptam nostræ saluti consuluit; alteram, quę earum est rerum, quas nostra causa gessit, ac passus est in corpore; qui tamen in Græcia Patres floruerunt, œconomiæ nomine hanc potissimum de incarnatione, atque humanitate Christi stationem à se susceptam appellarunt.

Theologi ob id Aristot.

D

Vnde nomen Theologi.

Euseb. lib. 1. de præpar. Euangel. Greg. 2. orat. de Pasc.

Ad vocem Scholasticæ, quod attinet, id in primis sciendum est, hominem de Schola à Ciceronedictum, qui eruditus, & docius optimè fuisset à Magistro. Scholas item quinque dierum vocaras ab eodem, quæ habitæ fuerant à præstantibus viris accuratas, & politas disputationes. Porro Scholasticum à Seneca dici eum, qui probè erat in declamationibus exercitatus. *Bona* (inquit) *fide Scholastici erat in illis declamationibus quæ bene ibi successerunt, nisi post primum Tetradum præferendus.* Imo Beda Prudentium nobilissimum Hispanorum Scholasticum, & Gennadius Massilien. Iulianum, Eucherium, ac plerosque alios inter Scholasticos, hoc est, inter Scholasticæ eloquentiæ professores, nominat. Idem in vita Prosperi, *scholam* (inquit) *Prosperi esse*

E

Scholastici Theologi nomen inde sumptum. *Cic. de Orat. Et orat. in Pisonem. Ex. Tuscul. Senecæ lib. 10. controu. & Beda de arte metrica. & Gennadius in de Iuliano Capuano.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00157

a Sidon. lib. 26. ep. 17. b Hieron. in ep. ad Titum. c Act. 17.

esse Scholasticum, qui inter antiquos fere est disertissimus. Sidonius Apollinaris loquitur ad eundem modum, ac [b] Hieronymus scribit se, calentibus adhuc in ipso Rhetorum studijs, multa de sacris rebus Scholastico flore pinxisse, atque ait Paulum Apostolum, [c] eum in Areopago concionaretur, argumentum concionis ab inscriptione Aræ Athenensium Scholastica quadam elegantia traxisse; Deniq; inde factum est, vt vir doctissimus, qui in Ecclesijs docendæ iuuentuti præficiebatur, Scholasticus appellaretur. Et hæc quidem illi.

Theologia Scholastica quæ sit.

At nos Theologiam Scholasticam dicimus, quæ certiore methodo, & rationib. imprimis ex Diuina Scriptura, ac traditionibus, seu decretis Patrum in Concilijs diffinitis veritatem eruit, ac discutiendo comprobat. Quod cùm in Scholis præcipuè argumentando comparetur, id nomen sortita est. Quamobrem differt à positiua Theologia, nõ re, sed modo, quemadmodum item alia ratione non est eadem cum naturali Theologia, quo nomine Philosophi Metaphysicen nominarunt. Positiua igitur, non ita res diuinas proponit, sed penè sententiam ratam, & firmam ponit, præcipuè in pietate incumbens. Versatur autem & ipsa in explicatione Scripturæ Sacræ, Traditionũ, Cõciliorum, & Sanctorum Patrum. Naturalis porrò Theologia Dei naturam per naturæ argumenta & rationes inquirit, cùm supernaturalis (quam Scholasticam dicimus) Dei eiusdem naturam, vim, proprietates, ceteraq; res Diuinas per ea principia vestiget, quę sunt hominibus reuelata Diuinitus.

Theologiæ Scholasticæ & positiuæ discrimen.

Theologia Scholastica quid.

Ergo Theologia hæc, fi vocem ipsam Græcam attenderis, sermonem ac rationem de Deo designat, quæ sacrarum literarum nixa fundamentis, & Deum ipsum obiectũ, subiectum que proposítum, ac quasi verſandam materiam habens, ex principijs fidei à Deo reuelatis conclusiones colligit, in principijs ipsis implicatas, adeo reliquis disciplinis præstantior, quò Diuina Lux, & auctoritas, auctoritate omni alia, & luce potior est, atque eminentior. Quamobrem in Diuina Scriptura meritò dicitur [d] Intellectus, [e] Eruditio, [f] Sapientia, [g] Prudentia, [g] Scientia, & [h] Scientia Dei, [e] Scientia veritatis, etiamsi clara & euidens conclusionis notitia desit, quam in statuenda scientiæ ratione Diuini huius luminis expers requirebat Aristoteles. Ex quibus omnib. Theologię Scholasticę definitio hæc existit. Vt sit rerum Diuinarum scientia, quatenus à Deo nobis reuelantur, non ex natura, sed ex fide collecta, gignens cognitionem non eui dētem, sed certam, licet obscuram, qualis est fidei cognitio. Quod visus est innuisse Paulus, scribens iustitiam, [h] reuelari in Euangelio ex fide in fidem, nimirum ex vna re, quę fide teneatur, accipi alteram, quæ fide non tenebatur.

d Psal. 118. e Psal. 93. f Prou. 3. 5. 1. Cor. 2. Baruch. 3. Prouer. 5. g Isaiæ. 2. h Rom. 1. Definitio Theologiæ Scholasticæ. Rams.

Theologia Scholastica quotuplex. Cap. II.

Theologia multiplex.

ET multiplex quoque Theologia est hęc, de qua agimus: quippe quæ multis modis cognosci queat ratione nostra quamquam vna & simplicissima res sit Deus. Prima Dei. Secunda Beatorum. Tertia nostra. Quarta malorum Dæmonum. Atqui etiam dici potest Theologia nostra infusa, quo ad fidem, quæ illi deseruit loco habitus principiorum, sed habitus, qui circa conclusiones versatur, est acquisitus.

Ex obiecto.

Neque verò Theologia tantummodo est Theorica, verùm etiam Practica eminenti quodam modo, quamuis Theorica magis. Id liquet, quòd sub eius obiectum plera que cadunt, quorum scientia nequit haberi practica. Ea sunt Deus, Angeli, Animæ immortales, Cœli, reliquus mundus. Hæc enim à nobis effici non possunt. Cadunt item sub eiusdem Theologiæ obiectum alia, quę quoniam à nobis fiunt, practicam scientiam constituunt, eiusmodi sunt præcepta Decalogi, ac Christianę uitę officia omnia. Accedit ratio materię, de qua tractat; quę complectitur, tum quę cognoscimus, & non agimus: tum quę cognoscimus, & agimus. Quippe Deus duo genera rerum nobis reuelauit ad salutem: alterum earum quę credendę: alterum earum, quę agendę sint: Præterea, principia quędam sunt, quę ad solam veritatis cognitionem comparata sunt, qualia principia (hoc est capita Fidei) sunt: In Trinitate vnam in tribus personis essentiam esse. Mundum à Deo conditum in initio temporis. Quędam autem ad agendum iuuant, & practica ideo sunt;

Duo nobis Deus reuelauit.

Cùm

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00158

A Cùm verò Theologia tres maximas scientias tradat, Philosophiam Naturalem, Metaphysicen, Moralem; duæ illæ prorsus ad speculationem pertinent, tertia ad actionem. Cæterum etsi videri potest, principia, hoc est articulos Fidei referri ad actionem, constat tamen natura sua esse ad rerum Diuinarum cognitionem institutos: sicuti altera ex parte præceptа Decalogi, quamuis coniunctam habeant multarum rerum notitiã, natura tamen sua comparata sunt ad agendum.

Theologia Scholastica necessitas. Cap. III.

Theologia Scholast. cur inuenta. *Ex Aug. lib. 3. de Trinit. in proœm.*

NEque verò una necessitas fuit, cur Theologia Scholastica traderetur præcipua illa, quam Magister in proœmio tradit ex Augustino; qua scitur, quemadmodum Fides Catholica pijs opituletur, & aduersus impios defendatur. Scitũ B enim est illud, Theologi esse fidelis, docere doctrinam sanam, & eos qui sanam nõ habent, redarguere. Altera est, Diuinarum Scripturarum difficultates enodare, quas Deus (vt inquit Augustinus, & nos superiùs attigimus,) tres ob causas potissimum voluit esse signatas & clausas. Primò ad fastidium declinandum, quæ enim obuia, apertaq. sunt, contemnimus; at opera & recondita cupimus, desiderata ardentius inquirimus, inuenta suauius gustamus. Sicut autem Deus pleraque in Diuinis literis in apertissima luce posuit, vt inde pascerentur, & famem pelleremus, ita utilissimis obscuritatib. plura inuoluit, vt in ijs sine vlla fatietate, ingenij solertiam exerceremus. Deinde, ut ad liquidiorem veritatis notitiam obscuritas adduceret, dum sic verisimè quod obscurum esset explicaret; atque occasione propositam difficultatem inquirendi, aliatũ quoque rerum, quas non quærebat, veritatem assequeretur. Denique ad comprimen- C dam humani ingenij temeritatem, eiusq. superbiam labore domandam: vt dum tumens, ac turgẽs hominis animus abstrusos diuinarum literarum recessus penetrare se posse præsumit, demum desperans cogatur unà cum Aethiope illo Eunucho exclamare. *Quomodo possum hæc intelligere, nisi aliquis ostenderit mihi?* Quæ cùm ita sint, ij quidem minus necessariam esse putarunt Theologiam Scholasticam, tum se denique errasse sentiunt, cùm eos aut disputatio cum hæreticis, aut perplexus aliquis conscientiæ casus exercet. *Actũ 8.*

Theologiæ Scholasticę vtilitates.

Accedunt reliquæ necessitates, quæ licèt cum positiua Theologia sint communes, ad Scholasticam tamen propiùs attinent. Nimirum vt Diuinæ res illæ penitus agno D scerentur, ac defenderentur, quæ magistra natura percipi numquam potuissent; cuiusmodi sunt mysteria Trinitatis, Incarnationis, Resurrectionis, & alia. Vt item finis supernaturalis hominis intelligeretur, in quo vita beata hominum est posita. Deinde vt via consteret, qua ad illum sit perueniendum. Denique ut quod assequi aut intelligere homines Ethnici, vel hæretici quidam nequiuerunt, nempe vitiatæ naturæ mortbum, id iam pateret. Quod sanè cum philosophos latuisset, fecit, vt neque consequerent ad Diuinam opem quærendam; & verò nihil minus quàm virtutem perfectam, & solidam adipiscerentur, qui humana industria hoc effici posse falsò putarunt. Certè quòd spectat ad Deum noscendum vt finem supernaturalem, nec illum noscere naturaliter, quantùm oportet, nec naturaliter, ac efficaciter appetere (eatenus enim aliquid appetimus, quatenus cognoscimus) nec uiribus naturæ nostræ confequi possumus: cùm verò ista fide cognosci possint, at Theologia Scholastica ea tuetur, & dilucidat.

E Ex his autem omnibus, si paulò maturius perpendantur, liquet, quo spiritu acti fint qui Theologiam Scholasticam vel extenuare, vel explodere conati sunt: contra quos, vt alij antea, sic præcipuè hoc seculo scripsit Melchior Canus. Extat item in fine libri de sex diebus conditi orbis à Hieronymo Vielmio scripti, & Venetijs apud Iuntas editi, oratio Apologetica aduersus obtrectatores Theologiæ Scholasticę. Probat enim Scholasticos rectâ methodo à Deo ad creaturas descendere; quippe cùm incipiendum sit à prioribus nobis, & magis notis (nimirum vnde commodè & facilè aliquis possit addiscere) Christiano ab ipsis incunabulis imbuto, nil melius, & prius esse debet, quàm Deus opt. Max. Sic in Symbolo Ecclesiæ *Credo* (inquit) *in Deum Patrem*; Sic Moses historiam suam ab opifice Deo orditur: Sic Plato interdum, & Pythagoras, ut refert *Lib. 8. locor. communium de anchoritis Dod. Scholasticor. & lib. 2. de iniurijs Theologum Scholasticę disputatio ne.*

Scholasticã Theologiam ignoscere propugnare iust. iuste ite

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00159

Stapleton in defensionem illius egregiâ apologiam.

Simplicius, naturalia tractarunt, quatenus res Diuinas participabant; Aristoteles autem nusquam vult à natura discedere, quinetiam, dum assurgit, mauult, quæ naturam excedunt speculari per habitum naturalem. Porrò cùm non tam creaturas, quã Creatorem tã quam in speculo Theologus contempletur, non est reprehendendus, quod ista sedulò consideret. Minus item quod flores in dicendo non sectetur: *Non enim docētis mundana sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis incedit*, sicut inquit Apostolus; *Et in iudicy contentione* (ait Cyprianus) *pro rostris opulenta facundia nolubili ambitione iactetur, at cum de Domino, ac Deo vox est, vocis pura sinceritas non eloquentiæ viribus mittitur ad fidei augmentum, sed rebus. Et est* (ait Hieronymus) *in verbis simplicibus semper sensus augustior.* Loquitur autem de D. Scripturis. A

2. Corin. 2.

Cur non ita eloquentes sint Theologi.

Ac sanè fieri nequit ob Theologici subiecti amplitudinem, atque præstantiam, cũ aliquis ad mentis vertícem cum Mose conscenderit, quin adhuc caligine perfundatur, B vt semper hic verum sit, quod Dionysius ait: *Cum Deo tanquam ignoto nos coniungi*, vt potius imbecillitas nostra, quàm artis industria culpanda sit. Sed & licet hoc ita sit, tot tamen gradus ascensionis ad se multiformis illa Dei sapientia humanis mentibus excitauit, torque suispius vestigia in Vniuerso, ac in nobis ipsis impressit, vt semper habeant quibus cibis pascantur ingenia præsertim Scholasticorum Theologorum. Legat pius uir cælestes libellos Bonauenturæ, alterum de Itinerario mentis in Deũ, cuius opusculi, imò (inquit Gerso) operis immensũ laus superior est ore mortalium. Alterum autem quod Breuiloquium inscripsit Theologiæ, processum propriè Theologicum retinens, & quasi conuersum ad priorem, quoniam à principio primo descẽdit ad alias veritates, ut idem inquit Gerso.

Quod autem ad disputationes, &, vt vocant, circulos attinet, ea non iis, non Sophi C statum congressus, sed exercitatio falubertima est ad firmanda ingenia, uti ad corpus roborandum exercitatio valet. Hæretici sanè antiquitus, & recentes hunc modum

Hæretici oderunt Theologiam Scholasticam.

ægrè ferunt, quoniam cominus isto genere pugnæ robusto, acuto, breui confodiuntur. *Quorum etiam improbitas*, inquit Athanasius, *contra insolentes illorum nouitates rebus immutabiliter permanentibus nominum nocabula mutare, & significantius rerum naturas exprimere nos adegit.*

Neque item classes, aut sectæ inter Theologos sunt: Pura enim hæc eorum calumnia est, qui de Christianæ pietatis sanctis dogmatibus mentiuntur, quæ iam decretis, aut decisa sunt. Aliquorum autem præstantium in ijs, quæ fides non definiuit, non tã auctoritati, quàm rationibus, non tãm nomini, quàm probè expositæ veritati, quod rectè consulit Aristoteles, assentiendum putamus. D

Philosophia iuuat Theologiam.

At ij, qui damnant Philosophiæ cum Theologia Scholastica affinitatem, facilè refutantur ijs rationibus, quas in tractatione de philosophia attulimus. Illud quidem quod veritas patefacit (ait Augustinus) libris sanctis, seu Veteris, seu Nouj Testamenti, nullo modo potest esse aduersum: Et verò, quantam supellectilem ad arcem Diuinæ sapientiæ contulerint S. Tho. & alij viri doctissimi, qui seriò sapientissimos illos Auctores quotidie versant, intellexerunt. Porrò in tractatione de Philosophia in genere ostendimus eam mirificè à Fide, atq; à Theologia fuisse adiutam.

Ceterum turpe est ingenuo uiro, qui in baptismate CHRISTO Domino nomen dederit, bonarumq. disciplinarum studijs sese addixerit, non posse de Deo, de Trinitate, de Christo, de Sacramẽtis, de Vniuerso, de Angelis, de Homine, deq. alijs sublimib. ac præclarissimis rebus rectè, ac prudenter tum sentire, tum in Ecclesia, præsertim in E summis Reip. Christianę ijstis concertationibus, disserere.

Origo, crementum, & interdum decrementa Theologiæ ante Christum natum. Cap. III I.

Tit. 1. li. 3. de curatione affectionum Graecarum. Genebrardi Chronographia excus. 1580. Paris.

ET si verò Patres plerique omnes, ac præcipuè Theodoretus ostendunt, Theologiã vnà cum primis ortam fuisse parentib. indeq. ad posteros deductã, & nouis ritib. ac quasi luminib. illustratã, Gilbertus tamen Genebrardius, eiusdem originem ac progressum per singulas ætates planissimè monstrat. Inerat videlicet ijs rerum Diuinarum (quatenus humana conditio patiebatur) perfecta cognitio, quæ durauit

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00160

A durauit quamdiu homines haud peccarunt: vera quasi infantia fuerit & innocentia Theologiæ. Sed inde vsque ad confusionem linguarum annis bis mille licet obigno rantiam valde obscuraretur, falsis tamen de Deo opinionibus depraxata non est; Dum enim vna fuit omnium hominum lingua, nulla fuit Idololatria: At deinceps vsque ad exitum Abrahami ex Mesopotamia (quamuis breuissimo spatio, nempe an norum triginta uel quadraginta) valde excreuit Idololatria. Quare Theologia delituit vsque ad Mosem, per quem iterum cœpit Religio, & rerum Diuinarum scientia reuiuiscere. Ac tamen à magistro ipso Abrahamo orbis terræ pars maior, si non om nino, aliquam tamen Theologiæ & religionis Iudaicæ partem susceperat. Hinc enim factum est, vt tam multæ gentes amplexæ sint circumcisionem. Quæ res vetustissimis Auctoribus dedit occasionem disputandi contra Græcos de Religione, sum- B pto hinc argumento ad probandum Theologiam Iudæorum esse omnium antiquissimam. Quæ item causa fuit cur Aegyptij, & Chaldæi inter omnes gentes, quoniam edocti fuerant ab Abrahamo, maximi Theologi habiti fuerint, eorumq. Theologica scripta ad nos peruenerint, nempe Trismegisti, Iamblici, & Berosi, quamquam quid de his sentiendum sit, & diximus iam, & dicendum est postea, ubi de Platonicis loquemur.

Theologiæ origo.

Aegiptii & Chaldæi cur maximi fuerint Theol.

A Mose igitur vsque ad Roboamum, & Ieroboamum annis sexcentis Iudæorum Theologia maximè floruit: quippe quæ tum primò literis fuit consignata (quamuis antea, vt scribit Iosephus, Seth, duas illas erexerit columnas, in quibus sapientiam, quæ circa corpora cælestia uersaretur, incidit) tumque constituti sunt Sacerdotes, Scribæ, ac Legisperiti, qui Theologiam omnes profiterentur. Sanè eo ipso tempore C ingens fuit celebrium Prophetarum numerus, sacramentaq., & cerimoniæ sunt institutæ, quibus religio & diuina ipsa scientia vsque ad præfinitum tempus conseruabantur. Secuta est ætas à Roboamo vsque ad finem exilij Babylonici annorum 550. quo tempore vera religio iacuit pene intermortua, tum ob Regni Dauidici diuisionem, quam diuisio quoque religionis sequuta est, tum quia Ieroboamus conflatis duobus vitulis aureis, decem Tribus in Idololatriam compulit, pretioq. Sacerdotes, & Prophetas constituit. Erant item continenter bella inter duos Reges Iudæ, & Israelis, quæ faciebant, vt literarum studia filescerent: res nimirum eò deuenerant, vt aliquã do unus iniquus, ac celebris esset Elias Propheta, qui veram Theologiam tueretur, cum quadringenti falsam profiterentur. Micheas non ita multo post inuentus est qui verax, complures autem qui Pseudoprophetæ essent. Ac in ipsa Iudæ Ecclesia, D vbi tum Religio uera colebatur, ne vnus quidem aliquando extitit liber Legis. Nam & Iosias singulari Diuino beneficio tribuit, quod quemdam librum Legis Helchias Sacerdos nescio quo in Templi angulo compererit. Et uerò ad finem exilij Babylonici Iudæi non tantùm religionis, verum etiam linguæ Hebreæ obliti erant, uti Esdras scriptum reliquit. Exilio autem Babylonico finito vsque ad Christum, cœpit doctrina Diuina paululum iterum reuiuiscere. Sed progrediente tempore, atque quodammodo aduentante Christo, cœpit rursus Theologia Iudeorum obscurari, multas ob Sectas, quæ tunc ortæ sunt Samaritanorum, & Iudæorum, de quibus agit Epiphanius initio Panarij.

Lib. de Antiqu. cap. 2.

3. Reg. 12.

3. Reg. 18.
2. Reg. 22.
4. Reg. 22.
2. Esd. 13.

Vt author est Hieronymus in prologo Galeato.

Post Christum tamen vsque ad hæc tempora, qui nam ortus, vel progressus Scholasticæ Theologiæ. Cap. V.

E

Gal. 5.

AT vbi venit plenitudo temporis, plenitudo etiam Theologiæ aduenit, quæ non tam aucta, quàm facta est. Cùm enim Christus Dominus, quæ obscurè fuerant Iudæis tradita, explicuisset, req. ipsa exhibita interpretatus Prophetas, noua prisciis abolitis instituisset Sacramẽta, mandataq. renouasset; quibus & consilia adiecit, plenissimam sanè lucem attulit, quę non solùm à Iudæa, uerumetiam à Gentibus errorum tenebras dispelleret.

Christus nouæ Teologiæ Auctor.

Ac tamen Satanas copias tunc suas instruxit ardentius, quibus Ecclesiam Theologiamq. oppugnaret, excitatis Cerintho, Ebione, Basilide, Carpocrate, Valentino, Marcione, atque alijs: Verum enim verò Dei sapientia post Apostolos misit alios, qui

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00161

Primi post Apostolos Theologi.

qui eo magis subtiliter, ac simul eminenter res Diuinas exponerent: quod primum legimus feciſſe Hieotheum, & Dionyſium Areopagitam, deinde Pătenum, qui ſcholam Theologię aperuit Alexandrię, vbi & Clementem Alexandrinum Theologię lo cos ad dialecticorum artem diſputationibus diſtinctè pertractaſſe, ex Eccleſiaſtica hiſtoria à Hieronymo accepimus. A

Theologi ſcriptores ſecu lares.

Vt verò ipſa Chriſti Eccleſia imitata in hac paleſtra caput ſuum, ętate, ſapientia, pugnandi arte, progreſſus faciebat ingentes, ſic poſt priora illa ſęcula uſque ad annũ à nato Domino ſexcenteſimum, cum Arianorum funeſta peſtis in Orbe Chriſtiano graſſaretur, exciti ſunt diuinitus viri Theologi præſtantiſſimi, qui Theologiam in acie adhuc apertiorem educerent, Athanaſius, Hoſius, Pacianus, Baſilius, Epiphanius, Cyrilli, Hieroſolymitanus, & Alexandrinus, Theodoretus, Gregorij, Nazianzenus & Nyſſenus, Chryſoſtomus, Ambroſius, Hieronymus, Hilarius, Aug. in Dialecticis verſatus egregiè, Gregorius Magnus, Leo, Leander, Iſidorus, Proſper, Fulgentius, Caſſiodorus, & alij: Atqui etſi uſque ad ſeptimi ſęculi finem poſt Chriſtum, ob uariam rerum turbationem, Theologia minus ſeſe exeruit, hęc tamen ab Iſidori diſcipulis ſub annum ſeptingenteſimum conſeruata eſt ad uſum; floruitq. Beda in Anglia, in qua idem præſtitit, quod Iſidorus in Hiſpania. Itaque, è Bedę Schola pleriq. docti uiri prodierũt, inter quos fuit Albinus, ſiue (ut alij uocant) Alcuinus, qui à Carolo Magno adhibitus ad inſtituendam Pariſienſem Academiã, mirum eſt, quot illa peperit Theologos inſignes, ut quadringentos totos annos, uix alicuius nominis Theologus extaret alibi, quàm in Gallia. Videlicet floruere tum etiam Angelomus, Rabanus, Haimo, Strabus, quem ferunt Gloſſam ſcripſiſſe ordinariam, Remigius Antiſſiodorenſis, Paſcaſius Cordienſis, Amalarius. B C

Magiſter Sẽtẽtiãrũ Theologiam in ar tem quaſi de git.

Nonũ ſeculum inſecutum eſt, quo, cùm minus exercitatio Scholaſticę Theologię tractaretur, factum eſt ex hæreſi Berengarij, ut cõplures apparuerint, qui eam tutandę religioni ſub ſigna reuocarent, Inhebertus cum maximis, & antiquiſſimis Auctoribus conferendus, Guidmundus item, & Algerus, & Lanfrancus, & Hildebertus, & Leo Nonus, & Bernardus, & Iuo, & Anſelmus, & Honorius Auguſtudunenſis, & Sigibertus, & Burcardus, & Rupertus, & Hugo à Sancto Victore, & Petrus Lombardus, & Gratianus, & Richardus à Sancto Victore. At Petrus quidem Lombardus, cùm uidiſſet Theologiam Græcorum Patrum libris uariè ſparſam, fuſcq. tractatam; in unum autem à Damaſceno quaſi collectam, & certis ſuiſſe locis diſtinctam, eius imitatione collectis Latinorum Patrum (præſertim Auguſtini) ſententijs, idem fecit, vſq. adeo præclarè, ut Magiſter Sententiarum diceretur. D

Poſt Magiſtrum Theologia maximè floruit.

At verò, cùm ad exiens duodecimum ſeculum ita res Theologica proceſſiſſet, incepit liberali pietate Ludouici Regis ſancti, uiuidiores reſumere uires. Quare tum extitere Alexander Alenſis, Thomas, & Bonauentura, Albertus Magnus, & ceteri, qui uſque ad tempora Florentinę Synodi peruenerunt, qua finita, mirum eſt, quanta præſtantium Teologorum ſeges in Eccleſia Dei ad frugem maturuit, cùm & aduerſus ſchiſmata, hæreſeſq., & ſexcentas alias peſtes doctiſſimi libri, & Commentaria emitterentur in lucem, quemadmodum in Sacra noſtra Bibliotheca conſtabit, præter illa quę in hac Selecta attigimus.

Methodus & ordo à Græcis, & à Latinis in Theologia tractanda ſeruatus. Cap. VI. E

Theologię diuiſiones plures.

ORdinem autem non eumdem ſeruarunt in tradenda Theologia Græci & Latini; Damaſcenus enim temporis, loci verò ſeriem perſecutus eſt Dionyſium Areopagita, quippe qui egit de cęleſti, ſubcęleſti, ſupercęleſti, Hierarchia: Ioannes autem Sapiens cognomento Cyparriſſiotus, qui ſcripſit ab hinc circiter ſexcentis annis τὰ θεῖα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, hoc eſt, *expoſitionẽ materiarũ, ſiue elementarem eorum, quæ de Deo à Theologis dicuntur*, eã in decẽ Decades partitus eſt, Priorem de Theologia Symbolica; ſecundam de Theologia Demonſtratiua; tertiam de Diuinis emanationibus; quartam de informatione Diuini nominis; quintam de proprietatibus Diuinorum nominum; ſextã de apparitionibus Diuini luminis, ſeptimam

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00162

A mam de Diuina participatione, octauam de infinitate Dei in Creaturis, nonam de infinitate in Deo, decimam de Diuina simplicitate. Augustinus uerò inter Latinos egit de amandis, credendis, speʃandis. Magister Sententiarum de signis, & de rebus. Res autem duplices sunt, quibus fruimur, quibus vtimur: Thomas, de Deo in se (hoc est de ipsa essentia, & de Personis) comparādo ad Personas vt principio, & vt fine, de Via qua ascendimus, de ascensu quo ascendimus, qui est Dominus IESVS. Et quidem Thomæ ordo integerrimus, & absolutiʃʃimus fuit, qui ex adiuncto compendio, vno penè intuitu perʃpici potest: Nam fusius posita de eius Vita, ʃcriptis omnibus, & ratione eius Theologiæ addiscendæ agendum erit omnino, partim hoc libro, partim in Apparatu Sacro.

B

THEOLOGIAE S. THOMAE COMPENDIVM. Cap. VII.

PRIMA PARS.

Poʃt quæʃtionem 1. in qua agitur de ʃacra doctrina, eſt

DE DEO IN SE, hoc eſt De vnitate eſſentiæ Diuinæ à q. 2. ad 26.

C
- An ſit.
- Quomodo ſit, vel non ſit.
- Quomodo nominẽtur.
- De operationibꝰ immanentibus & tranſeuntibus potentia.
- De beatitudine.

De tribus PERSONIS PATRE. FILIO SPIRITVSANCTO à q. 27. ad 43.

VBI DE

Subiectum totius Theologiæ eſt Deus, non tantũ vt eſt, ſed vt eſt Principium & finis creaturarum, ac præcipuè rationalium.

Processione.
Relationibus propriis Personis absolutæ.
Personis relatis ad Constitutiua.
Relationibus communibus.

D DE DEO in relatione ad creaturas in genere cauſæ efficientis creaturarum, ideſt, de Productione.
- Quæ ſit cauſa prima Entium.
- Modo producendi à prima cauſa.
- Principio durationis à 44. ad 46.

Distinctione in
- Communi, & in
- Particulari creaturarum pure ſpiritualium: pure corporalium, ſpiritualium, & corporalium ſimul à 47. ad 102.

E Gubernatione in communi, in ſpeciali: In qua de conſeruatione: mutatione, & Quomodo vna creatura moueat alteram à 103. ad 119.

PRIMA SECVNDÆ.

DE MOTV RATIONALIS creaturæ in Deũ de vltimo fine huius motus, in communi, & in ſpeciali, In quibus ſit, Quid ſit.
- Quæ ad eum exigantur à q. 1. vsque ad 5.
- De iis, quibus ad hunc finem peruenire, vel ab eo deficere q. 5 poſſit.

DE HABITIBVS IN VNIVERSALI. De Actibus propriis hominibus, de
- Voluntario, inuoluntario, circumſtantiis actuum.
- Actib. voluntatis, eliciẽs, imperatis.
- Bonitate, & malitia actuum à 6. ad 21.

De actibus communibus in generali à 22. ad 25. In ſpeciali concupiſcibilis à 26. ad 39. irraſcibilis à 40. ad 48.

DE PRINCIPIIS Actuum. Intrinſecis, id eſt habitibus à 49. ad 89. vbi in generali de ſubſtantia, ſubiecto, cauſa generationis, augmenti, corruptionis, diminutionis, diſtinctione. In ſpeciali autem de virtutibus, donis, beatitudinibus, fructibus, & malis, hoc eſt vitijs & peccatis. Extrinſecis, id eſt LEGE in communi, vbi de eius eſſentia, differentia, eff. cib. In ſpeciali eius diuiſione in æternam, Naturali, Humanã Diuinã, Veterẽ, Nouã. à 90. ad 108.

GRATIA, vbi de eius Neceſſitate, Eſſentia, Diuiſione, Cauſis, Effectibus, id eſt Iuſtificatione, & Merito à 109. ad 114.

SECVNDA SECVNDÆ.

DE IIS, QVIBVS ad finem hunc peruenire, vel ab eo deficere q. 1. poſſit.

IN PARTICVLARI. Quoad ſpecialem materiam virtutum: ſub qua ſunt omnia agitur de donis, vitijs oppoſitis, ac præceptis, ne fiat inanis repetitio.

DE VIRTVTIBVS THEOLOGALIBVS.

DE Fide in ſe à 1. ad 7. Donis, Intellectus, & Scientiæ 8. 9. Vitijs oppoſitis, à 9. 11. ad 15. Præceptis, 16.

SPE, & ad eam ſpectantibꝰ à 17. ad 22.

CARITATE à 27. ad 46. vbi de eius effectibus interioribus, & exterioribus, de vitijs oppoſitis, de præceptis

DE VIRTVTIBVS MORALIBVS.

In Intellectu, vbi de PRVDENTIA à 47. ad 56.

In Voluntate, vbi de IVSTITIA à 57. ad 123.

FORTITVDINE à 124. ad 140.

TEMPERANTIA à 141. ad 170.

Quoad ſpecialem hominum ſtatum tum quoad Gratias Gratis datas, ideſt Prophetiam, Raptum, Donã linguarum, Sermonis, Miraculorum, à 9. 171. ad 178.

Tum quoad ſtudia Actionum. Vitæ contemplatiuæ, & Actiuæ à 179. ad 182.

Quoad officia, & ſtatus In communi, & in ſpeciali 184. vsque ad 189

TERTIA PARS.

DE CHRISTO Domino, qui eſt Via tendendi in Deum.

VBI

DE SALVATORIS Incarnationis Conuenientia, Modo Vnionis, Ordine à 1. ad 6. de coaſſumptis, quæ pertinent ad perfectionẽ, & Imperfectionem, à 7. ad 15. De Vnionem conſequentibus à 16. ad 26.

DE SALVATORIS geſtis à 27. ad 59.

DE SACRAMENTIS, quę à CHRISTO vim habent: In communi à 60. ad 65. In ſpeciali, de ſeptem Sacramentis à 66. vsq; ad 90. & inde à qu. 1. ex additione vſque ad 68.

DE FINE IMMORTALIS VITAE, id eſt iis, quæ Reſurrectionem præcedunt: hoc eſt Receptaculis Animarum, Pœnis Animarum, Suffragiis pro defunctis, Oratione Sanctorum. Signis præcedentibus iudicium à 69. ad 74.

Quæ comitantur Reſurrectionem à 75. ad 87.

Quæ ſequuntur Reſurrectionem ab 87. ad 97.

SVM-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00163

SVMMA THEOLOGIAE CAPITA EX PETRO Lombardo Magistro Sententiarum. Caput VIII.

A

LIBER PRIMVS.

De rebus & signis. dist. 1.
De rebus, quibus fruendum est, vel vtendum. 2.
De mysterio Trinitatis, & vnitatis 3.
De cognitione Creatoris per creaturas, ubi de Summa Trinitatis vnitate. 4.
An Deus sit genitrix. 5.
An alium Deum. 6.
An Pater genuit Diuinã essentiam, vel ipsa Filium, vel ipsã necgenuit, nec genita est. 7.
Num Pater voluntate genuit Filium, an necessitate, an potuerit, vel voluerit gignere filium. 8.
De proprietatibus essentialibus Trinitatis, & Vnitatis 9.
De distinctione trũ personarum.
De Spiritusancto. à dist. 10. vsque ad 18.
De aequalitate trũ personarum. dist. 19. & 20.
Quomodo possit dici Solus Pater, vel solus Filius, vel solus Spiritussanctus. dist. 21.
De nominum diuersitate, quibus vtuntur loquentes de Trinitate, & vnitate. 22.
De hoc nomine, Persona. 23.
Quid significetur his Nominibus, Vnus, vel Vna, Duo, vel Duę, Tres, vel Tria, Trinus, vel Trinitas. &c. dist. 24.
Quid, cũ dicitur pluraliter. Tres, vel Duę personę, dist. 25.
De proprietatibus personarum. à 26. vsque 31.
Vtrum proprietates personarum sint ipsæ personæ, & sint Deus, id est Diuina essentia. 33. & 34.
De scientia, præscientia, prædestinatione, prouidentia, dispositione, omnipotentia, voluntate Dei. à 35. vsque ad 48.

LIBER SECVNDVS.

De vno omnium principio, & de creatione, & cur facta fit rationalis creatura. dist. 1.
De Angelis bonis, & malis à 2. vsque ad finem. 11.
De creatione aliarum rerum, & operum sex die rum distinctione à 12. dist. vsque ad 17.
De statu primi hominis ante peccatum. 19.
De modo procreationis filiorum, si non peccassent primi parentes, & quales filij nascerẽtur dist. 20.
De inimicitia diaboli contra primos parentes. 21.
De hominis primi transgressione, & primi peccati origine. 22.
Cur Deus permiserit hominem tentari sciens eum esse casurum. 23.
De gratia hominis, & potentia ante casum. 24.
De libero arbitrio. 25.
De gratia cooperante. 26.
De Virtute, & actu eius, & contra Pelagianos. 27. & 28.
Vtrum homo ante peccatum egerit gratia operante, & cooperante. 29.
Quo per Adam peccatum, & pena transiit in posteros. Et de peccato originali, & eius pœna. à 30. vsq; ad 33. inclusiue.
De peccato actuali secundum eius causalitatem, & quidditatem. 34. & 35.
Vtrum peccata sint causa, uel pena peccati. 36.
Vtrum secundum aliquã rationem peccata dici possint esse ex Deo. 37.
De voluntate, & eius fine à 38. ad 41. inclusiue.
De peccato in Spiritum sanctum. 43.
De potentia peccandi. 44.

LIBER TERTIVS.

De incarnatione Verbi. dist. 1.
Quare totam humanam naturã assumpsit, quidque nomine humanæ naturæ intelligendum sit. 2.
Caro, quam Verbũ assumpsit, qualis fuerit. 3.
Quare Spiritusanctus opus huc Trinitatis tribuitur. 4.
De persona nõ assũpta. 5.
Quomodo Deus homo. 6. & 7.
An Diuina natura debuerat dici nata de Virgine. 8.
De adoratione humanitatis Christi. 9.
An Christus quatenus homo, sit persona, vel aliquid. 10.
An Christus sit creatus, vel increatus, vel factus. 11.
An homo ille semper fuerit, vel coperit esse. 12.
De sapientia, & gratia Christi secundum naturam hominis. distin. 13. & 14.
De assumptis defectibus corporis, & animæ, sitis, & aliis. Et animæ, tristitia, timore, dolore, & huiusmodi. 15. & 16.
De voluntatibus Christi secundum duas naturas. 17.
De merito Christi sibi, & nobis. 18 & 19.
De morte Christi pro nobis. 20.
De separatione animæ à corpore in morte. 21.
An Christus à triduo mortis fuerit homo. 22.
An Christus Fides, & Spes habuerit, aut Caritatem. 23.
Quo intelligitur, quod Scripturæ ait, ut cum ea ẽdã fuerit credatis. 24.
De Fide antiquorum. 25.
De Spe, ac de Caritate hominis, & Dei à 26. ad 32.
De quattuor virtutibus cardinalibus. 33.
De septem donis Spiritus Sancti 34. & 35.
De connexione virtutum. 36.
De decem Præceptis à 37. ad 40.

LIBER QVARTVS.

De Sacramentis in generali, & in particulari. à dist. 1. vsque ad 40.
De Resurrectionis conditione, & modo resurgentium 43. & 44.
De diuersis animarum receptaculis 45.
An valde malis detur mitigatio pœnæ 46.
De sententia Iudicij 47.
De forma, & potestate Iudicis. 48.
De differentia manionũ in Cœlo, & in Inferno. 49.

B

C

D

Alia ab aly Theologia in propriis locis Partitio. Cap. IX.

E

CEterum quoniam hi ferè quattuor Theologi Scholastici in Scholis à Professoribus exponuntur, Magister Sententiarum, Thomas, Scotus, & Bonauenturã; ideo quinam, quantiuè fuerint, quę ratio breuior, ac tutior eos tractãdi, quibus ex officinis emendatiores hoc seculo prodierunt in lucem, quinam eruditissimi in eos Commentaria emiserẽ: dicendum erit suis in locis Apparatus Sacri in qua tum hi, tum reliqui proponuntur à nobis.

Quinetiam cũm Sixtus Senensis tertium suæ Bibliothecæ Sacræ librum de arte, ratione, ordine scribẽdi, quibus in Diuinarum Scripturarum expositione varij sunt vsi: Methodum autem, quæ est numero vigesima, de Scholastica Theologia interseruerit; non obeirit eandem percurrere. Vir enim doctus & solers, quidquid potuit,

Deo

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00164

A Deo iuuante præstitit, pro earum genere, quas tractandas susceperat.

Compendiū totius Theologiæ.

Extat etiam breue totius Theologiæ Compendium in septem libros digestum, quòd cùm Petro Tarantasio ordinis Dominicani, qui postea Innocentius Quintus Pont. Max. fuit, vel Aegidio Romano, vel Hugoni de Argentina tribueretur, eundem agnitum est esse fœtum Alberti Magni Ratisponen. Episcopi.

Primo libro agitur de natura Diuinitatis. Secundo de operibus conditoris. Tertio de corruptela peccati. Quarto de Humanitate Christi. Quinto de Sanctificatione gratiarum. Sexto de virtute Sacramentorum. Septimo de vltimis temporibus, & de pœnis malorum, ac præmijs bonorum.

Hoc autem opus, cùm Frater Seraphynus Caponi è Porrecta Dominicanæ familiæ Theologus contulisset cum centenario codice, Alberti nomine, sub Serenissimo
B Duce Venetiarum insignito, atque expurgasset, adiecit scholia (vt ille inquit) vtilissima: Venetijsq. edi in lucem curauit anno 1584. apud Ioannem Baptistam Somaschum.

Præter hos non defuere, qui aliam Theologiæ partitionem fecerunt, sed vt diximus, ea quæ à S. Thoma tradita est, absolutissima fuit omnium. Si quis tamen animi causa nosse aliam velit, legat libri tertij caput tertium ex opere de rectè formando Theologiæ studio, quod opus restitutum à Fratre Laurentio à Villauicentio Xerezano Theologo Augustiniano prodijt in lucē anno 1565. Ex Officina Antuerpiēsi Vidue & hæredum Ioannis Stelsij. Cum verò hæresum torrens innundaret hoc seculo Germaniam & Gallias, nec pressior illa scholasticorum docendi ratio ab omni
C bus probaretur, aut percipi posset, Ioannes Maldonatus Societatis nostræ Theologus, Parisijs vtilissimā, quidem tempori, & Regno illi rationem Theologiæ Scholastī cę addiscendæ docuit, quæ fuit hæc. Quid & quotuplex esset Theologia: deinde eius partes, ac quomodo inter se se aptè essent & nexę, quas & quinque faciebat, in quarum prima disputaretur de Deo ipso per se: In secunda de illius effectis per se: In tertia de Deo & rebus effectis comparatè, vt quomodo Deus conseruet quę fecit: An habeat prouidentiam, & prædestinationem: In quarta, de ijs rebus, quibus Deus hominem, propter quem de Deo disputamus, ad beatam vitam ducit generaliter, hoc est de virtutibus, atque officijs eorum, & effectis: In quinta, de rebus, quibus Deus Christianos præcipuè decreuit ad vltimum finem adducere, vbi de CHRITO DOMINO agitur, & de Sacramentis. Neque enim Theologo satis esse ait Canus, quę Deo absolutè conueniunt, ea facultatis suę viribus, virtutibusque tribuere
D nisi etiam illa uendicet, quę Deo quasi accidunt in ordine ad creaturas; Dei enim notionem ex omni parte rimatur. De ijs, inquam, cum egisset Maldonatus adiecit tractationes ijs de rebus, è quibus Theologia percipi planiùs posset, nimirum, Ex re subiecta: Ex principijs: Ex argumentis: Ex definitione scientię: Ex ratione, qua agit de re subiecta: deinceps autem in ipsam Theologiam ingressus, Patres, ac Synodos adhibuit ad confutandas hæreses, quę tum potissimùm vigebant.

Summa Theologię.

Ioannis Maldonati Theologi præstantissimi diuini sio Theologię.

Iam verò quid eodem penè tempore Melchior Canus molitus erat, abs se editis libris de Locis Communibus Theologo formando apprimè vtilibus: Quidve Hieronymus Torrensis Societatis nostrę Theologus egerit, Augustinum in proprios locos, & Methodum redigens: quem item postea sunt imitati, qui in Hieronymum, Ambrosium, Gregorium idem præstitere, liquet plurimis, sed & liquidius constabit ijs,
E qui in sacro nostro Apparatu suis quemq. locis inspicere voluerit. Maximo certè adiumento Theologię Scholasticę percipiendę, ac docendæ fine iactura temporis efse ij libri queunt.

Cōfessio Augustiniana, Hieronymiana, Ambrosiana, Gregoriana.

Extat etiam Constantij Sarnani Cardinalis Summa Theologica Romę emissa anno 1592. ex Vaticana Typographia.

Constantius Sarnanus Card.

Is autem ad octo communes locos summatim redegit vniuersam Theologiam primum de Sanctissima Trinitate. Secundum, de Creatura Mundi. Tertium de peccato. Quartum de Verbi Diuini incarnatione. Quintum de Gratia. Sextum de Sacramentis. Septimum, de Ecclesia. Octauum de finali iudicio.

Ediderat autem ante hunc librum anno 1589 Romæ apud Basam, alterum, quem inscripsit,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00165

inscripsit. Conciliatio dilucida omnium controuersiarum, quæ in doctrina duorum Summorum Theologorum S. Thomæ, & subtilis Ioannis Scoti passim leguntur. Addito in vniuersam Theologiam, Directorio. A

Professor Theologiæ Scholasticæ qualis. Cap. X.

Theologię professor debet esse linguis & philosophia ornatus.

SI quo tempore necessarium fuit, vt qui Theologiam profitebatur, is maximis præsidijs esset munitus, hoc sanè ipsum est, quo multiplex, ac pertinax Fidei hostium sensus haud leues requirit velitationes. Quæ res fecit, vt & antiquitus cùm hæc fe daret occasio, & hoc sæculo in Professore Theologiæ formando pleriq; quæ viri optimi laborauerint. Nos igitur ex ijs meliora delibantes, vsque aliquo in regnis errorum labe cadentibus edocti, hęc ad Dei gloriam de eodem professore, quę dicamus, habemus. Nempe ut natura sit ingenio acuto, acri, perspicuo: indicio autem firmo, & intelligenti, iuuat eriam si non Latinæ tantum, sed & Græcę, & Hebraicæ linguę, quoad eius fieri possit, non sit ignarus; ne quando in voces minimè cum dedecore impingat, aut ex linguarum ignoratione minus fortiter aduersus hęreticos plerunque linguis armatos pugnet. In omnibus verò philosophiæ partibus versatus sit, vt vel philosophiam docuerit aliquando (quod optandum est) vel certè cum laude docere possit. Multo verò magis in omnibus Theologię partibus exercitatus. B

Literę Sacrę fons omnis Theologię.

In primis quidem in literis sacris; qui omnis (vt diximus) Theologię fons est, vt possit hæreticos euincere. Deinde eamdem ob causam Conciliorum Decretis, & Patrum antiquorum libris, in dogmatibus Ecclesiasticis, in Sacris Historijs, vnde sunt petenda sæpe argumenta. Ad extremum in Scholasticis Auctoribus, adeo diligenter, ut horũ sententias cognitas habeat. In S. Thoma diligẽtissimè, sic prorsus, ut hunc perdidicerit. Quod si Sanctorum Patrum uoces in afferendis dogmatibus, uel in hęresibus refellendis ita obseruauerit, ut eas cum recentiorum Scholasticorum uocibus, siue (ut uocant) terminis contulerit, tutam sibi, & facilem uiam ad docendum complanabit, cùm plerumque eæ, quæ de rebus uidentur quæstiones existere, de nominibus ipsis sint, quæ initio rectè intellecta longam temporis iacturam breui momento exhaurient. C

Cautio pro Magistro S. Theologię.

Vt verò ab inutilibus, aut item ab ijs, quæ minus huic tempori necessariæ sunt quæstiones, sibi temperet, ae si quid absolutè ac doctè tractatum est ab alijs, ad eas amandet potiùs auditores, quam ut hosce dictando, quæ cuique iam obuia sunt, scriptionis labore conficiat: denique ut sedulo operam det, siue refecandis longis illis prolegomenis, quę fatigant ingenia, siue multiplicis illius eruditionis speciei abijciendę, ob quam nimia farrago Auctorum, & locorum qui citantur, importunè congeritur; certè sapientis erit Professoris breuitatem huius uitæ agnoscentis, quæ frustra prodigenda non est, atque utilitati auditorum, & Christianæ Reipubl. seruio consulentis. D

Vide in primo lib. Institutionum Bibliothecę, capit. de cultura ingeniorum.

Interea verò summa hæc esto, ut docendi ratio sit optima, quę ad consequendum finem Theologię sit accommodata. Cùm autem finis Theologię Scholasticæ sit Religionem defendere, hæreses refutare, bonos mores formare, prauos corrigere, de Diuino, deq. Ecclesiastico iure consulentibus dare responsa, concionari, confessiones audire, Professor appositè docebit, si earum rerum, quæ ad conseruandam Religionem, hæreses verò refutandas necessariæ sunt, primam curam habeat, easque sic diligenter tractet, ut tamen si sit in Academijs, quel Collegijs, qui controuersias exponat, hoc ipsi officium uberius præstandum esse intelligat. Secunda uerò illi curamorum sit. Tertia, ut auditores ad concionandum, & ad confessiones audiendas; Quarta, ut ad danda consilia aptos, ac prudentes efficiat. Quinta earum quæstionum esse debet, quæ etsi parum admodum ad hunc finem iuuare uideantur, tamen, & habent aliquid doctrinæ, & ingenium utiliter exercent. Denique tantum in unaquaque opere, studij, laboris ponat, quantum eius rei dignitas, utilitasque postulabit. Habito rerum delectu magopere curet, ne in quæstionibus de quibus agat, uel argumentorum multitudine, uel confusa opinionum uarietate dubios relinquat auditorum animos, sed in rebus omnibus iudicium adhibeat certum, firmum, deliberatum, quod auditores sequi possint: Et quidem ita adhibeat, ut quasi libra suum cuique iustum E

Theologię Scholasticæ finis.

pondus

A pondus attribuatur, expensisq. momentis argumentorum sententiam ferat de sententijs. Quæ sit fides, quæ opinio, quæ ad fidem, quæ ad opinionem propius accedant, quæ hæretica propositio, quæ hæresim sapiens, quæ male sonans, quæ temeraria, quæ periculosa, quę noua, quæ probabilis, quæ vera. Hoc enim est illud iudicium, in quo qui excellit, verus præceptor est. In rebus difficilioribus varias opiniones, earumque argumenta recitet; (pars enim eruditionis est scire, quid quisque de quaque re senserit.) Deinde quam probabilissimam esse iudicauerit, confirmet ceteris refutatis. Sed id faciat cum delectu, & quatenus ad propositum finem satis sit. Res difficiles non refugiat, quin etiam magis sedulò facilius, perspicuè, pluribusque adeo exemplis enucleet. Partietur autem distributè res, eaq; ratione, ac via tractabit, vt auditores totam Theologiæ effigiem, singulaq; membra, vsque ad minimas
B partes animo comprehendant. Omnibus sanè rebus explicandis, quantùm poterit maximam facilitatem, perspicuitatem & acrimoniam adhibebit, quibus rebus maximè auditores allici, teneriq. solent. Cauebit autem ne lentus, nec tristis in docendo, ne nauseam auditoribus forte moueat, sed citatus, hilaris, ac vehemens vt semper Au ditorum animos attentos, & erectos habeat. Animaduertet ex auditorum vultu, num ij, qui aliquid habent ingenij, intellexisse quod dicit videantur, neque ante progrediatur, quàm rectè intelligant. Afficiet auditores ad pietatem, & addat opiniones, quæ magis erunt cum pietate coniunctæ. Deinde item afficiet eosdem erga S. Thomam, quem illis interpretabitur. Denique formabit in auditorum animis Iudicium illud, quod in Professore ipso necessarium esse diximus. Hic enim maximus est auditionis fructus, vt auditor præceptor esse possit, quod tunc consequetur, cùm
C iudicium habebit efformatum, atque maturum. Hac enim re maximè præceptor à discipulo distinguitur.

Præceptor iudicio quæ-le ferre debeat.

Quomodo auditores afficere debeat.

Auditor qualis esse debeat. Cap. XI.

In auditore Theologiæ quid requiratur.

AVditor Theologiæ primùm quidem necesse est, vt ingenio ac iudicio valeat: Deinde Philosophię (minimùm) triennio dederit operam, aliis verò negotijs, aut curis ne distrahatur: præterea sit assiduus & constans, vt quadriennium saltem in ipso Theologiæ studio ponat integrum, si eius ingenij ac iudicij videatur, vt futurus sit tantæ facultati exercendæ idoneus. postremò diligenter audiat: & illa, de quibus dictum est, exercitationum genera præstet. Inid uerò incumbat in
D primis, ut res potius concipiat animo, quàm scribat in chartis. Plerisque enim uide tur esse satis, si dictatas à præceptoribus lectiones describserint, quibus non semel illud accidit, ut sine chartis parum intelligant, nec solidè loqui sciant, aut (quod priore libro dictitari trito, sed uerò carmine diximus.) *Sicharta cadat, fecum sapientiaperdat.*

Theologiæ quomodo iã grádiores operam dare possint.

Veruntamen quoniam nobilia quędam ingenia sunt, quæ cum Iurisprudentiæ, aut aliis disciplinis operam nauauerint, iam uerò grandiores natu uix Philosophiæ, aut Scholasticæ Theologię isti accurato studio incumbere nequeunt, notitiam tamen ali quam Theologicarum disputationum assequi cupiunt, atque adeo aliqui sunt assequuti magna cum laude, ac populorum vtilitate, inter quos Catholicam fidem fortissimè propugnarunt, propterea de his agendum est modò. Ac primò id certum est,
E si quis iudicio, & pietate sit præditus, velit autem aliquid temporis quotidie huic negotio impendere, non mediocriter eum profecturum. Itaque hic leget primò summam Doctrinæ Christianę, hoc est maiorem Petri Canisij Catechismum: Mox Romanum attentiùs percurrat: Inde Viguerium uersabit, cui percipiendo comitem ali quem nactus, res ipsas, aut uoces subobscuras ab eo intelligat; Denique Synodos legitimas, & generales (præsertim quæ prodierunt emendatiores) perlegat. Synodum item Tridentinam potissimum uoluens, ac terens tanquam compendium eius doctrinæ, quę potissimum his temporibus, cùm hæresibus extinguendis, tum reuocandę pietati est salutaris. Patres autem, qui columnę fuere Ecclesię Catholicę, si tra

DE ALIQVIBVS, qui Theologiæ Scholasticæ integrā operam dare nequeunt.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00167

Cœfossio Augustiniana & aliorum pastrum utilissima.

Vide tū hoc eodem lib. tum sequentibus, vbi de Ratione studendi Castibus conferentia, ac Ratione confutandorum hæreticorum agitur.

Ferdinandus Castillus centuria prima de Historia Dominicana rum.

NOTA.

NOTA.

Quomodo se Doctor Theologiæ in examinan dis quæstionibus gerat.

Cætuerit, ac legerit ea ratione, qua suo loco dicemus, hoc est una cum confessionibus, quæ ex ijs, pro ratione methodi cuiusdam Theologicæ contextæ sunt, haud abibit lōgius, cum plurimum commodi sibi comparauerit, fructuosior aliquando futurus, quā quōnullis, qui studio discerpendi nimio plus abrepti, multūm sanè cogitationi dant, caritati non item. Quod si istiusmodi studij Director aliquis fuerit, qui repetitiones interdum aliquas, & colloquia, de ijsdem rebus haberet; atque vna coniungeret suo tempore, ac loco, cætuum Conscientiæ, & controuersiarum hæreticarum discussiones, haud dubium est, quin maiores adhuc progressus fierent. Sic certè, vt quæ solet esse in Thoma, & Bonaventura perspicuitas, & pietas, etiam non difficillimè in plurimus intelligerentur. Quisquis tamen fuerit, qui vel priore accuratius, uel posteriore hoc modo Theologicis studijs operam dederit, meminerit præclaræ sententiæ, quam Ferdinandus Castillus suis scriptis inseruit. Ea verò hæc est. *Expedit in primis, ac ea ipsa sapientia, huius studij sese dat, eo cogitationem intendat, vt non tam discat, vt sciat, quam vt operetur. Cum enim studia hæc suauissimum manna pluant, ac stillent, quo meliores fiant animæ, & ad virtutes solidas alliciuntur, excitant semper nouos (vt ita dicam) gustus de Deo, quibus sic pascuntur, vt inumquam fastidiant. Neque enim (inquit) fieri potest, vt Deus sustineat aliquem, cui in corde eis ipse sit Deus. Cum autem ipsa hæc Theologica studia sint rerum, & scientiarum plusquam humanarum, mediatissimi, quibus se conferentes, qui debemus, plusquam humana sint necesse est, nisi forte in intellectu tantum eisdem hæreamus, neque vt ad finem vsque perueniant, ad quem directa sint, hoc est ad voluntatem, vtrecta quam semper reflectere debent operationes suas. Alioquin enim satis arida esset, ac sterilis tantarum rerum notitia, ei, qui illa una duntaxat ratione eam comprehendere vt Sancti quidem Theologi (aiū) orationibus, laboribus, ieiunijs, lacrymis, solitudine curarunt, vt quidquid addi sebant, suis mentibus reflarer infixum, eumque animas suas magis diligerent, quam scientias, doctè simul & sanctè euadebant: prudentes, & probi: Literati, & humiles: Sapientia enim supernaturalis, quæ non ita tractatur, gignit in animis vanitatem, nec aliud quidquam parit, quam vt male conscientiæ sit accusatrix & testis. Scriptum est autem.* Sensus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, vapulabit multis. *Cum è contrario studia mirificè conducant hominī ad salutem; Deusque ipse faciat sapientiam affluere, cui nec possint, nec audeant resistere omnes Mundi sapientes. Hac Castillus.*

Optimè item Ludouicus Granata hac de tota re differit, eo loco quo agit de oratione, & meditatione parte secunda, paragrapho secundo, qui omnino ab omnibus Theologiæ studiosis sæpe esset perlegendus.

Ac sanè optandum esset, vt quisque eam suis studijs rationem adhiberet, quam ab Ordinis Dominicanorum Bartholomeo Pauia Valentino Hispano, dum Theologiam publicè profiteretur, adhibitam fuisse, legimus in vita B. Ludouici Beltrani, quam Vincentius Iustinianus cognomine Antistius eiusdem Ordinis Theologus edidit. Sic enim ille cùm ueritatis speculatione meditationem cælestium coniungebat, vt nec scientia posset inflari, nec Diuinæ lucis pietate destitui. Quod quidem è chartulis, quæ apud eum compertæ sunt, conflitit. Si enim quæstio erat examinanda de Tempore, Æuo, Æternitate, ad hanc fe ita prius comparauerat, vt conuersus ad Deum diceret. *Amor meus, & Domine IESV CHRISTE, seruus tuus S. Thomas hoc in articulo quærit, num differant Tempus, Æuum, Æternitas. Concludit autem ipse sic, &c. Obsecro igitur Domine IESV, vt me à tempore liberes, perducas autem ad Æternitatem, quæ Tu ipse es.* Amen, Amen.

Objicebat deinceps his verbis. *In conclusione tu serue S. Thoma, cui tantam infudisti lucem, obortur mihi dubitatio, cui nescio quid respondeam, à Magister amena mea: Quare peto à te per meritā benedictissimæ Matris tuæ, vt aliquid mihi Spiritus tui impertias, quo id assequi incipiam, quod te miserante spero me aliquando consecturum.* Amen, Amen.

Responsionem posteà à Caietano suæ dubitationi sibi proponebat. Quæ expensa dicebat. *Domine, Esto tu benedictus, qui hoc ingenij acumen illi præbuisti. Equidem credo eum apud te esse in Paradiso. At si forte adhuc est in Purgatorio, quæso libera eum in laborum suorum*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part-00168

A *suorum præmium, ut venias ad fruendum æternitate tua: de qua adeo doctè scripsit.* Amen, Amen.

Deniq. quod ipse expenderat, in hunc modum pronunciabat: *Respondeverem ipse ita, vel tali ratione, seu distinctione,* &c. Tum verò subdebat: *Ut quod est hoc, quod ego & inuitis tua creatura cogito, prælio, quod tuos seruos Ecclesiæ Doctores docuisse & iquosse ne negantia mea, Gloria Angelorum propter ipsorum Angelorum amorem, qui ex tua una sua cū tua commenſuranitur, ex tuq. gratia æternitate perfruuntur, quā item ipse ex eadem tua gratia, licet sim peccator, perfruar.* Amen Amen.

Hæc verò eadem inquit Vincentius Lutinianus) *hoc loco adieci, vt studiosi intelligant, seruos* DEI *solere deuotionis pinguedinem doctrinis valde specolatiuis elicere, quamuis* (ait) *scio, non defuturos, qui dicant, quod scripsit Erasmus de S. Augustini libris Confessionum, à quo vix otioso, atque in gratiam talium, eas fuisse scriptas dicebat. Verumtamen Deo potissimum sapit, quod minime deuotis desipit.*

Erasmus quā impiè S. de Aug. confessionibus blateret.

B Sed & Rogerius opusculo Romæ edito scribit de auditore Theologiæ, hæc doctè ac prudenter monstrans: Quemlibet haud esse idoneum Theologiæ auditorem. Solertem autem eum esse oportere, fidelem, ac temperatis moribus, externis etiam disciplinis excultum, denique humilitate, ac caritate præditum, simulq. precationibus pulsantem ad Dei ostium, vnde Spiritus sancti dona imperret: Quæ omnia ille octo capitibus perlegitur copiosius. Vide item THEOLOGICA THEOREMATA Euangelistæ Bosij Augustiniani. Quibus differendi ratio, regulæ, modusque assequendi eas explicantur.

Roma. 1581. impressus in Vaticana Typographia.

C *Ratio interpretandi S. Thoma Summam Theologicam, atque* INTERPRETANDI *extendi.* Cap. XII.

QVod alibi de priscis Patribus diximus, valde ad eorum opera percipienda expedire, si tempora, quibus vixerint, & vita, quam egerint, probè noscantur, id præcipiè de Beato Thoma dici debet. Ac tempora quidem, quæ hoc vito superfuit fluxerunt, eiusmodi fuere, vt quantus, & qualis ipse esset, intelligi queat: Nam Gallia intimas habuerat Albigensium flammas: Græcia, & Orientes permanebat in suo Schismate: orbis ipse Christianus is erat, vt varijs oneribus premeterur. Nec deerant, quorum assultus facesseret negotium Sanctis Viris, potissimum Dominicani, & Franciscani Ordinis. Quamobrem exerere se potuit diuinus vir aduersus Satanam, carnē, mundum, hæreticos, schismaticos, vti omnium fecit præstantissimē ac modestissimè. Vita, porrò, & integritas, atque omnium virtutum, præsertim orationis studium tale, ac tantum fuit, vt hæc esse possint ad solidam Philosophiam, & Theologiam percipiendam Methodus ipsiusmet.

Tempora S. Thomæ quibus fuerunt.

D Quæ cum ita sint, Summa verò Theologiæ, quā Beatus Thomas scripsit, quasi quintam (vt ita dicam) essentiam laborum omnium suorum expresserit, propterea ostēdit planissimè ferrem, quæ cuique in hoc studiorum genere adhibenda est. Ac tamen cordati erit Theologi, qui tanti viri scripta interpreterur, ut quæ diserēda sunt à Theologo, pluribus locis ne repetat, licet eorū mētio, & opportunitas sæpius occurrat. Quod enim optimè aliqui monent, id ueri ſimum est: Eiusmodi repetitionibus, & tēpus deuorari rebus alijs assignatum: & inuitari ad diſsensionē professores, si sint plures. Præterea, nec pro arbitratu de loco ad locum quisque tēs transponēde sunt quoniam licet nonnulle multis conueniāt locis, ad unum tamen potiſsimum pertinent: tum quia ea uēdū est, ne hac transportatione permiſsa Professor unus in alterius inuadat tamquā segetem, & agrum: præterquam quod, quamuis ea loca, ad quæ transferri posset aliqua una quæſtio, ad eumdē pertineant Professoremsnon tamen pertinent semper ad eum dem eius annum. Quod ſi liceret Professori suas quæſtiones de anno in annū reijcere, accideret non rarò, eos auditores, qui ad sequentem annum peruenturi non sunt, dilatis quæſtionibus fraudari. Itaque quid quoque anno tractandum sit vnicuique, certum esse oporteret. Quę causa est, cur quid de hac tota re ex alijs dicierim, hac adijecia, non dubitans fore eximios Theologos, qui Sancti Doctoris mentem melius assequentes, commodius fore eius Doctrinam sint distributuri, ac declaraturi.

Sūmę S. Thomæ enconiū.

E Quomodo ea sit exponenda.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00169

EX PRIMA PARTE S. THOMÆ

Quæst. 1. art. 1. NOn videtur disputandum hic de S. Thomæ solutione ad secundum, quia Philosophica est, sicut & quæstio de potentia neutra. Vtrum insit homini naturalis appetitus ad claram Dei visionem. Quare differti posset in primam Secundæ. Quæstio item de necessitate Doctrinæ reuelatæ remitti ad secundam secundæ, vbi agitur de necessitate Fidei: Tametsi nihil prohibet hic breuiter disputari de necessitate Theologiæ tantum.

Art. 2. Quæ pertinent ad naturam scientiæ, & ad subalternationem scientiarum, videntur hic esse supponenda ex Logica, non autem disputanda.

Art. 3. Non tractandum hic de rationibus formalibus obiectorum scibilium: neque an scientia sit vnus simplex habitus, & qualitas in genere: hæc enim sunt philosophorum. Sed his suppositis, sit esset quærere, an Theologia ex aliqua ratione peculiari sit vnus habitus, & vna simplex qualitas.

Art. 4. Non disputanda, sed supponenda quæ dici solent de speculatiuo, & practico, ut sunt differentiæ scientiarum.

Art. 5. Non tractandum quid sit certitudo assensus, quid veritas, quid euidentia, & quotuplex, sunt enim Logicorum.

Art. 8. Vtrum Theologus possit euidenter aut articulos fidei probare, aut diluere aduersariorum argumenta, non videtur hic esse tractandum, sed in secunda secundæ. Id tamen licebit hic disputare de Conclusionibus tantùm, quas ex Fidei principijs Theologus deducit.

Art. 9. An decuerit Scripturam abundare metaphoris, & parabolis, & an Sacræ Literæ apertæ, & claræ sint, diffusè tractare spectat ad Professores Sacræ Scripturæ, & controuersiarum, ficut etiam tractatus de sensibus Scripturæ: vbi videlicet Professores idonei istis prælectionibus assignati sunt, contenti sint lectores ijs, quæ S. Thomas dicit.

Q. 2. Non explicandum, sed ex Logica supponendum videtur, quid, & quotuplex sit propositio per se nota, & immediata: nec ratione S. Thomæ, quibus demonstrat Deum esse, confutandę sunt, sed potiùs corroborandæ.

Q. 3. ar. 1. An aliquod corpus moueat immotũ, & an viuens nobilius sit non viuente, & an Aristoteles recte probauerit DEVM esse incorporeum, relinquendum phil. sophis.

Art. 2. Nihil hic de principio individuationis videtur agendum.

Art. 3. Nec tractandum de distinctione suppositi, & naturæ, cùm pertineat ad 3. partis q. 3. art. 3. Quomodo distinguantur in Creaturis essę, & essentia, relinquendum est Metaphys.

Art. 4. In quæstione; An Deus sit in prædicamento, rescindę da quę sunt propria Logicorum. Quæstio verò, an Angeli, & cœli sint in prædicamento, tota Logico relinquenda.

Art. 7. An simplicitati Diuinæ repugnet persona rum, & relationum pluralitas commodius tractari posset infra Quæst. 28. art. 2.

Q. 4. ar. 1. An aliqua perfectio, quę formaliter sit in Deo liberè ei conueniat, differri debet in q. 19. ar. 2. An autem relatio Diuina secundum se, sit aliqua perfectio, remitti ad materiam de Trinitate.

Quæst. 5. Ex Metaphysica supponendum, quid sit Bonum.

Q. 7. ar. 1. Quid Aristoteles senserit de Dei infinitate, relinquendum philosopho.

Ar. 2. 3. 4. An creari possit aliquid infinitum in quãtitate, vel in qualitatibus naturalibus, Philosophi etiam disputant, ficut & de infinito in genere substantiæ, cùm tam hoc, quàm illud infinitum esse creabile, iisdem fere argumentis probari soleat, aut oppugnari. An autem possibile sit infinitum in qualitatibus supernaturalibus, à Theologo differendum est, sed in secũda secũdæ, q. 24. ar. 7. tantùm modo.

Q. 8. De vbiquitate humanitatis Christi non tractandum hic, sed in 3. parte, q. 2.

Q. 9. An Angeli, & cœli sint entia necessaria, & immutabilia, non est quæstio Theologi, sed Metaphysici.

Q. 10. Tempus discretum pertinet ad hũc locũ.

Q. 11. De vno, vt est passio entis, Theologus nõ late disputet, cùm sit Metaphysica res.

Q. 12. art. 1. Non hic agendum videtur de naturali appetitu visionis Dei, sed in prima 2.

Art. 3. An repugnet in subiecto quanto inhærere accidens spirituale, vt in subiecto immateriali accidens corporale, differri potest in materiam de Eucharistia.

Art. 6. Tractare de inæqualitate præmiorum, sicut & meritorum pertinet etiam ad primam sec. q. 4. art. 2.

Ar. 8. De cognitione beatifica animæ Christi non est disputandum hic, sed in tertia parte.

Art. 12. An puro viatori possit communicare euidens notitia abstractiua articulorum Fidei, non hic disputandum est sed sup. q. 1. art. 1.

Q. 13. art. 2. 4. De distinctione attributorum, & essentię, nihil hic repetendum, si de ea supra disputatum est q. 3.

Ar. 5. Nec de Analogia entis hic disputandum est, cùm spectet ad Metaphysicum.

Ar. 7. Nihil hic de Relationibus in genere, cùm id Metaphysicę speculationis sit.

Ar. 8. 9. 10. 11. 12. Modi, quibus sumitur nomen Dei, & ea, quæ dici solent de nomine Tetragrammaton relinqui possent interpreti Scripturæ.

Q. 16. & 17. Disputatio de vero, & falso, breuiter

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00170

A uiter posset attingi, etiam Metaphysicus de illis tractet.

Q. 1. ar. 9. & 12. An DEVS sit causa peccati, & an teneamur voluntatem nostram Diuinæ conformare pertinent ad primam 2.

Q. 1. 2. Non immorandum hic Theologo in explicanda Peripateticorum, aliorumq; philosophorum sententia de prouidentia Dei.

Q. 22. ar. 1. Ad quem finem ordinaretur homo, si non esset finis supernaturalis, non hic, sed in prima secundæ.

Ar. 3. Quid agendum sit ei, cui sua damnatio reuelatur, non hic agatur, sed in materia de

B spe.

Ar. 5. De prædestinatione Christi, & quomodo Christus sit causa nostræ prædestinationis, re linquendum 3. parti.

Q. 24. Exactior disputatio de libro vitæ pertinebit ad interpretem Scripturæ.

Q. 25. ar. 1. An actio sit in agente vel in subiecto, quæstio Physicorum est, non Theologorum.

Ar. 6. An DEVS per se solum possit efficere rem, quæ est peccatum, pertinet ad primam 2. sicut ad 2. secundæ. An possit per se, vel per aliam dicere falsum.

Q. 26. Nihil hic de Beatitudine in genere vel de nostra.

C Q. 27. ar. 1. De verbo mentis tractandum est hic, An productur ab intellectu nostro ut terminus actionis, & quomodo ab ea distinguatur: nec fiat longa tractatio de Trinitate probanda ex Scripturis.

Ar. 2. An pili & capilli in animalibus viuant, relinquendum est philosopho.

Ar. 3. Non disputandum, an amatum sit in amante, neque an notitia concurrat actiuè ad actū voluntatis, prius enim ad philosophiam, poste rius ad primam 2. pertinet.

D Q. 29. Quid suppositum addat supra naturā singularem latè discutere pertinet ad 3. partem.

Q. 31. An euidenter dilui possint argumenta contra mysterium Trinitatis, pertinet ad credibilitatem articulorum Fidei, de qua agitur in secunda secundæ q. 1. ar. 4.

Ar. 4. De varia censura, & qualitate propositio num disputandum uidetur in materia de Fide.

Q. 39. Neque disputandum est hic quomodo persona diuina distinguatur ab essentia, si q. 28. tractatum fuerit de distinctione relationum & essentiæ.

E Q. 43. De visibilibus signis in quibus apparuit spiritus sanctus fusè disputare potest interpres Scripturæ. An autem illa hypostatice vnita fuerint Spiritui sancto, pertinet ad 3. partem.

Item, an apparitiones visibiles, quæ in ueteri, seu nouo Testamento tribuuntur Deo, fuerint factæ immediatè per Deum, an per Angelos, non uidetur hic esse fusè tractandę sed à Scripturæ Sacræ professore.

EX PRIMA SECVNDÆ.

Q. 1. ar. 1. Hinc nihil, aut breuissimè differendū de deliberata uoluntate; de consensu perfecto & imperfecto; & quid sit, hominem esse dominum suarum actionum: hęc enim locum suum habent inferius. Item nihil hic dicendum uidetur de causalitate finis, cūm sit quæstio Physica.

Ar. 2. An Deus agat propter finem, pertinet ad primam partem in materia de uoluntate Dei. Item, verum natura agat propter finem, quæstio philosophica est. Agitur de his parce hoc loco dicendum uidetur.

Ar. 3. Cauendum item ne hic, & inferius eadem quæstio disputetur, nempe, Vtrum actus hominis recipiant speciem à fine. Leuiter igitur hic attingendam, & plenè differendam esse inferius, indicatur.

Ar. 4. Quomodo bonum sit sui diffusiuum, non disputandum hoc loco.

Q. 3. ar. 1. An Deus uideatur à Beatis uisione Dei increata, hic explicādum, non in 1. parte.

Ar. 2. An habitus sit melior suo actu, non uidetur hic explicandum, cūm sit quæstio philosophica, & inferius habeat suum locum.

Ar. 3. De perfectione sensuum in corpore gloriosi, eiusq; dotibus, hic, & 3. q. ar. 6. aliquid dici possit, si uacat, cum ad materiam de nouissimis non perueniatur. Item an Deus uideri possit per aliquem sensum, seu sensitiuam notitiam, non hic, sed in prima parte differendum uidetur.

Ar. 4. In quo consistat summa miseria damnatorum, non explicandum hoc loco, sed inferius, ubi de pœna peccati agitur.

Ar. 5. Nihil dicatur de intellectu practico, & speculativo, nec de praxi & speculatione.

Ar. 7. De obiecto intellectus, & virtute animæ naturaliter possit cognoscere substantias separatas, non diffusè disputandum hoc loco, sed relinquendum philosophis.

Q. 4. ar. 1. Quidquid hic dicere solet de differentia delectationis, amoris, & fruitionis, differri possit in quæst. de fruit & uti. Item an cum uisione Dei possit aliquo modo dare tristitia, reijciendum est in 3. partem, ubi queritur, an CHRISTVS secundum rationem superioremassus sit.

Ar. 2. An delectatio quæratur propter operationem: an contra, tractetur in Ethicis; hic uero nihil uel breuissimè.

Ar. 5. An Sanctorum animæ à corporibus separatæ statim Deum uideant, hic tractandum, non in prima parte.

Q. 5. ar. 2. Quæ sint propria uisioni beatificę, relinquenda prime parti, & solum hic disputandum contra hæreticos de inqualitate præmiorum, in genere. Item an hæc inæqualitas tollat quo minus habeat satiatum appetitum, qui minus beatus est.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00171

Art.5. Nihil dicendum hic de merito, aut de necessitate luminis gloriæ.

Art.8. An verò appetitus ordinato magis appetat damnatus non esse, quàm sic esse, pertinet ad quæstionem de pœna peccati.

Q.6.ar.1. Differere de libero arbitrio posset remitti ad materiam de gratia.

Art.2. Vnde prouenit, quòd homo sit compos sit propriè Liber, & dominus suorū actuum, tractari potest infra in quæstione de electione.

Art.3. Quæstio de pura omissione posset dimitti.

Art.4. Disputari hic potest, an voluntas possit cogi, non autem an possit necessitari, de hoc enim tractandum est infra.

Art.6. Quomodo metus irritet matrimonium, votum, iuramentum, & contractus, referuandum videtur ad secundam secundæ, & ad tertiam partem.

Art.8. Difficultates de ignorantia referuari possent ad q.76.

Q.7. Plenior consideratio circumstantiarum nō est huius loci præsiè, cùm de illis sæpè infertius differendum sit.

Q.9.ar.4. De concursu Dei cum nostra voluntate nō nic, si iam in prima parte lector disputauit. Nihil etiam dicendum de fortuna.

Art.4. Nihil hic agendum de præscientia, seu prædefinitione actuum liberorum, neque de gratuita motione, qua Deus mouet voluntatem humanam.

Q.11. Non videtur hic quidquam differendum vel de obiecto spei, neque an possit beatus frui Diuina essentia, non fruendo personis, vel vna persona, & non alijs, hoc enim pertinet ad primam partem.

Q.12.ar.3. Non tractandum hic vtrum intellectus possit simul multa intelligere.

Q.14. Non differendum hic vtrum aliquando liceat consulere minus malum.

Q.17. Quomodo ratio imperet membris externis, nisi pe despotice, an politice, disputare, est etiam Philosophi Moralis: breuiter igitur hoc loco expediri potest.

Q.18.ar.1. Variæ acceptiones boni, & mali differri debent in materiam de peccatis: vbi etiam tractari potest de entitate illa morali. Item controuersiam cum hæreticis, an omnis actio humana sit mala, differenda est in materiam de gratia.

Ar.9. Vtrum in homine existente in gratia detur aliquis actus indifferens ad meritum, & demeritum, disputari debet in materia de merito.

Art.11. Præterijri hic possent ea, quæ pertinent ad confessionem circumstantiarum.

Q.20.art.3. Hæc difficultas repetitur in materia de peccatis: quare in eum locum referuanda est expositio hic solo textu S. Thomæ.

Q.21.ar.4. Difficultates huius articuli differendæ sunt in materiam de merito.

Q.71.ar.3. Quomodo peccatum virtutes, præsertim infusas expellat, non hic explicetur, sed in secunda secundæ in materia de Caritate. A

Q.72.ar.2. Relinquenda Interpreti Scripturæ illa quæstio, vtrum Dæmones possint coire cū fœminis: quamuis in materia de Angelis aliquid ea de re possit attingi.

Ar.9. Non repetenda, quæ supra de circumstantijs dicta sunt.

Q.73.ar.8. Non descendendum ac casus particulares de scandalo, vel restitutione: neque hic tractandum utrum is, qui alium ad peccatū inducit, grauius peccet, quàm qui occidit, pertinet cum ad materiam de scandalo. B

Artic.9. De infinita malitia peccati aduersus Deum commodius tractatur in principio tertiæ partis.

Q.76.ar.1. Non tractandum hic quenam fides requiratur ad salutem.

Q.79. Nihil dicendum de immediato Dei concursu cum secundis causis.

Ar.1. Vtrum DEVS Aliquem necessarijs auxilijs ad salutem destituat, non videtur tractandum hoc loco, sed in materia de prædestinatione & reprobatione.

Q.81.ar.3. Immaculata conceptio Beatissimæ Virginis Mariæ non est huius loci, sed tertiæ partis, vbi etiam dum de eiusdem sanctificatione agitur, tractetur quoque de fomite, & quomodo ligetur, aut tollatur. C

Q.85. Quomodo natura lapsa differat à puris naturalibus tractandum videtur in materia de gratia.

Q.87.ar.6. Vtrum dimissa culpa, maneat reatus pœnæ, etiam in materia de Pœnitentia. A

Ar.8. Quomodo Deus peccata puniat in filijs, copiosè disputet interpres Scripturæ.

Q.89.art.2. Expositio Pauli pro Lectore Scripturæ. D

Ar.5. Vtrum omnia opera infidelium sint pecca ta mortalia, differri debet in 2. secundæ qu. 10.art.4.

Q.92. Non disputandum hic vtrum peccent, qui pœnæ metu legem seruant nec vtrum Deus peccata permittat, an velit. A

Qu.109.art.4. Disputatio de cessatione legalis pertinet ad materiam de legibus. At, si quo quadriennio non vacaret agere de legibus, differenda est in materiam de Baptismo.

Quæstiones autem 101.102.104.105. & expositio S. Pauli 89.art.2. Interpretem Sacræ Scripturæ iuuant. E

Q.109.art.4. Quid interfit inter modum præceptij, & eius substantiam, & vtrum modus certatis sit in præcepto, in materia de legibus posset disputari.

Ar.5. De materia huius articuli posset etiam agi in quæst. 114.ar.7.

Ar.7. Non disputandum hic de macula peccati, nec de reatu pœnæ, nec de corruptione boni naturalis, nec de alijs huiusmodi quę in materia de peccatis explicata sunt.

Q.110.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00172

A Q.110. An gratia ponat aliquid in anima. vel hic tractandum est, vel in quæst. 113. de Iustificatione ar. 2.

Q.111. ar. 1. & 4. Gratiæ gratis datæ, earumq. explicatio plenior relinquenda est. Interpretis Scripturæ.

Ar. 3. Verum Deus insignes aliquos peccatores necessarijs auxilijs destituat, non hic explicandum est, sed in materia de prædestinatione.

Q.112. ar. 1. Nihil hic dicendum de causalitate Sacramentorum circa gratiam.

Ar. 2. Verum gratia primi hominis & Angelorum in eorum creatione data fuerit, supposita ipsorum dispositione, non hic tractandâ, sed in prima parte.

B Ar. 3. Non videtur hic agendum de contritione continuata, Caietani, vel de intensione Scoti, perunet enim ad materiam de pœnitentia.

Q.113. ar. 4. De necessitate Fidei in Christum, ante vel post Euangelium promulgatum, non hic disputandum latè, sed in secunda secundæ.

Ar. 7. Verum augmentum gratiæ detur in principio, an in fine actionis meritoriæ, & utrum si operatio meritoria succedliua sit, ipsa et gratia succesiuè augeatur, melius reseruantur in qu. de augmento caritatis in secunda secundæ.

Ar. 8. De numero & ordine, & necessitate omnium actuum, qui concurrunt ad iustificationem, hic disputandum potius est, quàm in materia de pœnitentia.

Ar. 10. Verum in homine detur naturalis potetia ad gratiam, non multum differt ab illa quæstione, qua quæritur de naturali appetitu, & capacitate beatitudinis, circa principia secundæ.

D Q.114. art. 6. Nihil hic de merito Christi dicendum, cum pertineat ad tertiam partè.

Ar. 8. Verum per quælibet opera augeatur gratia, & caritas, reseruandum est in materiam de caritate, in secunda secundæ.

EX SECVNDA SECVNDÆ.

Q.1. Hic disputandum est de Ecclesia, de Scriptura, de Papa, de Traditionibus, & si qua alia sunt huius generis.

Q.4. ar. 3. Non tractandum hic, sed infra in ma-

E teria de caritate, an caritas sit forma omnium virtutum in genere.

Ar. 6. Disputandum hic an Fides sit unus habitus, non tamen an sit simplex qualitas.

Q.5. ar. 1. Nihil de Fide Angelorum, in genere, de hac enim agitur in materia de Angelis, sed hic tantum est agendum, an fuerit fides in primo Angelo, si erat ei euidens DEVM esse, qui loquebatur, & reuelabat ei mysteria.

Q.6. Non nisi breuissimè, quia difficultas hæc tractatur in materia de gratia.

Q.10. ar. 2. Quæstio de baptizandis pueris infidelium breuiter hic, sed fusius in materia de Baptismo discutienda est.

Q.36. Nihil hic de contritione, sed tantùm an DEVS sit summè diligendus intensiuè, sou solum actiuatiuè, quod in materia de pœnitentia non repetatur.

Q.61. In materia de merito, non autem hic disputandum est, utrum retributio meritorum apud DEVM sit secundum iustitiam commutatiuam, an distributiuam.

EX TERTIA PARTE.

Q.1. ar. 1. Nec de potentia obedientiali uidetur hic agendum, nisi obiter, cùm pertineat ad primam partem in quæst. de Omnipotentia Dei; nec de incarnationis possibilitate, de qua tamen si quid hic agendum uideretur, non esset repetendum in 2. quæst. nec de distinctione suppositi, & naturæ, sed referendum ad quæst. 3. art. 2. Tandem an sit de ratione boni se actu communicare, pertinet potius ad primam partem in q. de bonitate Dei, yel in q. de libero arbitrio Dei.

Ar. 2. Quomodo nos satisfaciamus pro peccatis, & quomodo satisfactio nostra nitatur satisfactioni Christi, differendum videtur in materiam de pœnitentia.

Ar. 6. De aduentu Messiæ contra Iudæos Scholastici non est disputare, sed interpretis Scripturæ, cum ea res nitatur Scripturis, quę si diligenter examinentur, occupant multum tèporis; si breuiter, non potest res tanta firmiter probari, propter multa Iudæorum subter fugia & cauillationes.

Q. 3. An in Deo sint res subsistentiæ, & an essentia secundum se subsistat, an per relationes non hic disputandum, sed supponendum ex prima parte in materia de Trinitate; virum autem possit vnum essentialiter dependere à multis dependentia casuali, supponendum est ex philosophia.

Q.4. ar. 4. Non disputandum de esse obiectiuo contra Scotum, sed supponatur ex 1. parte in q. de scientia Dei.

Q.6. ar. 3. Non videtur huc pertinere quæstio Caietani, an anima reuersa ad corpus, retineat suam propriam terminationem.

Ar. 4. An materia iam proximè disposita sit prior formæ, ante aduentum formæ, relinqui debet philosopho; sicut & illud, an realiter totum distinguatur à partibus.

Q. 7. An virtus heroica differat specie à virtute communiter dicta, supponendum est ex Philosophia Morali, vel ex prima secundæ.

Q. 8. ar. 1. An humanitas Christi actiuè concurrat ad infusionem gratię, & ad opera miraculorum, cùm habeat eamdem difficultatẽ cũ Sacramentorum causalitate, ideo ne sæpe repetatur idem, possunt ista coniungi, & simul tractari

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00173

tractari in materia de sacramentis in genere. Ex iis tamen si quis voluerit nonnihil in hac octaua quæstione attingere, ad explicandum instrumentarium humanitatis concursum, hoc quidquid attigeris non erit reprehendum in materia de Sacramentis.

An.2. & 3. Non uidetur disputandum qui sint, aut non sint membra Ecclesiæ, cùm id pertineat ad materiam de Ecclesia.

Q.9.art.1. An intelligere Diuinum possit communicari animæ Christi, pertinet ad primam secundæ quæst.3.art.1.

Q.10.ar.2. Ea, quæ ad cuiusque beati statum pertinent, quando, & quomodo uideantur, non tractanda sunt hic, sed in prima parte, sicut & reliqua, quæ pertinent ad uisionem Dei in communi.

Q.11.ar.1. An uiator possit habere notitiam euidentem abstractiuam Trinitatis pertinet ad primam partem.

Ar.5. Quidquid de habitu hic disputari soleat in communi, supponi potest ex Philosophia, vel exprima secundæ.

Q.18.ar.4. Quæ actiones dicuntur humanæ, quæstio est ex prima secundæ.

Q.22. De Christi sacrificio incruento in cœna, & de ratione sacrificij & hostiæ in communi, disputatur in materia de Eucharistia, & Missa, Item de Sacerdotio Melchisedech, & ut fuit figura Christi, melius uidetur, ut disputet Scripturæ interpres.

Q.24. Non repetenda sunt hic, quæ pertinent ad prædestinationem Hominum, & Angelorum.

Q.25. Omittenda uidentur, quæ hic nonnulli tractant de phantasticis imaginibus, & uarijs Dæmonum illusionibus.

DE SACRAMENTIS in genere.

Q.60. Quæstio an Sacramentum sit in aliquo Prædicamento, non uidetur admodum digna Theologo.

Q.61. Vtrum semper etiam in lege Naturæ, fuerit necessaria Fides, non huc pertinet, sed ad secundam secundæ.

Q.62. Vtrum Deus possit uti creatura tamquam instrumento ad creandum, uidetur potius esse primæ partis in materia de creatione.

DE BAPTISMO.

Omittende quæstiones quædam absurdiores, qualis est illa, virum afinus possit bibere baptismum.

De solennitatibus, & cæremonijs Baptismi, breuiter.

Nihil dicendum de cognatione spirituali in Baptismo contracta fœlix, sed ad matrimonium transmittatur.

De pœna parulorum sine Baptismo decedentium, tractandum in materia de peccato originali, in prima secundæ. A

Sacramenta Confirmationis, Ordinis, Extremæ Vnctionis, tractentur prout uacauerit, plenè, uel breuiter; Quod si quis, quo nihil facilior sunt, & habentur in promptu, uelle et prætertim, eauendum ne id fiat, ubicumque propter hæreticos ea tractatio uidetur necessaria; nequaquam enim est omittenda.

DE EVCHARISTIA. B

An quantitas distinguatur à substantia Philosophis relinquendum est, sicut & illud, de quo Scotus hic disputat, an accidens possit produ cere substantiam.

De figuris Eucharistiæ multiplicibus, earumq; comparationibus breuiter.

DE POENITENTIA.

An repugnet fine ulla infusione qualitatum supernaturalium, uel sine ullo pœnitentis actu iustificari peccatorem, & an pœnitere sicut oportet, indigeat Dei auxilio gratuito, pertinent ad primam secundæ, de Iustificatione. Illic etiam agendum est, non hic, de ordine inter dispositionem, & infusionem gratiæ. C

An in peccatore post peccatum tranfactum ali quid aliud remaneat præter obligationem ad pœnam, supponendum est ex prima secundæ in materia de peccato.

An aliqui destituantur auxilio necessario ad pœnitendum, pertinet ad materiam de gratia, prima secundæ q.111. art.3.

Vtrum pœna damni sit eadem in omnibus dam natis, pertinet potius ad materiam de peccatis, & eorum effectibus. D

Quæstiones de Restitutione, de Eleemosyna, de Ieiunio, de Oratione, de Correctione frater na remittantur ad secundam secundæ.

Multa etiam, quæ ad casus conscientiæ spectant, relinqui possent eorundem casuum professori.

DE MATRIMONIO.

Omittendum uideretur, quod à quibusdam hic tractatur, an uirginitas sit uirtus, & qualis uirtus. E

An maleficium maleficio possit dissolui, pertinere fanè ad secundam secundæ, sed quoniam ad eum locum raro peruenitur, & maleficium inter matrimonij impedimenta numeratur, commodius hic uidetur collocandum.

Matrem ne, an uxorem occidere sit grauius, nõ est huius loci.

De

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00174

A De substantia uoti tam simplicis, quàm solennis, tractandum putauimus in secunda secundæ, quam hic.

Cæterum, quod erat optatissimum, ut Summa D. Thomæ duabus rebus illustraretur, id ita effectum est integrè, id quod hic studiosos premonere erit operæ pretium. Altera erat, ut Citationes omnium testimoniorum Augustini, Ambrosij, Hilarij, Basilij, Chrysostomi, Platonis, Aristotelis, Ciceronis, & aliorũ quorumcunque quod D. Thomas citat, extaret in margine delignatum, liber, caput, principium vel finis capitis, in quibus, ut in fonte non solum, res de qua agitur, inspici posset, verum etiam malueolis occasio calumniandi adimeretur, ni statim illis posset ostendi. Altera fuit, ut omnia ex iure Canonico, uel Ciuili allegata, glosse item in Sacram Scripturã ad suum principium deducte illico inueniri possent. Sed & erat optandum, ut tine labore constaret, quenam quæstio, siue articulus is esset, ad quem D. hic Doctor nos amandabet, cum sæpe scribat, *Vt dictum est*, sine, *Vt in fra dicetur*, quod quidem etiam præstitum est, appositis in margine numeralibus notis. Quæ omnia cum partim in Commentarijs Caietani Card. ad primam partem, partim autem Conradus Koelim in Commentarijs, ad Primam secundæ, & ad Secundam secundæ adiecisset, plurima item essent in Summa in octaua parte folij excusa Parisijs anno Domini 1518. apud Francifcum Regnault Antonius tamen Senensis Lusitanus triennium in hunc laborem impendens Vniuersam tertiã partem ijsdem citationibus adornauit, reliquarum Summæ partium, plurimis suppletis, pluribus mendosis correctis. Et hæc summa D. Thom. sic illustrata prodijt é Plantini Antuerpiensi Typographia anno 1585. Quin & denique à Iunctis Venetijs auctior est excusa, additis Appendicibus Seraphini Cappo ni à Porrecta Theologi Dominicani, & Chrysostomi Iauelli cum Commentarijs Card. Caietani, & Indicibus exquisitis.

B

Admonitio ad Studiosos Theologiæ. Cap. XIII.

C CVm autem si S. Thomas adhuc esset in hac vita superstes, nemo sit, quin libentius eum, quàm alios quoslibet consuleret, in eius Summa Theologiæ perci- D. Th quantum sieri potest per D. Thom. exponendus.
pienda, certè in primis ex alijs ipsius scriptis, quæ ad eadem materias spectant, petenda erit & facilius, & securius sententia sancti viri, quàm é quouis alio interprete. Itaque si loca ipsius cum locis eiusdem alijs collata fuerint, intelligetur breui, quantò interius S. Thomæ sensus haurietur. Quo facto, licebit sane postea & Caietanum, & Medinam, & Molinam, & Francifcum Soarez, & Gregorium Valentiam, & Gabrielem Vasquez, atque alios insignes Theologos inspicere, præsertim vbi hi docte vindicarunt à confutatoribus, aut propugnarunt, quæ Angelico Doctori ali quando audentius alij obiecerunt.

Atqui quoniam perdifficile esset interdum libros S. Thomæ sic versare, ut vndique, D quinam fuerit eius sensus; ac locorum inter sese collatorum expositio nosceretur: idcirco tyronibus in Theologia sciendum est, hoc à Fratre Ioanne Capreolo Tolosano præstitum fuisse diligenter. Cum enim hic in quattuor libros Magistri Sententiarũ Commentaria edidisset: quibus vbique Theologiam S. Thomæ tuetur, obiectiones quidem Aureoli, Scoti, Durandi, Ioannis de Ripa, Henrici Guidonis de Carmelo, Garronis, Adami, & aliorum Angelicum Doctorem oppugnantium, suis quasque locis proponens soluit per eiusdem S. Thomæ dicta, quæ adfert integra. Sed & Capreo li ipsius labores Frater Paulus Soncinas redegit in opus, quod inscripsit, Epitomen quæstionum, in quattuor libros Sententiarum à principe Thomistarum Ioanne Capreolo Tolosano dispuratarum: Quamquidem Epitomen, quoniam superueniente morte Paulus Soncinas nequiuit absoluere, Isidorus Isolanus Mediolanẽsis perfecit. Capreolus eximie gregius Diui Thomæ propugnator.

E

Quænam restare videatur absolutior ratio scribendi integriora Commentaria in Summam B. Thomæ. Cap. XIIII.

AT quoniam etiam verendum est, ne plus minio excrescat eorum numerus, qui B. Thomæ summam interpretantur; sicq; pluribus huiusmodi eruditis ingenia confundantur, uel tot Auctoribus volutandis iactura temporis fiat, idcirco summum esset operæ pretium, si quis abunde Theologia, & reliqua sacra eruditione instructus, hanc rationem Commentariorum in eiusdem B. Thomæ Summam iniret. Nempe singulorum Articulorum Conclusiones Theologicæ probaret: ad eas verò probandas afferret, primò testimonia Scripturæ Sacræ, hęcq. non perfunctorie, Ratio Interpretandi S. Tho. summã quænam uideretur abio lutoir.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00175

ctoriè, sed diligenter explicata: Deinde, si qua extarent, sacrorum Conciliorum: Præterea Patrum Græcorum, & Latinorum: Deinceps rationes ex principijs Fidei deducerent, vt ex aliquo Dogmate, Traditione, Ritu, Consuetudine, aut Ceremonia ab Ecclesia approbata: Denique refutaret quæ ex Scripturis, Conciliis, Patribus, aut Traditionibus, Ritibusq; Ecclesiæ contra adduci possent: Videlicet Scholasticis nil relinqueretur, præter Metaphysicam. Qua cum Thomas Caietanus eximie plerisque in rationib. S. Doctoris roborandis sit vsus, ea, quæ uel in ipso Caietano opartur diluci diora, auctiora, & firmiora, hęc supplerentur: primò quidem ex aliis locis B. Th. atque ex ijs, quos diximus, Capreolo, & alijs, ac Ferrariensi potissimum, vbi hic optimum S. Thomæ opus aduersus Gentes illustrauit; deinde item ex ijs, quæ ex propria pene stigatione sibi Diuina lux suppeditasset. Quod si quis eorum, quos iam habemus præ manibus, acutè, doctè, ac solidè nouum aliquid attulisset, eius nomen, locusq. siue in Commentarij contextu, siue in margine adscriberentur: si ex alijs deprompsisset, suo constaret Auctori primario laus. Id certè spectaretur maximè, ut qui Theologiæ studerent, euaderent simul interioribus illis, & rationibus, & literis armati, ut quemadmodum Antiquissimi Patres Theologiam ex similibus locis, ramquam è propriis sedibus, aut instruxerunt, aut occasionem suis disputationibus nobis reliquerunt, vt pleniorem Theologiam assequi possemus, iam demum, qui ipsius curriculum absoluerent, in aciem expediti exirent aduersus qualescumque Fidei hostes: neque esset, quo se multi enecarent, dum nouis hærentes vocibus, aut terminis, meliorem utrę partem Diuinis meditationibus, ueritati indagandæ, ac docendę, proximo iuuando subtrahunt.

A

B

Auctoris de expositione D. Thomden tenta.

Quo autem modo tota res conficeretur, dicam in Domino, quod mihi perspe comigauti venit in mentem. Ego cùm Ioannis Maldonati in Gallijs; deinde postea Melchioris Cani, & Thomæ Stapletoni labores, ac demum Roberti Card. Bellar. controuersiarum, antequam emitterentur in lucem, disputationes perlegissem: vidissem autem altera ex parte validos Theologorum (præcipuè Hispanorum) conatus ad S. Thomæ sensa illustranda in dies emulgari, eam (de qua dixi supra) non tam ideam, quàm structuram visus sum mihi intueri. Quæ iam in rem eo facilius conferri posset, si quis ex ipsis tribus Bellarminij Tomis appositè, ac quàm breuissimè eliceret testimonia Scripturæ Sacræ, Synodorum, Patrum, & reliquarum rerum. Reliqua adijcerentur ex ijs, qui vel antiquissimas hæreses, vel Scholasticas quæstiones rectius absque aliorum Catholicorum nota, vel affectu expendissent. Vix autem quidquam restaret, quin ex occasione confutatarum hæresum, quas pene omnes reuocatie Sacrorum hoc sęculo ab Inferis, vtilissimus disponi posset apparatus, quo & rationes ipse Sancti Doctoris, ac Conclusiones vberrimè, ac tamen breuiter, & validè probarentur.

C

D

ELENCHVS SCHOLASTICORVM, ALIQVOT, qui scripserunt in Magistrum Sententiarum, Præter illos, quos in S. Thomam Commentaria edidisse, tam supra oculos est, ac præter alios, de quibus passim in Sacro nostro Apparatu. Cap. XV.

E

Aegidius Faber in Mag. sen.
Aegidius de Roma Augustinianus in Magistr. sent.
Aegidius Viterbiensis.
Adrianus de Tornesio in Mag. sen.
Alanus Insulensis in Mag. sent.
Alanus Lynna
Alanus Rupensis
Albertus Magnus in Mag. sent.
Albertus Petauius
Albertus de Rickmerdorp. in Mag. sententt.
Alexander ab Alexandria in Mag. sentent.
Alexander Halensis in Mag. sent.

Alexander Dolensis
Alexander Necan
Aluarus Hispanus Minorita in Magistr. sentent.
Alphonsus Hispalensis Augustinianus in Mag. sent.
Alphonsus Tostatus
Andreas de Nouocastro in Magist. sentent.
Antonius Birotinus
Antonius Equentinus
Anselmus de Austria Carmelitanus in Mag. sent.
Ascensius Franciscanus
Augustinus Anconas in Mag. sent.

Augustinus Romanus in Mag. sent.
Bartholomæus Bononiensis
Benedictus Perenus, qui plures quæst. Scholastice tractat in Genes. & Daniel.
Benedictus Sienda
Bernardinus Senensis
Bertrandus Meiolanensis Minorita in Mag. sent.
Blasius Audemacius Carmelitanus in Mag. sent.
Bonauentura Cardinalis in Magistr. sententt.
Christoforus Iauellus
Chrisostomus Atanicus

Conradus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00176

A
Conradus Halberstadius
Conradus Henfelin Mag. sen.
Conradus Hirsaugiensis.
Conradus Monachus Cisterciensis in Mag. sent.
Conradus de Monte pusclarum in Mag. sen.
Conradus de Saxonia in Mag. sent.
Conradi Summenhart, Conclusiones in Mag. sent.
Dionysius Carthusianus
Dunandus Ordinis Prædicatorum in Mag. sent.
Dominicus à Soto in quartum sent.
Eccardus in Mag. sent.
Ecberius
B
Franciscus de Bachone Carmelita, nus in Mag. sen.
Franciscus Lechetl in Mag. sen.
Franciscus Marchia in Mag. sent.
Franciscus Maro in Mag. sent.
Gabriel Biel in Mag. sent.
Gabriel Berbia
Galfridus Allienant
Galterius Dissius
Galterius Pictauiensis Minorita in mag. sent.
Geraldus Bononiensis in mag. sent.
Gerardus de Elten in Mag. sent.
Gerardus Odonis in mag. sent.
Gerardus Sanoucus in mag. sent.
Gerardus de Senis Augustinianus in lib. 1. mag. sent.
Gerardus Sueslam
Gerardus de Zurphania in mag. sen.
Gilbertus Anglus
Gilbertus Pandosius
Gilbertus Pictauiensis
Godofcalci Guelenundi de Mesche de quæst. in Mag. sent.
Guernerus Parisiensis
Guido Tibroicensis
Guido Perpinianus in mag. sent.
Guillelmus Anconas
Guillelmus Altemas
Guillelmus Aquisgranensis
Guillelmus Frolod Minorit. in m. sē.
C Guillelmus Gulori Minorita in Mag. sent.
Guillelmus Guarro alias Varro Minorita in mag. sen.
Guillelmus Lamarensis Minorita in mag. sent.
Guillelmus Lugdunensis Episcopus in Mag. sent.
Guillelmus Oppembach in Magist. sentenc.
Guillelmus Parisiensis
Guillelmus Pepin
Guillelmus Velits,
Gregorius Armiminsis in mag. sen.
Haymo Anglicus Minor. in m. sent.
Hambaldus Romanus in mag. sent.
Henricus in magist. sent.
D Henricus Andemach. Carmelitanus in mag. sent.
Henricus Arnoldi
Henricus Confuelduus
Henricus Dolendom in mag. sent.
Henricus Embek in mag. sent.
Henricus Estra vel Oyra doctor Parisien. in mag. sent.
Henricus de Gandauo alias Gandesis. in mag. sent.
Henricus Ganda super lib. 3. magist. sentent.
Henricus Gorickem in mag. sent.
Henricus Gulpen
Henricus de Hassia Iunior Carthusian. in mag. sent.
Henricus Kalsten
Henricus Langestein in mag. sentē.
Henricus Vichingen
Henricus Vrimarus in mag. sent.
Henricus de Vuerlis in mag. sent.
Heronis de Boio Carmelitanus in mag. sent.
Hermannus Petra
Hermannus Schildius in lib. 1. mag. sentēn.
Hieronymus Dungersheym Epitomen in lib. sent. scripsit,
Hubertus Leonardus
Hugo de Argentina in mag. sent.
Hugolinus in mag. sent.
Hugo Carensis
Hugo Selestadien. in mag. sent.
Iacobus Anglicus
Iacobus de Altauilla in mag. sent.
Iacobus Christopol. Episcopus
Iacobus Genuensis Archiepiscopus
Iacobus Lutianensis
Iacobus Magnus
Iacobus Martinus
Iacobus Stralensis
E Iacobus de Viterbio Augustinian. in mag. sent.
Idolphus Suchen
Innocentius Papa III.
Innocentius Papa V.
Ioannis Abbatis à Buuonis (aliasBac conis) quæstiones in mag. sent.
Ioannes de Alerio Carmelitanus in mag. sent.
Ioannes Annius
Ioannes Bacco
Ioannes de Bachone Carmelitanus commendatur à multis.
Ioannes Balbus
Ioannes Balistarius in mag. sent.
Ioannes Basiliensis in mag. sen.
Ioannes Basfolus in mag. sent.
Ioannes Beetlz
Ioannes Brammarth Carmelitanus in mag. sent.
Ioannes Canonicus Minorita in mag. sent.
Ioannes Capreolus in mag. sent.
Ioannes Ducock in mag. sent.
Ioannis de Dorsten quæstiones in mag. sent.
Ioannes Duns in mag. sent.
Ioannes Ernesti in mag. sent.
Ioannes Esculanus in mag. sent.
Ioannes Francfort
Ioannes Fuit quæstiones in magist. sentent.
Ioannes Galensis in mag. sent.
Ioannes Gauuer
Ioannes Golein Carmelita in mag. sentent.
Ioannes Gerson
Ioannes Hagen
Ioannes Hoolet in mag. sent.
Ioannes Inesbuiten in mag. sent.
Ioannes de Lutria in mag. sent.
Ioannes Maior in lib. 2. & 4. magist. sentent.
Ioannes Mechlingius in mag. sent.
Ioannes Parisiensis Ord. prædic. in mag. sent.
Ioannis Pfeffer quæstiones in magist. sent.
Ioannes Hildesheimen.
Ioannes de Regno Carmelita in magist. sent.
Ioannes de Rupella Minorita in magist. sent.
Ioannes de Rupe Sciffa Minorita in mag. sent.
Ioannes Tacefphale Carmelitanus in mag. sent.
Ioannes Trudoris in mag. sent.
Ioannes Vualsgramel. Carmelitanus
Ioannes de Vuirtlich in mag. sent.
Ioannes Vuyricus Carmelitanus in mag. sent.
Ioannes Zacharias in mag. sent.
Laurentius Opimus in mag. sent.
Leonardus Chiuanus Minorita in mag. sent.
Leonardus Giphonenfis
Ludolphus Cartusianus
Marsilius pgruen in mag. sent.
Matthæus de Aquaspasta Minorit. Inuentarium sententiarū edidit.
Matthæus de Cracouia in mag. sen.
Matthæus Doingus
Matthæus Ebroicensis
Michael Angrianus in mag. sent.
Michael Cesenas in mag. sent.
Michael Maffensis
Nicolaus Alfensis
Nicolaus Crutznach in mag. sen.
Nicolaus Dorbellus Minorita in ma gist. sent.
Nicolaus Dorhin Carmelitanus in mag. sent.
Nicolaus Dunkelspulus Rector Vienen. in mag. sent.
Nicolaus Goiran.
Nicolaus Lackman Minorita in ma gist. sent.
Nicolaus Lyranus omnium celeberrimus in mag. sent.
Nicolaus de Nysa Minorita in mag. sentent.
Nicolaus Papa IIII. in mag. sent.
Nicolaus Truet.
Nicolaus Vachenheim in mag. sent.
Odoricus Anglicus Carmelitanus in mag. sent.
Paulus Burgensis
Paulus Cortesius in sententias scripsit Latine, & eleganter
Paulus Perutinus Carmelitanus in mag. sent.
Paulus Scriptoris Minorita scripsit Explicationem in primum sent. Scoti.
Petrus de Aliaco in mag. sent.
Petrus de Aquila Minorita in mag. sentent.
Petrus Aureoli Minorita in m. sent.
Petrus Bertorij
Petrus Brumquellus in mag. sent.
Petrus de Casa, post Alexander V. Pontifex Maximus in mag. sen.
Petrus de Casa Carmelitanus in mag. sent.
Petrus de Colle, Minorita in mag. sentent.
Petrus Gottifredus
Petrus de Lutra in mag. sent.
Petrus Paludanus super librum 3. & 4. mag. sent.
Petrus Perpinianus Carmelita. in mag. sent.
Petrus Rammindi Carmelitanus in mag. sent.
Petrus Riga
Petrus Schala
Petrus Tarantasius in mag. sent.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00177

Petrus Thomas Carmelit. in magist. sentent.
Petrus Verberius
Philippus Cancellarius
Richardus Ampolus
Richardus Excestriensis
Richardus Lavinan.
Richardus Media villa in mag. sent.
Rodolphus Bruxellen. in mag. sent.
Rodulphus de Rudezhen. in mag. sentent.
Rupertus Gallus Minorita in mag. sentent.
Rupertus Tolcot. Ord. præd. & alius quidam Rupertus eiusdem Ordinis in mag. sent.
Rupertus de Regno
Rupertus de Russia Minorita in magist. sent.
Rupertus Valsingen.
Sanctius Porta
Scotellus in mag. sent.
Sertorius
Silberius de BeKa Carmelitanus in mag. sent.
Simon Cremonensis
Simon Spirensis Carmelita. in mag. sentent.
Stephanus Anglicus
Stephanus Bruliser minorita in magist. sent.
Sylvester Frieras in mag. sent.
Thomas Aquinas in magistr. sentent.
Thomas de Argentina Augustin. in mag. sent.
Thomas Asselbachius in mag. sent.
Thomas Caesarius
Thomas Gualensis
Thomas Lombe Anglus Carmelita. in mag. sent.
Thomas Sperman.
Thomas Valpensis
Tilmanus Aquensis Carmelitan. in mag. sent.
Vbertinus Casalensis
Vbertus Leonardus
Vdalricus de Argentina Ordinis Prædicatorum in mag. sent.
Vuernerus Loretunch.
Vincentius Gruner. in mag. sent.

De Theologia Practica, siue de Casibus Conscientiæ docendis. Cap. XVI.

IN practica Theologia, ab ijs tractanda, qui sequi aliquam rectiorem methodum volunt, qua auditoribus etiam qui Scholasticam non didicere fructuosius consulant, hæc dici posse visa sunt.

Summæ casuum Alphabetico modo genere à principio.

Primò non expedire, vt statim inchoetur à capite alicuius Auctoris, qui per alphabeti ordinem de casibus conscientiæ scripserit: id enim nec scientiam vllam pareret solidam, & in varias partes distraheret animos, ac longior res fieret quàm plerisque necesse sit, quibus ad excolendas vineas Domini citius prodeundum est ob penuriam operariorum.

Deinde nec statim ab ipsis aliquibus materijs incipiendum esse, nisi anteceesserit in formata notitia, qua Auditor ad hanc facultatem perdiscendam optimè afficiatur, & noscat, quæ fundamenta iacienda sint, super quibus reliquum opus extrui possit.

Ea notitia prior esto, quæ tum ad breuem aliquam rerum Theologicarum partitionem, ac dignitatem, tum propius ad vtilitatem Theologiæ practicæ attinent, ex qua vberes fructus rectissimæ cuiq. administrationi, non solùm spirituali, verùm etiam Politicæ, atque inferendis in cælum animabus percipiuntur.

B. Antonin. prima Summæ part. c. 1. & 2. tit. 3.

Proximè sequatur tractatio de ipso nomine Practicæ Theologiæ, siue de vitæ Christianę officijs, ac deinceps de conscientiæ significatu, actu, effectu, de qua re eum alij, tum B. Antoninus egit, idque vna prælectione absolui potest.

Cumq. practica Theologia respiciat Bonum, atque actionum humanarum qualitates, hasce ostendat subiectum esse huius facultatis, quatenus ad Deum referuntur, & ex ijs elicimus quid sequi, quid fugere debeamus; patere autem hinc subiecti amplitudinem (scientia enim hæc Casuum fert iudicium de omnibus, etiam ijs, quæ repentè accidunt) atque item definitionem quandam, nimirum ut boni, rectique, ac proinde etiam mali, prauique scientia sit.

Definit. Practicæ Theologiæ.

Qualitates verò istarum actionum, quas quidem huius subiecti passiones aliquis recte voeauerit, exponat esse nouem, Bonum, Rectum, Laudabile, Meritorium, Malum; Obliquum, siue Peccatum; Culpabile; Demeritorium: Indifferens. Quarum priores quattuor respondent quattuor causis. Bonum, materiali: Rectum finali: Laudabile efficienti; (homo enim vt habet liberum arbitrium, ac gratiæ, peccatoue assentitur, rem efficit laudabilem, aut vituperabilem.) Meritorium autem formali; Gratia siquidem & caritas Dei forma est, qua fit, ut opus eiusmodi meritorium sit. Ac de his quidem vix vllus ignorat S. Thomam prima secundæ accuratissimè; Martinum autem Nauarrum (vt taceam alios) à quarto vsque ad finem noui præludij copiosè egisse. Diuturna enim tot annorum cogitatione, & vsu perspexerat necessariam ijs, qui ad hęc studia accederent, fore istarum rerum cognitionem; quare & illa sapienter Manuali suo denique præposuit. Ac tamen cùm vel S. Thomas, vel Nauarrus altius, & fusius, quàm pro omnium captu de his scripserint, prudentis erit professoris, vt inde (siue aliunde) ea tantùm deliber, quæ Auditoribus conducere existimabit. Nempe doceat, quid sit Bonum, & quotuplex (vt hic de morali, non de naturali, aut alio agi cognoscant)

Q. 60. & seq. quemadmodum Nauarrus suo Manuali præludia præposuerit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00178

A gnoscant; ac quamuis in voluntate primò consistat, hoc tamen ostendat originem duc cere, & ab intellectu, & ab operibus ipsis, quæ extrinsecus fiunt, cùm ex frequentibus istis operibus gignantur habitus. Porro item docent. Quid sit Rectum, videlicet quod rectam sequitur regulam, secundum quam quisque breuissimè tendit ad finem. Regulam verò hanc legem esse æternam, & caritatem, finem autem Deum. Quod si quid huc de recta intentione, ac de quadruplici iustitia, siue rectitudine facere posse Ptolemæus intellexerit, ea cùm ex aliis, tum præsertim ex Bernardo petiperunt, ac paucis enunciari. Scio autem, quibus in regionibus grassatur hæresis, rectitudinem, atque iustitiam negari esse Christianis inhærentem: Quamobrem initio docendi erunt omnino Auditores, quid hæc tota res sit: At paucis, ac firmis, sed & perspicuis rationibus præstabit hoc effici, siue ista sumantur ex Tridentina Synodo, siue item ex Stapleto-

B no & Card. Bellarminio.

Iam de obliquo siue peccato optandum est, ut Professor interpretetur non solum quid hoc sit, ac quotuplex, ac doceat non esse paria omnia peccata, quandoquidē Hæretici hoc astruunt; Verùm etiam una, vel altera lectione grauissimè exponat, quanta peccati grauitas sit. Quæ quidem vt penes obiectum, aut causam atque aliàs circunstantias pendituc, sic sanè ex Sebundo, atque ex Paulo à Palatio in Matthæum cerni potest, quo loco peccatoris typum ex Dæmoniaco expressit aptissimè. Accederent reme dia quædam generatim pertractanda aduersus peccatum, sed cùm hæc vnicuique casui aptanda sint, nonnihil hic tantùm perstrinxisse, ut Auditores peccati horrore concepto, libentius discant, quibus armis id in sese, mox in alijs, quibus curandis adhi bebuntur, expugnent alacrius.

C Ad laudabile quod attinet, quando hic aliquid de voluntario, & libero arbitrio agē dum est, certè Thomas (vt reliqua omnia absolutè) atque alij, sic Bernardus legendus est, & quod satis sit, Auditoribus inde proponendum.

De Meritorio autem, cùm hinc vis Christianarum actionum potissimum pendeat, mox erit vtilissimè, ac breuiter differendum, sed planissimè; Quale primò illud est, quod ad conditiones Actionum Meritoriarum spectat, nempe, vt liberè fiant: Vt ex seipsis bonæ sint, atque honestæ: Vt ad bonum, ac iustum finem referantur: Vt præter hæc omnia insiti Christo simus, ac Deo reconciliati, spiritumque adoptionis accepe rimus. Huc verò etiam pertinent, quæ de vita Christiana (quænam videlicet hæc sit) dici quadantenus possent, quam & Petrus scripsit ex ijs doctis, gratijsq. proficisci, quibus Diuinæ naturæ consortes efficimur, & Paulus indicauit, cùm dixit: *Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Christi spiritum non habet, hic non est eius. Si autē Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, Spiritus verò vivit propter iustificationem.*

Tradita horum notitia, ex qua contrariæ quæque passiones humanarum actionum intelligentur, suadendum Auditoribus erit, vt perse ipsi sæpe initio versent Ioannis Polanci Directorium, ac Ioannis Molani practicam Theologiam non ita pridem emissam in lucem. Ceterum, cùm suas Professor auspicabitur lectiones ab ijs, quæ commuiora sunt, intelligat sibi certo quodam, hoc est, non immensō temporis spatio exponenda esse quę ad sacramenta, censuras, status hominum, præcepta Decalogi, & Ecclesię spectant: Sic difficiliores materias resecet necesse est, atque adeo illa, quorum infrequens vsus sit in Confessionibus: vti paullò post dicetur.

E Quod si Auditores hęc ordinarius, & altius nosse cuperent, extat quidem apud Religiosos alios Ordines Ratio hęc omnia rectè tractandi, sed & quę Societas nostra, in hanc rem ex attenta disquisitione, ac diuturno vsu contulit, ac præscripsit in toro Conscientię Casuum curriculo biennij tempore à nostris absoluendo, hęc pauca in commune bonum liceat huc adijcere, quę ita habent.

Sem. 4. in Cantica. Serm. 1. in Cantica

Stapler. lib. de Iustific. Car. Bell. 5. to. controu.

Sebundus titulo 249. & 250. In cap. 8. in Matthæum.

Bernard. de libero arbit.

Cōditiones Actionū Meritoriarum. Vide 1. parte q. 1 40. B. Th. 2. Petri. 1.

Rom. 8.

Anno 1585. apud Amol dum Milliū Colonię.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00179

A

Regulæ Professoris Casuum Conscientia. Cap. XVII.

EO suam omnem operam atque industriam conferre studeat Casuum Conscientiæ Professor, ut peritos ac strenuos Parochos seu sacramentorum administratores instituat.

Finis Professoris Casuū.

Si duo fuerint, ut esse decet in primarijs Collegijs, Casuum Professores, eorum unus explicet contractus, censuras, impedimenta matrimonij, eaque absoluat biennio.

Professor alter item biennio explicet septem sacramenta, & præcepta tam Dei, quã Ecclesiæ, & hominum status atque officia: perstringat etiam breuissimis definitionib. Theologica quædam, sine quibus Casuum doctrina non parum vacillat: vt quid character, & quotuplex sit; Quid peccatum veniale, aut mortale; quid consensus; Quid lex, & quando obliget, & similia. A Theologicis verò rebus, quæ uix ullam habẽt cum Casibus necessariam connexionem, abstineant ambo Professores. B

Ab ijsdem Professoribus pauca tantùm, eaq. vtiliora Confessarijs attingenda sunt, de Interdicto, de Suspensione, de Depositione, de Degradatione, de Sacramentis, Cõfirmationis, Ordinis, Extremæ Vnctionis, & Eucharistiæ, de Magia, de Emphytensi, de Hæresi, & Schismate, de statu Regum & Principum, de Bello, de Processu Inquisitorum, & alijs id genus, quæ carpetim percurrenda sunt, nisi Schismatis bellique tempus, aliusue casus horum omnium, vel aliquorum pleniorem exigat explanationem.

In referendis opinionibus habeatur delectus, ut non obsolete, aut manifesto falsæ, sed pauce, ac probabiles recitentur. Quin etiam citra Scholasticum apparatum unaqueque difficultas euoluatur per dubiat & conclusiones, in quibus confirmandis seligantur ad summum duæ tresue rationes optimę; nec coaceruentur (ut uocant) allegationes. C

Vnicuique generali præcepto seu regulæ subnectat præceptor, exempli gratia, tres circiter particulares casus; atque ita suas constabiliat opiniones, ut si qua alia fuerit probabilis, & bonis Auctoribus munita, eam etiam probabilem esse significet.

Quamlibet lectionem repetendam curet quotidie, non modo in scholis per dimidiam horam, sed domi etiam per horam, tribus, qui totam repetant, præmonitis, à quibus postea exigat partem, quam maluerit: ipse enim vtrisque repetitionibus interesse debet ad explicanda tam ea, quę breuiter docuerat in scholis, quàm dubia; quæ post repetitionem proponentur. D

Huic repetitioni non solùm Casistæ intersint, sed alij quoque sacerdotes, bis, aut semel saltem in Hebdomada, licet hęc aliàs audierint; si & confessiones audiunt exterorum, & aliam domi non habent de Casibus collationem. Audiant itaque illos repetentes: interrogent de quibus dubitant; interrogentur & ipsi, quid ad hunc, vel illum casum responderent; parati igitur accedant.

Quolibet Sabbatho, prætermissa lectione, per duas horas de propositis conclusionibus disputetur in schola coram Magistro: ea verò disputatio non tam instituatur argumentationis filo, quàm interrogationis; ita vt vel exigatur explanatio alicuius difficultatis, uel nouus casus mutata circunstantia aliqua proponatur, dummodo non sit extra materiam conclusionum, uel petatur quomodo hęc cohæreant cum antecedentibus, cum quibus parum consentire uidentur, uel alicui conclusioni opponatur Canon seu doctor ex primarijs; seu nonnulla breuis argumentatio, quò plus habeat dignitatis, temperatè tamen, & longè infra Philosophicam consuetudinem. E

In quibus Collegijs duo Casuum Lectores non sunt, sed unus, si potest, ipse binas quotidie lectiones sustineat, matutinam, & uespertinam, materijs, quomodo superius dictum est, distributis, ut biennio uniuersas emetiatur.

Sin unus uni tantùm habendæ lectioni præ fuerit, is explicandis omnibus, quæ ad Casuum doctrinam pertinent, totum triennium consumat. Sin graues ob causas hoc omne studium intra duos annos redigendum fuerit, oportet Lectorem duplo

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00180

A plo fere breuiorem esse, quàm vbi binæ quotidiæ sunt lectiones. Itaque facilioribus omissis seligat paullo grauiores quæstiones, & in ijs unam, aut alteram opinionem referat. Quamlibet verò Conclusionem vno fere probet argumento, nec diluat obiectiones, nisi forte aliquam molestiorem: quin & in conclusionibus seruet, quam potest maximam paucitatem, & constitutis primarijs quibusdam regulis, ad minutiora non delabatur.

In Collegijs autem in quibus Theologi scientiam Casuum non audiunt ab ordinarijs Scholasticæ Professoribus, ad illos eruditendos extraordinarius constituendus est, qui in his potissimum exponendis, biennioq. absoluendis laboret, quę à Scholasticæ Theologiæ Professoribus omittuntur; qualia sunt Contractus, Impedimenta matrimonij, Censuræ Ecclesiasticæ, Confessionis & Confessarij conditiones, varij hoB minum status & officia, denique minutiora omnia, quę per uniuersas Casuum materias sparsa sunt.

Sicubi nec ab ordinarijs Scholasticæ Professoribus, nec ab extraordinarijs Theologi poterunt in conscientię Casibus erudiri, primo & secũdo anno (nam tertio & quarto Scripturis vacaturi sunt) vnam audiant Casuum lectionem, si duę quotidie solent haberi siue ab uno, siue à diuersis Professoribus.

Verùm si una tantùm sit Casuum lectio, quam Theologis, & Casistis oportet esse communem, in his Collegijs Casus & Scriptura alternis diebus prælegantur: easque lectiones sic vicissim toto quadriennio frequentent Theologi, ut quo die ex Scripturis nihil exponitur, Casuum Professor explicet eas materias, quę à Theologis audiendę sunt.

C

Admonitio. Cap. XVIII.

HÆC cum ità sint, cuius Auctoris liber de Casibus exponendus sit, quasi pro prius facultatis huius contextus, Thomas certè Caietanus videtur esse aptissimus. Summam enim confecit breuem, & succi plenam. Quare & ea splenter vsus est in Academia Ebore nsi Paulus à Palatio, cùm lectionem hãc Casuum iam ante quadraginta annos vtilissimè curauit instituì Hęricus Cardinalis & Archiepiscopus Ebore nsis, qui postea Rex Lusitaniæ fuit. Caiet. Summa laudatur. Paulus à Palatio in Summam Caiet.

Extat eadem Caietani Summa Hispanicè versa, Vlyssipone apud Ioannem Blauium edita anno 1587. adiectis adnotationibus quę plures nodos soluunt, & casus ex D plicant, præfixit autem epistolam Ludouicus Granatensis operi, qua rationem eius versionis, atque utilitatem demonstrat: Sanè qui Hispanicè norit, uberem inde percipiet fructum, ac qui eadem omnia Italica, vel alijs linguis loquentia faceret, peruti lem Ecclesię Sacerdotibus operam præstaret. Plures enim, qui Scholasticam Caietani dictionem, aut concisum scribendi genus haud facilè assequuntur, facilius intellige rent, atque ex Pauli à Palatio adnotationibus lucem ad omnia haurirent ingentem.

Scio autem non defuisse, qui cùm hac de tota re agere debuissent, à Sacerdotis instiPetrus à Sor. De sacerdotio quæ præ noscenda ab eo, qui accedit ad studia casuum conscientiæ. tutione, & quasi forma inchoauerint, nimirum ut docerent, quid primo in se, mox quid erga alios Sacerdoti faciendum sit. Quod etiam Petrus à Soto effecit. Sed siue initio, siue deinceps hoc agendum fuerit, quãdoquidem de Ordine Sacro parebit cãpus, in quo casuum professor spatiari poterit, certe nonnihil agere de eius Sacramen- E ti dignitate tum cùm auditores erga hanc præticam Theologicam erunt afficiendi, animos eorum vehementius accendet. Ea verò dignitas intelligitur ex antiquitate, ex vniuersitate, ex auctore, ex materia circa quam versatur, ex officij nobilitate, ex effectibus, & commodis, quę inde consequuntur innumeris. Quę omnia si quis scire cupiat, unde hęc facilius, & quonam ordine proponat, paucis referam. Extat sanctę Tridentinę Synodi uigesimaterttia Sessio, quę summatim attingit, quæ nam à promouendis ad sacros ordines deposcat Spiritus sanctus. Quam sessionem rursus ponit ob oculos apertius, quidquid in Romano Catechismo Pij Quinti Pontificis Maximi opera edito de ordine sacro scriptum est. Nobilitatem autem sacerdotij cũ plurimi alij, tum Chrysostomus de comparatione Regis, & Monachi: ac potissimum DE BONITATE, ET SCIENTIA, quę requiritur ad sacros ordines.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00181

libris περὶ τῆς ἱερωσύνης hoc est de Sacerdotio, qui Græcè, & Latinè separatim excusi fuere, tum Clichtoueus de vita, & moribus sacerdotum capite secundo monstrarunt. Et hæc quidem præcipuè ad dignitatem sacerdotij pertinent. Iam quæ imperdiant Sacri ordinis susceptionem Tertia pars summæ Sancti Thomæ. Dominic. Soto, to in Magistrum Sententiarum; Nauarrus; Ioannes Polancus; & eadem Tridentina Synodus. Cùm verò duo necessaria sint ad Sacri ordinis susceptionem BONITAS uitæ, atque SCIENTIA. de utraque Synodus Tridentina [a] Beat. Thomas opusculo de sacerdotis officio, & tertia parte Summæ. [b] Bonauentura. [c] Petrus à Soto. [d] Clichtoueus. [e] Gratianus: plurimi deinde alij eadem attigerunt, qui uel summas casuum conscientiæ; uel in Magistrum Sententiarum Commentaria ediderè, quales tractationi Theologiæ Scholasticæ adiecimus: uel Synodos coegerunt, inter quas Prouinciales aliquæ Caroli Borromæi Cardinalis copiosam hisce de rebus materiam suggerunt. At postremo prodijt Summa Francisci Cardin. Toleti, ca, quæ Romę ex autographo excusa est, non quę ante illam alia eiusdem nomine, qui pro insigni doctrina, & usu Romanarum rerum, casus conscientię breuiter, atque dilucidè (si quis alius) explicuit.

Materiam de variis Hominum statibus prænosse per magni momenti esse tum Professori, tum Auditoribus Casuum Conscientiæ. *Cap. XIX.*

AVt verò permagni esse momenti Professor casuum intelligat, non tam vt ipse Auditoribus prælegat, quàm vt curet, vt Auditores ipsi priuato studio perlegant, quę ad varios hominum status dignoscendos attinent. Cùm enim *f quod ignorat medicina non sanet*, dici non potest, quantùm Confessario, uel demat, uel addat auctoritatis scientia, uel ignoratio statuum & munerum hominum. certè cùm summum bonum homo naturaliter appetat, nil ei deest aliud, quàm rectè eligendi ratio: Electio autem de prægnitis rectè fit: prænoscenda igitur sunt, commoda, incommoda, qualitates, ac leges quasi propriæ omnium uiuendi generum. Quod sanè ad sacerdotes potissimum pertinet, qui de uniuscuiusque actionibus, atque electionibus iudicare debent in foro spirituali. Ideo præter illa, quę uarijs in locis, ac præcipuè in Tractatione de Iurisprudentia egimus, dicendum hoc loco uidetur.

STATVS Quid sit.

Quot nam ferè hominum status sint. Deinde quinam Auctores potissimum de ijs egerint. In primis autem illud sciendum est, Statum à nobis intelligi, qui certam hominis qualitatem, ac conditionem designat, per quam (ut cum Scholasticis loquar) obligatur ad aliquid singulariter, ac propriè. Duplex autem obligatio est, quę petitur ex ratione finis tum Diuini, tum Humani.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00182

TABVLA DE VARIIS STATIBVS Hominum. Caput XX.

DE CHRISTIANO IN GENERE.

Vide Institutionem Clem. Alexandrini, quam Pædagogum inscripsit.



ELENCHVS ALIQVOT AVCTORVM, Qui scripsere de Statibus. Caput XXI.

B. ANtoninus Archiepiscopus Florẽtinus.
Antonius Nattæ Astensis.
Antonius Posseuinus de Milite Christiano.
Augustinus Valerius de Cardinali, & Episcopo.
Basilius Imperator Constantinopolitanus ad Leonem filium de boni, ac pij Principis officio.
Bernardi libellus de Cura rei familiaris.
Bernardus ad Eugenium, de officio Pontificis Maximi. Vide item Epistolas eius.
Chrysostomus Iuellus secundo Tomo operũ suorum de Theologia Christiana, Platonica, Peripatetica, præsertim vbi tractat Ethica, Politica, Oeconomica.
Clemensis Alexandrini Pædagogus de Christiano in genere.
Dionysius Carthusianus, qui alterum quoque refert Auctorem.

Edmundus Augerius, qui libellum Gallicum inscripsit Pedagogum ad arma.
Franciscus Vallesius de officio Medici.
S. Gregorius in Pastorali.
Hieronymus Platus De bono Status Religiosi.
Horologium Principum, quod sit ex emendatis.
Hugo in Dida Gallico de opificijs Mechanicis.
Humbertus, qui Dominicani Ordinis quintus fuit Generalis, quique librum de Concionatoris officio scripsit.
Joannes Polancus summatim suo Directorio.
Joannis de Friburgo Summa.
Joannes Talpinus, qui Gallice librum edidit de omnibus hominum statibus.
Iulius Pollux Commodo Imp. designat Imperatoris, & Regis conditiones, ac dotes, quibus præditus sit, necesse est. Vide etiam in dictione *Basileus*. Rex, quem inde putat deduc-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00183

ctum, quasi sit ἄκρον τοῦ, basis populi.
Manhuini Rosei Christianus Princeps.
Martinus Nauarrus ab Azpilcueta in suo Manuali, & alijs operibus.
Summa, quę anno 1580. prodijt Venetijs, è, Typographia Ioannis Baptistę Somaschi, cuius Summę inscriptio hęc est. Summa Pacifica Pacifici Nouarrensis Franciscani Ordinis versa in linguam Italicam à Francisco Tarusino Carmelitano cum interrogationibus ad omnem personarum statum.
Pape ottus Cardinalis de Consultationibus Consistorij, & in archiepiscopali Bononiensi.
Petrus Aluarus de Thesauro Christianę Religionis.
Petrus Bellus de re Militari.
Petrus Soto Epistola liminari, siue præfatione libri de Institutione Sacerdotum. Ibi enim agit de Pastoribus bonis, & malis.
Robertus Card. Bellarmin. ubi de potestate Pontificis, & in altero Tractatu de Electoribus Imperij.
Robertus Episcopus Zamorensis libro de Monarchia, & de origine, ac differentia principatus, & lib. Defensorij status Ecclesiastici, quar to autem tractatu agit de Imperatoris, hoc est Cęsaris officio.
Rodericus Episcopus Zamorensis in Speculo uitę humanę.
Summæ pene omnes Casuum Conscientiæ.
Summa Tabiena de potestate Pontificis in uoce Dispensatio, uli pulchra.
Syluius Card. Antonianus de Christiana educatione filiorum.
S. Thomas generatim, & in Opusculis, ubi de Regimine Principum, & alijs.
Idem in Opusculo contra Græcorum errores.
Thomas Caietanus, ubi de potestate Pontificis.
Thomas Sallius Societ. Iesv libellum Gallicè in Belgio, de milite Christiano edidit anno 1591.
De Aulicis, vide Gueuaram libro Hispano, qui inscribitur, Admonitio gratiosorum: Italicè autem. *Auiso, & Dottrina de fauoriti.*
Ex constitutionibus, & ijs, quę uocant Statuta variarum ciuitatum: ex iureiurando item, quod præstant uarij, qui uocantur officiales, plura peti possunt, quæ ad conscientię uniuscuiusque rationem attinent.
Iam quę scripsere de officijs Ethnici, siue in Politicis, & Oeconomicis, ut Plato, Aristoteles, Isocrates, Xenophon, Plutarchus, & eiusmodi alij huc facere quadantenus possunt. Item quę de Agricultura, Plinius, Cato, Columella, Varro, Virgilius. Sed non tanti hæc sunt; ut conscientias tam curare, quàm permouere possint ad id consequendum, quod nos præcipimus.
Hieronymus Mercurialis, & alij, ut etiam qui sub nomine Hippocratis libellus de Medicina circumferebatur. Sed hi potius artis medendi rationem, quàm id, quod quærimus, spectarunt: quamuis prudens Sacerdos ex ijs elicere possit, quę ad animi salutem pertinent: Id quod ubi scripsimus de Medicina, non prætermissum est. Baptista item Codronchius hoc præter alios præstitit libris duobus de Christiana, & tuta medendi ratione. A
Benuenutus Straccus Anconitanus Tractatum edidit de Mercatura: in quo etiam agit de Nautis, Naulibus, & Nauigatione, is liber Lugduni editus est, apud hęredes Iacobi Iuntę. B
De Mercatoribus, deq. usura præter Summistas, plures alij scripserunt. At uide Sarauam de in stitutione Mercatoris. Ioannem Gersonem Tractatu de Contractibus; Contadum simili tractatu, & Bonauenturam, Rodulphum tractatu de usuris, Plutarchum opusculo περὶ τοῦ δανείζειν. *Quod fœnerari non oporteat.*
Vegetius, quique alij de re Militari scripserunt, quemadmodum item Robertus Valterius fecit, & B. Augustinus ad Bonifacium, & Alphonsus de Castro lib. 3. cap. 14. ubi de cauſis belli inſiis.
Baſius quidem agit de re Nauali, ſed alium in ſinem. C
De Nobilibus, uide Osorium de Vera gloria, & librum Episcopi Aquinatis Italicum de Nobilitate, & Ioannem Baptistam Posseuinum Fratrem meum Dialogis de honore recognoscendis ex quib. expũgendus est quintus liber de singulari certamine, qui ante Synodum Tridentinam editus fuerat, liceat eò frater ten derer, ut singulare certamen exterminaret.
Quod verò ad Religiosos attinet, uide diuersas Regulas Sanctorum, Basilij, Augustini, Benedicti, quin, in eas scripsere, Smaragdus, Humbertus, & alij. Vide item quæ de tribus uocationibus in collationibus Cassiani, Collatione tertia Abbatis Paphnutij. Quæ ve hos ubi agimus De religiosorũ Ordinum defensione. D *Lib. 3. cap.*
Quę denique ad Theologię, aliarumq. præcipuarum disciplinarum, facultatum item inferiorum, quales sunt Rhetorica, Poetica, &c. Professores pertinent, Nos cũ in uniuersa hac selecta Bibliotheca (ut sæpe dicemus) spectaturimus, ut methodum ad eruditionem, atque ad pietatem, in omnibus facultatibus traderemus, sperare de Dei bonitate audemus (si Professores Casuum Conscientię, ac reliqui Sacerdotes tum ipsi hanc ipsam Bibliothecę percurrerint, tum ut quisque pro ratione suę facultatis percurrat, hortati fuerint) ut fructus hinc ad Dei gloriam utilissimus capiatur. E

Eiectus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00184

A *Elenchus aliquot Auctorum, qui Summas Casuum Conscientiæ nobis reliquerunt, reliquorum autem, vti & horum, plantus in Apparatu Sacro ſt mentio. Cap. XXII.*

IN primis legendi videntur Canones Pœnitentiales; qui quoniam paucos ante annos recusi sunt, alijs, quæ ad hanc materiam attinent, Tractatibus auctioribus ij simul pro curandi sunt, ac percurrendi.

Ij vero sunt:

Pœnitentiale Romanum.

De Remediis Peccatorum Venerabilis Bedæ Præsbyteri.

B Pœnitentium Liber Rabani Mauri, Moguntini Archiepiscopi.

Epistola Nic. Gregorij Nisseni Episcopi ad S. Letoium Melitenes Episcopum.

Epistolæ Canonicæ S. Gregorij Thaumaturgi Episcopi Neocæsarienſis Canon vltimus.

Canones Pœnitentiales Afflensis, cum Notis Antonij Augustini.

Alberti de Brixia Ordinis Prædicatorum Summa.

Summa Angelica.

Angeli de Clauasio cum additionibus Iacobi C Vigerelli Anno 1560.

Summa Casuum Conscientiæ Antonij de Cordoba.

S. Antonini Archiepiscopi Florentini Summa siue liber prænotatus. Defecerunt, & alia ipsius.

Summa Armilla.

Afflensis Summa, quæ vulgo Afflesana dicitur, de Casibus Conscientiæ.

Augustini de Ancona Summa.

Summa Aurea Rosa.

Baptistiniana Summa Ioannis Baptiſtæ de Salis.

Bartholomæi Albornocij Ars contractuum Hi D spanica lingua, Valentiæ edita apud Pecrum Stucte Anno 1573. in folio.

Bartholomæi Medinæ Instructio Confessarij.

Bartholomæi Pisani Summa, aliàs Pisanella.

Candelabrum Aureum.

Claudij Altisiodorensis Summa.

Conradi Summerhart Summa.

Conradus de Contractibus.

Didaci Couarruuie solutiones variæ.

Dominicus Sotus de Iustitia, & Iure.

Elucidationes quorundam Casuum Concilij Tridentini ab Illustrissimis Cardinalibus Congregationis eiusdem Concilij.

E Emanuelis Sâ Aphorismi, sedij, qui recusi sunt Romæ, cum alij minus circumspecto, neque ab eo vsuente recensiti, nec post mortem recogniti, fuissent in lucem alibi proditi.

Enchiridiô Sacerdotum per modum examinis.

Francisci Alcoceri Tractatus de Ludo, Salmanticæ lingua Hispanica. Editus anno 1559. Apud Andream de Portonariis.

Francisci Card. Toleti Summa, Romæ excusa.

Francisci Victoriæ Summa de Septem Sacramentis.

Gaufredi de Trano Summa.

Guidonis de Monte Rochen Manipulus Curatorum.

Guliesmi de Mõte Lauduno Sũma de Casibus.

Henrici de Ersor dia Summa Casuum Conscientiæ.

Hieronymi Stuonarolæ Confessionale.

Summa Hostiensis.

Hugonis Barchinonensis Summa.

Ioannis Baptistæ Lupi Geminiani de Vsuris, & Commerciis illicitis in quarto. Venetijs apud Iuntas anno 1582.

Ioannis de Burgo Pupilla oculi, quæ est de Sacramentis, & Præceptis Decalogi.

Ioannis Episcopi Valorien sis Summa.

Ioannis de Friburgo Summa Confeſſorum.

Ioannis Medinę de Pœnitentia, Restitutione, & Contractibus. Ingolstadij apud Dauidem Sartorium. Anno 1581. in folio.

Ioannis Polanci è Societate IESV, Directorium.

Ioannis de Saxonia Summa Casuum Conscientię.

Ioannis Tabiena Summa.

Ludouicus Molina de Iustitia & iure. Quod opus in sex Tractatus diuisit. Ac primum quidem, & secundum iam habemus fere integrum, reliquos expectamus, quonam autem modo uniuersam materiam distribuerit, extat in eius proœmio col.1.

Martini Defesj Disquisitionum Tomi, tres uberes Iudicum, & confessariorum directioni commodissimi.

Martini Nauarri Manuale, & consilia, præsertim Venetijs edita anno 1601. cum reliquis operibus ipsius, & quidem auctioribus.

Manipulus Curatorum.

Monaldi Summa.

Pisanella cum supplemẽto Nicolai de Auximo.

Nicolaus de Ploue de Officio Sacerdotum.

Directorium Curatorum Petri Martyris. Episcopi Elnensis Hispanicè.

Raymundi Barchinonensis.

Raynerii summa.

Rolandina cum additionibus Petri Aldobrandini, & de Vnzola.

Rosella Baptiſtę Trouamalę Summa.

Summa Scarsellæ.

Sebastiani Medices Summa peccatorum capitalium Florentię, anno 1579. in octauo.

Thomę Caietani Summa.

Ceterum sequens ratio Administrandi Sacramentum Confessionis, cum sit perutilis hic erat omnino adiexenda, quę tanquam Summa quędam Summarum Casuum haberi potest.

Tracta-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00185

Tractatus de ratione administrandi Sacramentum Confessionis à B. Carolo Borromeo Cardinali editus. Cap. XVIII.

Norent Cõfessarij & sapiant.

VT Confessarij pœnitentiæ Sacramentum administrent, eo cum fructu, qui maximus esse possit (is verò in sincera vitæ emendatione positus est) neve in tanti ponderis negotio cum propriè conscientiæ summo onere contenienter non adhibuisse diligentiam videantur (id quod summopere timendum est multis, ne scilicet in grauem reprehensionem incidert eorum industria, cùm de tanto numero confitentium, tam exiguam emendationem videamus in ijs, qui toties, & tam multis ab hinc annis hoc Sacramentum frequentarunt) præceptiones, & admonitiones nostras omnes iam pridem diuersis temporibus hac de re datas in unum contulimus, atque alias quasdam ijs adiunximus, quas in hunc finem vtiles, & necessarias esse summus arbitrati. Quamobrem per uiscera misericordiæ Domini Nostri Iesu Christi eos exhortamur, vt quemadmodum eorum officium, & vocatio requirit, hac in causa, & negotio, quod ad animarum salutem usque adeò pertinet, summa cum diligentia nostræ sollicitudini cooperari uelint, nostramque intentionem in eo positam, ut populus Christianus, quem Dominus nobis regendum tradidit, in uiam salutis commodè dirigatur, promouere pro sua utili studeant.

Nullus sine approbatione Cõfessiones audirepotest ne quidem.

Nullus igitur neque secularis, neq; regularis Sacerdos Pœnitentiæ Sacramentum aggredi præsumat, ti non approbationem, & licentiam antea nostram in scriptis habeat, vt rite Concilium Tridentinum ordinauit; sin aliter fecerit, excommunicationis pœnam ipso facto, iuxta primi Concilij nostri Prouincialis decretum, incurrisse se noterit, & ũ Sacrum Missæ officium postea celebret, irregularis erit.

Caueat autem sibi quisque hac in re, ne prætextu mimoris ætatis, seabduci à recto patiatur, quasi pueri sint, qui nondum ad usum rationis peruenerint, quorum audit cõfessiones: solet enim vlu venire, ut in pueris etiam, quamuis in ætate sint adhuc tenera, peccata mortalia inueniantur. Ac uerò nemo per speciem necessitatis alicuius se fallì sinat, ac necessitatem interpretetur pro quauis ægritudine, etiam si grauis, & periculosa illa sit, cùm ad proprium pastorem, aut alium confessarium à nobis approbatum recurri potuisset. Immo nullos huic se negotio pergat interponere, quamuis à pastore eius, qui confiteri cupit, vel Vicarijs nostris consensum obtinuerit, nisi tales ij sint, qui specialem à nobis acceperint potestatem, vt eam alteri concedere deinde possint.

Sacerdotes autem, qui confessiones audiendi licentiam à nobis obtinuerint cum definita temporis, loci, certarumque personarum limitatione, videant, ne potestatis concessæ limites vllo modo excedant.

Confessariorum Catalogus.

Prima cum opportunitate regularium Superiores catalogũ confessariorum, quos ad hoc officium elegerint, quive in hac Ciuitate, vel diœcesi nostra habitant, nobis exhibeant, quo eorum nomina, cognomina, & natale solum habeantur.

Sed quia sæpius contingit, ut per fuorum obedientiam mutentur, iccirco bis in anno prædictum catalogum nobis offerent: primum quidem ad primam septimanã Adventus, secundum deinde primis feriis Quadragesimę: Confessarij autem qui in nostra diœcesi versantur, Pastoribus, aut Vicarijs foraneis, testimonium admissionis suę, qua ad huiusmodi munus idonei esse iudicati sunt, quotiescunque ab eis exigetur, ne recusent ostendere: in templis uerò, in quibus plures sint confessarij, in foribus sacrarij tabula suspensa habeatur, quę omnes eius templi confessarios à nobis approbatos contineat, quę toties mutanda erit, quoties alij deligentur.

Confessarij, qui à censuris & Casibus reseruatis absoluendi potestatem à nobis habent, summa cum prudentia eam exerceant, ut sit ædificationi potius, quàm destructioni locus: quamobrem si in utilitatem & auxilium pœnitentis, qui in aliquod eiusmodi peccatum incideri, iudicent expedire ad nos eum remittere, admoneatur, ut id facere debeat.

Confessarij suis approbati Casibus conferentę studeant.

Omnes confessarios quamuis, à nobis ut idonei semel admissi fuerint, tamẽ ob graues & diuersos scrupulos, qui pœnitentibus in dies occurrunt, & plurimas difficultates sibi coherentes habent, præmonitos uolumus, ut bonos, & classicos auctores nonnullos,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00186

A nullos, qui Casus conscientiæ ex Professo tractant, manibus continuè teràt, quod si non uideantur sibi satis iudicij, & doctrinæ comparasse, vt possint quæstiones obiectas resoluere, meminerint adire doctiores, & in talibus meliùs uersatos. Sciant autem nos in hunc finem dedisse speciatim eas partes Pœnitentiario maiori Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ, vt cum Theologis, & iuris Canonici peritis, si qua dubia, & controuersa circa res conscientiæ in hac nostra diœcesi obueniant, de ijs conferat, & diligenter discutiat, ut post quam res grauiores nobis communicarit, omnem dubitationem eximat ijs, qui ad ipsum consulendi causa accedent.

Examinent præterea vires ingenij, & scientiam, quam habent, nec se temerè ad confessiones audiendas eorum ingerãt, quos censuris ita quibuslam inuolutos esse suspi-
B centur, ut sese inde satis explicare nesciant.

Bonã habeant notitiam cẽsurarum, & Casuum reseruatorum, particulatim autem Bullæ in Cœna Domini legi solitæ: similiter Canones Pœnitentiarios, & nostras has admonitiones sæpius legant.

Cùm dubium non sit, quin is qui peccato mortali infectus, Sacramentum quoduis administrat, nouo se scelere rursus obstringat; diligenter obseruent, qui Confessarij partes agunt, ne cum peccati mortalis conscientia confessiones audiant, multò uerò minus id audeant, si qua censura teneantur Ecclesiastica ligati. Confessario rũ bonitas.

Qui verò seruidi animi confessarius est, animarum quæ salutis studio tenetur, vt eas ad virtutes inducat, diuinisque remedijs adiuuet, quibus contra peccata uel pœnitens
C vtatur, vel ab eisdem abstrahatur, qui doceat itidem dæmonis astutias perspectas habere, qui demum pœnitentem exuere ueterem hominem, & nouum induere laboret, ac confingere in eo formam aliquam, speciemq; perfecti Christiani, non satis id fibi habere debet, si nulli peccato mortali obnoxius Sacramentum Pœnitentiæ ministret, sed cùm facilè cognoscat magnopere referre ad præstandum ea, quæ dicta sunt, prius in seipso exprimere, quæ in altero uidere desiderat (quandoquidem plus exempla, quàm uerba commouẽt animos, neque quis aliorum animis ingenerare uirtutem potest, quam ante non in se possideat) idcirco perfectionis suæ totius amore feruear, necesse est, atque ijs in virtutibus acquirendis operam diligentem ponat, quibus ipsa perfectio acquiritur.

Sed quoniam Regulares, cùm ad confessiones audiendas emittuntur, solum exami nari, folẽ sintne sufficientes, & doctrinã iustam habeant, neque nos aliter perspectos mores eorum, & bonitatem vitæ probatam tenere possumus, ideo Superiorum eorum
D conscientias oneramus, ut ad huiusmodi prouinciam non alios nobis in publicum deducant, quàm qui probitate, atque integritate vitæ tales sint, qui laudabiliter hoc Sacramentum exhibere queant, cuius quidem rei scripto nobis fidem dabunt, nec aliter eos admittemus.

Prompto, ac parato animo ad confessiones audiendas accedant, euitentque diligen ter, non solum ad subterfugiendum laborem, ne submoueant intempestiue uenientes ad se confitendi gratia, sed neque signo, aut uerbis vllis præseferant, egrè se, grauatoq. animo confessiones eorum excipere, quin potius ita se comparent, vt intelligant pœnitentes eos salutis eorum causa multum solatij, & gaudij ex ijs laboribus haurire. Confessarij diligentia.

Ex hac eorum alacritate nascetur etiam hoc commodi, ne pœnitentes excusatio- Confessarij quando maxime Confessionibus audiẽdis uacare debeãt.
nem iustam prætexere possint, se non esse confessos, maximè quibus temporibus ad
E id tenentur, per speciem quasi commoditatem non habuerint. Præterea autem admonemus Confessarios, si uel ac exequias, uel quæuis alia Ecclesiastica munia illos euocari contingat, nisi causa prorsus sit necessaria, vt ne confessiones ijs diebus proterea uel interrumpant, uel intermittant, quibus frequentiores solent occurrere, maximè octiduo, aut amplius ante diem natalem D.N. IESV Christi, in Quadragesima, & præcipuè circa medium illius vsque ad octauam Paschæ, nonnullis etiam diebus cum Iubileum promulgatum est, aliisq. solennioribus festis, quibus, ut plurimum, populus, vel omnis, vel ex maiori parte ad confessionis Sacramentum confluit.

Cupimus etiam in hunc finem, Superiores Regularium certiores ea de re redditos, vt prædictis temporibus procurent, quantum poterunt numerum maximum Confessa-

riorum,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00187

A

riorum, qui doctrum, & timore Domini insignes, atque à nobis approbati in suis Ecclesijs Pœnitentes audiant.

Confessiones ægrotorum quomodo excipiendæ.

Quoties regulares ad ægrotantium confessiones excipiendas accersuntur, si necessitas aliud non suadeat, ex Pastore prius intelligant, quæ conditio, & status sit ægroti, vt tanto diligentius animaduertant, si quid alleuamenti conscientiæ illius præberi valeat, præsertim in summo temporis illius articulo, in quo velut in cardine vertitur aut animæ salus, aut perditio æterna: quod si temporis breuitas non patiatur ante confessionem id fieri, saltem ab audita confessione quàm citissimè fiat, ut tam ipse Confessarius, quàm Pastor in procuranda hominis infirmi salute suo officio non arguantur defuisse.

Cùm primum Sacerdos Sacramentum Pœnitentiæ cuipiam ægroto ministrauit, in schedula subscribat, quæ qualis esse debeat, infra dicetur, eaq. fateatur se pœnitentis confessionem excepisse, quòd ideo fit, ne Medici curam suam subtrahere infirmis eo gantur, iuxta Bullam scl. mem. Pij V. & Decretum primi nostri Concilij Prouincialis, & ne per negligentiam confessariorum in dicta fide præstanda sumant occasionem excusandi se ab obseruantia præfatę Bullę, & Decreti.

B

Confessiones extra tẽplum nõ audiendæ.

Popularium in domibus confessiones nemo audiat, nec virorum, nec fœminarum, cuiuscunque vel ordinis, vel conditionis illi fuerint, nisi dum ægrotant; quod cùm fit, & mulierum confessiones Sacerdos excipit, ostium apertum sit, ita ut ab ijs, qui in vicinis locis agunt, conspici possit.

Extra eam necessitatem confessiones mulierum non audiant, ne etiam si uel leuiter illæ reconciliari tantum modo uellent præterquam in templo, & sedilibus ad id destinatis, sed neque tum quidem eo loco, nisi post ortum Solis, & ante eius occasum audiantur.

C

In illis ipsis sedilibus quotidiano ritu confessiones audientur, etiam virorum, si qui solent in templo confiteri: Hanc ob causam omnibus in templis sedes huiusmodi tam multę construantur, quàm multi solent esse Confessarij; sint autem omnes ad eam formam exædificatę, quemadmodum ordinauimus, generatim eas debere construi.

Constituantur autem prędictę sedes loco tã aperto, vt ex omni parte conspici possint, quòd si præterea locus haberi talis possit, ut obstaculum aliquod intercedat, vt dum quis confiteatur, interea ceteri à spatijs plus æquo propinquis arceantur, id fiat; vbi uerò malus mos aliud obtinet, Confessarij partes erunt sedem ipsam loco mouere, simul & populum nimis vicinum antequam confidcat propellere. quod item facient, dum in confessionibus versatur, si occasio requiret.

D

Confessarij in audiendis confessionibus scopus.

Confessarius in huius Sacramenti administratione, sic animi sui propositum ordinet, ac dirigat necesse est, vt nullum cum intuitus humanus eo pertrahat, sed sola Dei gloria, & animarum salutis desiderium: quocirca quoties uel euocabitur ad confessiones audiendas, uel ad eas fese conferet, totus in Deum erectus, cum ipso opere mentis oculos in hunc finem conijciat, & diligenter attendat se eo pergere vt pœnitentes prę tiosissimo Saluatoris nostri Iesu Christi sanguine abluat, ac mundet.

Sed quia in huius Sacramenti tractatione multa inueniuntur pericula, ne scilicet errent in uarijs quęstionibus, & obligationibus decidendis, quæ in illud forum ueniunt, uel absolutionis gratiam re ipsa indignis impertiant, uel aliquo modo animam suam inquinent, dum multorum inquinamenta, fœditatesq. audire necessarium est, nunquam ad tantum hoc officium sese Confessarius accingat, quin prius breui aliqua oratione prout res feret; lumen & gratiam à Domino petat, ut non solùm in nullam reprehensionem vel errorem incidat, uerùm aliorum sordes sic abstergere valeat, vt se ipse non polluat: simul etiam Deum orabit pro uera emendatione eorum, quorum confessiones auditurus est. Habeant igitur singuli uersiculos illius Psalm. 50. & orationem antiquis temporibus ab Ecclesia vsitatam penes se in scriptis, cuius quidem alterum exemplar in sacrario cuiuslibet templi (in quo tunc Confessarij) deinde, alterum introrsus in ipsis sedilibus, uolumus affigi, ut antequam ad confessiones aggrediantur, eam uel similem aliquam, prout cuiusque pietas feret, apud se legant:

E

Oratio ante audiẽdas cõfessiones facienda.

Vers. Cor

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00188

A Vers. *Cor mundum crea in me Deus.*
Resp. *Et spiritum rectum innova in visceribus meis.*
Vers. *Ne projicias me à facie tua.*
Resp. *Et Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.*
Vers. *Redde mihi lætitiam salutaris tui.*
Resp. *Et spiritu principali confirma me.*
Vers. *Docebo iniquos vias tuas.*
Resp. *Et impij ad te convertentur.*
Vers. *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ.*
Resp. *Et exaltabit lingua mea iustitiam tuam.*

B

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, vt dignè possim tibi gratias agere, qui me indignum propter tuam magnam misericordiam, ministrum fecisti, efficy sacerdotalis, & me exiguum humilemq; constituisti ad orandum, & interecedendum ad Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum pro peccatoribus, & ad pœnitentiam reuertentibus: Ideoq; dominator Deus, qui omnes homines vis salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed vt conuertantur, & viuant; suscipe orationem meam quam fundo famulis, & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt, vt des illis spiritum compunctionis, respirant à diabolo laqueis, quibus attricti tenentur, vt ad te per dignam satisfactionem reuertantur. Per eundem Dominum nostrum
C *IESVM Christum.*

Sacerdotes sæculares non nisi toga, & stola decenter amicti, pœnitentes audient: quod etiam tum fieri volumus cùm ægrotantium excipiunt confessiones, licet id faciant apud eos domi.

Nullorum accipiantur confessiones, nec in Ciuitate, nec verò in tota Diœcesi nostra, sine nostra, vel Vicariorum foraneorum expressa licentia, post Dominicam Palmarum vsque ad diem integrum Paschæ peractum, nisi eorum qui paulo ante Confessi sunt, aut saltem à Quinquagesima præcedenti. excipimus semper ægrotos. Ceterorum verò confessiones infra octauam Paschæ differantur, secundum cõstitutionem nostram Pastoribus datam, idq. graues ob causas in ea declaratas.

D Si quem deprehenderint, qui sine ratione legitima Confessarium suum deferat, qui quidem perappositus erat alioqui ad illum in viam salutis dirigendum, conetur eumdem peropportunè reducere, tum reprehensa pernicioſa hominum negligentia, qui Confessarium doctum & prudentem sibi deligere negligunt, tum quasi noxia, & vitiosa frequenti mutatione Confessarij detestata, quemadmodum enim medici, qui naturam, temperamentumq. corporis in infirmis perspectum habent, non facile permutari solent, quòd morbis necessaria facilius inuenire remedia norint; sic neque videntur pœnitentes, nisi magno delectu, à medicis suis discedere debere, cùm ij melius animarum vulneribus adhibere opportuna, ac vtilia instituta possint. Si tamen iusta de causa Confessarius aliquem ad se venire permittat, qui pij, & prudentis alterius in confitendo consilijs ante vtebatur, vtile erit id cum illo ipso communicare, vel
E saltem dare operam, vt pœnitens ab eo abeundi honestam licentiam nanciscatur.

Confessarius nõ facile mutandus.

Confessarij omnes, præcipuè si qui in nostra Diœcesi eo munere funguntur, curare debent, vt inter eos, & Parochos locorum, vbi confessiones audiunt, bene cõueniat, siue cùm illorum ibi sint monasteria in propinquo, siue cùm ob habitas conciones, siue ob aliam quamcumque causam confessiones audiunt. Itaque non absoluant eos, qui vel ob exempla vitæ impiæ, & in eo statu perseuerandi pertinaciam, vel quòd ad pœnitentias publicas, siue legata pia, vel similia quædam tenebantur; atque ideo à Pastoribus suis absoluti non fuerint. Proinde sæpius Regularium Superiores suos admoneant huius rei necesse est: præcipuè autem ad animorum concordiam, quæ ad ædificationẽ quoque plurimùm valet, diligenter eos exhortentur, præmoneantque, si in

Confessarij inter se conuenire debent.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00189

si in quæstionis alicuius explicatione inter eos & Pastores sentiendi quædam accidat diuersitas, vt ea cum prudentia sese gerant, ne ad vulgi aures ea perueniant, quin statim ad nos potius pro rei controuersiæ definitione accurrant. A

Meminerint ad Sacramentum Pœnitentiæ non permittere uenire eos, qui sine conuenienti tum exteriore, tum interiore animi præparatione volunt accedere, quin magis uerbis caritatem spirantibus pro captu cuiusque tales alloquantur, & dicant, vbi sese melius pro dignitate tanti Sacramenti disposuerint, ita demum ad se reuertatur.

Mulieres quæ in confessione audiendę non sunt.

Itaque mulierum earum confessiones non audiantur: quæ cerussatæ veniunt, quæ fucis utuntur, quæ faciem ftibijs depingunt, quæ ex auribus monilia gestant, quæ leuibus, & vanis ornamentis, quæ pannis aureis, alijsve similibus lasciuijs prompte, ac cõpręaccedunt, &, vt semel omnia dicam, quæ uestes modestas non habent, nec simpli- B
ci cultu incedunt, nec in capite velum aliquod gerunt, quod notabiliter non transpareat, quæve saltem operimentum ex lino, lanaue confectum, vel peplum sobrij alicuius coloris non habent: sic enim huius Sacramenti reuerentiam decet, & ita prorsus cognitioni peccatorum, & de eisdem dolori intimo cõsentane um est, cùm scilicet cogitare debeant, quod ante tribunal, & iudicium Domini Dei sui se sistant, ac quasi pectatrices misericordiam, & veniam suppliciter de eisdem imploraturæ ueniant.

Idem necesse est in uiris obseruetur, ut uidelicet ad confessiones non admittantur, qui uestitu uiro indecenti, qui auro intextis pallijs utuntur, qui lasciuis pileorum ornamentis induti sunt, qui item cum armis accedunt, aut similibus rebus.

Maius multò studium confessarius ponat in interiore animi præparatione, quando necesse est, prudenter inquirendo; ea enim plane ad hoc Sacramentum requiritur, cer- C
nitur q. maximè in seria, & solida peccatorum examinatione, quæ ad vnumquemque pertinet, ita vt uniuersi, quantùm in se est, cum animi dolorem, qui iure in hoc Sacramento requiritur, habere conentur, cùm firma, ac constanti deliberatione animi, tum pro præteritis satisfaciendi, tum uitam in posterum emendandi. In quibus igitur eam præparationem desiderari animaduertent, verbis benevolis persuadere conabuntur, ut denuò conscientiam suam diligentius examinent, ac rectè sese præparent.

Quomodo male hominęs ad confessionem parati accedãt.

Signa autem ex quibus coniectura capi potest, eos sine iusta præparatione ad Sacramentum uenire, hæc sunt. Si ad confessionem properant, quasi ab ipsa occupatione rerum suarum auulsi, nullo temporis spatio prius in orationem collato, uel si eos peccatorum nullam habere cognitionem appareat: deinde si Confessarius iam tum præsciat, quòd à confessione nihilo minus, ac ante suis in peccatis sint perseueraturi, D
siue quòd in se peccatum mortale quodpiam teneant, vel quòd occasionem quæ ad mortale pertrahat, amplexi teneant, nec ei valedicere velint, siue quòd aliena bona, cùm possint, restituere negligant.

Aduertat tamen Confessarius, si pœnitentes studij nõnihil à se præstitisse ad eam præparationem, de qua dictum est, consequendam uiderint: & obseruet tamen uel ob eorum ruditatem, uel quid aliud, necessariò aliquid ijs deesse, ut ipsemet quod deest suppleat sua industria; & ad cognitionem maiorem eos inducere adlaboret: quod fiet optimè, si peccati turpitudinem & grauitatem ponat illis ob oculos, quippe quod Deo aduersetur uel maximè, ac damnationis æternę malum peccanti infinitum adferat, atque hoc pacto pœnitentem inflectere, & sic efftingere conetur, ut de uniuersis, E
& singulis peccatis mortalibus, tam acrem animi dolorem persentiat, ut secure eis ab solutionis beneficium possit impertiri.

Prætere, pœnitentes, sed eos præcipuè qui rarius confitentur, pro iudicio, & necessitate cuiusque, rationem ac methodum quamdam bene confitendi diligenter edoceant, ac speciatim quantùm interfit, ut integra fit confessio, aliasq. circumstantias quæ ad ea requiruntur, & quam uim itidem habeant, exponant.

Pueri quomodo audiẽdi.

Consuetudo honesta est, pueulos, etiamsi quintum, aut sextum ætatis annum necdum excesserint, ante Confessarium adducere, vt sic incipiant paulatim instrui, ac manu quasi in cognitionem, atque usum huius Sacramenti transferri: cauenter tamen accuratè Sacerdotes, ne absolutionem cum Sacramento ijs præbeant, in

quibus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00190

A quibus nec idonea materia, nec ea rationis plenitudo reperitur; ut citra controuersiam iudicare possint, eos huius Sacramẽti capaces esse: operam tamen maiorem collocabunt eum ijs, qui septimum, aut octauum annum iam attigerunt, quantum puerilis ætas ferre uidebitur, ut huius Sacramenti necessitatem & uirtutem, necnon modum quo suscipitur, perspicuè intelligant.

Quando Cõmunio pueris tradenda.

Qui uerò confessiones audiunt puerorum, aut puellarum, qui iam annos decẽ uel duodecim numerant, quos proinde aptos ad uenerabile Sacramentũ altaris propedie fore existimant, solerter uideant, ne uel sua, uel parentum negligentia, & socordia, absque gustu tanti thesauri spiritualis eos patiantur adolescere: quin potius quantò minori cum productione temporis, quamque diligentissime fieri poterit, doceãt eos, quæ ad hoc Sacramentum percipiendum necessaria sunt, fructusque innumerabiles

B inde manantes, tum quanta animi demissione, ac reuerentia, quàmque magna conscientiæ puritate opus sit.

Cæterum, postquam iterum atque iterum eorum confessiones iam audierint, vel per se venerabile Sacramentum eis porrigant, illiusq. rei fidem scripto faciant, vt Pastori suo exhibeatur, quo deinceps in Paschate ad communionem Pastor eos, cum ceteris adiungat, vel ad eam sumendam instructos & idoneos esse scriptis declarent, atque proprium ad Pastorem amandent.

In ipso adiu confessionis, antequam peccata sua quis enumerare pergat, Confessarius, maximè si cum rudioribus hominibus agit, quive rarius confiteatur, debebit quasdam interrogationes præmittere, quibus in decursu confessionis omnia commodius cedent: sunt autem interrogationes huiusmodi. Primum si certum non habet,

C pœnitentem ex eorum numero esse quos absoluere rectè possit, interroget, quo modo id sit, si non esse talem inueniat, quàm primum ad alium qui absoluendi potestatem habet, remittat; sin aliter est, & tamen nihilo secius pœnitentem satis non agnoscit, quærat secundo loco: quo in statu res eius sint, cuius ipse conditionis sit, quam professionem, aut artem tractet, quod officij genus, vt plurimum, exerceat: interroga bit deinde, quantum temporis interceßit, postquam confessus est, interim in memoriam ei redigens, quàm magnum emolumentum parere soleat crebrò iterata confessio: tum peret vtrum pœnitentiæ nuper præscripte sibi fecerit satis: queret etiam, si norit articulos Fidei, præcepta Decalogi, & S. Matris Ecclesiæ: quod si nesciat, tum se gerret eo modo cum pœnitente, quem inferius indicabimus.

Quæ sint initio cõfessionis facienda.

D Quærat utrum diligentiam, atque industriam congruentem in conscientia bene examinanda collocarit; quæ sanè tanta requiritur, quanta in negotio quotis maximi ponderis inesse solet: res enim uerè operosissima est ad Sacramentum Pœnitentiæ ritè accedere: atque hoc loco, si necessitas efflagitat, eum de utili quodam modo examen conscientię faciendi instituat, quæna in ratio sit ad memoriam renocandi peccata cõmissa, cum ijs, quæ circumstant omnia; nimirum ut ingrediatur in seipsum, vitæque tempora speciatim percurrat, initio quidem quãum ad ętatum momenta, pueritiam scilicet, iuuentutem, & cetera pertinet: secundo quantum ad ętatus mutationem; quòd si uxorem duxerit, quomodo ante, quomodo post matrimonium contractum se gesserit: tertio quantum facit ad uicissitudines humanæ uitę, in rebus prosperis videlicet & aduersis, in sanitate & ægritudine, tempora varia, officia diuersa, quæ exercuit, sodalitia, loca, regiones, in quibus egit & uersatus est, circa hæc omnia uideat,

E an corde, lingua, vel opere peccauerit aliquando.

Ad hęc conditiones quę ad confessionẽ perfectam requiruntur, quanta poterit brevitate, & facilitate illi proponet: poterit verò ad quattuor, uel quinque præcipuas reducere illas sexdecim à Doctoribus sępè cõmemoratos, quę his uerũbus continẽtur.

Cõfessionis conditiones.

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis.
Atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda.
Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Rogabit an recordetur se, vel in casum aliquem referuatum, vel excommunicationem incidisse, uel quod aliud impedimentum habere, à quo probabiliter arbitretur,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00191

quòd absolui non possit. si quid huiusmodi in exordio, vel in ipso decursu confessionis reperiat, ne procedat ulterius, sed significet pœnitenti, eum à se absolui non posse, verum necessarium esse, ut aut nobis, aut Pœnitentiario maiori Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ, aut alteri, cui à similibus casibus absoluendi potestas collata est, se exhibeat: si tamen ratio aliqua subsit, cur Confessarius non expedire iudicet, ut pœnitens id agat, tum ipsemet ad Pœnitentiarium, vel ad nos, pro absoluendi potestate impetranda recurrat. A

Cõfessarius qũo se gerat cũ iis, quos absolueren nõ potest.

Si pœnitens extra Ciuitatem sit, taleque negotium sit, ut ipse Confessarius à Vicario nostro foraneo, aut alio in iis locis ad similia decidenda à nobis deputato subdelegari possit, ab eis absoluendi potestatem legitimam impetret, vel pœnitentem ad eos remittat, nisi forte nec ipsi à Casibus reseruatis absoluendi potestatem à nobis habeant, aut casus iste sub eorum licentia comprehensus non sit, hoc tempore si pœnitens Mediolanum venire possit, hortetur eum vt id faciat; quod si ad id inducere non possit, petat ab eo ueniam, dictum casum nobis, vel Pœnitentiario maiori litteris, aut verbis indicandi, quatenus absoluendi ab eis potestatem impetret: quod cum faciet, & rem ipsam litteris committet, prudentiam, cautionemq. summam adhibeat necesse est, ne vllo modo in aliorum notitiam venire possit: at verò si causa tanti momenti esset, vt si litteræ vel perdantur, vel intercipiantur, maius aliquod pœnitenti incommodum immineat, tum Mediolanum Confessarius iubeat ipsum proficisci, nisi forte consultum videatur, vt ipse veniat alterius nomine. B

Ceterum in negotijs similibus prudentius facient, si rectà ad Pœnitentiarium maiorem, quàm quoquam alio recurrant, vel eo pœnitentes suos dirigant: specialiter enim à nobis ad id constitutus est ille, cum ampla etiam potestate alios subdelegandi in ijs omnibus negotijs, quæ pro Casuum reseruatorum absolutione difficilia occurrunt. Quod si ipse Pœnitẽtiarius à tali casu possit absoluere, tũ modũ illi præscripsimus, vel à nobis, vel aliũde vnde necesse sit, remedia talibus negotijs opportuna adhibẽdi. C

Si pœnitentem aliquo excommunicationis vinculo reperiat ligatum, seriò commonefaciet eum pœnę excommunicationis, & quæ grauitas illius, quamque periculosi in ea perseuerare, quantaque cum diligentia fugienda sit excommunicatio: quod cõmodè fiet, si effectus illi demonstret nonnullos excommunicationis.

Interroget vtrum sciat hæreticum aliquem, vel de hæresi suspectum, vel simile quippiam, quod iuxta uel nostra edicta, vel eorum, qui Inquisitores uocantur, leges denunciare teneatur. quod si pœnitentem ad tale quid aperiendum cognouerit teneri, curet ab eo satisfieri & fi negligentia sua factum est, postquam apud eum hæretici, uel suspecti de hæresi alicuius notitia fuit, vt terminus his denuntiationibus præfixus transierit, eo articulo iubebit, ut licentiam impetret, qua absolui possit: non enim satis tempestiuè perfecit denunciationem ut debebat. D

Quando cõfessio reiterãda.

Circa cõfessiones antegressę uitę, debẽt eę interrogationes fieri, quę sunt ad cognoscendum necessariæ; Num aliquo in peccato erratum sit ab integritate confessionis, ob quod nullius ponderis, neque uirtutis extitissent ceteræ confessiones, ac proinde reiterandæ essent. Exempli gratia, si pœnitens alicui confessus sit, qui eum absoluere nõ potuerit, uel qui legitima absolutionis forma usus non fuerit; uel Sacerdoti adeo indocto, ut ea quæ ad hoc Sacramentum administrandum requiruntur, nec intellexerit, nec sciuerit; uel etiam si ipsemet aliquod peccatum mortale sciens subticuerit, uel confessionem diuiserit, enumerata parte peccatorum suorum uni Confessario, alteri alteræ; uel ad extremum, si nullo penitus cum dolore de peccatis suis, nulloue deliberato emendandi proposito, confessus fit; uel, quod etiam contingit interdum, si nullam omnino diligentiam in memoria peccatorum refricanda uideatur contulisse. E

Confessio generalis quando facienda.

Et quoniam cernere est, negligentiam maximam in confessionibus rite faciendis sæpenumero committi, præcipuè uerò eo tempore, quo quidam repudiato à se Dei timore, uel minimam prorsus, uel nullam animæ suæ curam gerere putantur, ut potius ueniant ad confessionem ex certa quadam agendi consuetudine, quam quòd peccatorum suorum agnitione eo perducantur, & ijsdem emendandi uera desideria susceperint: in uniuersum quidem ob summam commoditatem, quæ ex

confessione

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00192

A confessione generali redundat, tum præsertim cùm ex animo quisquam statuerit in posterum uitam in melius commutare, & totum se ad Deum conuertere; Confessarij pro cuiusque personæ qualitate, opportuno tempore, & loco ad generalem quandam confessionem pœnitentes exhortentur, vel per hanc, proposita omni præterita uita sibi ob oculos, maiore cum alacritate redeant ad Dominum, ac omnes errores, qui po tuissent in præcedentibus confessionibus accidere, resarciant.

Hisce interrogationibus finitis, quæ confessionis veluti præambula quædam, & præludia sunt, Confessarius pœnitentem inducat, vt ipsemet omnia peccata sua, quæ recordatur, exprimat per se: quod vbi fecerit, si perspiciat adhuc (quod sæpe numero accidere solet) eum alijs interrogationibus indigere, per quas multorum, quæ oblitus fit, reducatur in memoriam, vel ea quæ prius confusè dixerat, distinctius consideret; B volumus interim præmonere Confessarium, ut peccatorum mortalium numerum sæpe quàm poterit exactissimè inquirat, & quamuis fieri posset, ut non vsque adeo præcisè, & velut ad vnguem omnia referantur à pœnitente, nihilominus tamen paullò plus, minusve eum numerum indicet, quem ad veritatem magis accedere arbitretur. Interrogationes Confessarij quomodo necessariæ.

In his interrogationibus ordinem sequatur oportet, initio ducto à præceptis Domini, ad quæ tametsi omnia alia, de quibus interrogationes habentur, computari possint, nihilominus si cum personis, quæ rarò ad confitendum accedunt, agatur, vtile erit, etiam per septem peccata capitalia, quinque sensus exteriores, & opera misericordiæ discurrere.

Confessarius non minori vigilantia, ac prudentia pollere debet in ijs maximè peccatis inuestigandis, quæ homines eius status, conditionisq. cuius est pœnitens, com- C muniter perpetrare solent.

In peccatis verò luxuriæ, summam animi solertiam cum pari circumspectione verborum debebit vsurpare. Itaque cùm in ijs speciem peccati, & circumstantias, quæ multum prægrauant illud, satis intellexerit, vlterius nihil studeat inquirere: in hunc finem circumstantiæ, quæ peccati speciem ab una in alteram mutant, vel id plurimũ deprimunt, plenè perfecteque à Confessario sciri debent; quandoquidem hæ duę circumstantiarum species necessario inter confitendũ explicandæ sunt; ideoque ad Summas recurrendum erit, in quibus plerumque hoc uersu illæ continentur.

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Præ cęteris tamen prouidus, cautusque sit oportet, ac modum congruentem sciat, quo pueri, ac puellę interrogentur, ne forte, quę prius ignorabant, eos doceat: verbis D autem adeo commodis interrogationes suas circumloqui nitatur, ut pœnitentis animus non offendatur: quin etiam dum autem admouet alicuius confessioni audiendæ, caueat omni modo peccati grauitatem à se auditi, gestu corporis, uel nutu capitis cir cumstantibus prodere, vel etiam pœnitentem ita terrefacere, ut propterea aliud graue peccatum subticeat; imò animum ei addat, ut omnia, quantumuis enormia, & turpia peccata aperire non uereatur.

Confessarius, qui priuilegium aliquod, facultatem, vel auctoritatem habet Pœnitentium uota commutandi, ea non nisi in alia opera pia maiora, Deoque acceptabilio ra, vel saltem æqualia commutabit, in quo negotio diligenter attendet expensas, labores, aliasque difficultates, quas sustinere necesse fuisset, si uota à se nuncupata primo modo debuisset perfoluere. Mutatio votorum quomodo facienda.

E Quamuis uerò per Iubileum, aut litteras Apostolicas Priuilegium aliquod ei concessum sit ab omnibus peccatis, quantumuis enormibus, ac pœnis, censurisque Ecclesiasticis absoluendi, præmonemus tamen, quòd dispensare non possit, cum eis qui irregularitatem incurrerint, nisi in ipsis litteris expressa huius fiat mentio.

Vt Confessarij plenius instruantur, nec absolutionis beneficium ijs impartiantur, quia eo reuera indigni sunt (id quod vel incuria, vel negligentia, uel, alia de causa sæpè accidit, ac proinde multi semper in eisdem peccatis hęrent cum animarum suarum lamentabili ruina) idcirco ex plurimorum Theologorum, cùm Secularium, tum Regularium diuerforum ordinum consensu, quędam, quę in frequentiori consuetudine agendi à Confessarijs obseruanda erunt, inferius notauimus: quandocunque uerò

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00193

ab ijs pœnitentes vel absoluent, vel relinquent ligatos, volumus, vt secundum id, A
quod infra dicetur, sua consilia dirigant.

Quomodo absoluendi vt non, qui necessaria salutis ignorant.

Itaque quandoquidem quilibet, qui iam ad rationis vsum peruenit, sub peccati mortalis periculo, articulos omnes fidei scire, & intelligere (saltem generaliter) tenetur, necnon Decalogum, & S. Matris Ecclesiæ præcepta ad peccatum mortale obligâ tia, quæ communiter in scholis cum Catechismo doceri solent: si confessarius deprehendat pœnitentem ignorare ea, quæ diximus, nec ad ea quàm citissimè poterit perdi scenda idoneum, non debet eum absoluere: si verò ad ea mandandum memoriæ para tum sese exhibeat, si tamen aliàs à Confessario (siue ipsemet is sit, siue alius) vel speciatim à Pastore suo hac de re admonitus fuerit, (debebit autem hæc recordari, ut cõ modiùs interroget) neque tamen tantùm studij adiunxerit, quantum debuit pro capa citate suæ personæ, eo usque absolutionem differat, donec aliquo modo satisfaciat: B
verùm si hac de re admonitus à nullo fuerit, postquam eum in supradictis ita generaliter instruxerit, vt tempore reddatur absolutionis capax, poterit eum absoluere.

Si patres, aut matres familias fuerint, qui curæ suæ subditos, siue filios, & filias, siue seruos & ancillas, (quæ particulatim interrogare meminerint) cùm rudimenta fidei non teneant, addiscere non compellunt, uel non aduigilant, vt Decalogi, & Eccle

Patres familias qui non absoluendi.

siæ Romanæ præceptis obediant, vel, quod peius est, ab eorum obseruatione eosdem prohibent, vt faciunt, qui seruos, & ancillas vsque adeo occupatos diebus profestis detinent, vt propria necessitate vrgente diebus festis operari quo dammodo cogant, vel temporis tantùm non tribuant, ut secundum Ecclesiæ præceptum, Sacro Officio Missæ interesse queant, aut qui nescientes quinam eorum, qui in familia sua degunt, legitimum habeant impedimentum, promiscuè tempore Quadragesimali, aut alijs ie- C
iuniorum diebus, cœnam, vel tempore ante meridiano esçam ante horam debitam in ædibus suis præbent, vel dari patiuntur: aut si, quando hęc præcepta transgrediuntur, eos non reprehendunt, nec corrigunt; vel si serui corrigi nolint, & cæteris scandalo sint, è domo sua non quamprimum eos ablegant.

DE ADMINISTRATIONE FAMILIÆ.

In omnibus his peccatis, nisi re ipsa præstent officium suum, negligentiamq. in familię administratione commissam, & quantum ad ea, quę dicta sunt attinet, in posterum sese emendare promittant, nullo modo eos absoluat. quòd si in se recipiant ea se facturos, nec horum admoniti vmquam à Confessario, uel Pastore præscripto modo fuerint, poterit eos absoluere: quod si sępius fuerint reprehensi, nec sese correxerint, tamẽ absolutio differatur, donec promissa appareant, uereq. emendationis argu D
menta aliquo temporis spatio ostenderint.

Confessarius eumdem cum eis modum seruabit, qui contra Conciliorum nostrorũ prouincialium, præcipuè uerò Tertij Cõstitutiones, ac alios Canones nostros diebus festis operantur, uel à uenditionibus, & similibus, quæ in illis prohibentur, non abstinent. Idem etiam seruetur cum ijs, qui in immoderato corporis ornatu & fastu mortaliter peccant.

DE LVXV VESTIVM.

Ac uerò cùm hac tempestate luxus uestium ad summum, quò conscendere potuit, uerticem uidcatur euasisse, idque magna ex parte culpa & negligentia Confessariorũ accidat, qui uel ex inconsiderantia, uel forte dum leuiter pœnitentes peccare existimant, nullo cum scrupulo eos absoluunt, capita quędam in medium adferemus, qui- E
bus propter ornatum, & luxum in uestitu, fastumque animi ingentem, plerumque mortaliter hodie peccatur, ut cùm absolutio danda erit, secundum eas regulas, actiones officij sui metiantur.

Qui peccant si uestitus mortaliter.

Si quis igitur uestitus splendidiore induitur, uel eo sese ornat ob finem peccati mortalis, utique mortaliter peccat: ad hæc qui uestimenti sumptuosi gratia, uel ipse delinquit, uel alij eius nomine præceptum Domini, uel Ecclesię transgrediuntur, ita ut, ne uestis non conficiatur, festis diebus sartori operandum sit, uel ipse certè faciat eum operari, aut Sacrum Missæ officium omittere, uel ut alij omittant præbetur ab eo occasio; uel si causam præstat coniugi, ijsve, ad quos spectat eius sustentatio, vt plus quàm priuatę opes ferunt, in uestitũ impendant, uel si prędicti, ut meritò

debet

A debet præuidere, aut saltem probabiliter dubitat, quod ex uestium causa gignantur, dissensiones in ædibus fiant, uel quòd indumenti causa coniux aut aliorum quispiã blasphemias euomat, aut lucra, contra æquitatem illicitos exerceant: His adde eos, qui ornatus gratia non sine peccato mortali superfluent eleemosynis necessarijs, aut lega ta pia nõ exequuntur, aut similia, quibus obstricti sunt, cõplere negligunt, vel qui pro uestis mercedis operarijs denegant soluere, vel differunt, aut ære alieno sic se obruũt, vt cum tempore soluendo non sint futuri: In hoc etiam ordine ponendi sunt, qui vt se splendidè uestiant, detrimentum proximo notabile inferunt, vel ita se exhauriunt, vt filias cùm ad ætatem nubilem peruenerint, in matrimonio collocare non possint, qua ex re magna damna solent existere: ad extremum cum prudenter colligi possit, quòd non mediocria peccata similia ijs, quæ dicta sunt, inde prodibunt, aut dubitatio verisi-
B milis habeatur, quòd accidere possent, qualia fere solent sumptuosum & insolentem earum usum comitari. In omnibus quæ diximus, iudicandum esse peccatum mortale indulgere nimio uestitui.

Ceterum, cùm fieri vix possit, vt qui supra quàm suæ copiæ fuerint, insumit, non aliquantum aduertat ad peccata consecutura; vel ut minimum possit & debeat aduertere, posse sit in uniuersum rectè iudicari, eos omnes in peccato mortali uitam agere, nisi ex diligenti pœnitentis examinatione certa ratione contrarium existimetur.

Quomodo fiat mortale in uestitu ubi de tale nõ est.

Neque solùm mortaliter peccatur, cùm facile expensæ in uestes, ordinem, & facultates domesticas excedunt, uerùm etiam in modo peccatum committitur: sese exornando. quid enim si ornatus ad lasciuiam pertrahat? quòd si per se, uel certè ex communi hominum iudicio non sollicitet ad peccatũ, poterit etiam fieri, ut per se quidem
C eo non adducat, tamen occasionem ille suspicetur ex eius generis ornamento, quod à sui ordinis hominibus communiter non gestatur, datum iri certæ personæ signum, ut illum inhonesto amore prosequatur, uel ne sic accidat, probabiliter timet: deniq. cùm in hoc peccato hæret, ita uitam instituit, ut nullam uel paruam saluti proximi habeat curam; adeo quidem, ut si quis ex sumptuosis, quibus incedit uestibus, per occasionem miserè salutem perdere conspiciat, tamen eum non studeret deponere. Fit deinde nõ rarò, ut cultus ipse prima fronte ad uarias species amoris honesti prodendas concinnè instituatus sit, easq. amorum affectiones uarijs coloribus, dum se comit, & promit, uel alio quocunque modo non perobscurè declaret.

Iam uerò non solum absoluere eos non possunt, qui peccato mortali uale dicere cõstanter non decernunt, sed nec illos etiam, qui quamuis aserant peccatum se uelle de-
D serere, tamen una dicunt, uideri sibi non se commercium illius esse relicturos, nisi ea uelint remedia apponere, sine quibus Confessarius iudicat ad uomitum redituros.

Quando absolutio differenda.

Est præterea consultum, absolutionem differre, donec euidès appareat emendatio in ijs, qui tametsi dicant, ac polliceantur, quod se eximent peccato, tamen Confessario probabilem faciunt metum, ne contrarium contingat. Ex hoc esse solent plerique adolescentes, qui in otio uitam agunt, qui luxui dediti, crapulam, & amores inhonestos sequuntur, qui libidinibus pascuntur, uerba obscœna proferunt, murmurant, in odijs, ac detractionibus uersantur quotidie, & confessionem differunt in ultimos Quadragesimæ dies: Idem faciendum est cum ijs scilicet, ut differatur absolutio, qui cùm multos annos in peccatis suis perdurant, nulla interim adhibita operæ in emendationem uitæ, in eadem peccata iterum atque iterum labuntur.

Occasio peccati mortalis quæ.

E Deinde, nec eos absoluat, qui cum peccatis mortalibus simul etiam eorum occasiones uitare planè non proponunt. Porrò cùm è re Confessarij uel maximè sit, ut quę sint eę occasiones perspicuè sciat, paullo de illis loquemur distinctius hoc loco.

Sub occasionem peccati mortalis omne illud cadit, quòd peccandi mortaliter causam administrat, eo quòd huiusmodi est, quod uel per se in peccatum inducat, uel eius occasione confitens usque adeo ad peccandum allicitur, ut certè Confessarius metuere possit, quòd ex peruerso, quem diu induit, habitu, in posterum non magis abstinebit, quàm prius à peccato, si in ijsdem occasionibus uersetur.

Prioris ordinis occasiones, quę scilicet suapte natura trahunt in consensum peccati mortalis, sunt ijsmodi: aleis ludere, cùm mortaliter certo, uel proba-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00195

bili periculo animarum, domum tenere in hûc finem alijs paratam; aliquam, cum qua sit peccatum, vel apud se, vel apud alium, suo rogatu fouere, vel quocunque modo in eisdem ædibus habitare, persistere in assidua collocutione, aspectu, quotidiano congressu, & similibus turpium amorum irritamentis. A

Itaque si pœnitentem ijs, aut similibus impedimentis irretitum esse perspexerit, ipsaq. occasio talis sit, quæ tum etiam re ipsa exsistat, veluti quòd concubinam alit, vel quid huiusmodi, Confessarius eum absoluere non debet, nisi prius illam ipsam occasionem prorsus abscindat.

In alijs verò, vt in Venereis aspectibus diuesse, conuersari periculosè cum fœminis, perdurare in tactibus impudicis, si eis nuncium remittere non pollicearur, vel si spondeat, aliàs tamen, cùm de eodem fidem fecerit, vitam non emẽdauerit, absolutionem differat, vsque eo dum emendationis quædam argumenta videbit. B

At verò cùm vsu uenire possit, vt ex omnibus, quæ solers ac circumspectus Confessarius excogitauerit, nullum remedium tamen potuerit habere, cur pœnitens absq; periculo & scãdalo magno debeat occasionẽ præcindere, utatur Cõfessarius his vijs.

Remedia cõtra peccati occasiones.

Primò absolutionis beneficium eò usque extrahat, donec emendationis indicia videat, maximè, si absolutio citra aliquod illius periculum, uel insamiam procrastinari possit, eaq. doloris signa perspiciat, eam animi dispositionem, promptitudinemq. suscipiendi omnia, quæ pro eius emendatione necessaria Confessarius iudicabit, quo tempore remedia huiusmodi pœnitenti proponet, quæ magis opportuna, magisque necessaria apparebunt: verbi gratia, præscribet ei, ne solus vnquam cum sola uersetur, vt orationes augeat, corporis macerationem subeat aliquam, quodque præcipuum est, ut frequẽter cõfiteatur, aliaq. similia, quę si pœnitens recipiat in se, poterit absolui. C

Contra uerò si ab illa diligentia, quam uel ille, vel alius Confessarius iam diu adhibuit, non se emendauerit, non absoluatur, donec impedimentum sustulerit, vel nisi quid aliud à nobis acceperit, quod cõuenire uideatur, ad quos in tali negotio recurret, ut factum nobiscum expendat, ita tamen, ut nulla fiat mentio peccantis.

Occasiones particulares quorundam peccatorum.

Alterius generis occasiones, quæ uidelicet ex conditione peccantium summtur, ea facta sunt, quæ etiamsi per se licent, tamen probabiliter timetur, ne is qui confitetur, in eadem ipsa, quæ olim admisit, peccata relapsurus sit; si in eisdem operibus, in quibus antea uersatus est, perseueret: tales ob mundi corruptelam plurimi solent in castris esse, mercaturam sequi, Magistratus obire, aduocati, & procuratoris officia exercere, aliaq. id genus, quæ dum quis tractat, sit sæpe, ut uocibus blasphemis, furtis, iniustitia, calumnijs, odijs, fraudibus, periurijs, & alijs eiusdem farinæ sceleribus, quibus Deus offenditur, tãtam sibi eorũ consuetudinẽ ascisuerit, ut coniectari liceat, si in eisdẽ officijs maneat, cùm se rursus eędem illę oblaturæ sint occasiones, quòd fortiorem animum ad resistendum peccatis non opponet, quàm hactenus fecerit: quodq. inde sequitur, in idem lutum ex integro prolabetur: Omnes qui sunt huiusmodi, secum dũ D

Cap. confidaret de pœnit. dist. 5 sumpsit ex lib. de vera & falsa pœnit. ca 14. & 15. qui est inter opera Augustí.

B. Augustinum, vel negotium ipsis periculosum deponant, uel saltem absque licentia & obedientia pij, ac probati Sacerdotis non exerceant: qui quidem hominem eo modo constitutum absoluere non debet, si exiſtimat ad eadem peccata rediturum, quamdiu in antiqua occasione perseuerat: sed æquum est, ut uitæ emendatio, & quędam illius approbatio per temporis interuallum expectetur. Atqui hic uigilandum est eo diligentius, quo manifestum est hac in parte Confessarios incuria sua maximam præbere causã, cur in omnibus fere opificijs, & exercitationibus publicis peccata grauissima inueniantur, & abusus intolerabiles, sine quibus multi hodie exiſtimant, nec res etiam per se æquissimas rectè exerceri posse. E

Exempli gratia, in Magistratu adeundo, & alijs officijs assumendis, multa iuramenta reperiuntur, quæ seruari debeant; quę tamen postea non seruantur.

Inter Consiliarios, Aduocatos, Procuratores, clientum perniciei ac damnis incũbitur, contra id, quod propria conscientia dictat faciendum.

Idem fit in bello, vbi duellis locus datur, vbi odijs, homicidijs, plena sunt omnia. Inter ludendum maledicta vigent, rapinæ, quæstus meretricij. Apud mercatores hæc regnant, vsuræ, mercium fraudes, cùm vel eas misceant, vel malas pro bonis in manum

A num porrigunt; multoq. pluris quàm pretium iustum est, eas distrahunt; nec desunt periuria, mendacia, vectigalium fraudulenta auersio, aliaq; eius ordinis permulta.

Plerique opifices festis æquè, ac profanis diebus ita occupantur, vt numquam neq; cultui diuino vacent, neque conciones frequentent, nec se solum, sed ad similem modum totam distentam familiam habeant.

Quam ob rem magno numero inueniet Confessarius inter eos, qui talia exercent, omnem vitam ferè in peccatis mortalibus duxisse, qui quidem absolutionis capaces existimari non debent, nisi diligentia prius accedat; qua simul & ab inuolueris huiusmodi liberentur, & fortiores contra peccatum reddantur.

Quòd si Confessarius posuerit maiorem industriam in ijs examinandis, non dubiũ est, quin plures deprehendet, qui numquam, ut oportuit Sacramento Pœnitentiæ pec-
B cata sua expiarint. quod cum fuerit ab eo animaduersum, ostendat eis præterquam, quod de emendatione maiorem probationem facere debebunt, uel opificij genus in quo sunt, deserere, etiam totius uitæ confessionem instituere, ac studio uehementi in salutem suam incumbere tenebuntur.

Plurimi nũquam ut oportet sunt confessi.

Multò magis Confessarius circa ea officiorum, actionumq. discrimina extirpanda adlaborare debet, quæ nullam uel necessitatem Reipubl. uel utilitatem secum ferunt; quæ quamuis ex priori ordine rerum non sint (illæ enim per se ad peccatum mortale inducunt, ac propterea necessariò à quouis homine quocumque in statu relinqui debent) nihilominus tamen ad male agendum inflectunt, ac facillimo negotio sæpissimè ad diuersa peccata trahunt, ut choreis interesse, agere cum blasphemis, uersari cum
C scurris, malorum se sodalitatibus hominum adiungere, tabernas frequentare, otio in dulgere, similesq; actiones, in quibus ut plurimum peccare mortaliter homines solẽt, qui quidem ante non debent absolui, nisi animo abalienato penitus illa ipsa se deserturos esse polliceantur.

Officia quæ relinquenda pœnitenti.

Er quidem si probabiliter sibi Confessarius persuadeat, posse se fidem primæ uel secundæ à pœnitente sibi promissionis factæ dare, quòd scilicet occasionem auferet, poterit eum promissionis intuitu absoluere, sin autem fidem semel atque iterum fregerit, ac tertiò iam idem pollicetur, absolutionem differat, usque dum reipsa videat pœnitentem se omni peccato liberasse, in quo prius vixerat.

Eos præterea, qui contractus nostris Concilijs Prouincialibus nominatim prohibi-
D tos, vel per se alias illicitos exercent, non absoluat, nisi prius rescindantur, satisfactioq. conueniens pro eis præstetur. Si contractus dubij sint, antequam absoluat, ad Pœnitentiarum maiorem rem totã reijciat, qui quidem illius explicationem amplior em penes nos inueniet: sed hoc tempore si pœnitens sufficientem dederit cautionẽ, quòd fituræ definitioni sententiæq. acquiescet, poterit eum absoluere, & ad communionem admittere.

Contractus qui deferendi.

Sed ne quidem Iubilei alicuius tempore, qui ea, quæ ex edicto publico, monitorioue Papali, vel Archiepiscopali notificare tenebantur, subticuerint, nullo modo absoluãtur, nisi denunciationem ritè prius fecerint, ac omnibus, ad quæ ob damnum inde
E secutum obligati sunt, satisfecerint. Ceterum, ante restitutionem, debitamque satisfactionem eos non absoluant, qui aliquatenus ad tale quid adstricti sunt, modo id facere possint: eos tamen excipimus, qui ex graui, periculosaque infirmitate decumbunt, quibus tamen præcipiat Confessarius, onereq. vt, quàm primum poterint, satisfaciant.

Iubilei tempore qui nõ absoluendi.

Postquam Confessarius omnibus his præscriptis remedijs diligenter vsus fuerit, si impedimentum aliquod non uideat, ob quod negare uel differre debeat absolutionẽ; dicat pœnitenti, ut de peccatis omnibus, quæ confessus est, reliquisq. in uniuersum, quæ verbo, cogitatione, opere, vel omissione commisit, quorum non recordatur, culpam humiliter suam dicat, confessionemq. claudat.

Quod vbi factum est, Confessarius ei, maximè si talis est, qui rarius confiteri soler, peccatorum grauitatem ostendat, ac speciatim ad ea sensim descendat, quibus eũ nouerit magis inuolutum, iisq. remedijs contra eadem armet & muniat, quæ conuenientissima esse iudicabit. Proderit autem hac in parte Methodum Confessario-

rum

rum bene tenere, vel Directorium, atque eiusmodi argumenti libros sibi facere familiares. A

Deinde si fuerit necessarium, iniunget ei, vt satisfaciat & restituat, rem, famam, vel honorem, quæ proximo abstulerit; tum vbi præscripserit salutarem pœnitentiam, quæ admodum infra dicetur, eam absoluet.

Si forte pœnitens aliquam censuram incurrerit, à qua eum absoluere possit antequam conferat absolutionem à peccatis, eam debet, quæ à censuris datur, præmittere, multùm autem iuuat ad cautelam, si semper eadem præmittatur, quatenus scilicet potestatem habet, ac pœnitentem indigere arbitratur. Similiter si pœnitens casu aliquo reseruato teneatur, nisi licentiam absoluendi habeat, eum non absoluat; aliàs enim in excommunicationē incideret à Synodo nostra Diœcesana latam. Nec ipsi Regulares B etiamsi priuilegio, quod *Mare magnum* vocant, vel aliis quibusuis indultis gaudeāt, à prædictis casibus absque peculiari nostra licentia absoluere possunt: quemadmodum Gregorij XIII. Pont. Max. Sanctitas ex Cardinalium consilio, ad quos Concilij Tridentini interpretatio pertinet, declarauit.

Absolutio excommunicationis quomō conceſenda.

Multo minus sese ingerent ad absoluendum à casibus in Bulla in Cœna Domini contentis, vel aliis Sedi Apostolicæ reseruatis.

Atqui vt omnes, qui in nostra versantur Diœcesi, unam, eandemque absolvendi formam obseruent, hoc quo sequitur modo absolutionem proferent. Sed interim admonemus omnes sæpiùs, ne verba ea omittant, in quibus tota absolutionis uis consistit, ut delicet: *Ego te absolvo.* Hic itaque omnibus sit præfixus absolvendi modus.

Absolutionis formula. *Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam* C *æternam. Amen.*

Indulgen tam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus. Amen.

DOMINVS noster IESVS Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, siquod incurristi, quantum possum, & indiges. Deinde:

Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amē. Passio Domini nostri IESV Christi, merita Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

In satisfactionibus, vel pœnitentijs Confessarius circumspectus esse debet, ne adeò D leues illæ sint, & faciles, ut potestas clauium in contemptum ueniat, ipsiq. particeps fiat, & consors aliorum peccatorum, neque nimis graues, aut longæ inbeantur, ut uel recusent eas exequi, vel etiamsi acceptas habent, postea tamen plenè non perficiant.

Canones pœnitentiales ad unguem Confeſſarius teneat.

Idcirco Confessarius canones pœnitentiales ad unguem sciat oportet: nam quamuis illi possint & debeant, secundum prudentis, & morati Confessarij arbitrium mitigari, prout pœnitentis contritio, personarum qualitas, diuersaq. conditio, aliæq; circūstantiæ offendent, utilissimum tamen est semper ipsos Canones præ oculis habere, adq. eos tamquam ad amussim respicere, quantum conueniens erit: & quidem Confessarius, etsi pro modo antiquo Canonum pœnitentiam non habet sequi, tamen pœnitenti nonnumquam articulos in ijs explicatos tractabit, ut sic ad maiorem dolorem adducatur, pœnitētiamq. leuiusculam, quam ipsi dedit, alacrius exequatur: & interim E hæc quoque perspicietur utilitas, quę proficiscitur ex benignitate, quam hodie Sācta mater Ecclesia cum pœnitentibus obseruat, quando disciplinæ Ecclesiasticæ rigorem eis tantopere moderatur. Curet etiam, ut satisfactiones peccatis commissis respondeant. Itaque aduersum peccata carnis, uigilias, peregrinationes, cilicia, aliaq; similia imponet, quæ macerare, ac castigare possunt carnem. Contra auaritiæ peccata, præter restitutiones, quę fieri debent, opponet opera misericordię pro facultate & modo cuiusque. Peccata superbiæ, quæ in spiritu hærent, oratio comprimet, quæ sub potenti manu Dei homini humiliato fortitudinem, animiq. constantiam acquiret. Præcipiet contra negligentiam in ijs edisendis, quæ ad nostrum pertinent Christianum, conciones sacras, tum etiam, vt ad certum tempus Scholas, & Catechistas

Pœnitentię quomodo peccatis respondebunt.

Chri-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00198

A Christianæ religionis frequentent. Remissis hominibus, quisq. in rebus conscientiæ suæ salutiferis frigidè se gerunt, præcipiet, ut adeant templa, diuinisq. officijs assistãt, multasq. vsurpent orationes.

At vero blasphemis, & sacrilega lingua in Deum, & Sanctos petulanter maledicis, pœnitentias graues & difficiles iniungent, quæq; culpæ grauitati respondeant, qua in re Canonibus Sacris, Pontificijs Decretis, Concilio Lateranensi, ac nostrorum Conciliorum statutis sese conformabunt. Verùm hac in parte intergo iudicio & personarum delectu vtentur: non enim omnibus omnia conueniunt: quare non mandent paucis, ut liberaliter tribuant eleemosynas, neque ijs, qui diurnis fudoribus uictum sibi, suisq. quærităt, seiunia prolixa, ac simile iudicium in reliquis pœnitentijs usurpa-

B bunt & sequentur. Videndum est etiam, vt qui publicis vel scandalis, vel sceleribus delinquunt, non absoluantur, priusquam satisfactionem item publicam, ac pœnitentiam peccato conuenientem ijs iniunxerint, ut simul cum emendatione vitæ malefacta publica, benefactis refarciant, qua in causa Concilij Tridentini præscriptum obseruabunt, ac institutionem nostram super hac re in Primo, ac Tertio prouinciali nostro latam, qui etiam pœnitentias publicas in alias secretas non commutabunt, nisi expressãm à nobis huius rei habeant potestatem.

Blasphemis quales iniungendæ pœnitentiæ.

Vt liberior sit Confessarius in excquendo officio, quod illi cum pœnitente est, maioreq. apud eundem in auctoritate habeatur, in decernendis ijs omnibus, quæ ad pœnitentis salutem referuntur, non solum fugiet studiosè auaritiam, sed etiam omnem eius, vel minimam suspicionem. Nominatim autem pecunias, vel aliquid huiusmo di pro confessionum audientia non petet, etiamsi occasio se præbeat: ac ne signũ qui-

Sacerdos ab omni auaritiæ suspicione abesse debet.

C dem, vel minimum eius ostendat: quin potius uoce, & reipsa declaret animũ se prorsus abhorrentem à talibus habere. Cùm pœnitenti iubebit, ut Missæ sacrificium faciat vsp iam peragi, nec rectè, nec obliquè significet, quasi velit ipse celebrare, vel in sua Ecclesia, aut Monasterio curare celebrari.

Idem faciat in satisfactionibus ijs cùm pœnitens, vel debita incerta reddere pauperibus, vel pro votorum commutatione aliquid soluere debebit.

Sed neque pecunias, aliaùe, quæ à pœnitente restituenda sunt, proprijs dominis in se prouinciam reddendi assumat, nisi necessitas id requirat, vt uidelicet hoc modo pœnitens non prodatur: quòd cùm erit ab eo factum, curet, vt is cui rem restituit, chirographum suum in testimonium ei tribuat, vt illud pœnitenti consigner, ac planè eo modo procedat, ut omnem speciem, ac signum auaritiæ subterfugiat. Præ omnibus

Cõfessionis secretũ quomodo seruãdum.

D autem Confessarius caueat, ne verbis, vel signis, vel quocumque alio modo, peccatorem, vel peccatum ipsum, vel aliquam circumstantiam personæ, cum qua peccatum perpetratum est, prodat; denique verbum nullum ex ore eius excidat, ex quo aliquo modo in peccati quantumuis leuissimi, quod in confessione dictum sit, notitiam veniri possit.

Cumq. pro rei alicuius controuersæ, quæ in confessionem incidit, clariore definitione consilium ab aliquo petendum erit, summa ad id prudentia adhibeatur, necesse est: tractetur igitur, vel cum ijs hominibus, ac modo tali, vt is, qui peccatum commisit, nullo modo deprehendi possit. Ideoq. consultum videtur, ut nullam planè apud alios mentionem faciat vllo tempore peccatorum, quæ in confessione audiuerit: quod si postea necessitate coactus, cum ipsomet pœnitente de peccatis loqui contingat; id

E quod nisi præfata venia faciat, & ipsum colloquium obtinebit cum confessionis, quantum ad secreti silentium attinet. Si pœnitens à Confessario postulet testimonium sibi dari, quo se eius confessionem audiuisse fateatur, quòd illud dicat se velle Pastori suo ostendere, quod semper in confessione Paschali facere tenetur, eam secundum formã, quæ infrà ponitur, scribat. Atqui eo quòd attestationum harum multa exemplaria im pressa singulis dabuntur Cõfessarijs, curet Confessarius, ut suas præ manibus habeat, nullisq. eas tradat, nisi quorum cõfessiones audiuerit. Attestationis formula hęc erit *anno, die, talis Mensis, Sacramentum pœnitentiæ administrauit N. habitanti in parochia N.*

Scribat in primo albo diem quo pœnitens confessus fuerit, secundo mensem, tertio nomen & cognomen, quarto parochiam in qua pœnitens habitat. In calce confessarius nomen

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00199

nomen & cognomen suum subscribat cum titulo beneficij, vel officij Ecclesiastici, à A
quo communiter denominari solet, veluti, Rector, Vicerector, Canonicus, vel Sacella-
nus Ecclesiæ N. vel si Regularis sit habitans in monasterio N. Atque quicquid in atte-
stationum albis scribendum est, totum id ipsiusmet Confessarij manu scribatur, vel
saltem dies, mensis, ac ipsius Confessarij subscriptio. Vtile præterea erit si confessarij
omnes in tabulis nomen & cognomen scribant eorum, quibus dictas attestatione s sub
scriptas tradiderunt, seruentq; eas tabulas penes se, vel post octauam Paschæ nobis,
aut si in Diœcesi sint, Vicarijs nostris forensibus exhibeant, idque vt exactius ani-
maduertere possimus, num fraus aliqua in dictis attestationibus à non confesso quo-
dam facta sit.

Pro maiore confessariorum instructione, atque in iuuandis eorum animabus, qui- B
bus Pœnitentiæ Sacramentum administrarunt, ut certa quadam forma utantur, qua pœ-
nitentes in gratia accepta perseuerare, ac progressum facere doceant, infrascriptas aduer-
timus admonitiones.

Confessarij erga pœnitentes omnes et se debeant. Confessarij omnes, quemadmodum Patres spirituales decet, circa pœnitentes suos
summam prudentiam adhibeant, necesse est, ut instruantur, diriganturq; paulatim ad
virtutes Christiano homine dignas. Peculiariter autem induistriam & studium suum
erga eos magis explicare debebunt, qui in patres fibi confessarios suos cooptant, ut
ad eos in dubijs & controuersijs suæ conscientiæ recurrant, quotidie, tum pro consilio, tum
pro expiandis peccatis possint accurrere. Qui quidem ad eum modum filios suos spi-
rituales in bono proposito confirmare nitantur, vt constantissimè sibi proposito pœ-
nitentes, quàm diuinam Maiestatem offendant mortaliter, nõ solùm bona ac honores, sed
etiam vitam profundere, uiuumq. præferant, & salutare desiderium secundum san- C
ctissimam Dei voluntatem totam vitam suam expendere.

Confessarij sint, ob quæ sunt creati suis pœnitentibus puopo nant. Quare finem, ob quem creatus est homo, eis ob oculos crebro ponant; qui quidem
est seruire & obedire in hac vita diuinæ Maiestati, & in altera in omnem æternitatẽ
eadem frui, aliisq; similia; ac proinde debere hominem exfuscitare animum & vires
sibi sumere, saluticq. fuę cooperari, atque eatenus rebus omnibus vti, vel abstinere,
quatenus ad hunc finem consequendum adminiculo, vel impedimento esse possint;
ad extremum, huc se totos actionesq. suas, atque uniuersa qui in hac uita possident
destinare, ita ut in victu, uestitu, consuetudine uitæ, negotijs, omnibusq. alijs exerci-
tationibus ita sese gerant, ut omnia quasi quædam adiumenta eis esse possint ad ultri-
mum finem, cui conditi sunt, consequendum. Ceterum, ipsi pœnitentes paratos sese
exhibeant, non solùm in earum rerum usu prudentię, ac salutari consilio confessarij li D
benter acquiescere, verùm etiam si ille omnia planè uel aliqua ex ijs quæ habent dese
renda esse iudicet, causa salutis eorum semper ei obediant. Confessarius tamen iuxta
uniuscuiusque conditionem ac statum ad finem supradictum eos diriget.

Proponat eis etiam modum orandi, ut feret singulorum capacitas, & pro religiosa
consuetudine omnes nitantur bis saltem in die facere preces ad Dominum, mane ui-
delicet cùm surgunt, ac vesperi dum cubitum concedunt.

Deinde exhortabitur eos, ut singulis diebus sacrum audiant, & diebus Dominicis
diuina officia frequentent.

Particulatim verò modum eis præscribet orationes mentales faciendi, siue viri, siue
mulieres sint, modò tamen capaces sint: rudioribus autem offendet quomodo Rosa-
rium, siue Corona, officium B. Virginis, septem Psalmi pœnitentiales, aut similes alię E
orationes legi debeant.

Quod amplius est, omnes suæ fidei concreditos eo inducet, vt examen conscien-
tiæ quotidie faciant: tempus autem huic rei accommodatum erit, dum vesperi signo
publico campanæ simul cum tota familia ad preces inuitatur. Admoneat quoque eos
Aug. ep. 119. ad Ianua. & in lib. de Eccles. dog. c. 53. & de consens. dist. 2. c. quæstio. de frequenti confessione & communione, & paulatim eos secundum B. Augustini cõ-
silium in sanctam eam consuetudinem adducat, vt diebus Dominicis communicent.
Quando autem aliquem nacti erunt, quem ad hoc præstandum esse videant inido-
neum, conabuntur eum paulatim, ac velutti per gradus quosdam eò euehere. Primò
hortabuntur, vt quando omnes debent percipere venerabile Sacramentum, etiam se-

sus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00200

A stis totò annò celebrioribus, præter ipsum diem solennem Paschæ, quo debent omnes communicare, scilicet festo Pentecostes, Assumptionis B. Virginis, Omnium Sanctorum, Natalis Domini: deinde etiam Dominica in capite Quadragesimæ, pro indulgentijs plenarijs acquirendis, ac præparatione ad sanctum Quadragesimale ieiunium: paullo post superaddat aliquot dies: postea horteur, ut singulis mensibus semel id præster. Quod si fiat, facile ad communionem octiduanam erit progredi.

Quomodo dies festos impédere do cere debeat Cósessarius.

Speciali cura eos admonebit Cósessarius, ú dies festos in honorem seruitiumq. Diuinum impendant, quòd ut cómodius fiat, auctor eis erit, vt alicui Societati sese associent, quę ex instituto proprio dies festos in orationibus, pijsq. operibus expendit: vel ut est ea, quam *Scholam vitæ Christianæ* dicunt. In uniuersum autem patres, matresve familias admoneat, vt familiam suam ad Dei honorem instituant, ac liberorũ suo-

B rum curam eximiam habeant, qui interim dabunt operam, vt uisitent scholas, ubi doctrina Christiana docetur, modo ducant ipsa secum eos festis diebus ad conciones, ad Vespertinas preces, ad prælectiones sacras, modo ad frequentem confessionem, & communionem eos accommodent. Si qui ex filijs vxorem duxerint, curabunt parentes, vt opera maritorum etiam illæ sacramenta frequentent: vel si uxores sint, ciuis maritis similiter agant: qua in re in memoriam eis reducant quod S. Paulus ait: *Mariti bonus,* (inquiens) *sæpe vxorem Christo lucratur, similiter & mulier virum.* Eis qui literas norint, suadebunt, ut libros aliquos pios & sanctè scriptos emant (si modo facultas (superetat) quos & ipsi legant, ac faciant legi à tota familia circa uesperam, præcipuè diebus festis: tales sunt, Vitæ Sanctorum Patrum, Gerson de imitatione Christi, Opera F. Ludouici Granatensis, Exercitia vitæ Spiritualis, & Rosarium Gasparis

1. Cor. 7.

C Loartis, Practica orationis Spiritualis P. Matthiæ Cappucini, & alij similes.

Diuites quo modo à deo rendi.

Sæpius diuitibus in mentem redigant, eos dispensatores esse diuitiarum, quas possident, quibus ordinem, ac statum suum sustentare, & alere possint, verùm id Christianè, modestèq. faciendum esse, ut non solùm in usu diuitiarum non supra quam eorũ uires ferunt, sed potius infra aliquid expendere cernantur, quod etiam Gentiles olim non solùm verbis, sed etiam domesticis exemplis ostenderunt. Porro in eleemosynis liberaliter faciendis studeant excellere, ad hoc enim obligantur: ac ne forte aberrent à modo conuenienti, hominum religiosè pieque sentientium cõsilium in his sequãtur.

Postremò secundum uniuscuiusque modum & conditionem, omnibus & singulis ea præscribant adiumenta, quę maximè necessaria, utiliaq. esse iudicabunt, ut in uia mandatorum Dei sui ambulent, ac proficiant.

ARGV-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00201

ARGVMENTVM LIBRI QVARTI.

POST Scholasticam, & Practicam Theologiam, quæ docentur in Academijs, sequitur Catechetica, quæ ad vtriusque illarum vsum, quantum satis est, in domesticis fidei instituendis pertinet. Inter hos autem cum primi se offerant pueri, quos Dominus IESVS, ut sinerent venire ad se, mandauit Apostolis; ideo enixè connitendum est, vt quamoptimè Christiana Doctrina imbuantur. Mox ea tradantur, quæ ad formandos in primis Principum filios, Quæ ve deinceps ad Sodalitates pertinent, quibus ad pietatis Opera certis astricti legibus tum Scholastici adolescentes, tum reliqui vel nobiles, vel populares (videlicet ipsi quoque offices) incitantur, ut ad meliorem vitam aspirent.

Matt. 19. Marc. 11. Luc. 18.

ANTO-

ANTONII POSSEVINI

SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Quartus

QVI EST DE THEOLOGIA CATECHETICA: siue de iuuandis Domesticis Fidei.

RATIONES AD NEGOTIVM SALVTIS animarum alacriter susciipendum. Caput I.

C

INITIA bonarum omnium artium, sicuti & semina rerum naturalium solent esse minima. Ex ipsarum enim progressu sensim altitudo D. Bonitatis innotescit: Ideo enim nec multos nobiles, neque multos potentes, sed infirma Mundi elegit. Cur INITIA bonarum rerũ parua. 1. Cor. 1.

2 Rerum quarumlibet arduarum (vti naturalium quoque) progressui temporis spatium necessarium esse. Ita enim rebus paulatim crescentibus ipsius D. Maiestatis lux, atque cognitio suauiter mentibus nostris illabitur. Quam quidem vnico intuitu perfectæ iam rei, complecti animo non possumus, sicut succedentibus sensim crementis nouæ lucis radij aciem oculorum nostrorũ Temporis necessitas in omnibus arduis, & cur.

D commodius illustrant: Præterquam quòd ea, quæ ex illius omnipotentis caritatis officina prodeunt, si illico absoluta prodirent, non ipsi Deo, sed alienæ fortassis causæ adscriberemus, *Quasi manus nostra esset excelsa, & non Deus faceret hæc omnia*. Nec verò quoniam triticum in terra diu latet, aut super terram aliquos menses sine spica dumtaxat herbescit, idcirco de maturitate desperamus, alioquin nec parentes plantarent earum arborum semina, quæ non sibi ipsis, sed posteris fructum solent afferre. Deuter. 32. NOTA.

3 Accedit, quòd, vt agens non agit, nisi in passum bene dispositum, ita materia præparanda prius est, quàm introducatur forma. Neque enim peritus medicus esse censeretur, qui ante fortiora pharmaca, serapia, & leuiora medicamenta non adhiberet. Materiã omnem esse præparandam.

E 4 Rerum ad conuertendas animas, ac denique ad Ecclesiam, vel fundandam, vel (vbi Religio concidit) instaurandam, spectantium firmitas, non solùm diuturni temporis spatium, verumetiam labores, sudores, miras vexationes, & sanguinis ipsius effusionem ferè semper requisiuit. Nam ita se magis Diuina vis exerit, dum (quasi ex allisis lapidibus ignis) claritas veritatis erumpit, vt varij aduersarij, atque certamina, varias virtutem amantibus coronas pariant.

5 Certissimum est, ac passim in Diuinis Scripturis patet, [a] Dei voluntatem esse, vt homines salui fiant, Deumque nolle aliud, [b] quàm nostram sanctificationem. Itaque quidquid nobis præter peccatum accidit, ad quod humana voluntas cogi nulla ratione potest, id nullam habet rationem mali: proinde labores, persecutiones, vere- a 1. Tim. 2. b 1. Thess. 4.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00203

bera, reuera malum non sunt: alioquin hæc omnia Filius Dei non elegisset. Quamobrem, & nos eadem in Diuino negotio procurando alacriter sustinere debemus, certissimi Deum manum suppositurum esse, ne vltra id tentemur, quod ferre non possumus, quin cum tentatione prouentum quoque daturum. A

d 1. Cor. 10.

Peculiaris cura Dei erga bonos.

6 Sacræ Literæ docent, ut reliquorum, ita proborum & innocentium hominum, peculiarem à Deo curam haberi: *b Qui vos tetigerit* (inquit) *tanget pupillam oculi mei: & c Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.* Hinc fit, ut apud Deum anima unius cum timentis magis æstimetur, quàm mille filij impij. Itaque qui nihil in tota vita sua egerat aliud, quàm vt hominem unum accurate vias Domini doceret, is sanè tam quàm Angelus Dei operam suam utilissimè ponerer. Cùm autem aliquis amicus Dei efficitur, nihil non obtinere potest à Deo, *d qui voluntatem timentium se facit*, Qui enim apud Principem, aliquem gratiosissimus est, multò plura unico verbo & momento ab eodem, quàm reliqui plurimi ne multis quidem supplicibus libellis, ac diuturno studio assequuntur. Notissimum autem est illud exemplar ancillæ Iudææ, e cuius vnius opera vti voluit Deus, vt à lepra Naaman Syrus liberaretur, ac Deus verus inter ipsam perfidiam agnosceretur, & coleretur.

b Zach. 2. c Psal. 91.

NOTA. d Psal. 144. B

e 4. Reg. 5. Luc. 4.

Desideria seruientibi Deo ad exitū per ducuntur.

7 Firmissimè quilibet sibi persuadeat, bona & syncera Deo inseruiendi desideria nū quam sine Diuino numine nobis immitti. Ea verò si sedula caritate foueantur, ad exitum tamdem à Deo perduci, cuius opera cùm perfecta sint, is etiam cum dat velle, largietur haud dubiè, & perficere.

Exemplis idem probatur. Cap. II.

1. Petr. 3. 2. Pet. 2. 8 EXempla veteris testamenti hæc omnia comprobant, illudq. ingens fidei, & patientiæ Noe, qui centum totos annos arcæ ædificandæ, ac tantum otio animabus humanis asseruandis impendit: Vnde posteà factum est, vt & ex inuicta patientia pauissimæ illæ animæ totum posteà terrarum orbem instaurarent. Quare non parum sciat, se profecisse, qui pauissimos cum Deo coniungit, cosq. in tuto collocat. Trita verò sunt reliqua, sed tamen expendenda, quæ in Moyse, qui greges pascebat in Abrahamo, in cuius semine benedictæ sunt omnes gentes: & in aliis inter summas quasq. difficultates Deo numquàm suos deserente euenerunt. C

Exod. 13. Gen. 17.

In Christum esse respiciendum.

9 Christus autem IESVS æterna Patris sapientia, totius boni, & veritatis fons scipsum euidentissimum constituit exemplar, ex quo rationem expectandi, patiendi, & lucrandi animas, petere debemus: Spinas certè, flagella, clauos, vulnera, & ipsam Crucem ostendit: quibus ipsius Regnum fundatum est, ut & nos aliqua ratione tanto exēplo excitemur, & inde præsidium ut precemur, sic assequamur. D

Bern. 9.

10 Ceterum cùm hoc *opus non currentis sit, sed volentis, ac miserentis Dei*, expectanda ita Patris hora est, & temporis plenitudo, ut cum in ejus manu omnia sint posita, nos item ipsos in ipsius manu ponamus, Diuinæ eius voluntati orationepriùm, deinde reliquis rationibus syncerissimè cooperantes, qui maior est corde nostro, ut inquit Apostolus & idem Euangelista.

Apostolorū exempla.

11 Apostoli, & reliqui antiquissimi viri Sancti hanc ipsam Domini semitā in Euangelio annunciando triuerunt. Ac cùm S. Iacobus Apostolus octo solùm animas in Gallæcia Christo Domino adiunxisset, utilissimum tamen laborem impendit. Per illos enim denique Gallæcia, magnaq. pars Hispaniæ conuersa est, & Diuinitus factum est, vt eùm vniuersem Apostolum audire noluissent, ad eius demortui memoriam, & reliquias deinceps è toto Terrarū orbe accurrerent; cuius præsidiū per tot sæcula implorarunt, atque adeo etiamnum implorant. Ita B. Apollinaris duodecim annos in Rauennæ suburbijs demoratus, terque ad eam Ciuitatem rediens, licet deuique martyrium subijt, operi tamen inchoato constantissimā operam nauauit. Quare quod vtuens efficere non potuerat, decedens ex hac uita confecutus est. Sic Rauennates per tot sæcula insignem venerantur Doctorē, & Patronū, quem non vno supplicio maiores illorū excruciarunt. Alij verò, qui uarijs, & pluribus cruciatibus plures annos fuerunt attriti, sic tamen perseuerarūt in orādo, vt deniq; feritate deposita Ciuitates, patiēcia eorū admiratæ fidē Christi receperint. Quæ quidē omnia possent nostrā socordiam, & E

S. Iacobus Apostolus Hispania quid fecerit.

B. Apollinaris Rauennæ.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?page=00204

A veternum excutere, si ij essemus, quales esse deberemus, aut adeo haberi uolumus. Cui verò in primitiua Ecclesia fundanda Christus Dominus voluerit, ut trecentos fermè annos quicunque Pont. Max. fuere, horum plerique omnes pro eius fide martyrium, aut varias persecutiones subirent; sanè intelligitur non esse ignaui, aut commoda, vel studia quærentis propria, salutis animarum procurationem. Illud autem crebro memoria repetendum est, qui sibi colligendis, & abnegandis enixius vacarunt, ijs Deum fuisse vsum in magnis fidei negotijs. Perspicax enim Diuinæ Maiestatis oculus aptiora instrumenta cognoscit, & deligit, perq. eos in momento temporis sæpè efficacius agit, quàm diuturno tempore per plerosq. homines, qui vel sibi, vel Mundo meliùs alijs sapere uidentur. Quod cùm in multis, tum in S. Antonio perspicuum fuit, qui Alexandriam veniens, breuissimo temporis spatio miram Arianis intulit cladem, quã

PONTIF. Max. fere per 30. ann. fuere martyres.

S. ANTONIVS infert cladem Arianis.

B tam forte sse perdocti aut prudentes multi (licet Catholici) longissimo uitæ spatio non intulissent.

12 Qui sibi blandientes existimant, fi sibi ipsis à labore temperent, fore, vt & diutiùs viuant, & ideo animarum conuersioni diutius operam sint daturi, ij non intelligunt, si Apostoli ipsi, quibus penè solis post Dominum IESVM ædificium Ecclesiæ niteb atur, id spectassent, neque sanguinem, nec vitam profudissent, quod tamen efficacissimum fuit Antichristum perfidiæ tollendæ, ac fidei stabiliendæ, addo item maiori operariorum numero ad gloriam Dei propagandam, excitando.

NON esse cessandum à labore, ob spē vitæ longioris.

13 Quin etiam multo longiorem uitam uixere Dei serui, qui tanquam uiolenti cepe runt ipsius Regnum, quàm ij, qui ætate, non virtute vitam longissimam egerunt. Plura enim ij vna ipsa die vigilantia, & syncerissima diligentia effecere, quàm qui otio,

C socordia, somno, dilucidandis, aliis, sedum habent multum, quod de se cogitent, ij in proprijs phantasmatibus marcescunt. Id autem adhuc liquidius cognoscetur, si B. Catharinæ Senensis, & eiusmodi aliorum vitæ curriculæ æqua lance pendantur, atque cum aliorum isti usmodi hominum vitis conferantur. Sancta enim illa virgo, cum die nocteq. sesqui horam somno daret, resq. serias ad Dei honorem, & proximorum salutem ardentissima caritate incessanter procurauet, breui certè spatio consummauit tempora multa. Itaque trigesimo tertio anno uitam hanc finiens, diutissimè uixit, ac uiuit adhuc, cùm eius scripta & facta uniuerso Christiano orbi splendidissimum lumen effundant, ne quid dicam de innumerabilibus bonis, quæ in Sanctorum cœtu à sponso suo Christo Ecclesiæ procurauit, & curat.

SERVI DEI citius moriētes, diutiùs viuerunt.

B. Catharina Senensis uiuit adhuc.

14 Porrò si peregrinationes & Acta Virorum Religiosorum cogitemus, quantopere

D nempe diuinam gloriam propagarunt, dum gentium remotissimarum salutem pauciss imi pauciss imorum annorum spatio in Indijs Orientalibus, Occidentalibus, Meridionalibus, & Septentrionalibus promouerunt, intelligemus, plurimos (probos aliquin homines qui sibi diutissimè vixerunt,) ne minimam quidem fructus partem, præillis Ecclesiæ Dei attulisse.

Lucra Animarum unde aut impediuntur, aut retardantur. Cap. III.

DEBITA MEDIA recessaria ad D. ædificium.

His rationibus, atque exemplis vbi erimus præmuniti, declinanda erant lucrãdarum Animarum, impedimenta, quæ penè ad sequentia rediguntur. Primum quòd per Sapientiæ Diuinæ vias nolunt plures incedere, quæ omnino uult, ut in multa patientia, pauperrate, nuditate, quotiescumq. occasio id ferat, cælestia feramus. Cùm enim incommodis in Dei obsequium tolerandis, aut suorum

E iudiciorum abnegationi nolunt assuescere, minùs amantur à Deo, minùs ad eius negotia adhibentur, qui magis semetipsos, quàm Deum, ac magis ea quæ sunt priuatæ voluntatis, & amoris proprij, quàm animarum salutem diligunt.

2 Huius verò pertissima causa est, quòd nimiquam alte gustarunt quàm suauis sit cibus, qui de mensa Crucis Christi Domini, hoc est, in multa tribulatione sumptus, in corde coquitur, vbi fcilicet ex caritate animæ quasi esurijmus, & manducamur.

Cibus è mensa hoc è Cruce Christi sumendus.

3 Aut, quoniam proprij nominis honorem (quasi soli ij sint magni concionatores, qui frequentiores habent auditores, aut multa verba effundunt, tamquam scopum, ac præmium suorum laborum stultissimè sibi præfixerunt.

4 Aut in studijs curiosis, & inutilibus pro eorum curiositate potius, quam pro ratio-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00205

ne, tempus, quæ pretiosissima res est, insumunt. Id interim, quod præ manibus habet, A
& ad quod missi sunt, fallaci corpore omittentes.

5 Aut forsan quoniam declinantes alias confusiones, inde cæci, nec syncerè, vel quæ-
fuerunt, vel saltem amarunt ipsarum misstorum occasiones, in quibus dum propriæ
IMPLICATIO in sæcularia dedita. uoluntatis radix virescit, Diuina virtus arescit, & Christi Dñi nolentis ponitur obex.

6 Aut sese negotijs sæcularibus, falsò boni præcexru, implicantes non intelligunt,
quid sibi temporis in rebus eiusmodi pereat, vel quantum admoueant obicem spiri-
tualium negotiorum progressui non cogitantes, quam circumspectè cauendum sit, ne
cælum cum terra misceant, qui cùm sse Cælestibus rebus prorsus addixerint, proni, &
præcipites ruunt in Mundanas, atque Terrenas.

NOVITAS in fide accipiatio infinuan da damnum affert. 7 Aut Superiorum, & meliorum consilia sic spernunt, vt de suo capite nouã insinuan
da fidei, & pietatis rationem inuchere, aut inuectam sequi, vel hæreticis quoq; Prin B
cipibus præstito aliquo iuramento temerè, vel callido potius astu, quam prudenti sim
plicitate docere, quæ fides sunt, audent. *In operibus autem* (vt Basilius inquit) *contra præceptum superiorum factis maius peccatum est, quàm bonitas eorundem operum sit*;
Quæ tamen nix ulla esse potest, dum insinuari fides tentatur alia, quàm decet, ratio-
ne. Sed & æquum est (ait D. Bernardus) *Vt qui Deo non obedit, huic inferior pars, id est, caro non obtemperet. Ac nullo alio vitio magis præcipitem Diabolus mönachum pertrahit, ac perducit ad mortem, quàm cum eum negligit is consilijs seniorum, suo iudicio perfuasit, desinitiuuig, considere: sicut Moyses Abbas monuit apud Cassianum.*

Collat. 2. cap. PRÆPOSTERVS ordo. 8 Aut quòd ea in corporis parte, in qua positi sunt, manere nolunt: vel præposteré
tractant, quæ essent ordinatè tradenda; vel denique ea docere alios volunt, quæ ipsi
nondum percepere; nec verò in animam inducunt, eos, qui illa rectè nouerunt, vera cũ C
humilitate consulere.

9 Aut uerentur, quin si quos ad Christum Dominum, & eius Ecclesiam adiunxerint,
hi demum Sacerdotes Catholicos non sint habituri, qui eos excolant. *Potens autem*
Matth. 3. *est Deus suscitare ex lapidibus filios Israel*. Quare nec desistere Patres antiqui aliquibus
conuertendis operam suam impendere, licet nulla tum spes affulgeret præsentium
operariorum; qui verò conuersi sunt, ipsi per se Diuina tantum gratia nixi, à gentilis
erroribus diu abstinuerunt, ac non paucos post annos à Dei bonitate ad illos missi
sunt alij Sacerdotes, qui eos iterum Sacramentis munuerunt.

Suorum curi præponenda aliis. 10 Aut quod, omissa spirituali cura salutis suorum domesticorum, alijs vacant, cùm
qui eam deserit, infideli sit deterior, certos autem pro incertis relinquere, nec ordina
tæ caritatis, neque syncerì iudicij, ac proinde nec Diuinæ voluntatis est argumentum. D

Quieti propriæ negotia pro salute animarũ proponendum. 11 Aut suę quieti, & commodis priuatis eorũ uitam prætexunt, qui sese (nisi ad Car
tusianorum, aut similium Institutum vocati fint) cõtemplationi dedidere. Ita n. quo
niam in eos, qui proximorum saluti uacant, turbationes plerumque cadunt, studium
interioris pacis obtendunt, semetipsos potius, quàm alios fallentes. Interea verò me
ditari nolunt eos, qui re vera se totos uitę contemplatiuæ addixerunt, omnia munda-
na reliquisse: sub aliorũ obedientia humiliter, ac diu uixisse: incommoda penè in-
credibilia volenti animo subisse: omnem quietem, uti athletas insuperabiles abs se
amouisse. Quo verò tempore hæresis, & aliæ persecutiones Ecclesiam Dei oppugna-
runt, non defuisse eos, qui uitã contemplatiua relictã cucurrerunt, ad certanda pro fi-
de Christi bona certamina, sicuti de Aphraate, & Isaaco memorię prodirum est. Inte-
rim autem dum orationi vacabant, maximam uitæ partem nullo penè cibo traduxen E
tes etiam in vinea Domini (oblata occasione) strenuè laborarunt. Quod ipsi quoque
Luc. 10. Magdalenæ (meliorem licet partem elegerit) scimus contigisse.

12 Aut quòd sese fruſtra tempus terere existimant, si inter mercatores versantur, quo
niam hi ab illicitis commerciis abstinere nolentes, viam sibi salutis præcludunt. Nã
& inter tales aliqui reperiuntur, qui pietatis studio incensi, exemplo alijs relinqui pos
sint, multa verò alia peccata queunt impediri, quia his sublatis radix vsurarum auari-
tia ope Diuina potest euelli. Ac ut illa euelli non posset, minor certè poena futura est
ijs, qui reliqua peccata dimiserunt, præterquàm quòd iustificatur Diuina iustitia, quan
do misericordiæ vias ij noluerunt insistere.

Aut

A 13 Aut quoniam Diuina gratia, qua erant ornati, cùm aliquò mitterentur, hanc aliquo peccato commisso amiserunt, quod nisi celeri contritione, & Sacramentali confessione (cùm primùm Sacerdotem legitimum adire possunt) eluant, cæciores in dies fiunt, & in alia peccata grauiora prolabuntur.

Peccatũ mortale impedit progressum salutis aut-narum.

14 Aut denique quoniam alijs prosperè negotium Diuinum agentibus, non solùm haud congaudent, verùm etiam inuidenť: quæ fraternæ gratiæ inuidentia, cùm aduersus Spiritum sanctum horribile peccatum sit, sanè fontem Diuinæ gratiæ in illis citissimè exsiccat.

Inuidẽtia caritatis fraternæ maximũ malum.

Impedimenta superioris capitis quomodo tollenda. Cap. IIII.

B ET verò, non satis est impedimenta hæc nosse, sed quibus rationibus sint submouenda intelligendum est.

1 Id autem fit primò peccatorum proprionum, & pronitatum ad malum sedula, & assidua consideratione: atque amoris proprij diligentissima extirpatione. Vtrũque autem certè assequimur, si nos nihil ex nobis esse, nos item (vti ait-bat S. Catharina Senensis) nunquam Deum rogasse, vt nos crearet, meminerimus.

Peccatorum nostrorum consideratio ingens.

2 Si ex innumeris tentationibus, quibus à Deo sapientissimè permittimur oppugnari, cogitemus, nos quidem (si possemus) illas libenter à nobis amoliturosi Ar quando hoc efficere non possumus, sanè quid ipsi simus, facile cognoscimus.

3 Diuinæ bonitatis accuratissima perpensione, quam in bonæ voluntatis largitione cognoscimus, atque item quòd sæpissimè nobis subtrahit occasiones, ne ruamus in de terriora peccata; Quod beneficium infinitam meditandi, & ex animo gratias Deo ãC gendi materiam præbet.

4 Contritionis assequendæ vigilantissimo studio, & non dilata confessione synceriſsima peccatorum, cum obfirmato proposito ea relinquendi, & fructus pœnitentiæ dignos faciendi; quam ad rem multum facit id, quod in vita Beatæ Catharinæ filię S. Brigittæ de confessione integrè facienda scriptum est.

5 Obedientiæ amore, & obsequio erga eandem obedientiam re ipsa promptissimè impenso.

Obedientiæ amor.

6 Sedulo studio assequendi idiomatis eorum inter quos versantur, quod sanè docendo pueros Catechismo, facile fit.

Ecquid præstandum, ni lucra animarum successerint. Cap. V.

D QVòd si ne his quidem rationibus Animarum lucra succesſerint, tum cogitandũ est, nos esse verè indignos, quibus Deus utatur ad aliorum animas conuertendas, tum, quoniam sæpissimè ergà nostram ipsorum salutem frigidissimi sumus, tum quòd diligentissimè æternum aliorum, & nostrum interitum peccando procuramus.

Deinde nos, nisi (tamq; Iosue) possimus triginta & vnum Reges debellare, posse saltẽ exploratores esse, aut immittere, qui populo Dei referant, quanta viderint in terra promissionis, vel munus ipsorum exploratorum à nobis posse præstari, ut alios fortiores excitemus ad prælia Domini præliandum: quemadmodum Eremita ille sue peregrinus fecit, qui ex Oriente ueniens, auctor fuit, ut Pontifex Maximus in Gallia sacrum bellum ad Hierosolymam recuperandam indiceret.

Iosue 12. *Num.* 13.

Petrus Eremita auctor belli sacri.

E Quòd si ne exploratores quidem esse possimus, saltem ipsas sarcinas custodiamus, Deiq; operatijs humilem operam præstemus, cùm scriptum sit, *aequam futuram esse portionem eorum, qui ad sarcinas remanent, & eorum qui ad praelium proficiscuntur.*

1. *Reg.* 30.

Ita quoque, nisi ob scelera nostra olim patrata idonei simus Dei templo ædificando, quoniam scilicet (quod Dauidi Regi à Deo obiectum est) etiam ipsi nos sanguinum uiri sumus, saltem aut occasionem præbeamus, aut materiam paremus alijs, ut suo tempore per alios id fiat. Quã in re dignum illud est, quod perpendatur, quod quidem Paulus Orosius lib. de arbitrij libertate scriptum reliquit; Ait autem: *Aedificari voluit Deus templum nomini suo, & hoc, ni non nisi innocens, & bene immaculatus extrueret. Duo ad hoc Reges centies ternos elegantur, utrique ad adiutorium Diuinę custo-*

1. *Paral.* 28.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00207

Psal. 88. 2. Reg. 1.

dixa promittitur: Ad Dauid loquidem dicit Deus: Veritas mea, & misericordia mea cũ eo. De Salomone verò testatur: Ipsum elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem. Ex his duobus templum Dominj unus præparat, alter ædificat: præparat senex, perfici puer. Dignum est enim, ut Sanctum Dominj templum Sanctus ædificet. Præparat Sed dicit senex, sed quasi posthumus peccare cessauit: perficit puer, sed tamen pene, cum ædificet peccare non cuperit. Ille ante peccauit, hic postea. Ille multo peccato ædificare non meruit; ille multum peccando, quòd ædificauerat, derelinquit; & inter hæc mirabiliter ordinatio sancta disposuit, ut inter duas ætates, quod perpetuum in homine esse non poterat, per cursum temporis inueniret. Hæc ille.

A

Cur potius Salomon q. Dauid templum ædificauerit.

Libdelibero arbitrio.

5 Et verò id notandum, quod ipse quoque inquit Orosius his verbis: At, si vis apertius accipere testimonium, quis cum vllique possit Deus, tamen prorsa ordinatione non faciat, dicit ad Petrum. An putas me non posse modo rogare Patrem meum, & exhibebit mihi duodecim legiones Angelorum? sed quomodo complebuntur Scripturæ? Quæ postulat, quòd dicit, impleri oportet. Videlicet ergo, quia operator temporis temperat Virtutes; & ratio Dispositionis nescit Potestate Paticuitam: Deinde ait Dominus. Recondе gladium in theca: Pater enim non potest, vt calicem, quem dedit Pater, non bibam. Et tamen Deus nihil non potest: nec est quidquam, quod non faciat nisi sola quod nolit, non oportet, non proponat.

B

Exemplo, & monitis idem faciunt. Cap. VI.

Ex B. Ignatio fundatore Soc. IESV dictum dignissimum.

AQui cautio, quam B. noster Ignatius huic negotio adhibebat, magni momenti est. Quærenti enim, unde inter tot difficultates, ardua quæque ipsi succederent, respondit; Se in difficillioribus quibusque negotijs ita rem totis ui ribus Deo commendare consueuisse, ac si nulla humana industria, nulla alicuius cooperatio ad ea conficienda præter Deum ipsum esset adhibenda. Cum verò id faceret, tum ita cooperari se solitum ad eadem ad extitum perducenda, ac si nihil Deus in illa conferret: quippe qui sciret Deum inprimis esse cognoscendum Auctorem omnis boni, ac sine quo nihil effici posset: & tamen quando Diuina Sapientia cooperationem exigit suæ rum creaturarum, in eandem toto pectore esse incumbendum quam ob rem arduarum quarumcunque rerum ad Dei gloriam spectantium aiebat semper exitum se fuisse consecutum.

C

Origenes qui mustis causa salutis fuit miserabiliter heu perijt.

1. Cor. 10.

Sed & ubi res, è, uoto succeserint, tum tanto magis salutem animarum cum timore operari debebimus, memores eorum, quæ de Origene illo doctissimo scribit Nicephorus. Ille enim (ait) cum plures, atque ipsum suum genitorem martyres præmisisset in cælum, summosque labores in conuertendis Animabus pertulisset, ita ut è domo in domos per foramina quædam ad fidem piorum fouendam inter summa pericula penetraret, tandem quia humilitatem, & seipsum non custodiuit, in multos errores miserrimè cecidit. Itaque qui stat, uideat, ne cadat. Et qui mittitur, caueat ne exeat extra se.

D

Applicatio potentiarum.

Porrò sicut ordinatè, & instanter operari debemus, quæcumque Diuino auxilio manus nostra potest efficere, ita applicandæ omnes potentiæ sunt ei rei, quæ tanti momenti est, quanti est salus animarum. Qua de re procurandum seriò est, ut quæ scripta sunt de applicatione potentiarum animæ nostræ in Spiritualibus Exercitijs, ea altissimè perciperemus. Interea verò non desit humilis, assidua, & fidelis oratio; qua petamus à Deo, ut nostris iniquitatibus parcens, non desistat tamen pro sua ineffabili misericordia, meliores in uineam suam Operarios mittere; torquè innocentium, & puerorum necessitates potius, quàm nostra peccata respiciat. Quæ Oratio quotidie habita non redibit uacua.

E

Denique eorum Sanctorum auxilium apud Christum Dominum imploradum est, qui in ijs regionibus, in quibus uersamur, Fidei fundamenta, Deo iuuante, iecerũt. Quorum Sanctorum Vitas meditatè perlegere multum refert: cum quibus initijs Respubl. & cultus Diuinus institutus est, ad eadem initia referenda sit eiusdẽ instauratio.

Horum autem cæ legantur, qui duriora, & longiora tormenta perpessi sunt, qua hia Clemens Aneyranus pertulit, qui uicies octies martyr fuit, cùm uiginti, & octo annorum spatio mira perpessus fuisset.

Quòd

A Quòd si laboris, solicitudinis, & periculorum aliquem ardeat, vbi ista susceperit, cogitet, num re uera credat ignem purgatorium esse, atque an multa centena annorum horridarum pœnarum, cum momento laborum huius Vitæ libenter uellet com mutare, tunc enim se accinget alacritis operi.

Singulis porrò diebus non cesset illud Apostolicum orare. Domine adauge nobis Fidem. Sed in primis hæc, quæ æterna Patris Sapientia pronunciauit, scribantur in corde.

Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite; sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Quia sine me nihil potestis B facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque voluerit is petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei Discipuli.

Ex reuelat. S. Brigitta lib. 4. c. 31. Quin & illud huc facit. Mater Dei loquitur, (inquit B. Brigitta,) Qui conducit operarium ad laborandum, dicendo ei, porta arenam de littore, & inquire in quolibet oneri, si forte ibi inueniæ poteris grauium aurum, non minor erit merces eius, si nihil inueniet, quàm si reperiret multum. Sic est etiam cum illo, qui verbo, & opere ex Diuina caritate laborat ad profectum animarum; non enim erit minor præmium illi, si nullos conuerterit, quàm si multos: sicut magister dixit exemplum: Si inquit, C bellator, qui ad præceptum Domini sui egrediens ad bellum, & habens velle fortiter dimicandi, rediret lanciatus, nullum habens captiuum, non minorem mercedem obtineret amisso bello propter voluntatem bonam, quàm si victoriam fuisset consequutus. Sic est etiam cum amicis Dei: Nam pro quolibet verbo, & opere quod faciunt propter Deum, & vt animæ emendentur, necnon & pro qualiber hora tribulationis, quam patiuntur propter Deum, coronabuntur, siue multi conuertantur, siue nullus.

De catechizandis rudibus. Cap. VII.

D IAm verò, cum admouenda manus est operi, à rudibus, ac pueris informandis inchoandum est. Hi enim portio Domini sunt, & Christianæ Reipublicæ semina. Quam ob rem & Baptismo additus est Catechismus: & susceptores, quasi ipsò fores adhibentur, qui infantibus ætate crescentibus hoc Christianæ Doctrinæ lac propinent. Quod verò innoxij hauriunt, retinent altius, nullumque post Diuinam gratiam, quę totum hoc negotium comitatur, præsentius Antidotum est aduersus pecatorum, Hæreseos, Schismatis, Mahometismi, Atheismi uenena, quam quod recte in animos puerorum sic instillatur, ut & ipsi facti grandiores idem in alios derinent.

Et Apostoli quidem Christum Magistrum imitati, deinceps autem eorum discipuli, Dionysius Areopagita, & reliqui, sedulo hoc præstitere: ac quidquid Patres hac de re tradiderunt, extat in eorum scriptis, Clementis Alexandrini in suo Pædagogo, Augustini de Doctrina Christiana, & de Catechizandis rudibus, ac in plerisque aliis, E quorum Catalogus quarto huic libro ad texetur.

Quid in Catechismo recte tradendo præstandum. Cap. VIII.

NEcessitate, atque utilitate docendi Catechismi percepta, Ratio illum tradendi non tam probè noscenda, quàm in usum conferenda est. Hæc autem peti debebit ex D. Augustino, ex epistola vbere nostra ad Iuuenem Tarterium Ecclesiæ Trecensis Decanum, qui postea à Calumianis interfectus est, & è Ludouico Carbone, qui librum Italicè scriptum Venetijs emisit. Quibus addi possunt, quæ Brixienses hoc in exequendo negocio, quasi primas in Italia ferentes, ac post Carolum beatæ mem.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00209

mem. Cardinalem Sanctæ Praxedis, Cardinalis Priulus Venetijs, libello peculiari tra- A
denda curarunt.

Primum uerò deligendus est è pluribus Catechismus, siue libellus Christianæ Do
ctrinæ, qui magis quadret puerorum, rudium, Ciuitatum, siue Diœcesum captui. De
ligendum dico, quod iã plures sunt euulgati, optimi illi quidem, & piè conscripti. Et
Petrus Canisius noster, cum initio Summam Doctrinę Christianæ edidisset, minorem
deinceps pro rudioribus edidit catechismum. Qui quidem Latinè, Germanicè, & plu
res alias in linguas conuersus est, summo utriarum prouinciarum emolumento.

Emundus Augerius & (ipse è nostris, Gallicum, sed qui Latinus, et Græcus quoque
est editus) maiorem, mediocrem, minorem Caluinianæ pesti contrarium Gallis de-
dit. Sed post plures aliorum, Italicum Carolo eodem Sanctæ Praxedis Card. procu
rante, edidit Achilles Gaiardus Societatis nostræ Theologus, sueci plenum, & B
breuem. Successit denique Roberti Cardin. Bellarmini liber de Doctrina Christiana
Italicè quidem, at cum adiecta explanatione, quem scribi, & disci iussit proprio di-
plomate Clemens VIII. Pontifex Maximus.

Vbi igitur defectus erit liber, sequentia monita perlegẽda erunt ab ipso Catechista.

Ratio docendæ Catechiseos ex D. Augustino. Cap. IX.

EX LIBRO B. AVG. DE CATECHIZANDIS Rudibus tomo 4. par. 2. fol. 1. Christi humilitas quanta.

NArratio plena est, cum quisque primo catechizatur de eo, quod scriptum est. *In principio Deus creauit Cælum, & Terram*, &c. usque ad præsentia tempora
Ecclesiæ succinctè. Deinde exponendus amor Dei erga humanum genus,
docendusque propterea Christum aduenisse, ut cognosceret homo, quantopere eum C
diligat Deus. Præterea, monstranda est humilitas Christi, nempe, ut maximus no-
ster superbiæ tumor remedio contrario sanaretur. Magna enim est miseria superbus
homo, sed maior miseriordia humilis Deus. Post monstratam verò humilitatem,
ostendenda est sequelarius Dei, vt amari se gaudens ab eo, quem timet, cum redamare
audeat, eiusque in se dilectioni, etiam si impunè posset, tamen displicere ueretur.

Quæ tandem autem, quo in statu animi, quibusve causis motus sit ad suscipiendam Re
ligionem. Si mentitur: Ex eo ipso, quod mentitur, fumendum est exordium. Si
dicat se Diuinitus monitum, tum hinc ordiendum. Quanta Deo sit cura de nobis:
Tum è Scriptura Sancta, Exempla, Visiones, Figuræ, Oracula indicanda sunt, quę huc
faciunt. Mox item quod Deus fecerit omnia valde bona. Et producenda hęc sunt
usque ad præsentia Ecclesię tempora. Spes denique Resurrectionis insinuanda est. D
Vbi verò hæc dicta fuerint, tum instimenda est infirmitas aduersus scandala, & ten-
tationes, quæ siue foris, siue in ipsa Ecclesia contingunt, foris quidem aduersus Genti
les, uel Iudeos, uel Hæreticos, intus autem aduersus malos Christianos, qui quamdiu
sunt tolerandi. Sacris literis est edocendum. Deinceps autem præmonendi sunt ru-
des, qui catechizantur, ne spem in homine ponant, quamuis iusto, sed imitentur iu-
stos, vt ab eorum iustificatore nos quoque iustificari sciamus.

Doctè quomodo tractandi.

Breuiter autem cum doctis agendum est, neque odiosè inculcanda, quę
norunt.

Interrogandi, quem maximè librum legerint, & unde illis persuasum sit, vt socia- E
ri vellent Ecclesię.

Si in Hæreticum librum inciderint, sedulò edocendi sunt, prælata Ecclesię uniuer-
salis, aliorum que doctissimorum, & sanctorum hominum auctoritate.

Cetera de fide, moribus, tentationibus ad illam superemineniorem uiam caritā-
tis sunt referenda.

Grammatici, & Rhetores quomodo accipiendi.

Humilitatem Christianam induant, vt discant nõ contemnere, quos cognouerint
morum uitia, quàm uerborum amplius deuitare.

Misteria

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00210

A Mysteria agnoscant, quodque eæ ænigmatum latebræ valent ad amorem veritatis acuendum, discutiendumque fastidij torporem.

Sciant præponendas verbis sententias, quemadmodum præponitur animus corpo-
B ri. Nec uocem solam, sed affectum audiri à Deo.

De Sacramento, quod accepturi sunt, fat fuerit prudentioribus audire eequid res illa significet.

Remedium aduersus tedium Catechumeni.

Catechumenus à timore nimio auocandus. blanda exhortatione pellendus, verecundia eius temperanda est insinuatione fraternæ Societatis.

Danda fiducia, vt liberè proferat, si quid ei videtur contradicendum.

B Interrogandus autem. Num aliquando hæc iam audierit, vt quę nouit, non explicemus copiosius.

Si nimis tardus est, misericorditer sufferendus est; breuiterque reliqua de vnitate Catholicæ Ecclesiæ, de tentationibus, de Christiana conuersatione propter futurum iudicium terribiliter inculcanda sunt, magisque pro illo ad Deum, quàm illi de Deo multa dicenda sunt.

Si affectus tædio audiendi velit discedere, aliquid honesta hilaritate conditum, & aptum rei, qua de agitur, asserendum est. Videlicet, vel aliquid valde mirandum, & stupendum, quin etiam interea & dolendum est, atque plangendum.

Multò verò consultius (inquit idem Augustinus) in quibusdam Ecclesijs transmarinis, non solum Antistites sedentes loquuntur ad populum, sed ipsi etiam populo
C sedilia subiacent, ne quis infirmior stando lassatus à saluberrima intentione auertatur, aut etiam cogatur abiscedere. Portò ordinandæ res. Ordo autem, quem inspiraverit Deus præponatur nostro. Scandalum conceptum à nobis de aliquo vincat caritas, & spes lucrandæ illius animæ. Monendi verò sunt Catechumeni, vt caueant imitationem eorum, qui solo nomine Christiani sunt. Deinde pro diuersitate personarum temperanda oratio. Cuius formula in Catechista peti debet à rerum huius Mundi caducitate spernenda, & felicitate sempiterna optanda. Videat verò hanc formulam, qui catechizat aliquem in ipso Augustino, pulchrè enim ibidem agit de serie Scripturarum, de mysterio Ligni in Paradiso, Arca, Virga Moysis, Cruce, &c. & de Aqua baptismi per Diluuium, & Mare Rubrum significata, atque postea è Christi latere effusa; Quodque in Baptismo Crucis signo in fronte signamur, sicut
D Iudæi in poste præfignati sunt. Quæ cùm egisset, hortatur ad fidei constantiam apprimè, capite eiusdem libri 28. Quo item docet, quomodo debeat Catechumenus inuocare nomen Domini: quibusve armis præmuniendus est aduersus peccata, quæ videritin Christianis, nimirum (ait) vt se teneat ad legem Dei, cum illa uiderit.

Cap. 13

Cap. 13.

Cap. 10.

His dictis, interrogandus est, an hæc credat, atque obseruare desideret, quod ubi annuerit: tum solenniter utique signandus est, & Ecclesiæ more tractandus. Ceterum de signis, & Sacramentis visibilibus docendus erit, quid significent, quidque contineant, præmonendus autem, ut si quid audierit, quod carnaliter sonet, etiam si non intelligit, credat spiritale aliquid significari, quod ad sanctos mores, futuramque vitam pertineat. Vtque omnia quæ audierit ex libris Canonicis ad dilectionem æter
E nitatis, & veritatis, & sanctitatis, & ad dilectionem proximi referat. Proximum autem esse intelligat, non carnaliter, sed omnem, qui cum eo in illa sancta Ciuitate potest esse, siue iam, siue nondum appareat.

Et vt de nullius hominis correctione desperet, quem videt viuere, non ob aliud (sicut Apostolus ait) nisi vt adducatur ad pœnitentiam. Hæc autem omnia, paucis Augustinus capite nigesimo sexto eiusdem libri uersus finem complectitur, inquiens:

Omnes quo modo fint amandi.

Homines ergo bonos imitare, malos tolera, omnes ama, nescis quid cras futurus sis, qui hodie malus est.

Non autem solum per cupiditates diabolus tentat, sed etiam per terrores insultationum, & dolorum ipsius mortis: Quicquid autem homo passus fuerit pro nomine

Christi,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00211

Christi, & pro spe vitæ æternę, & perinanens tolerauerit, maior ei merces dabitur. A
Sin autem cesserit diabolo, cum eo damnabitur: Sciat verò opera misericordiæ
cum pia humilitate impetrare à Domino, vt non permittat seruos suos tentari plus,
quàm possint sustinere.

Ratio altera docendi Catechismi, addita ex Auctore. Cap. X.

QVin & Catechista, cum pueri diutissimè retineant, quæ ineunte ætate inspexerint; non solùm uerba, uerum etiam gestus, ceteraque omnia ita componat, vt perpetuum ijs, cùm adoleuerint speculum virtutis, ac modestiæ posit relinquere. Nullum irati, nullum leuis, aut intemperantis animi signum præ se ferat, ne, quod uerbo docturus est, imprudens, & infidelis dispensator opere destruat.

In primis ceteros Catechistas, & Concionatores orationè inuet significetque lęti- B
tia assici se, cùm alios præclarè hoc munere fungi audiat. Nihil inuidia magis mortiferum est, atque nocentius: nihil caritate vinacius, atque ad conciliandam Diuinam
Caritas. 3. Reg. 18. beneuolentiam fortius. Abdiam tradunt Hebręi quod Prophetis aqua, paneque subuenit, adiqsum à Domino Prophetię donum accepisse; Sed quidquid de hoc sit, certe adeo fidelis retributor est Deus, ut cui aliquid boni cupiamus, id, tum illis augeat, tum etiam maiora nobis rependat.

Humilitas, prima 2. & 3. virtus Catechistæ. 1. Epist. ad Diosc. Antè quam opus aggrediatur, primum semper fundamentum in seipso iaciat, humilitatem, autcumque illud Augustini dictum perspæ meditetur. *Non aliam tibi ad expediendam, & obtinendam veritatis viam munies, quàm qua munita est ab illo, qui grestuum nostrorum verus Deus videt infirmitatem, ea autem prima est humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas.* Ita. Fiet (quòd Seraphicus vir Francisc⁹ dicebat) vt il- C
1. Reg 2. lud Annæ impleatur. *Quæ ilcritis erat, peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est:* id est, vt priuata oratione plures Christo lucrifaciat, quàm ij, qui sum-
Fides in Deum. mi concionatores, parresque multorum habiti, rumores posuerunt ante salutem. Postremò sibi diffidens spem collocet maximam in Deo, frequentique oratione fortitudinem ad difficultates superandas à Domino petat. Is vocem, sensáq. suppeditabit, qui humilium linguas disertas facit: puriſſimum verò ab omni peccato animum ad rem, quam dicturus est, afferat. Vt quasi se in ipsam transferat, ac mutet. Magnum scilicet pondus ad persuadendum habet oratio, cùm ex interiore animo res ipsa promitur; atque è corde, non è labijs profecta, ad corda item, non ad aures tantùm audientium peruadit.

Ratio docendi Catechismi. Et hæc quidem, quæ diximus, ad Catechistæ pietatem attinent, ceterum perlegat D
bis ter ve Catechismum, prius quam opus aggrediatur, ita ut seriem illius doctrinæ omnem quasi manu teneat, suoque deinceps loco propria membra tracter. Quòd si per aliquot dierum spatium ad precationes adhibeat earumdē rerum meditationem, quæ in Cathechismo continentur, vix dici potest, quantum ex eo docenti, discentiq. vtilitatis accidet. Nam vt Catechizanti se Deo Catechista prius communicabit, ita Catechistæ docenti se communicabit attentius puer; cui non tam homo, quàm ipse Spiritus sanctus præceptor futurus sit.

Iudæi quo ad Christum ducendi. Si Iudæos, qui conuertuntur ad fidem edoceat, IESVM ex Prophetis, & sancta Scriptura annuntiet, quam ad rem præter Augustinum, & alios veteres Patres magnopere proderit, si legerit quę in nono huius Bibliothecæ libro de Iudæis iuuan dis scripsimus. E

Si res postulet, ubi de Sacramentis aget, vitę Christianæ officia, seu conscientiæ ali quem casum (vt vocant) explanet, idque breuiſſimè, sed perspicuè ac dilucidè fiat. Quæ verò facilè percipi non posse senserit, ea in aliud tempus differenda sunt, ne interrim ex finibus Catechisticis egrediatur.

Eloquio Catechistæ. Et Dominus quidem Iesus ita simpliciratem, puritatemq. diligit, vt omnis inanis verborum spuma quasi sordes abijcienda sit. Cùm verò pueros alloquimur, pueri & humiles simus, ut eos Christo lucrifaciamus. Exempla, similitudinesque (non illæ quidem crebriores) mentem, memoriamque iuuabunt audicurium. Quamuis autem aliquis donum eloquentiæ habeat, caueat tamen, ne quasi arbor luxurians corticem,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00212

A cem, foliaque potius, quàm medullam & fructus edat. Quamobrem hic per uiscera misericordiæ Christi obsecrandus est, perque illud primum, ac sanctissimum caßtitatis votum, quod multi voluerunt, ve castâ oratione, eaque propria & congrua sit contentus. *Optimus modus* (ait Augustinus) *docendi est, quo fit, vt qui audit, verum audiat, & quod audiri intelligat. Et quid* (inquit) *prodest clausis aures, si aperire quod volumus non potest? aut quid obest lingua, si hoc potest, quando nihil querimus nisi patere, quod clausum est?*

Et vt pauciſſimis abſoluam, quiſquis pectus ſuum ſanctis meditationibus armabit, remque ipſam, de qua dicturus eſt, optimè nouerit, tantamque quantam tempus ferret, materiam ſuſcipiet declarandam, hic, Domino miſerante, loquentique per os eius, verè eloquens, ac diſertus euadet.

Index libr. prohibitorii. Trid. Syn. regu. 1.7. 8.9 Clem. Alexan. oratione adhor. ad Gen. Augu. lib. 1. conſeſſ. cap. 16 Seneca ad Li beralem de artib. liberal. B. Vigo cur initio cõcionis inuocetur.

B Porrò antequam tem incipiat Catechiſta, facultare à Catholico Archiepiſcopo, Epiſcopove impetrata, ſignet cruce frontẽ; pueros ut idem, recteque faciant, hortetur, quo exemplo grãdiores, qui aderunt, ut idem facere conſueſcant, docebuntur: Adoleſcentulos monear, ut initio Domincam precationem, ſalutationemque Angelicam recitent, petantque à Domino gratiam proficiendi, ut & reliquus populus idipſum agat, cùm ad maiores diuini verbi prædicationes audiendas aderit. Sciant verò pueri, cur ad Virginem ſanctiſsimam ante prælectionem orationes fundant: Sanctiſsimã nimirum illa virgo, quæ Chriſti ſecreta nouit, Verbumque ac lucem in mundum attulit, potentiſsima eſt ad Verbi ipſius fructum nobis impertandum.

Pueris fuo loco poſitis, vt à puellis diſtincti certis ordinibus (quin etiam locis, ſi fieri poteſt) ſint, non intermixtis adoleſcentibus, utrumque ſexum alloquatur, familiari uoce, & caritatis plena.

C Quam prælectionem expoſiturus eſt, eius in primis voces, quæ maioris momenti ſunt, ac difficiliores, interpretetur; ne ijs ignoratis reliqua minus innoteſcant; neve cum faſtidio, & ſine fructu tempus teratur. Eiuſmodi ſunt *IESVS, Chriſtus, Redemptor, Sanctificator, Sanctificatio, Eccleſia, Religio, Symbolum, Myſteria*, atque alia; quibus etiam mentes puerorum excitatæ, magis afficientur ad Dominum precandum. Et cùm earum vocum Etymon docendum ſit, quod & materiam dicendi vberem ſæpe præbet, atque illarum vim in audientium cordibus firmius inſculpit; tum interponenda interrogatio eſt, ad colligendos animos pueriles, qui facile diſtrahuntur; deinde capita rerum pauciſſima dilucidè ſunt exponenda.

Hic verò cauear, ne tenellos animos ſeueriore obiurgatione deterreat, ſi qui fortè

D non ſint attentiores; blandiſsimę autem ipſę per ſe res ſuo tempore timorem, attentionemque afferẽt, tum cùm enumerandis peccatorum pœnis, iudicio Dei, flagelliſque imminentibus, ac præcipuè Regni cæleſtis pulchritudine, & beatitudine (qua maximè puerorum animi excitantur) mens cuiuſque commouetur.

Vide quæ B. Aug. de Catechiz. rudibus ſcripſit.

Si quis puer Catechiſmum memoriæ non mandauerit, aut metu aliquo (vt fit) publicè non audeat integram lectionem recitare, hunc coram audientibus excuſare ſatius fuerit, eumque leniſsimè hortari, vt animum recipiat: aliis quoque ſubdat Catechiſta hoc euenire. Hoc eò ſpectat, ut puer ne Eccleſiam, catechiſmumque deferat, quod fortaſſe aliquando, ubi minùs hoc cauebatur, euenit: Honeſtum verò erit aliquem uirum moneat, vt curet ſedari ſtrepitus, qui à pueris fiunt, ut ſi etiam ſeuerius coerigendi ſint, id ab alijs fiat, non à Catechiſta. Parentes verò ſæpius hortandi, ut modeſtiam, cultumque ac reuerentiam pueros doceant, qua ex re cum adoleuerint, iam

E Eccleſiæ, ſacriſquemaiorem honorem habebunt.

Quomodo ſint pueri in officio continendi.

Poſſ Catechiſmi recitationem quid agendum. Cap. XI.

VBi interrogatis pueris Catechiſmi lectioni finis imponetur, roget parentes & pædagogos, ut ueſpere ad puerorum memoriam renouent, quod ipſi maturius percepere. Pueros autem inciter, ut ſeruos, ſeruasque ſi nomen Dei exercentur, aeque ſi quid turpe proloquantur, reprehendant, quo aſſueti magis veritati tuendæ, ſanctiſsimam apud Deum laudem, Angelorumque patrocinium ipſi quoque promereantur.

Poſtremò

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00213

Postremò cum pueris precetur Dominum, & ei gratias agat, vt precari Dominũ, & agere gratias etiam ipsi discant. Si quid verò periculi Reipub. impendeat, id siue Litanijs, siue alijs orationibus breuissimè à Deo Catechista deprecari perat, vt domi quisque quid petendum sit, sciat. Ita pueri cognoscent bonitatis illius fontem, sine quo nihil non exarescit omnium cogitationum operumque nostrorum. A

Pro quibus orandum.

Orandum autem esse sciant inprimis pro Pontifice Max. Sanctaq. Ecclesia Catholica, pro animis Principum ad diuinam gloriam propagandam conciliandis, pro operariorum missione in vineam Domini, pro peccatorum, pro infidelium & Haereticorum conuersione: ac pro animabus defunctorum: deinde pro consequendis ijs omnibus, quæ ad Diuinam gloriam, nostramque salutem pertinent. Denique distribui poterunt præmia, Imagines pię, libelli pij, Rosaria, & eiusmodi, quin etiam publicè monendi eum pueris alij, quasnam peccatorum condonationes, siue Indulgentias lucren B tur, qui promouendæ doctrinæ Christianæ dant operam. Extant illæ in Diplomatibus Pij V. Greg. XIII. & sequentium Pontificum.

Locus vbi Catechismus exponi debeat. Cap. XII.

ET optimus quidem Catechismo docendo locus templa sunt, propè quæ iremus scholę antiquitus ea de re extructæ antur, vt doctrina cum Religione discereretur. Si quę ædes publicis scholis, Parœcijsque maioribus viciniores fuerint, tantò manabit ad plures sanctæ huius doctrinæ utilitas.

Cùm verò nihil adeo bonum sit, quin oppugnetur initio, cogiter prudens Catechista, in minore ne, ac remotiore loco docendi sint initio pueri, vbi & pauperes faciliusq; euangelizantur, & altiorem radicem agere possit sanctissimum hoc semen: nisi tamen C insigniori præstantiæ caritate Concionator aliquis, cui non tam facilè resistitur, vellet ipse in maiore Ecclesia hoc munus suscipere. Quo in loco quo communius, eo diuinius bonum consequetur.

Ratio euocãdi pueros ad Catechismũ.

Vt autem ad templum conueniant pueri, eadem quæ Romæ sit ratio, poterit adhiberi. Cùm enim in unaquaque Parœcia sint eorum nomina descripta, qui Catechismo imbuendi sunt, eorum aliquis suo ordine statim à prandio per Vicos Parœciæ vadit, atque campanula, & alta voce pueros, puellasque omnes ad doctrinam Christianam, Catechismumq. discendum inuitat, qua una re præter fexcenta alia pietatis officia, quæ in Vrbe exercentur, nihil ad pueros excitandos, nihil ad eorum parentes ergà Parochos, Pastoresque animandos, nihil ad aduertendam iram Dei, Ciuitatesq; firmiore disciplina, vel suauiore ratione administrandas efficacius esse poterit. D

Alter locus, Collegia, Scholæque sunt, in quibus diligêter huic studio operam det Præceptor. Quòd si Angelus præstantissimum Dei organum vnius hominis indiuiduus est comes, & custos: tum quòd humanæ animæ pretium agnoscit, tum in primis, ut diuinæ pareat Maiestati, ecquid à nobis missellis faciendum est, opus Deus plurimis sæpe adolescentibus custodes, & suæ voluntatis internuntios addicit: ut qui negligens in hac re sit, neque eo ad maiora usurus sit Dominus: & verò negligenter opus suum facientibus, maledictionem etiam sit illaturus.

Tempus docendi Catechismi. Cap. XIII.

ET cùm vbique diebus saltem Dominicis docendus sit Catechismus, tum, quo tempore animi parationes uidentur ad uerbum Domini percipiendum, capien E da videtur occasio. Cum autem Synodorum tempora sæpe, præsertim in Gallię aliquibus Diœcesibus, in Pentecostes, omniumque Sanctorum solèmitates cadant, tum ei rei antea per aliquot dies opera dari poterit, ut qui frequentissimi vndique Parochi conuenerint, ad hoc ipsum peragendum cũ suis gregibus doceantur, & animen-

Libri emendi à Catechistis.

tur: cò verò præmitti poterunt Bibliopolę, qui plurimos Catechismos compactos ferant, maiores, minores, Pontificium seu Romanum, Tridentinam Synodum, Sanctas casum conscientię, Cyrilli Hierosolymitani Catecheses, confessionem Augustinianam à Hieronymo Torrensi de Societate nostra collectam, ceteraque alia quæ Catechista, vel Concionator Parochos hortari poterit, ut emant; nihil à DEO honesti-cio

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00214

A cto non promeriturus, qui momento horæ ingentem portam ad bonũ hac præmonitione patefaciet.

At verò à docendo Catechismo abstineat Catechista, quo tempore ceteri Concionatores concionantur: aut maius factum fit, aut horæ Canonicæ summa cum pietate & vbertimo populi fructu recitantur: eandem item, quam ipsi materiam uix tractet, ad vitandam inuidiam, nisi se necessariò offerat: nec in longius hora spatium lectionem producat: cuius finis sit breuissimus epilogus, vt pueri se professe intelligentes libentius ad sequentem reuertantur.

Locus alius, & tempus docendi pueros Catechismi, Cap. XIIII.

B ET commdè quoque in Scholis à Ludimagistris (qualescunque ij sint, siue laici, siue Ecclesiastici) docendi sunt pueri Catechismus; cui, ut assuescant, ratio sequens mandato Ferdinandi Austriaci Archiducis Serenissimi in Vniuerso Comitatu Tirolensi olim inuecta est, quæ & vbique facile inuehi potest.

Ante Scholas matutinas, cum pueri conueniunt, signo sese crucis consignantes, ita orant, & recitant.

C *OMnipotens, æterne Deus, Pater Clementissime, intuere nos dilectos pueros tuos oculis misericordiæ tuæ, et concede propitius, vt apud nos sis, nosque inhabitet Spiritus tuus Sanctus qui nos illuminet, ac omne id doceat, quod ad Diuinam tuam gloriam, ad salutem nostram, ad pulcam vtilitatem, & ad Catholicæ Romanæ Ecclesiæ prosperitatem possit conducere. Accende in nobis ignem amoris tui Domine, fac nos omnia peccata exhorrescere & abominari, iustitiam uerò, & rintesque omnes desiderare, & ex animo concupiscere, vt tamquam obedientissimi filij, tibi cum in vita, tum in morte placeamus, per IESVM Christum Dominum nostrum. Amen.*

Pater noster, &c. Aue Maria, &c. Credo in Deum, &c.

Gratia Spiritussanctis sit, & maneat nobiscum semper, Amen.

In nomine Dei Patris, † &c.

Post Scholas Matutinas.

D *OMnipotens, benigne & misericors Deus Pater, nos tui dilecti filij agimus tibi gratias, pro omnibus donis, & beneficijs tuis, & te supplices obsecramus, vt nobis tuam Diuinam gratiam vltertius concedere digneris, vt omnia ea, quæ didicimus, ad nomtuis tui Sanctæ gloriam, ad nostram salutem, & ad multorum hominum vtilitatem, & incolumitatem recte accommodare possimus. Tibi ettam, ô Domine, commendamus omnem nostram actionem, & operationem, viam, & moriem. Da nobis, quæsumus, in hoc sæculo tua frui gratia, & in futuro cum omnibus electis tuis id consequi, vt te in perenni gaudio, & felicitate laudemus, ac veneremur. Per Dominum nostrum IESVM Christum. Amen.*

Decem præcepta Dei. Primum. Ego sum Dominus Deus tuus, &c.

De his præceptis Christus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *Matth. 19.*

E *Quinque præcepta Ecclesiæ. Primum.* Audire missam, &c.

Qui verò Ecclesiam non audierit, debet nobis esse velut Ethnicus, & Publicanus, vt Christus docet Matth. 18.

Diuina gratia sit, & maneat nobiscum semper. Amen.

In nomine Dei Patris, † &c.

Ante Scholas Meridianas.

DOmine Pater cælestis, concede nobis Diuinam tuam gratiam, vt omnes nostræ actionee ad gloriam & laudem tuam, & in Nomine Domini nostri IESV Christi, prospere inciptantur, & perficiantur. Amen. Pater noster, &c. Aue Maria, &c.

Septem Sacramenta. Primum, Baptismus, *&c.*

Tria præcipua bona opera. Primum, Oratio, *&c.*

Septem opera misericordiæ corporalia. Primum, Pascere esurientes, &c.

Septem opera misericordiæ Spiritualia. Primum, Corrigere peccatores, &c.

Qua mensura mensi fuerimus, eadem remetietur nobis. Matth. 6.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00215

Gratia spiritussanctꝰ sit, & maneat nobiscum semper. Amen. A
In nomine Dei Patris, † &c.

Post Scholas Meridianas.

NOs tibi benignissime DEVS, pro fidelꝭ tuo institutionis, & doctrinæ munere, gratias agentes, te rogamus supplices, vt tua gratia adiuuante in cursu incepto progredi possimus, quo doctrina continuo augescentes, te semper magnificemus, nosq; proximo ad salutem suam iuuemus, per IESVM Christum Dominum nostrum. Amen.

Septem peccata mortalia. Superbia, &c.
De his sic scriptum est. Qui hæc faciunt, Regnum Dei non consequentur, sed morte B
æterna peribunt. Gal. 5. Hieron. 17.

Sex peccata in Spiritum sanctum. Primum. Præsumptio saluandi, &c.
Hæc peccata neque in hoc seculo remittuntur, neque in futuro, vel difficulter remittẽtur.

Quattuor peccata in cælum clamantia. Primum, Homicidium voluntarium, &c.
Huiusmodi scelera à Deo semper terribiliter vindicantur.

Nouem peccata aliena, &c. Eiusmodi hoc pacto peccatorum alienorum participes coram
Deo existimamus, non quia, ac eadem ipsi perpetrauerimus.
Gratia Spiritussanctꝰ sit & maneat nobiscum semper, & dignetur etiam nos ab omnibus
his peccatis clementer liberare, & confouere. Amen.

Feria quinta ante, vel post Meridiem, absoluta iam Schola, debet loco primę Orationis ad honorem agonis Christi Domini sequens Oratio recitari. C

BEnignissime Domine IESV Christe, qui pro meis & totius mundi peccatis, calamitates, angustias & dolores plurimos sustinuisti, & intrabiliter prorsus sanguineo sudore maduisti, atque in omnibus ab Angelo confortare voluisti, concede mihi misero peccatori, vt ego in omnibus meis aduersitatibus me ad te conuertam, & in ijsdem à tuo Angelo confortari, & eadem in consideratione tua Sacratissima passionis, pro sanguine largas lachrymas profundere possim. Amen.

Feria sexta post Scholas Pomeridianas, loco primæ Orationis in honorem Christi morientis dicatur sequens Oratio.

O Domine IESV Christe, rogo te per acerbitatem tua Sanctissimæ Passionis, qua pro nobis in Cruce affectus es, præsertim verò in illa hora, in qua nobilissima tua anima D
à tuo Sancto corpore decessit, vt mea anima misereri velis, maxime cum a corpore meo soluenda fuerit, ne tua crux & Passio in me, & alijs peccatoribus pereat. Amen.

Die Sabbathi post Scholas, ante, vel postmeridianas, ad honorem Sanctissimæ Virginis Mariæ.

Salue Regina, Mater misericordiæ, &c.
Sed & idem Ferdinandus Archidux, reliquas Ludimagistris leges sanxit, Scholasticis
quoque communes, Inter quas, ea, quæ ordine est quarta, hæc habet:
Cuiabunt omnibus sextis feris horam meridianam insumi in recitanda lectione, quæ,
præterita die Dominica, Catechismi Petri Canisij proposita fuerit, sine vlla prolixiore explicatione tam Catechismi, quam Euangelij. E

Scholam maiorem Catechismi, siue Doctrinæ Christianæ, esse instituendam, & cur. Cap. XV.

QVoniam verò non minor est Virtus, quã quærere, parta tueri, ideo Maior Scholæ Doctrinæ Christianæ institutenda est, ad quam ij solum admittantur, qui ipsam Vniuersã perdidicerint. Et verò, fructus, qui ex ea percipiuntur, hi sũt.

1 Nõ dilabitur ætas illa, alioquin lubrica, cũ noua exercitatio fit statis diebus, & horis, cum piarum rerum ad meliora excitatur. Ea verò exercitatio fit statis diebus, & horis, cum sub uno Præfecto, qui ex oratorio deligitur, colloquuntur, cuius que ductũ sequuntur.

Continetur

A 2 Continentur intra cancellos pietatis, frequentiore peccatorum expiatione, atque sumptione Sanctissimæ Eucharistiæ.

3 Delectu, & partitione munerum quibus addicuntur, iucundius Diuino huic negotio assuescunt.

4 Præfectos Oratorij, quibus reliquarum doctrinę Christianę Scholarum cura est demandata, tamquam noui milites, seu Tyrones, (futuri suo tempore Præfecti,) magnopere iuuant.

5 Visendis Scholis inuigilantes, & rationem adhuc iuuandarum diligentius addiscunt, &, quę digna sunt emendatione, obseruantes, Præfectis fideliter referunt.

6 Sic uerò & operariorum numerus augetur, fequę ipsa cum (nitratur hęc tota) admistratio, futurę (ut res ferunt) inclinationi perpetuum sit fulcrum.

B Hęc igitur Schola Venetijs primo institutа est, additis legibus officiorũ, & quarum cumque aliarum rerum ad eam spectantium. Quod Patriarcha Priulo Cardinali, ceteriſque Prudentibus Viris etiam atque etiam inuicem consulentibus, omnium uotis exceptum est.

Principum filios esse præcipuè rectè instituendos. Cap. XVI.

PRimum illud maximi momẽti est cogitare, in Principum filijs sitam esse spem penè omnem subleuandæ Christianæ Reipublicę. Quod cùm Gregorio Tertiodecimo Pont. Maximo perfuasissimum esset, ad curam instituendorum seminariorum adiecit alteram istam iuuandi Principum filios, quacunque ratione posset, hoc est, allegationibus, litteris, donis, Religiosorum hominum monitis, euocationibus, ac quantiscunque sumptibus. Quamobrem & antequam huic Mundo oculos C clauderet, uidit, si qua cadentium rerum futura erat erectio, hanc ex solicitudine ista pendere summopere. Cùm verò plures, quorum supra meminimus, sapienter scripserint de institutione Principum: (S. Thomas Aquinas inprimis) nos teneriorum, (nempe adhuc puerorum) educationem spectantes, quæ his præ legenda iudicant viri probi, & prudentes, modo dicemus.

GREGOR. xiii. PONT. MAX. cura ega filios Principum.

Vbi igitur usu aliquo rationis ualuerint, nonnihil de perfectione Christianæ Religionis innocentibus adhuc, atque puris illis mentibus omnino insti lluetur: inde nimirum uirtutum Christianarum præstantiam sensim percepturis, & sontem agnituris, unde Ethnici deriuarunt in suos libros, siquid boni deprompsere. Expedit autem quàm quod maximè, ut prius hoc, quàm ipsa Gentilium rudimenta degustent: quo- D rum præcepta qui prius addiscunt, ęgrè demum de Diuina sapientia concipiunt, quod erat primò concipiendum.

Capita aliqua de perfectione Christiana primo instillada filijsPrincipũ.

Facti grandiusculi compendium aliquod Vitæ Domini IESV CHRISTI & audiant, & memoriæ mandent: Id uerò diximus uel ex Petro Galatia, uel ex Iansenij in suam Euangelicam concordiam præfatione esse petendum: nam uterque id præstitit perdiligenter. Si quis autem nosse cupiat rationes, quibus ad hoc prouidendum permoueamur, eæ fusius scripræ sunt in nostro libro, ubi actum est de Theologia catechetica. Accedat iam grandioribus, selectarum sententiarum ex Prouerbijs, & Ecclesiastis, siue item Ecclesiasticis, ac Sapientiæ libellus, præter Christianum Catechismum, qui facilè (ar grauiter) & pro eapu Principum exponatur. Cur enim hinc potius quàm ex Isocrate, Epictero, & alijs, quos postea legere ipsimet poterunt, haud E ordiantur? In eos uerò libros, quod iã monuimus alibi, scripsit breuiter ac doctè idem Iansenius. Iam si Principũ filij politicæ, ac bellicę administrationi addicti fuerint, iam dauerim illis prælegi Iosue, & Regum historias, eorum, quos Deus in Sacris literis summa prouidentia posteris proponi voluit. Qui verò Poetę audiendi illa ætate sint, peti inde poterit, ubi de ijs tum priore, tum postremo huius Bibliothecæ libro scripsimus; Quemadmodum & de historicis, ac de comparandæ uetæ eloquentiæ ratione diximus ijs locis, qui earum facultatum materijs fuere attributi.

Cõpendium Vitæ D. IESV Christi, ubi de necessitate docendi Catechismũ.

Prouerbia, Ecclesiastes Ecclesiasticꝰ Sapientię liber præsertim Epicteto, Isocrati, & alijs.

Filijs principum, qui se militiæ addicunt, quidnã prælegendũ.

Ac quidem Duci rei bellicæ futuro perutilia erunt pleraque, quę de seminarijs militaribus sequente tractatione, ad calcem huius libri adiecimus, Sed & proderunt Septem illæ regulæ Innocentię, quæ S. Ferrãdus Carthaginiensis Ecclesiæ Diaconus mi

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00217

ste ad Reginum Comitem. Nimirum, Qualis debeat esse Deus religiosus in actibus ministerij. Extant item Græcè, & Latine Basilij Imp. capita sexaginta sex Exhortationū, Quibus sanè omnia, quę ad bonitatem & Pij Principis officium spectant, accuratè sunt scripta. Sin Principum filij Ecclesiasticis munijs fuerint addicendi, cum quæ de Seminarijs Clericorum planius in Quinto huius Bibliothecæ libro diximus, tum tria inter alios libros opuscula erūt suo tēpore ijs legēda, quę de Vita B. Caroli Card. Borromæi, Augustinus Valer. Card. Veronæ nitidè, augustè, ac cum pietate conscripsit. A

De Sodalitatibus pijs, ac præcipuis Scholasticorum. Cap. XVII.

SEquuntur Sodalitates, quæ certis legibus constituræ, magis ad perfectionem aspirant, sub Patrocinio, siue Beatissimæ Virginis, siue aliorum, quibus curæ est in Cœlis cura Militantis Ecclesiæ. B

Franciscus Costerus.

Et quidem, ut hæc de re agens monet è nostris Theologus Franciscus Costerus, haud difficile est, adolescentes, dum Præceptorum curæ committuntur, in officio retinere; sed maximè curandum est, ut sic eorum animi pietate imbuantur, ne metu tantùm, aut glorię cupiditate, aut alterius rei contemplatione uirtutem sectentur: uerum ut animis ipsis Dei metum concipiant: Diuinoque amore succensi, ad studia incitentur; vtque ea, quæ ab alijs hauserint, aliquando in proximorum vtilitatem conferant. Sic enim constantius virtutem, ac pietatem colent, neque ad oculum seruiēt; & haud aliter priuatim, nullo teste cōscio, quàm palā rectè viuent. *Ad quas res* (inquit) *efficiendas, tamesi exempericmta docuit, valere plurimum plas cohortationes, egregiarum virtutum exempla, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta, quotidianum Missæ sacrificium; indicatum tamen, & re ipsa deinceps comprobatum est, multum momenti habiturum, si adolescentes pijs, sanctisque legibus in unam societatem conueniant, & ad rectè sanctèque viuendum semetipsos quibusdam quasi vinculis astringant. Nos hæc eiusdem leges, quoniam non omnibus sunt ad manus, adiecimus.* C

Quid maximè in adolescentum animis imprimè dum.

Leges Sodalitatum quales. Cap. XVIII.

POrrò Leges (vbi rectè res geritur) solent esse huiusmodi, vtquæ Sodalitas sub patrocinio Sanctissimę Virginis Dei Matris instituta est, hęc admittat, & foueat illos, qui studio Christianæ pietatis incensi, ab omni vitiorum labe, & contagione refugere, & diuinitus impertita sibi charismata, ac dona tueri, atque augere nituntur: quive præstantia uirtutis adducti potius, quàm ullius metu supplicij, disciplinam ita adamarunt, vt in ea quàm diligentissimè retinenda, atque obseruanda ad Christi Domini gloriam, & Virginis Matris honorem, exemplo suo ceteris prælucere maximè cupiant. Quotquot autem huiusmodi Sodalitati nomina dant, dum in probatione versantur adhuc, vel postquam probati, admissique fuerint, sua peccata confessione Sacramentali expiant, non solùm ad mentem, animumque ritè purgandum, sed etiā ad plenariam indulgentiam consequendam, si quam huic eidem Sodalitati summus Christi Vicarius tribuit. D

Sacramentum frequentatio.

Sacramentum confessionis octauo quoque die, sacrosanctæ Synaxeos quintodecimo: necnon festis diebus Beatissimæ Virginis (nisi Confessario secus uideatur) obeunt: Id autem quo fructuosius faciant, adhibent præparationem diligentem, tum inquirendo in semetipsos, & omnia sua dicta, facta, cogitata, probè recognoscendo quotidie (quo toto de genere, ac ratione, vel à Confessario, uel ab eo Patre, penes quē Sodalitatis cura est, docentur) tum pijs aliquibus libris de Confessarij nihilominus auctoritate, ac sententia perlegendis: Absoluta uerò Synaxi, omnes in Oratorio Sodalitatis ingressi, quadrantem horæ in gratijs Diuinę Bonitati agendis insumunt. Cum autē ad tuendam sanctimoniā, ad maiorem indies gratiam à Domino IESV Christo ineundā, orationę, ac meditatione secundā sanctissima Sacramenta, nihil sit efficacius, idcirco singulis minimum Dominicis diebus, festisque Beatissimæ Virginis manè, vbi surrexerunt, statim in Oratorium conuenientes, horæ dimidio in uita Christi Domini, aliisue rebus è Præfecti præscripto, mente, animoque piè, atque accuratè uersandis insistunt. Adhæc pro Ecclesia Catholica laborante, pro fidelibus defunctis, E

Orationis studium.

pro

A pro infidelium conuersione, hæreticorumque reductione, pro Sodalitate ipsa, pro benè de se, vel priuatim, vel publicè meritis, prout à præfecto moniti fuerint, precantur.

Ad præcipuum cultum, memoriamque Beatissimæ Virginis retinendam, atque ad eius præsidium, & noua semper bona promerenda, horarias quotidie eiusdem Beatissimæ Virginis preces, Rosarium vel religiosè perfoluunt, singulos item illius festos dies non sine solenni ieiunio celebrant. Stato die singulis mensibus in Oratorio simul omnes ex Officio Defunctorum, quod appellatur, pro Sodalibus ijs, qui ex hac uita migrarunt, Nocturnum vnum, Laudesque recitant. Cultus Dei genitricis, qualis.

Quoquo mense ineunte, Sanctorum nomina de more sortiuntur, adscripta non modo cerræ, quàm à suo quisque Sancto præcibus expetant; sed etiam virtute, in qua potissimum eo mense præsidio, atque ope eiusdem Sancti se exerceant: cuius vbi nabB talis dies aduenerit, suam in eum deuotionem pro suo quisque animi sensu (nequaquam tamen inconsulto Patre, vel Præfecto) aliqua pœna voluntaria testantur. Sanctorum fortitio.

Sodalium ter in hebdomada conuentus habetur, die Dominico sub finem precationis ad audiendam Patris exhortationem; item quo die feriantur à studijs, denique Sabbatho hora diei minimè incõmoda. Agitur autem in ijs, de rebus partim ad rem Sodalitatis publicam, partim ad pietatis, & sanctimoniæ studium pertinentibus, præfertim verò de Sanctorum, & eorum maximè, quos eo mense præcipuè venerantur, gestis egregijs; vt exemplis eiusmodi ad officium, virtutemque vehementius incitẽtur. Sodalium cõuentus.

Aliquoties in anno præcipuas Ecclesias religionis causa cuncti simul obeunt. Certus etiam eorum numerus ex Præfecti descriptione sese interdum ad publica valetudinaria conferunt: ibique tum in humilibus ministerijs, curandisque clementer pauC perum corporibus ægrorum, tum etiam in rudioribus animis Christiano Catechismo excolendis sedulo versantur. Ecclesiarum visitatio.

Curant quàm diligentissimè, ut pacem, atque concordiam non modo ipsi inter se, verùm cum ceteris æqualibus tueantur; seque mutuo pro Christiana caritate ad omnem virtutem opportunis adhortationibus, ac monitis incitant; ab omni vel maledicti, vel obtrectationis genere maximè cauent; nullumque sermonem inducũt, qui aut offendere quempiam possit, aut hanc animorum consensionem ac vinculum vlla ex parte dissoluere. Atque vt reliquos ætate, doctrinaque ipsi antecellunt, sic etiam prudentia, modestia, grauitate præstare conantur. Denique ad sacratissimæ Dei Matris exemplar, in qua perfectissimatum omnium virtutum splendore lucet, ita sese conformare nituntur, vt in quanam sodalitate versantur, ex ipsissmet eorum actionibus, D moribusque facilè quiuis intelligat. Pacis & concordiæ studium.

Qua ratione in Sodalitate admittantur. Cap. XIX.

CVm ergo aliquis uirtutum studio accensus in hunc numerum adscribi exoptat; rem ad Patrẽ eum, penes quẽ Sodalitatis cura est, defert. Ille verò ubi tum ex ipso totam peritionis causſam, consilium que cognouit, tum etiam de illius uita, moribusque quæsiuit; si non repudiandus esse uidetur, primum omnia Sodalitatis leges, atque institutа proponit, ut probè perspicere possit, quid onetis officijue in ea societate incundi suscipiet, deinde mensis ferme spatio probata eius uirtute, ac perseuerantia, consultis, si qui alij sunt, Superioribus, aditũ ei ad Sodalium conuentus, quam dicunt Cõgregationẽ, aperit: sic tamen, ut ex eo die alterũ insuper mensem in probatione uersandũ sibi esse intelligat, quo demũ exacto, de confirmatione apsius itur in suffragia, E quorũ ille parte, si plus dimidia, ornatus fuerit, eodẽ, quo ceteri iure, Sodalis habetur. Probationis tempore quid fiat.

Toto autẽ probationis tẽpore, nullũ ei uel suffragij ferendi, uel sententiæ dicendæ ius est: ad eos duntaxat cœtus, atq; colloquia, in quibus de rebus diuinis in uniuersũ, nec nisi nominatim euocatus accedit. Ipsius interea est, fundamentis uirtutũ, & sanctimoniæ firmiter iaciendis, animo confessione expurgando uacare: item que precandi, confcientiam examinandi, præparandique se ad Sanctissima Sacramenta ratione à Patribus huic muneri destinatis addiscere, neque uerò confirmatur in Sodalitate quisquam, nisi prius huiusmodi piarum exercitationum saltem rudimenta posuerit.

Cum re ipsa, diuturnoque usu compertum sit, quanti cuiuslibet Societatis interfit, eam ab improbis, & impuris hominibus castam, integramq. seruare, propterea si quis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00219

Quo Sodales ex Sodalitate emitti possint.

è sodalium numero, immutata (quod absit) voluntate, solutius, licentiusque se gereret, quàm vt ferendus esse videretur: denique si aliquoties, & priuatim, & publicè monitus, aliisque remedijs amanter adhibitis, nihilominus ad sanitatem redire negligeret, ea de re (Superiore approbante) ad cœtum sodalium refertur, quorum si pars maior minimè retinendum esse censeat, omnino dimittitur. Dimittendi autem causæ sunt illæ præcipuè. Si contemptui sodalitatem habuerit, eiusue instituta, piasue functiones irriserit. Si in scholarum, vel Seminariorum, vel in sodalitatis leges ita peccare perseuerauerit, vt crebris idcirco animaduersionibus puniatur. Si arcana sodalitatis enunciauerit. Si in Præfecti electione cum alio consperauerit, aut minus bona fide suffragium tulerit. Si superiores minus reueritus, minusque ijs dicto audiens fuerit, videlicet Præfecto cubiculi, Magistris, Repetitoribus, itemque sodalitatis Præfecto. Denique si adeo se malè gesserit, vt satis appareat, non modo nihil ipsum in uirtute, ac pietate proficere, sed etiam exemplo suo reliquis obesse. A B

De ijs, qui ad probationem denuo admittuntur. Cap. XX.

IN ijs autem, quæ modò enumerata sunt, si quis ita deliquerit, vt certis tamen de causis nondum planè exterminandus esse videatur, is ad probationis alterum tyrocinium reuocatur, quem ille sine dolorem, sine notam, & ignominiam æquo animo quasi medicinam salutarem accipere, studioque flagrare debet eius loci recuperandi, ex quo per ignauiam, ac negligentiam excidisse: ad summum omni conatu, viribusque contendere, vt præclaris actionibus, illustribusq; omnium uirtutum exemplis præteritæ culpas, offensiones, & scandala redimat.

Ad conuentus verò Sodalium non nisi nominatim à Præfecto accersitus aduenit, sedetque separato subsellio, & quidem vtriusque suffragij, ac sententiæ dicendæ iure priuatus: ea insuper lege, ut ipso cuiuslibet conuentus initio aliquam ultro fibimet pœnam demisse, ac suppliciter à Patre deposcat. C

Huius autem iteratæ probationis summum est spatium mensis unius, quo exeunte, nisi ita satisfecerit, vt recipiendus uideatur esse, tum verò prorsus eraditur ex albo Sodalium.

De Magistratibus, & Ministris. Cap. XXI.

SOdalitatem administrant Præfectus, & Consiliarij duo. Primum in sodalitate locum obtinet Præfectus, creaturque unà cum ceteris sodalitatum, siue item Seminarij Præfectis uicissim in singulos quattuor Beatifsimæ Virginis festos dies, in quos tot sodalitatum comitia collata sunt, eſtque tempus Magistratus eorũ à festo in proximum festum Beatifsimæ Virginis diem. D

Ratio eligendi Præfecti. Vbi dies Comitiorum aduenit, manè in sancto Misse sacrificio sacra synaxis, & pia in eam ipsam rem precatio adhibetur. A prandio deinde in aulâ cuncti conueniunt, habitifque de more Latinis orationibus, & Sanctifpiritus hymno prædecantato, vnusquisque proposita sibi vnius Dei gloria, & re sodalitatis publica, suffragio suo potissimùm eligit, quem omnium maximè idoneum ad huiusmodi præfecturam in Domino iudicat. In quem suffragia plura consenserint, is renunciatur Præfectus, eodemque die, uel proximo in priuatis cuiusque sodalitatis cœtibus Consiliarij pluribus item suffragijs eliguntur: In Comitijs autem Rectori quidem Seminarij suffragiorum duorum, Patri verò sodalitatis vnius duntaxat est ius. E

Qui de futura electione cum ullo seorsum egerit, quiùe die ipso Comitiorum à Sacra Synaxi abstinuerit, is utroque suffragio, uel (ut appellant) uoce actiua, & passiua omnino priuatur.

De officio Præfecti. Partes sunt Præfecti præcipuè, precibus, exemplo, uerbis communem sodalitatis in uirtute progressum, & singulorum ad pietatem promouere: & hac ipsa de re interdũ & cum Patre, & cum suis Consiliarijs agere: si quos è sodalibus in officio segniores animaduertit, eos uel per se, cùm Pater id expedire iudicauerit, uel per Patrem ipsum priuatis monitis, & hortationibus excitare. Que ad sodalitatis utilitatem, ac profectum pertinere in Domino iudicauerit, de ijs in publico reliquorum cœtu agendum curat,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00220

A curat, saltem semel in mense. Omnibus autem in consultationibus (comitijs tamen Praefectorum exceptis) ius est illi suffragij duplicis. Nonnunquam etiam Patri in memoriam renocat morem inuisendi ualetudinaria, & praecipuas Ecclesias aliquas pia ministeria ex instituto obeundi: Quos habet suscepti muneris aduitores, ij vt in officio sint, diligenter curat, & omnium sodalium mores, ac uitae rationes obseruat: in id verò praesertim inuigilare conatur, ut Seminatij, & sodalitatis leges, atque institutа in rem conferantur, Patremq. monet eorum, quae minus rectè custoditi cognoscat: eiusdemq. consilio omnibus in rebus obtemperat.

In ipsis quoque Consiliarijs est gradus, siquidem alter superior, alter inferior, uel secundus vocatur, vtriusque autem est omnibus in rebus, quae ad Sodalitatem pertinent, adesse Praefecto, & quidquid ille praescripserit exequi. Sed superioris Consiliarij munus est propium, sortienda singulis mensibus inscriptibus sanctorum nomina, B adscripitis (vt antea diximus) certis virutibus, ac petitionibus, in schedulas tempestiuè referre, earumq. uirtutum, ac petitionum indicem habere apud se. Atque vt ea iusliber vita Sancti stata narretur hebdomada, natalem sancti diem, & eius nomen, cui sanctus obrigerit adotat, monet suo tempore singulos. Nullum praeterire mensem patitur, quin Sodalitatis leges in coetu publicè recitet, quarum de obseruatione solicitus ad Patrem refert, si quid emendatione dignum animaduertit. Omnia sodalitatis decreta separatum in codicem refert. Suffragia praerogat eum in consultationibus, tum in Comitijs idem distribuit, & colligit ad Patrem deferenda. Absente Praefecto superior Consiliarius vicem gerit Praefecti.

De officio consiliarii superioris.

Huic est curandum praecipuè, vt Oratorium eum reliquis diebus, tum verò quibus C conuentus habendus est, fubsellijs, alijsq. rebus ad id necessarijs instructum sit. Idem Altaris ornamenta, omnemq. sacrorum apparatum sedulò, accurateq; tueatur, darq; operam, ut omnia rite composita, mundaq. sint. festis praefertim diebus, multoq. maximè Beatissimae Virgini sacris: quo toto genere quid agendum, quidue obseruandū sit, Praefecti sententiam, & voluntatem exquirit. Quo die sodalium coetus est habendus cognoscit à Patre, quinam adesse debeāt, eosq. tempestiuè deinde uocat, notatq; deferendos ad Patrem, si qui defuerint. Prima cuiusq. mensis hebdomada officium, quod uocant pro Mortuis, & Psalmodiam ex instituto persoluendam Patri in memoriam redigit, conuocatq. maturè Sodales in locum huic pio muneri destinatum. Initio sui ministerij sodalitatis omnem supellectilem, & instrumentum per apophasim, vel (vt aiunt) inuentarium adnotat, eiusq. inuentarij exemplum dat Praefecto: eiusdem D supellectilis, & instrumenti rationem in exitu redditurus. Nihil eorum, quae sodalitatis sunt, aliis commodat, nihil item ipse aliunde mutuatur Patris iniussu. Hę ferme sodalitatis Beatissimae Virginis, & eiusmodi aliarum sunt leges.

De officio in feriorib. uel secundi Cōsiliarij.

Libri Spirituales pro Sodalibus B. Virginis, quinam. Cap. XXII.

IAm verò de spiritualibus libris, quibus maximè iuuantur, qui in has Sodalitates cooptantur, duo praecipui sunt, praeter alios illos, quos supra memoratimus, vbi de Religiosis eginus. Alter Francisci Costeri Latinus iam, atque Germanicus Christianarum Institutionum in gratiam Sodalitatis Beatissimae Virginis. Alter Italicus Guilielmi Baldesani nomine editus, qui stimulus ad uirtutes inscriptus est. Et quiE dem audio tertium esse, quem Parisijs emiserit Claudius Vadanus Presbyter hoc titulo. *Pia, & Christiana Institutiones pro Societate Beatissimae Virginis Mariae.* At hic nondum peruenit ad manus meas. In libro quidem, quem Costerus edidit, qui & nomine Bullae Sodalitatis erat primò emissus, post professionē Orthodoxae Fidei iuxta Decretum Concilij Tridentioi, quam sodales edunt, agitur de modo confitendi: Examinandi conscientiam: Audiendi sacrum: Audiendi verbum Dei: Orandi: Meditandi: vespere sese ad quietem componendi: Mane surgendi: Mysteria Rosarij recitandi: Remedia contra diuersa vitia, noscendi: Ceremonias Ecclesiae intelligendi: Altius gustā di orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolū Fidei. Verè igitur aureus est liber, & à qualicumq. adolescente (non tantū studioso, uel sodali) numquā depo-

Costeri liber quid contineat.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00221

deponendus è manibus. Eodem autem spectat, quem Polonicè similem (at omnibus communiorē) Martinus Laterna è nostris eualgauit, magno Polonicæ nobilitatis bono. Sed qui Guilielmi Baldesani nomen præfert, stimulus ad virtutem, utilissima cū tinet: Quippe qui diserte ostendit necessitatem ferendi adolescentibus auxilij aduersus intemperantiam. Orationes, quibus eidem resisti possit, Et hæc quidem vtraque decem primæ partis capitibus. Secundæ verò duodecim capitibus dignitatem, pulchritudinem, fructus, precium honestatis, eiusq. vel consequendæ, vel conseruandæ, rationem media. Tertiæ denique partis capitibus decem virtutes adolescenti Christiano proprias persequitur. Hortor autem & seniores, & prouectiores, ut qui liber Hispanicè primū, deinde & Italicè inscriptus est, *Ars seruiendi Deo*; ac Tractatus, *Aude filia*, & Epistolæ Ioannis Auilæ attentè legantur: vix enim facile verbis assequar, quot inde ad Dei gloriam bona consequentur, quibus cordi sit cælestis hæreditatis æternitas. B

Martinus Laterna. A

Præcipua caritatis opera erga Proximos ad Sodalitates spectantia.
Cap. XXIII.

IAm verò cum Sodalitates aliæ omnes Pietatis officijs præcipuè nitātur. Inter hæc autem illa sint, ut communiora, ita Diuinæ bonitati admodum accepta, quæ ad iuuenda Valetudinaria, ad solandos vinctos, & ad mortibundos iuuandos pertinent, ideo præter earum Sodalitatum leges, quæ cuique sunt propriæ, & de quibus plenè extant in libris duorum Cardinalium, S. Praxedis, & Paleotti, hęc quæ sequuntur non tam legere, quam in rem conferre expediet.

Deum placari, & ad misericordiam allici iuuandis Valetudinarijs, & ægrotis, quod & ad mulieres pertinet. Cap. XXIIII. C

QVi igitur ægrotos iuuisunt, ac de ijs bene mereri student, tam spirituali, quàm corporali beneficio Christiano munere funguntur, Deum quantumuis iratū, placatum efficiunt, & alliciunt ad misericordiam. Huc laus illa spectabat viri patientissimi. Ab Infantia mea creuit mecum miseratio, & de Vtero matris meæ egressa est mecum. Oculus fui cęco, & pes claudo, pater eram pauperum, & causam quam nesciebā, diligentissimè inuestigabam, conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prędam. Exempla igitur, mulierū, & virorū, mox eius instituti ratio nē, & causas afferā. Tertullianus nascēti uicinus Ecclesię, ad vxorē scripsit, fuisse hoc Christianę consuetudinis, ut quę item essent coniugatę vicatim aliena, & pauperiora quæque ruguria circuirent, in carcerē ad osculanda uincula Martyrum, reptarent, cibum, potū, & reliqua subministrarent pietatis subsidia. Placida Theodosij Imperatoris Vxor, his à Deo Spiritussancti artibus obtinuit Imperij firmitatē. Quæ de ipsa Scriptores memoriæ mandarunt, ecquem legere, aut Diuinā opem per misericordiæ opera confecutam, imitari pigeat? Verba Theodoret. hæc sunt: Habebat igitur Imperator & aliam utilitatis occasionem, per quā de bonis operibus triumpharet, coniux enim de Diuinis legibus ea sępius admonebat, sępissā tamen perfectè prius eruditęs; Non enim Regni fastigijs eleuata est; sed potius Diuino Amore succensa: Beneficij namque magnitudo maiorē ei Amorē benefactoris excitabat. Repentè ergo ut uenit ad purpurā Claudorū, atque debilium, maximā habebat curā; non seruis, non aliis ministris utens, sed per sęipsam agens, & ad eorū habitacula ueniens, & vniciuique quod opus haberet, prębens; sic etiam per Ecclesiarum Xenodochia discurrens suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, offerens cochlearia, panem frangens, cibosque ministrans, calices eluens, & alia cuncta faciens, quæ seruis & Ancillis mos est solenniter operari. Illis autem, qui ei tales res nitebantur prohibere, dicebat: Aurum diffribuere opus Imperij est; ego autē pro ipso Imperio hoc opus offero bona omnia mihi conferenti. Nam uiro suo sæpè dicebat: Oportet te semper mari te cogitare, quid pridem fueris, quid modo sis: Hęc si semper cogitaueris ingratus Benefactori non eris, sed Imperiū, quod suscepisti, legitimè gubernabis, & harum rerum

Job 31.
Iob 29.

Zeb. 2. ad uxo rem.

Vide Greg. Niss. qui scripsit uitam de eius morte habuit.

D

E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00222

A rum placabis Auctorem. His ergo sermonibus semper usa, velut optimam quandam vtilitatem, Virtutisque abundantiam coniugi suo alioqui ad optima propenso offerebat. Hęc Theodoretus. Secutę porro sunt alię uel nobilissimę Elisabetha Regina Pannonię, Sancti itē Ludouici Regis Mater, & Vxor, & plerqueque eius generis, quas nec matrimonij vinculū, nec Regnorum cura dejunxit à Vinculo caritatis. Sanctę itē Virgines Pulcheria Imperatoris Arcadij Soror, etsi fratris pueri moderabatur Imperiū, eūq; summa cura alebat, ceterę q; adeo eius sorores eadē studia erga templa, erga egenos, mendicos, & aduenas libenter prēstitere. Itaque factū est, ait Nicephorus, ut dolib. 4. c. 1.
mus eorū rectē administraretur, ætas que Imperatoris optata caperet incrementa, & aduersariorū insidię, bellaque orta omnia sua sponte soluerentur. Et Imperator ipse in dies rebus bonis accumulatus, laudatis Sororis consiliis, ueluti uera effigies, & fa-
B tua in optimi Imperatoris formam expolita esset. Hęc ille; qui paullo ante sententiā aureā his de rebus pronunciarat: Amorē inquiens Dei nō consequi homines, nisi seip sos (Dei gratia) factis ipsis idoneos prębeant. Stetere igitur, & aucta sunt summa Mundi Imperia per hęc mulierū opera; & hęreses ipsę bellaque sua spōte ruerunt; pri uatis autē domibus metuetur aliquis casus, si qua ipsīdē se studijs mulier dedat? At me Iiorum illorum pars Virgines fuerunt, aut nuptæ. Sanè verò sed & viduæ imprimis ei rei studeant, quem non monear sanctissimorū hominum Auctoritas? Enumerat & quærit Apostolus in Vidua virtutū Catalogum; vt in bonis operibus testimoniū ha-1. Tim. 5.
beat, filios si rectè educauerit, ut hospitalis sit, pedes Sanctorū lauet, afflictis vt a-
bundanter præbeat; omne ut opus bonum subsequatur. Illis (inquit B. Hieronymus)
tribue diuitias tuas, qui non phasides aues, sed cibarii panem comedunt, qui famem
C expellant, non qui augeant luxuriā, intellige super egenum, & pauperem, omni peretē te da, sed maximè domesticis fidei, nudum vesti, esurientem ciba, ægrotantem visita. Multa igitur eiusmodi ad Saluinam, ad Herontiam, ad Furiam, viduas, ea de re cor datissimus uir multa reliqui ferè omnes eius æquales Sanctissimi Basilius, Ambrosius, Augustinus, & quis non? Quorum vtinam nos, qui verbum Dei, Domino miserante, docemus, homilias pieratis plenas ita publicè recitemus, ut aliquando magno cū fru ctu factum est, cum ipsa Patrum scripta ad hæreses conuincendas è suggestis populo legerentur; vtinam, inquam illa potius quam nostra in lucem edamus, conuersa in cō munem linguam, ut populus inde cibum sumat vnde vires ad sempiternam vitam eliciat. Sed redeo ad exempla. S. Basilius leprosis, quos idem ipse curabat, Valetudinarium constituerat. optimi scilicet, ac veri Theologi studium iacentium curatio. Ex-
D tat in illud B. Gregorij Nazianzeni Episcopi Sermo, undique caritatem spirans, de pauperum Amore, ac de Valetudinarijs. Ad leprosos visendos, & iuuandos ut mise rkordia dignissimos, quibus inquit, semper est maior morbi motus, quam spes sanitatis, adhortatur Dei vir. Et Sanctum Ludouicum homini eo morbo laborāti inseruisse, cibumque flexis genibus ministrasse, à maioribus nostris accepimus. Ita misericor diā misericordi Regi præstante, qui ab hominibus non mult vinci, Deo. Albigensium, hæreses ad nihilum recidernnt; Regnum ad antiquam frugem, auitamque religionem redijt, ipseque Rex præclarissima pro Christi fide itinera confecit.

Argumenta contraria refutantur. Cap. XXV.

E Ritne igitur mulieribus hic præclusus bene merendi aditus? minimè: Quia enim multū in eiusmodi rebus laborarunt in Domino, commendantur ab Apostolo. Ac iudicium de viris tantum non feret: notissimo die integerrimus Iudex fœminas etiam de pieratis operibus interrogaturus, & si quæ id egerint, eodem or naturus præmio. B. Hieronymus cum Furiam nobilissimam mulierem ad talia hortaretur: Consurgent, inquit, proceres aduersus Epistolam meam, turba patricia detonabit me magum, me seductorem clamitans, & in ultimas terras deportandum, addant si uolunt & Samaritem, ut Domini mei titulum recognoscam. Sed quid ille adhæc? vt muliebrem animum ad pietatem roboraret. Memento (inquit) te non esse eius, cui nata es, sed cui renata, idest Christo. Talia si qui aduersus Sancta hæc munera proferant, præsertim qui non tractant Diuina mysteria, quique vix auribus corpo-

ris

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4

© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00223

ris audiunt uerbum Domini, non ita fortè mirandum videatur, sed illud omnino indi- A
gnum Christiano, intolerabileue, quasi hæc centies legerint, aut etiam alios monue-
rint, quia non ipsi forsitan id agunt, reliquas Christi animas à neoptima auertunt. Ac
ego ne languentes attrectè, ualetudinaria inuisam, cum pauperibus manducem? dic
tu verò o uir bone quorsum qui Christi opus auersaris, Christianus diceris? quorsum
illa sponsio? quæ (ut B. Chrisost. ait) tota vita rememoranda est, & semper medità-
da, & ad omnem progressum, & tentationem hoc verbum repetendum. Abrenuntio
tibi Satana, & adiungor tibi Christe? quorsum iureiurando adacti militiam Christi
professi sumus? quorsum denique præmia facientibus hæc, non facientibus sempiterna
supplicia? Veritas proponitur, accedis quidè (addit Nazianzenus) crimine con-
strictum non deest qui domo excipiat, quique etiam adulterij non domus solum, sed
etiam mensæ participem faciat, ac sacrilegum vitæ socium asciscat, cumque ijs, à qui- B
bus detrimentum aliquod atque iniuriã accepit, amicitiæ fœdus percutiat, horũ con-
tra à quibus nulla molestia affectus est, corporis vitium non secus ac crimen quoddã
auertatur. Ita nitij melior conditio est, quàm morbi, atque inhumanitatẽ, ut libero
homine dignam amplectimur, humanitatem autẽ, & condolentiam, ut turpẽ, & inho-
nestam contemnimus. Arcentur ab Vrbibus, arcentur à domibus, foro, Concilijs no-
stris, festorũ celebritatibus, conuiuijs (ò acerbam calamitatẽ) ab ipsa quoque aqua
nec profluentibus quidẽ fontibus ipsi cum ceteris mortalibus communiter fruuntur,
nec aliter creditur, quin fluuij spurcitiem aliquam, ac fœditatem ab ipsis contrahant,
quodque mirũ atque absurdum est, quos ut placula submouemus, eosdẽ, ut nihil no-
bis molestiæ inferentes, ad nos rursum conuertimus, non donum impertientes, non
alimentum necessarium, non uulneribus medicinam, non uestẽ morbum eorum pro C
uiridi obuoluentes. Hactenus Theologus.

Ceterum non desunt, qui si quam amplectì miserorũ causam uelint alia ratione pal
pent. Tene quæ filios habes lactantes, quæ vitam degis cum coniuge, inuisere ægro
tos, vlcera cernere, habitum maleolentem odorari, haurire? Quid verò si isti ex ulce-
re mulierculæ ægrotæ Virginem Catharinam sanctissimam Senensem olim uidissent
faniem ebibentem: aut B. Dominicum vermes ex alterius plaga excipientẽ, ut in pau
perculis Christo cõpatientes, se ipsos, qua nulla uictoria maior est, uincerent? horruis
set credo quod ad plurimarum mulierum innumerabiles obscenitates fortasse nõ fit:
Non ita verò Christus, qui vermem in gemmã Dominico mutauit, & leprosos, quem
B. Francifcus osculatus fuerat, sanitatẽ restituit. Non ita Christus Dominus qui Ca- D
tharinæ è suo dulcissimũ quidpiam pectore propinauit: testati quæ fanies, atque vlce
ra in mendicis, & ægrotis sunt, ea cælestè lac cælestes q; gẽmas misericordibus esse la-
turã. Sed age, uideamus quid ad hæc ipsa Spiritus Dei aduersus Spiritum Satanę per
Greg. Nazia Zen. in eodẽ ser. Nazianzenum tot ante sęcula respondit. Sin hęc (ait) conferre nequis (doctrinã) at
hæc quidem secunda, & minora, quæque tuæ facultatis sunt, præsta, subueni, cibũ por-
rige, uestem præbe, medicamentũ adhibe, uulnus alliga, de calamitate aliquid percun
ctare, de patientia orationem habe, bono esto animo, accede, haud quaquam ex ea re
labefactaberis, haud quaquam vitiũ contrahes, etiam si homines nimium molles, ac
delicati hoc existiment inanibus rationibus decepti, uel potius hoc fiue molliciei fuę,
atque inertiæ, siue impietati prætexant, ad timiditatẽ, & ignauiam, uelut ad magnum
aliquid ualdèque scitum confugientes. Hoc tibi & rationes, & mediei persuadent, E
atque ij qui eos domi curant, ex quibus nondum quisque eo periclitatus est, quod
ad eos propius accesserint. Atque vt hoc demus, rem istam formidolosissimã, ac fu-
spicione dignã (loquitur de attrectandis, & curandis leprosis) o ferue Christi, & Dei
atque hominũ Amore prędito, ne tamen demisso, ac degeneri fis animo; uerum side
fubnitere, ignauiam misericordia Dei, metus, molliciem vincat, memb rum tuum est li
eet, calamitate frangatur. Tibi licet animo sorti prętera, pauper derelictus est, ut Deo.
His, quę à Nazianzeno dicta sunt, libentius utimur quam nostris: si quis contradice-
re audeat, auctoritate tanti Theologi facilius refutetur.

Quid verò si quis puret uetularũ hoc tantũ munus esse, adolescentum non itẽ: Quip
pe quod & ipse Apostolus Sexagenariã eligendam esse in uiduã monet? Sed prætер
quam

A quam quod exempla Virginum, quæ allata sunt errorem hunc tollant, vnde obsecro, mulier norit, senem se futuram, vt ad canitiem bona pietatis opera feruet? Cur Dominus, qui languentium omnium voluit esse quasi typus, & primitiæ, vt in ipso, tamquam membra reliqui sanctificarentur, Magdalenam pedes suos vngentem non repulit, non reliquas, quæ adhuc florebant ætate? Præsentit hunc Satanæ astum S. Hieronymus, quãobrem scripsit ad Saluinam: Nec re (inquit) moueat, quod eũ sexagenaria eligatur in viduam, putes adolescentulas ab Apostolo reprobari, & te crede eligi ab eo, qui dixit, nemo adolescentiam tuam contemnat. Sed in periculum vocabitur pudicitiæ, quę mulier valetudinaria inuiser. Quid? pauperrima mulier senex, infantes, & plerique omnes decumbunt in valetudinarijs fere animam agentes, pus, tussis, febris, dolores, vndique miseros excruciant, & putabis hęc pudicitiæ aliquod damnum

B allatura? Quanto potius intra fines honestatis & pudoris cohibitura sunt feminas ad libidinem maximè proclives? Nam vt satius est ad luctus, quàm lætitiæ domum ire, ita nulla re melius fit, ut caro Spiritum sanctum sentiat festiorem, quam si sensibus ipsis perfentiscat, quibus conficiatur malis, quisue exitus huius pulueris, quem circumferimus, sit futurus. Et verò, ubi tam multi semper adsunt, ut sit in publicis Nosodochijs; & unde eum primum quis conualuerit è morbo, cum vix pedibus suis stet, ei emigrandum est aliò, hoc inijcies scrupulum? Quamquam (vt plerunque in Gallia, & alibi fit, ubi virgines, & mulieres omnium fere nobilium valetudinariorum curam susceperunt) fœminas separatim à mulieribus, viros à viris inuisi cupimus. Cauendũ NOTA itaque erat inprimis, ne, quod culicem excolentes, deglutientes autem camelum, mul

C ti perfæpe faciunt, quodque sanctissimis Synodis cautum est, fanos, & adolescentes, quos minimè omnium deceret, ne commodi aut famulatus nomine circumsisterent in priuatis ędibus ancillæ, neue ipsi mulieribus adhæresceremt; ne item quas ad mensas ex Christi patrimonio accire deberent pauperes, ad illas quasi ad tabernam, & ganeum Matronas, Virgines, & omne famulitium illarum accerserent, (non possimus ruente Rep. Christiana Christianè non loqui) cauendum inquam, ne ad loca libidinum, ne quid grauius dicam, ad chorea, ad ebrietates, & conuiuia, quæ omnium fœditatum scaturigines sunt, diu, noctuque puellæ, nuptæq; fæpissimè admittantur: vt fidicinæ, & psaltriæ, & istiusmodi, ut S. Hieronymus ait, chori diaboli protrubentur exædibus, non mulieres illæ à Valetudinarijs arceantur, quæ ad pauperes, idest, ad Christi hæreditatem adeunt; Tum non inani, sed solida religione coleretur Deus.

D *Ratio visendi Valetudinarij. Exempla recentiora. Fructus. Cap. XXVI.*

SEd esto res Sancta ægrotorum cura, num huic operi semper, aut quiuis operam dabit? minimè quidem, omnia enim membra neque eundem ætum habent, & vt in Ecclesia cuncta ordinatè fiant, fanxit beata illa Pauli anima. Quid igitur incommodi fit, si quater, aut quinquies (dicam decies) singulis annis honesta matrona, vidua, aut quæuis alia (bona parentum aut coniugum venia) valetudinarium visat, iuuet, tantum diem beneficij collatura erga pauperes suæ parœciæ, utque ordine id fiat, sodalitas piarum mulierum ea de re constituatur, quæ cuique diem suam certam que tribuat, quemadmodum summa cum honestate ac fructu Lugduni, & Tolosæ fu

E perioribus his annis actum est? Hoc verò tempore alibi inchoatum, re cum administratoribus communicata, cauissique ab ijs comprobatis. Extat libellus de toto hoc ordine Galliæ, non ita pridem Lugduni euulgatus. Ducentæ Matronę curam illam susceperunt. Tot aduenæ (ut magnum illud Galliæ emporium est) qui è castris venerant, cum sua corpora pro salute orbis Christiani, tormentis bellicis, & atrocissimis hostibus obiecissent, partemque sanguinis fudissent, Christianæ pietatis erat, ut solatium languoribus aliquod reperirent, eamque pietatis Lugdunensium laudem, tanquam meliores merces, ad Germanos, Italos, Heluetios afferrent. Hoc ipsum facile in alijs Ciuitatibus futurum, nisi Satanas, vt solet nobis torpescentibus, aut etiam (ò turbulentam tempestatem) impedientibus, omne pietatis iter interrumperet.

Ad viros venio, referta omnium Patrum scripta sunt eius rei. Christus dixit, Apostoli prædicarunt, Sancti fecerunt Episcopi, iusserunt Synodi, Martyres sanguine consignarunt

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00225

signarunt. Ethnicorum, & Apostatarum pernicatiam aut fregit, aut flexit hæc pietas. Arsacius Episcopus ab ipso infensissimo fidei hoste Iuliano iussus est, vt Valetudinariorum curã susciperet, idemque ut facerent alij, hortaretur; multa millia tritici uniuque ad hoc opus attributa à Tyranno, quod à nostris nullnera, morbosque suorũ militum, à quibus tamen immensa mala perpessi fuissent, benignissimè curari cernetet. Quibus autem idẽ Deus est, eadem fides, Sacramẽta, Scriptores, Patres, addo naturã, si gratiam repulimus, homines hominibus nati, nostrorũ membrorum, appropinquant te Dei iudicio, curam abijcimus? Parentes sũ filios festis diebus, quos eiusmodi operibus, precationibusque inprimis Sanctos esse Dominus voluit, ad custodias, atque ad Valetudinaria adduxerint, ijsdem vt rebus assuescant, exemplo docentes, ad quantã frugem, altitudinemque breui tenellas plantas perducent? Iustitiam, Prouidentiam Dei, misereriũ hunc vitæ præsentis fructũ oculis ipsis intuebuntur, vt & paullo post munita cælesti metu pectora confidentissimè opponant illecebris voluptatem, & Domini misericordiam misericordia sibi cumulate conciliẽt.

Quod ifad mulieres, laicosque ac pueros hoc officium pertinet, quàm verò cognatum erit, ac proprijs facerdotum? Nemo non ad hanc palestram descendet, si quæ oratione extollimur, non ad fastum, neque ad quæstum pestilentissimũ, sed ad rem ipsam accõmodemus. Adeo perrumpuntur omnia durissima exemplo: nec ferreum ullum cor inaccessum est pietati, cum populi eorum, qui dicuntur sal, lux, pabulum, sapientia condiantur ad caritatem, opere inflammentur, nutriantur autem sæpissime sacramentorũ cibo. Nemo hæreticus, vt tandem homines benefactis allicuntur, non redit in fidem; aut nisi conuertitur, confunditur, & ea quæ prius comprobauerat, tandẽ (vt virturis indiuidua comes est laus) velit nolit, probabit. Ita præcorum Patrũ pietas gentium in se efferarum oculos, animosque conuertit. Ita Scytæ, Thraces, inhomitæque aliæ nationes, cerueicẽm sub Christi iugum posuerunt. Refrixit caritas, ita fides sensim extincta est, & qui populus cælestem hæreditatem expectabat, nostra negligentia præsertim, ac desidia causa cecidit, perpetuisque cruciatibus addictus est. Quid dicturæ tot animæ Christo iudicante, quid Christus responsurus, cum nobis adscribentur hæc omnia? Hinc igitur sanctum illud consilium, ut prope Canonicorum, Monachorumque templa Valetudinaria, & Xenodochia extruerentur. Patres erant Abbates, ita pauperes, filij. Episcopi pastores, ita populi erant greges. Vtrinq; concionatores, aut opus ædificabant, aut verbo, exemploque sustinebant. cessatũ est, cessauit amor subditorum; &, ut in animis à recto auersis plerunque fit, patuerunt omnia hæreticis, Atheis, iræ Dei sæuienti, & nondum finis. Vicena hominum millia alicubi ætate patrũ nostrorũ sub patrocinio S. Magdalenes erant, sodalitati cuiusdã Valetudinarij nomina dederãt; subueniebatur ægrotis; lectulos, & eius generis reliqua; cũ diem obirent, quisque Valetudinario legabat, Ciuitas vnius labij, quæ eiusdem erat caritatis: Nunc uix reperitur, qui hoc faciat. Si qua verò in Ciuitate instaurari id cogitetur, quantus forsan infelicium rumor existet? quanta hæreticorum inuidia? ne Ecclesia Christi, ut per hęc aliquando suos habuit exortus, ita pristinos progressus faciat?

Aly fructus hinc. Cap. XXVII.

AT habebit ne alias vtilitates hæc res? sanè plurimas, quæ fortasse ad hæc capita redigantur. Primum quod dignitatis amissæ splendorem Ecclesiæ recuperabit; hominibus vel in hoc mundo edentibus pietatis exemplum, pacẽque ac consensionem inter ciues souentibus, vel in altero coronas, quæ numquam putrescunt, à Domino impetrantibus. Deinde hi, sese morituros recordabuntur, quæ mortis memoria sæpissimè, ni reuocetur, intercidit, spectris vanissimis huius sæculi perpetuo à sempiternæ felicitatis cogitatione nos auocantibus. Itaque qui in Parœcijs pauperimi languent, uiseruntur; laborantibus verò præter subsidia corporis, consilio etiam, monitis, solatio feretur auxilium. Hæretici ipsi, vt diximus, allicientur ad fidem. Iacentibus in Valetudinarijs, quæ sæpè impendimus in conuiuia, nostro etiam dedecore ac damno irridentibus nos intercã, quos pascimus ex ære Christi, manus porrigemus. Et à Christo nostra accipiente, cuius gazophylacium, ut rectè quis dixit, manus

S. Petr. Chrysologus.

A manus pauperis est, quid non expectes? Mercedem ille maximam pollicetur danti calicem aquæ frigidæ, & erit aliquis qui huic mercedi inuideat, suumque lucrū alieno, & Christi commodo honorīq; anteponat? Qui parcè seminat, huic & parcè colligturū metur Apostolus. Et nos ut parcè, ut nihil seratur, præsertim vbi ipsa urget necessitas; vbi inflati posteri, maiorū suorum legata, quę ualetudinarijs testamento reliquerunt, certissima sua pernicie, non soluunt, haud monebimus? Sunt aūr prȝsertim in Gallijs, erāt Virgines pietate, q̄ corpora, quę mercatores Turcis, & Barbaris, milites aūt igni ac ferro ob oculos uitā offerunt, p̄ Christi amore, p̄ pauperū, patrię q; salute deuouerāt. Qui cōualuerint ex morbo pueri, puellæve à pijs mulierib. excipiēt̄ur, ut in fide, ac disciplina morū alantur, ut aliquā artē addiscant, si quis sanus iā, sed non integris uiribus admissus fuerit, ope pioꝝ subleuabitur. Talib. igitur hostijs (ve ait vas illud) promeretur Deus. Neq; ex tritico, quoduis serat, nascetur urtica, & si quis nutauerit in fide, aut ab hac alienus fuerit, & firmitatē, ut Gȝ adio cuidā; & fidē ut contigit Cēturioni, à Deo accipient. Vt illustria interim exempla ista, fructusq; vberrimos taceam. Særeptanę uidę quę maluit uitā perdere, q̄ eleemosinā: Magdalenæ, quę modo Christus ungeretur, obtrectātiū ora nihili fecit, aliarūq; innumerabilia, q̄ in eę lis fulgebāt, sicut astra in pœtuas ȝternitates.

Paulus ad Hebræos i.

Vide Augustinum epist. 100.

Tractant Deum leuiri iuſtendis ys, quia in Cultudis aſſeruantur. Cap. XXVIII.

B PLacandi Domini optima est Rō, quam Apostolus uitā excellētiorē uocat: charitas hęc est, quę non pōr non flere cum flentib. non ægrotare, cum ægrotantib. non ligari cum vinctis. Sola hęc, quę salutis eternum præsidium est, ut B. Chrysostomus ait, sine qua Concionator fier cymbalum tinniēs, & æs sonans, nihilq; erit quisquis vel ipsum corpus in ignē trad iderit, vel quantæmuis fidē habuerit. Ideo & Paulus (inquit S. Ambrosius) fundamentum posuit Christum, ut supra eum opera Iustitię locaremus, quia Fides fundamentum est: meque verò fatis est bene loqui, bene exhortari, uel ut idē ille, Sāctus uir subiungit, bene velle, fed ēt bene facere. Nec fatis est iterum bene facere, nisi id ex bono fonte, hoc est bona uoluntate proficiscatur, hilarem enim datorē diligit Deus. Nam si inuitus facias, quę tibi merces est? Vnde Apost. generaliter, inquit, si uoleus hoc ago, mercedem habeo, si inuitus, dispensatio mihi credita est. At Sanctissime uir, quæ nam ipsa sunt liberalitatis Christianæ opera, in quibus alibi omnem nostrę disciplinę summam constituisti? Perfecta inquies liberalitas, fide, causa, loco, tempore, commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa si sciente te fidelis egeat, si feias eum fine sumptu esse, fame laborare, ærumnā perpeti, qui præsertim egere erubescat. Si in causam eecideric, aut captiuitatis fuorū, aut calūniæ, & non adiues, si sic in carcere & pœnis, & supplicijs propter debitum aliquod iustus exercuerit: nā (etsi oībus debetur misericordia, tamen iusto amplius) si tempore afflictionis suę, ni hil à te impetrer, si tempore periculi plus apud te pecunia tua ualeat: quam uita mortuiſde quo pulchrè Iob dixit: Benedictio perituri veniebat in me. Hæc S. Ambros. Ergo grandis culpa, insigneq; facinus est, teste tam locuplete, si captiuo, eiq; qui in carcere est, opem non feras. Sed & alia sunt, quę nos urgeant. Necessitas huius tpis, Natura, Præceptum Domini, Consuetudo bonorū, exempla. Iam (ut ferunt) plena hęc calamitatis tempora, sępe in uinculis asseruantur, qui flent ad cętera incommoda hoc fibi acerbissimū accessisse, non posse non versari se cū hęreticis totos dies, qui non minus, ac si tenerent oēm libertatem, sacrosancta Ecclesię dogmata, Sanctiss. Eucharistiā, cęteraq; omnia à Christo instituta mysteria rideant, ac uerò si quem possint siue fraude, pecuniaq; seu lenocinijs ad suas partes illicitant, sępe se, quamuis magistratus secus iusserit, diebus se ptis Pręfectorum carceris defidia, aut exigua fide, facra nec audire, nec audire, nec tamē hęreticos his contentos esse, si quis ad supplicium educatur, hunc illos horrari, instare, ut pro hęresi eorum audaciter, temereq; moriatur, in religionē Catholicā tum contumlias grauiores iacięres. Quid igitur faciat, qui falsrem āiarum fitit? Magistratum in primis adeat, bona huius venia, uisat interēlū custodias, cōsoletur oēs, si minus reuocet ad sanitatē hęrericos, saltē Catholicos retineat in fide, arq; ad pietatē cohortetur. Quanto sanctum hoc pietatis officiū uehemētius oppugnabit impiorum dicacitas, tanto maiore in illud incūbat faceredos pius. Tūc anteibit facię eius Iustitia illu, & gloria Dñi (nō mentiente Prophęta) colliget eū. Cōcionator aūt siue Aduentus, & magni Ieiunij, siue

Matt. 5. 3. in Matth.

lib. 1. off. c. 29 in fine.

S. Amb. lib. 1. off. c. 30. amat.

in epist. ad Timotheum c. 5 S. Amb. lib. 1. off. cap. 30.

Marc. 9.

2. Corint. 9.

Iob 29.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00227

alio tempore si rogetur, aljs vt in Tēplis, ut fit, post conciones Verbū Dei exponat, re- A
spōdeat, si quis eius rei erga captiuos curā suscipiat, se libenter pro rōne suarum virium
obtemperaturū: sin minus, nō videri Christianū, ut qui cęlestis pabuli nullū solatiū hā-
bent, quiq; nequeunt ad publicas accedere cōciones, eos sine verbo Dei, præsertim quo-
tpe ad sacram fynaxim parandi sunt, relinqui. Quā multi optime IESV, qui cū multis
es in tribulatione, in fidem redibūt, quot hęresim antea professū, tum veterē perfidiā de-
testati, tua sanctissima carne vescentur, quam multi per te, verbo tuo vtęs, ad interiora
cordis penetrāte, qui emittis vinctos e lacu ope piorū emittentur, ut quorū familię sum-
mo in mœrore versabātur, tibi liberatori Deo uota soluet, tuumq; benignissimū nomen
in sęcula utriq; concelebrabunt? Quis igitur tā excors, qui nō intelligat, nullā esse dete-
stabiliorē impietatē, q; auertere hoīes ab eo, quod uel ipsa oīb. animantib. natura præscri-
bit, vt iuuent suos, & qui sunt in aliquo periculo, jjs vt opitulēturˀ. Laudantur à scripto- B
rib. Ethnicis filiæ duæ, quæ Matrē altera capitali crimine dānaram, altera Patrē in vin-
culis proprio lacte aluerit: & tā admirabilis spectaculi nouitas ad Consulū judicii per-
lata, remissionē pœnæ mulieris impetrauit, vt qui eā conseruasit historiā, in hęc verba eru
perit, Quō non penetrat, aut quid non excogitat pietas? Et verō erit aliquis, qui uelit
haberi homo, qui ista non probet? aut qui ante tribunal Christi speret coronā pietatis, q
fratrem suū non dilexerit, sanguentem etiam, ac uinctum, ac mœrore confectum sit asper
natus? Quid si nos (vt vtinam non fateri debeā, nos esse pp peccata nostra infernū com-
meritos) essemus in uinculis, studium pe hominum, & eiusmodi erga nos officia respue-
remus? quod itaq; natura cogente, mihi etiam peccanti optem, eur charitate urgēte frā-
tri, fortasse & innocenti negem? Accessit aūt ad naturę legem Dei Præceptum, quo & hu-
iusmodi ad rerum studium (ait Nyssenus) hēt uim conciliādi. Regni cęlorum, & quib. il C
Orat. Funeb. de Basilla Martir. vi. videlem. la cordi nō sunt, hi Deo Iudice maledicti, futurū sit, ut in æternos ignes deturbentur. Et
tamen uide (ait Beata illa Chrysostomi aīa) quomodo leuia iniungit, non. dixit, in-
carcere eram, & non eripuistis me, infirmus, & non curastis me; sed non visitatis, & nō-
uenistis ad me. Fremant igitur licet ofores Christianorum opum, clamitent esse faci-
nus, quod ore proprio Dei Filius unicuique, quanto magis sacerdotib. intrime cōmenda-
uit; nihil nos de ista deijciat, nihil ab opere Christi Christianos remouerit. Qd uerō
SS. Pont. sp obseruauerunt, id nos non nouū, sed sanctissimū existimemus. Quid? Iurispe-
riti, & legum humanarum latores uincula non ad pœnā, sed ad custodiā esse testantur; &
quanquā aliquando ad pœnā sunt, num animis ad fidem deserēdā, an corpori esse ad cru-
ciatus tolerandos, dicere, quispiā audeat? Sint igitur ista hoīum, non Christianorum,
quorum aīos Charitatis radius nondum illustrauit, quādo crudelitas nulla īsatiabilior D
est, quàm quę sęuit in animas, quę pretiosissimo Christi sanguine redemptæ sunt.

Exemplis eadem res comprobatur. Cap. XXIX.

HÆc sunt, quę sanctissimos uiros permouerunt ad custodias uisendas, ne dicā, il-
lhic sępe innocētes, dum de eorum cā cognoscitur innocētes detineri, quorum
dolorē leuare, aut mœrorē abstergere Angeli ipsi suscepta corporis specie sępis-
Gene. 40. sime cōsueuerunt. Nemo ignorat missū à Dēo Prophetā ad Danielē in lacu pascendū
Iosephū aūt Iacobi Patriarchæ filiū legimus oblitum unciorū suorum ministrasse re-
liquis; Quorsū hoc? nisi qđ eorū animos cōsolatione pmulcens eigebat ad cęlestia, nec
tristitia (ut Apostolus docet) sinebat mętes abs torberi, & tā (ait B. Chrys.) nō ut un-
cto Dūs illo usus est, sed ut curarum particip, immo, ut eo, qui ibi detentorum curas be
ne consolari queat. Qui nō solum (inquit Ambr.) carcerē non sentiebat, sed etiam alios E
quoq; e carceris lenabat ęrumna. Vide igitur, ut seruientib. Domino, aliorum ēt compe
des, uincula, ęrumnę non nobis solum cooperantur in bonum, uerum cęlestē quoque li-
1. Pet. 3. et 4. Greg. Naz. in hum. die Pas. chæ. Cyrill. Alex. in Cap. 2. Zach. cap. 14. Zach. cap. 9. Greg. in epist. 37. bertatē acquirunt. Quām uerō Concionatorē Domini gesta interius meditātē nō mo-
ueat exēplum Chri descēdētis ad reterrimū carcerē inferni, ut nō solū Patres inde educe
ret, uerū ēt sicut Princeps Apostolorum ait ijs, q in carcere erant, spūaliter uenięs pdica
ret, q increduli fuerāt aliquando, qñ expectabant Dei patientiā in diebus. Noe cū fabrica-
retur Arca. Vt plene itaq; crederēt, qui plenē tū nō credidissent, eō benignis. Dūs declē
dit, ut quēadmodū à Zacharia pnunciatū fuerat, emitteret vinctos in sanguine testamēti
ex lacu, in quo nō erat aqua, I. quos uinctes (docet Greg.) in carne p fuā gratiā in fide
&

A & bona operatione saluauit. Ita sæpissime Spiritus sanctus animas nostras saqueis peccatorum vinctas non desinit visere, pulsat ad ostium, vt soluti peccato, & tamquam per eum manumissi, in sanctitate, & iustitia vitantes aliorum miseriis compatiêtes. Celebris est Christianæ mulieris pietas, quæ B. Athanasium aluit in cisterna, quandiu furor persequentium repressus est. Illustre vero illud, atque ab Episcopis, Patochisq; suspiciendum exemplum quod S. Greg. de uito Dei Paulino recitat. Hic enim cum apud se aliud nisi se inuenisset, miseratus artumnã mulierculę, cuius in Africam filius captiuus à Barbaris deductus fuerat, se ipsum pro illo Vicarium, seruumq; præbuit, filio matris restituto, ad excolendum Barbari hortum se dedit, tandem hęc respiciente, qui non dormitat Deo, omnes ciuitatis suæ captiuos reduxit in patriam, cuius Episcopus erat. Quænam maria caritatem poterunt extinguere? hanc ille in Afri-

Vide Syn. Rt. Zach. Pont. S. Aug. Plura in ep. ad Eudoxium. Metaph. pulcher rima Paulini.

B cam pro sua Ouicula transmisit, ille se ipsum Barbaro oppigneravit, quod Nicolaus Abbas pro Adolescente facere voluit. B. Dominicus pro alio item cogitauit. Et nos miserrimi verborum quidem solatia ad custodias affe remus? Paucos ante annos Frã ciscus Picardus, summus Concionator, qui Theologiæ studijs, ac nomine non ad fcietiæ ostentationem, sed ad legem vitæ, populiq; salutem vtebatur, cum quidam Patrisijs raperetur ad carcerem, non ferens hominis miseriam, prius bona pecuniæ summa cum liberauit è vinculis, quam in vincula conijceretur. Inde illa eius vis, veraq; suada mellifla in concionando, ut cuius doctrina non ex affectata, multipliciue rerum varietate ornata dictione, sed ex dilectione Populi metiretur, eam illustribus factis confignatam adhuc insixam in animis retineant, posteris etiam perpetuò relicturi. Hoc igitur (ait Ambrosius) maximum est incentiuum misericordiæ, ut compatiamur aliC quam possumus. Melius est enim pro misericordiæ causas præstare, vel inuidiam perpeti, quam prętendere inclementiam, venos aliquando in inuidiam incidimus, qui cõ fregerimus vasa mystica, ut captiuos redimeremus, quod Arianis displicere poterat, nec tam factum displicere, quam vt esset, quod in nobis reprehenderent. Quis autem est tam durus, immitis, ferreus, cui displiceat, quod homo redimitur à morte, femina ab impuritatibus Barbarorum, quæ grauiores morte sunt, Adolescentulæ, vel pueruli, vel infantes ab idolorum contagijs, quib. mortis metu inquinaban tur? Quã causam nos, etsi non sine ratione aliqua gessimus, tamen ira in populo profecuti sumus, ut confiteremur, multoq; fuisse commodius astrueremus, vt animas Domino, quam auram seruaremus; Qui. n. sine auro misit Apostolos, & Ecclesias sine auro congreganit. Aurũ D Ecclesia habet non ut seruet, sed ut eroget, & subueniat in necessitatibus. Quid opus custodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus quantũ auri, & argenti de Tẽpio Domini Asyrij iustulerunt, non ne melius conflat facerdos propter alimoniã pauperũ, si alia subdidia desint, quam sacrilegus asportet hostis? nonne diĉturus est Dominus cur passus es tot inopes fame emori? & certe habebas aurũ, ut ministrares alimoniã. Cur tot captiui deducti in commercia sunt, nec redempti? cur tot occisi sunt? melius fuerat ut vasa vincentium seruares, quàm metallorum. Hæc S. Ambrosius.

De Nic. Abb. qui fuit Imperat. Monetes vide lib. Metaphras. in Sanctos. De Dominico vide eius vitam scriptã à Theodor. Lyne.

lib. 2. ref. c. 29.

Recentioribus exemplis idipsum comprobatur. Cap. XXX.

E Vt igitur ad eadẽ unde digressi sumus, exempla reuertamur, duo Adolescẽtes nobiles, ijdemq; fratres, cũ oẽm ætatem egissent in hęresi, Cõcionatori Catholico, quẽ antecẽ ad supplicũ ducerentur, accessiuerant, testati sunt, verisima credere se efse quæ doceret, propterea qđ eo sæpe visente custodias, populumq; ad pietatis opera exhortãte, multa chartaria signa erga se, cęteros q; vidisset. Profecti ad equuleũ populo frequẽtissimo, Deũ opt. laudantib. oẽb. mortẽ constantissime tulerũt.

Ante biennĩũ quatuordecim Triremes erant Massiliæ in statione: Nemo eorũ, qui esset in vinculis, peccata sua fatebatur, nemo à multis annis acceperat Sanctiss. Domini Corporis Sacramẽtũ. Permixta hæreticorũ fex, qui cũ Geneuensem Catechismũ antea didicissẽt, ẽt vinĉti uinctos Catholicos docere audebant: plerig; fideles opera quoq; hæreticorũ, & dolo malo in illas intrusi, miserrimũ ducebant uitæ genus. Alij. n. cũ præscriptum pœnarũ tempus iã absoluissent, catena, fame, tormẽtis confecti, solatio suorũ, concionatorũ q. præsentia, rebus verò oẽb. orbati, illhic squalebant. Quid tũ fa-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00229

ceret Christianus vir? an quia nemini erat cordi illorũ salus, ne forte uideretur nouã A
rem, ne paullo laboriosiorẽ, ne dicam, fordidã tractare, tãtam benedictionẽ omitteret? haud sane credo; Præfectũ Classis adijt Concionator, rogat ut qui vir satis pius sit, cũ miserear tot animarũ, quæ ad eundem fontem eadem Christi gratia, qua illemet, atq; adeo ipsi Reges, si tantum spiritualiũ dororũ habeatur ratio, imbutæ sunt, satis esse in continenti irritatũ Deum, nisi ẽt in mari iustissima illius ira, tamquã contra nouos Aegyptios prouocetur. Aderat qui rem magnopere iuuit Illustr. Card. Strotius, fit ipsius præfentibus omniũ, qui longis nauibus præerant, conuentus, decernitur unicuiq; triremi Cõsessarius, Regiæ quadriremis curam suscipit Concionator, nonnullis ad eamdẽ rem aditus in posterum permissus, multas hæreses abiecere, oẽs ferè confessi sunt peccata, ex quib. quidam duodequadragesimũ iam annum natus, hominẽ (ut ille Euã gelicus) nũ habens, ad hoc Sacramentũ non adierat. Catechismis, & Rosarijs per tri- B
remes distributis die Christo resurgenti sacro, Eucharistiã solutis peccato animis, uin ẽti corpore reuerentissimè, sientesq; acceperunt. Non ita multo post, quia non mẽti tur Deus reliqua se adiecturũ quærentib. primò Regnũ Dei, Rex ueritate cognita magnũ eorũ numerũ, qui aut hæreticorũ opera eo fuissent immissi, aut facinorũ suorũ pœnas iã luissent, dimittit iussit. Similia quod ad pietatẽ attinet in publicis custodijs contigerunt. Gratiæ à Malsilienssibus a Deo acẽ, & Catholica Religionis fides eorum animis firmius inhęsit. Habes latè patere campum pietatis, quẽquis ferere bonũ cupis.

Argumenta contraria diluuntur, errores q; aperuntur impiorum. Cap. XXXI.

Serm. de Passione Domi. Obserua qui lucrosũ sit malum salutari misereri.

ET tamen cum hæc ita sint, aliæ eo audaciæ proruunt (inquit S. Gregor. cognomento Theologus) vt dicant: A Deo illis est afflictio: à Deo nobis prosperitas: C
Et quis ego sim, qui Dei decretum rescindam, ac Deo me beniginorem præbeam? ægrotent, afflictentur, in calamitate versentur, ita censuit Deus. Atq; hic solum Dei amorẽ præseruent, vbi Oboli custodiendi sunt, atque aduersus miseros insolescendum est, illud quidem ex oratione liquidò constat, eos Deum felicitatis suę auctorem nequaquam arbitrari. Quis enim de pauperibus eam sententiam habuerit, qui qui dem sustrũ omnium facultatum Auctorem Deum agnoscat? Eorundem quippe est & à Deo aliquid habere, & eis, qui habent pię, ac secundum Deum uti.

Hæc ille de pauperibus, quæ ad omnes afflictos pertinent, qui cũ fusiùs ad cuncta respondisset, Non multũ (ait) ab ijs, qui nausea, & vertigine afflictantur, dissimiles sũt, qui omnia sursũ, deorsumq; verti putant, cũ ipsi vertantur idem. n. his, de quib. loquimur, accidit. Neque. n. Deũ sapientiorẽ esse se sustinẽt, q̃ primum ad euentum aliquem D
ipsi correpti hæ crint. Hactenus ille. Ceterũ hi proximè alia licet rõne ad vesaniam Lutheri accedũt, nã vt ille resistebat ne Christianus bellũ cõmitteret eum Turcis, qđ hos diceret iustitiæ, ire q; Dei administros, ita illi ne afflictis captiuisq; opẽ feramus, desistũt.

At (inquient) hac via secreta vinctis aperiri iustitię legitimus cursus impediri potest. Quasi verò Christus è cælo descenderit legem naturæ subiaturus, aut Cęsaris, Regiue iura turbaturus, qui caritatẽ, Euãgelij; neruũ, ac finẽ prędicarent. Pharisęorũ igitur illa sunt, qui cũ seruatorẽ aĩos ad pietatẽ inflãmaret, cũ Regem se velle creare, tributaq; prohibere dari Cęsari mẽtiebantur. An verò ancillis, ac seruis (ne peiora cõmemorẽ) patebunt fores ad ędes corporis importãdas, facerdoti aũt ad aĩę cibũ inferendũ occlu dentur? & cũ in facello publicè (nã alibi neq; loquimur, neq; loq nisi præsentib. multis vellemus) sacrũ corã ijs fit, non itẽ licebit concionari, ad fidẽ miseros hortari, monere E
aũt, ne quem p̃ quim dolorũ falsi accusent, ne Ecclesię Catholicę scita deserãt, hæreticos ut fugiant, fentiãt quantũ noxæ meriti sunt, qui aut hoĩes, in quib. imago Dei est, crudelissimis animis enecarint, aut Christi Sacrosãcta mysteria ipsiq; Regẽ cruẽtis manib. inuaserĩ, & q̃ sunt alia multa, vnde plecti se iustissimè sẽtãt, impios in Deũ, ingratissimos in parẽtes: vnde doleãt, & à Dño misericordiã petãt; Eaq; tõne si minus iusta Magistratuũ, saltẽ sũmi Iudicis nõ interitura fupplicia declinẽt. Vtinã igitur cogitent Parochi, reliquiq; quibus à Domino talentum est creditum, quantum etiam ex hoc officij genere ad facerdotij dignitatem acceder, nam in carcere ut otio, inopia, vexatio ne intellectum dante, aures ante veritati obturarant, dum uacuæ peccato præbean-

tur

A tur ita tam monitorũ uim suscipient, susceptam meditabuntur, atque ut erga Pastores sẽtim afficiẽtur benenolẽtia, ita de factis quoq. mysterijs, ac de Ecclesia rectius sentiẽt.

Opus est igitur ne ita rogare pro reis, an potius increpatis, et si, an ad peccandum
maior detur occasio. Cap. XXXII.

Sed opus ne religionis sit rogare pro reis, Magistratuiq. modestè miserorum ẽrũnas exponere, fortasse non omnino pium. Primum quod approbari delicta, quę insectanda sint, leuioraq. haberi omnia videantur, plerisque verò hac lenitate abutentibus, vnde mederi putes paucorum incommodo, multis ansam des male faciẽdi. Hanc ipsa olim, qui in Africa magistratum gerebat Macedonius, Augustino pro reo intercedenti obiecit. Quæ tamen Sanctissimus vir longiore epistola confutauit. *S. Augustini epist. 54.*

Nos pauca de pluribus hoc loco. Nullo modo ergo (ait) culpas, quas corrigi volu-
B mus, approbamus, nec quod perperam committitur, ideo uolumus impunitum esse, quia placet, sed homines miseramus, facimus autem, seu flagitium detestantes, quanto magis nobis displicet vitium, tanto minus uolumus interire vitiosum; facilè enim est, atque proclivè malos odisse, quia mali sunt; rarum autem, & pium eosdem ipsos diligere, quia homines sunt, ut in uno simul & culpam improbes, & naturam approbes, ac propterea culpam illius oderis, quod ea fœdatur natura, quam diligis. Non est iniquitatis, sed potius humanitatis societate deuinctus, qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator. Et paulo post: Noli ergo dubitare hoc officium nostrum ex religione defendere, cum Deus, apud quem nulla est iniquitas, cuius summa potestas est, qui non tantum quid quisque sit, uidet, verum etiam qualis futurus sit, præuider, qui solus potest iudicando non labi, quia in cognoscendo non po-
C test falli, facit tamen, sicut Euãgelium loquitur, solem suum oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos, cuius mirabilis bonitatis, ut simus imitatores, Dominus Christus exhortans. Diligite (inquit) inimicos vestros, & bene facite ijs, quode runt vos, & orate pro eis, qui vos persequũtur, ut sitis filij Patris vestri, qui inęqlis est.

Senecę autem verba illa affert: Omnes odit, qui malos odit, & tamen ideo diligendi sunt mali, vt non sint mali, quemadmodum vt non permaneant, sed vt sanentur ægroti.

Neque verò quod lenitate, ac indulgentia plerique abutantur, idcirco deferendum officium est: Deus enim (inquit) in patientia sua perseuerat, perpauca in hoc sæculo puniens, ne diuina prouidentia non esse credatur, & multa seruans vltimo examini, vt futurum iudicium commendetur.

D Sed indulgentia fiunt deteriores, quique auctores eorum liberationis sint, si quid rei perpetrauerint, eandem culpam sustinebunt.

Nihilo minus cum intercedimus (ait Diuinus ille vir) pro peccatore damnando, sequuntur quæ volumus, siue in ipso, qui nostra intercessione liberatur, vt uel immanius impunita grassetur audacia subdita cupiditati, ingrata lenitate, æque unus mortiereptus, plurimos necet; uel ipso per beneficium nostrum in melius commutato, moribusq; erepto, alius male utiendo pereat, fibiq; huius impunitate proposita, talia, vel grauiora committat, non vt opinor, hęc mala impunanda sunt nobis, cum intercedimus nobis, sed potius illa bona, quę, cum id faciamus, innuemus, & nolumus, ideò cõmendatio manuetudinis ad conciliandam dilectionem uerbo ueritatis, & ut qui liberantur à temporali morte, sic uiuant, ne in ęternam, unde nunquam liberentur, incur-
E rant. Prodest ergo, & seueritas uestra, cuius ministerio quies aduinatur, & nostra prodest, intercessio, cuius ministerio seueritas temperatur & uestra. Non nobis displiceat, quod rogamini à bonis, quia nec nobis displicet, quod timemini à malis.

Instat deinde Sanctus uir, ut Macedonij animum molliat erga peccantes, sciatq; sacerdotum, siue Episcoporum pro reis rogantium diligentiã alijs etiam rationibus excitari. Cum enim (ait) super peccatores tanta sit patientia, tanta misericordia Dei, qua les non esse oportet homines erga homines, qui hanc uitam nostram quantacumque cum laude commendemus, eam sine peccato esse non dicimus? quamquam etiã post nonnulla subiungit, si ita uiueremus, ut non esset quare diceremus, dimitte nobis debita nostra, quanto à nequitia purior esset animus, tanto clementia purior esse deberet,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00231

vt si non conjungeremur sententia Domini dicentis. Qui vestrum est sine peccato, A
prior in illam lapidem iaciat, ipsius, qui hoc dixit, sequeremur exemplum, qui cum
vtique esset sine peccato, ait mulieri, quam præterijt illi reliquerant: nec ego te con-
demnabo: Vade, iam deinceps noli peccare.

Virget porro Macedonium, quod & ipsi Iudices Laici intercedant, pro Clericis apud
Episcopos, & quod inhumanissimus iudicatur, si non interueniat, qui irato, siue alicui
punienti fortuito superuenit. Cumque qui causas hominum suscipiunt, libentius in
foro defendant, quàm accusent, tamen defensorem plurimum distare ab intercesso-
re, scio: uerum autem Legis vindictam, quæ in veteri testamento, nouj Testamenti in-
dulgentia mitigatam, & quamquam frustra non sint institutæ, potestas Regis, vis gla-
dij Cognitoris, unguæ Carnificis, arma Militis, disciplina dominantis, seueritas et-
iam boni Patris, habere tamen hæc omnia suos modos, causas, rationes, vtilitates, B
huicque rerum humanarum ordinationi contrarias non esse intercessiones, piorum
præsertim Episcoporum.

Obserua qui alios iudicas & punis.

Quales verò in peccatis animaduertendis esse deceat Iudices, pulcherrimo Domi-
ni exemplo docet his uerbis:

Proinde licet accusatoris alia persona sit, alia defensoris, alia intercessoris, alia
iudicis. Sic tamen etiam ipsos crimium vltores, atque in hoc officio non ira propria
concitatos, sed legum ministros, nec suarum, sed aliarum examinatarum iniuriarum
vindices. Quales iudices esse debent, terruit censura Diuina, ut cogitarēt sibi propter
peccata sua Dei misericordiam necessariam esse, nec putarent ad culpam sui officij
pertinere, si quid erga nos misericorditer agerent, quorum vitæ, necisq; haberent le-
gitimam potestatem. Nam cum ad Dominum Christum Iudæi adduxissent mulie- C
rem in adulterio deprehensam, eumque tentantes dicerent, quod iussa esset lege lapi
dari, ac deinde quærerent quid de illa ipsa præciperet, respondit eis: Qui sine pecca-
to est vestrum, prior in eam lapidem iaciat, ita nec legem improbauit, quæ huiusmo
di reos iubet occidi, & illos terrendo ad misericordiam reuocauit, quorum iudicio hæc
posset occidi. Et post: Cædat igitur huic sententiæ pietas Christianorum, cui cessit im
pietas Iudæorum.

Vincti quo tempore ni sendis & Sacramentis, atque aliys officijs iuuandi, prius quam supplicium de his sumatur. Cap. XXXIII.

Dicet nunc aliquis. Tu ne etiam eos, qui in Custodijs sunt, putas vltimo post D
Maioris leiunij tempus? sane inquam, & eo tempore, & semper, hoc est
saltem semel octauo quoque die. Nam cum quis horrore mortis perturba-
tus sit, cum parentum, affinium, & amicorum multiplices species animum uexant, iā
iam moriturū, & Satanas omnes nocendi artes adhibet, hominem antea, vel hæresi-
diu imburum, vel aliis criminum nexibus implicitum paruo temporis momento ex-
pedies ad Christum, fidemue agnoscendam, ad mortem libenter subeundam, ne dicā
ad reuocanda in memoriam, quæ commisit peccata, ad negocia domestica, alienaue ex
plicanda, ne quam litium causam relinquat suis, ac denique ad dignè sumendum Eu-
charistiam. Nam hanc siue ante aliquot horas, siue pridie eius diei quo ad supplicia
Reus ducendus est, non modo cum Theologis nostri temporis infrigidoribus, non cum
Romano vsu, vbi quis eam expetat, & paratus sit, uerum etiam cum Canonum san-
ctione mœrore confectis, vt uiaticum necessarium, dandam cur non putem? Et An- E
gelus sudanti sanguinem Christo, qui Crucem subiturus esset, apparuit confortans
eum, ut quod in Capite, quod erat fine peccato, factum uidimus, hoc in membris, quo
rum etiam peccata maiore egent solatio, faciendum omnino sit.

Eucharistia damnatis ad mortē posse prius dari. Dominic. à Soroin 4.sē. 9.1.art.11.

Iam uerò ex Latronis exemplo, quem in Cruce ipse Crucifixus benignissimus Do
minus seruandum curauit unusquisque intelliget, reliqua eius generis officia Deo esse
gratissima: Quæres in nobilissimis Prouincijs honestissimos homines mouit, ut aut
damnatos capite utsque ad mortē prosequerentur, aut postea precationibus, & quo
quisque posset auxilio demortui spiritum lauarent, corpus aurē efferent, & sepultum
ijdem ipsi traderent; sodalitates item probantibus Pontificibus ea de re institutæ hu-

Sodalitas Toloſ hac de re inſtituta fuit.

minum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00232

A minum Laicorum magna cum laude, maiore cum merito. Adeo nihil non apertum
caritati, cuius modus est non habere modum, vult Christus. Quid igitur si quis eandem rationem aliò transferre cuperet, infigne ne audereet facinus, atque ideo prorsus explodendum? Credo qui sapiunt, quas Christi sunt, vt aequissimo animo patiuntur, ex longinquis, & à fide quoque alienis Regionibus meliores quotidie meteces ad nos importari, ita quibus pietatis operibus ditemur, si quas aliunde aliqui inferre studeant, non aegrè admittuntur, nisi iam simul negent, opus esse pietatis, reliquias sanctorum, quia alij Athenis, alij Hierosolyma, aut aliunde fuerunt aduectæ, non esse retinendas. Quid item si quis cadauera eorum, qui à Magistratu morte multati cum caritate decesserunt, facræ sepulturæ dicat esse mandanda, quod & ijsdem Canonum sanctionibus, & Summi Pont. auctoritate, & nobilium Prouinciarum
B consuetudine fit, impia ne illius erit oratio, aut pietas? neminem sanè meritis dicturus opinor. Quæ enim corpora sanctitatem acceperunt, aut amissam morientes per Sacramenta recuperarunt, siue voto, seu re ipsa, caritas horret, vt vulturibus, & cornis re linquantur, ut canibus dentur, nisi si quid eiusmodi sit, quod propter summum exemplum diutissimè in omnium conspectu uersari debeat.

Inter pietatis opera, illud esse pernecessarium & summa caritatis, quo iuuantur moribundi. Cap. XXXIIII.

AD extremum, qui è morbo, aliove casu decessuri sunt ex hac Vita, iuuandi sunt, quam qui maximè: primò, quòd eo in momento spes æternæ salutis fira est, deinde quod Satanas calcaneo tum insidiatur moribundi, ne Chri-
C sti Domini Regnum augeatur: omnes autem artes explicat eo tempore scientissimus artifex, quod modicum sibi iam superesse spatium intelligit, post quod perpetuis vinculis est alligandus. Accedunt in ægrotis tentationes, & corporis cruciatus grauissimi: vt qui eis operam impendat misericordiæ, tantumdem & ipse morituras, ac centuplo amplius sit à misericordiosissima Domini manu accepturus. Porrò ad hoc pietatis officium præstandum, cum quæ generatim Sanctissimi Viri posteris reliquerunt, tum quæ continentur libello Ioannis Polanci Theologi Societatis nostræ, de iuuandis morituris, sunt utilissima. Legant item qui libenter istas benemerendi de Deo occasiones amplectuntur, quæ Augustinus: Bernardus; Hugo à S. Victore; Innocentius III. proposuere. Veruntamen, & quę à Synodis hac de re sunt tradita, magni debent esse ponderis, à Colonienſi, cap. nono; ab Augustana, cap. 20. à Nouatenſi cap. 4. Quo loco scriptum est: Cum Sacerdos audierit aliquem infirmari de Plebe, quantocius ad eũ pergat, aquam benedictam super eũ, & per omne cubiculi asperD „ gat, deinde septem Psalmos recitet cum precibus pro infirmis, postea lecto appro„ pinquans, in quo decumbit infirmus, eum blandè ac leniter alloquatur, ut omnem „ suam spem in Deo ponat, ut flagellum Dei patienter toleret, ut hoc ad purgationem „ suam prouenire credat, vt peccata sua confiteatur, ut emendationem promittat, si „ Dominus vitam concesserit, pœnitentiamque pro culpis spondeat, ut vitam suam, „ dum adhuc sensus, & ratio id eo uigent, disponat, ut pecccata sua eleemosina redimat „ ut rectam fidem, & credulitatem teneat, vt de misericordia Dei numquam desperet. „ Sed aurea Tridentinę Synodi uerba in Sacerdotum cordibus fondenda sunt, quæ ita „ habent: Clementissimus Redemptor noster, qui se seruis suis quouis tempore vo„ luit de salutaribus remedijs aduersus omnium hostium tela esse prospectum, quemad„ modum auxilia maxima in sacris alijs præparauit, quibus Christiani conseruare se „ integros dum viuerent ab omni grauiori spiritus incommodo possint, ita extremę vn„ ctionis Sacramento tanquam firmissimo quodam præsidio munuit; nam & si aduer„ sarius noster occasiones per omnemuitam quęrat, & captet, vt deuorare animas nostras quoquomodo possit, nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ
E „ uersutiæ neruos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam si possit, Diuinæ misericordię deturbandos, quam cum impendere nobis exitum uitæ prospiciat.

Aug. Serm. 42. ad Fratres in eremo, Bern. 02. medit. & c. 23. de interr. domo. Hugo à S. Vict. lib 2. de Anima ca 2. Innoc. 3. lib. 2. de miseria hum. condit. cap 41. Habetur in 4. To. Concil.

ARGV-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00233

ARGVMENTVM QVINTI LIBRI.



IIS, quæ hactenus ad communem omnium vitam informandam, vel in officio continendam spectare diximus, succedunt interiora, Quibus MILITES, CLERICI, FAMILIAE RELIGIOSAE sunt instituendæ. Hi verò omnes cum Christianæ Reipublicæ Seminaria possint esse vtilissima, si rectè initio excolantur, res postulat, vt de his formandis, conseruandis, augendis, Deo assirante, agamus.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00234

ANTONII POSSEVINI

SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Quintus

DE MILITVM, DE CLERICORVM, de Religiosorum Familiarum Seminarijs.

Militaris institutio, unde. *Cap. I.*

C SCRIPSERE plures de disciplina militari prudenter, ac docte, siue Græci & Latini antiquitus, siue nostro hoc seculo patria lingua non pauci. Quorum huic capiti Catalogus adtexetur. Veruntamen quoniam ea integrè non sunt persecuti, quæ ad nobiles, qui sese militiæ dedernet, excolendos, atque ad sacerdotes informandos, quos in castris versari necesse sit, viderentur apprimè conducere: nos cùm multis ab hinc annis aliquam istarum rerum ideam concepissemus (etiam in castris siue Gallicis, siue Moscouiticis, atq; Polonicis cum de Pace eo allegati fuissemus) eam hic ad excitanda ingenia, quæ meliorem facilè comperient, exprimemus.

Primò igitur necessitas libri, quo methodus ea traderetur, petenda esset ex initio Ideæ huius Bibliothecæ Selectæ quam in prima eius editione Romana attulimus.

D Deinde hæc capita siue libri eidem operi inserenrur.

Primum. De Sapientia Dei, quam ille distinguendis officijs, ac disponendis rerũ politicarum ordinibus siue gradibus adhibuit: hinc enim, qui Deo vocante, ad militiam accesserit, intelliget fuisse ordini militari finem quendam, & media recta constituta. Qua de tota re B. Thomas de regimine Principũ: Chrysost. Iauellus, vbi politica Platonis, atque Aristotelis cum Christiana Theologia contulit, præteraliosegerunt.

Secundum, quisnam finis Christiani militis sit: qui quidem finis non est mundanus honos, siue dignitas; neque Imperij, aut finium duntaxat propagatio: neque vin dicta: nec caro: neque diuitiæ. Quæ omnia sumptis efficacibus argumentis à natura, ab Ethnicis item, qui eius ductum rectius secuti sunt, demum à diuina lege, non tam astrui, quàm destrui poterunt. Extant Dialogi Reimundi Sebundi à Petro Dorlando Cartusiano collecti, in quibus mirum est, quàm egregiè quidquid ad hunc finem attinet, tractet, à capite trigesimo quinto dialogi quarti, vsque ad trigesimum octauũ. Idem fecit Ioannes Auila concionator Hispanus, libro optimo, quem inscripsit, AVDI FILIA, tertio præsertim & quarto capite. Hæc spectant quæcunque aduersus singulare certamen, siue monomachiam, aut duellum, plerique sapienter scripsere, ipsumque inprimis nouissimum edictum siue diploma Clementis VIII. de quo supra locuti sumus. At & Lælius Zanchus tractatum edidit inter sacrum & seculare milites, qui hæc apposità perfequitur. Neque verò me fugit egisse alios de honore, ac vera nobilitate, quales fuere Osorius Syluensis Episcopus, Flaminius Nobilius,

Finis militis quis.

Romæ apud Sebastianum à Dõnis 1588.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00235

lius, & ante hosce Ioannes Baptista frater meus suis Dialogis. Veruntamen quæ ex Sebundo, atque Auila promenda esse diximus, medulla cælestis veritatis est, neque ab his setiungenda, quæ è fontibus Peripateticis, siue alij, siue frater deduxerant. Quin & audio, extare Confutationem Puncti honoris Latinè, & Gallicè, quæ nondum peruenit ad manus meas. A

Tertium; E quibus hominum generibus, & quasi partibus vniuersum militiæ corpus constituti debeat. Quam ad rem facit originis, & variorum ordinum militarium narratio planior, quos ad calcem prioris huius libri capitis atrigimus quàm breuissimè. Ad diuersa autem hominum genera, è quibus conflantur exercitus, spectant sacerdotes, animarum curatores, & Verbi Diuini concionatores, de quibus post.

Ex quibus hominibus genera bus conflandus non sit exercitus. 2. Paral. 25.

Quartum; Quinam ad militiam admittendi, ac quomodo probandi. Quinam item dimittendi, nempè hæretici, infames, improbi, nomen Dei & sanctorum blasphemantes, seditiosi, denique tractandis armis inhabiles, & pauidi. Sanè duo illa exempla tum Amasiæ Regis, qui Deo iubente, centum hominum millia dimisit, quos ex Israele iam Schismatico triginta millibus è Tribu Iuda cõscriptis adiunxerat: tum Gedeonis, qui pauciſſimos retinuit in castris, illustria sunt exempla, vnde vberius ista tractentur. Postea respondendum ex Augustino, Orosio, & alijs, si quis afferret aliquid, vnde appareret delectos fuisse milites è varijs generibus hominum, etiam à Christiana Religione dissentientium. Porrò ad delectum habendum pertinent, quæ Leo Imperator de apparatu bellico, & plerique alij, quos paulò post recensebimus, scripta reliquere. B

Iudic. 7. Lib. de Ciu. Dei.

Quintum; Causæ iusti belli quænam sint. Quisnam bellum possit gerere. Quid antea tentandum. Quibus Ducibus & Principibus milites suam operam præstare debeant. An infidelibus inferendum sit bellum, & quatenus. Quę cum alijs, tum Dominicus Soto libris de iustitia & iure, Io. Molanus lib. de rebellibus, & Petrinus Bellus, pertractarunt. Nos item aliqua, vbi de inuandis Indis, deque natura noui orbis egimus. C

Sextum; bellicę uirtutes qua ratione comparandæ, seruandę, augendę. Quomodo item in fide præmuniendi milites, si vel aduersus Barbaros, aut Turcas, uel contra hæreticos sint educendi. Nam etsi optimè quędam huc afferri possunt è Theodoreto de curatione affectionum Græcarum, atque è Ioanne Chrysostomo, Tractatu, siue Homilia, *Quod Christus est Deus*, præcipuè ubi iam Arriani, & Samosateni, atque Ebionitę nouas Atheismi non tam scintillas, quàm flammas excusserunt; ex Lactantio item de Christiana Iustitia, & ex Augustino, atque Orosio: pro ratione tamè præsentis sęculi, magni momenti fuerint, quę Hieronimus Sauonarola in sine libri de triumpho Crucis: Ioannes Auila de Christiana fide, eodem, de quo diximus, atque altero spritualium eius epistolarum libro: necnon quę Ludouicus Granata Introductione ad Symbolum, de hac re scripserũt. Ae inprimis Noster, atq; proprietates uerę Ecclesię erunt docendę, siue ex Operibus Roberti Card. Bellarmini, siue ex ijs, quas nos edidimus, dum Septentrionalem Regem istas de nobis quærentem, instituemus. D

Vide 8. lib. huius Bibl.

Septimum; Num licear, vel adeò necesse sit militem, aut Ducem vacare studijs literarum. Qua de re extat plena Oforij Syluensis Episcopi disputatio, vbi agit de officio Principis & Regis.

Octauum; Quinam historici, & quo ordine legendi sint: Id verò petendum est tum è priore libro huius Bibliothecæ, tum vbi de Historia Humana post librum de Medicina, est actum à nobis. E

Hucc ratio tradendæ Geographiæ pertineret, adnotatis gestis, & locis illustrioribus, vnde illorum facta paterent, in quibus fortitudo & patientia eluxerunt. Machiauelli interim, Sleidani, Nuæ, Bodini, ac similiũ placita: obscęni quoque Poetæ, & fabulosa Amadisij, Primaleonis, & aliorum eiusmodi, quos & infra confutauimus, sic erunt detegenda: vt ab ijs Christiani milites omnino abhorreant. De quibus satis est dictum in Apparatu nostro ad Humanam historiam.

Quod si fuerit cum ijs militibus agendum, qui raptim conscripti, nulla fuerint militari disciplina imbuti: tunc quid quid ad pietatem, ad fidem, ad obedientiam præstandam,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00236

A dam, ad ferendos labores attinet, sensim ea transeas concionatores edocebunt. Auctores autem & loca, è quibus haurire bellicas hortationes facile possint, ferè hæc erunt.

Quæ de bello S. Thomas 2.2. quæve in eum Interpretes scripserunt.

Quæ de casibus bellorum, ac quid belli tempore cunctis agendum sit, ex libello e- Quæst. 40.
xemplotum veteris & noui Testamenti Nicolai Hanapi: & Pauli Orosij historiæ libri septimi trigesimo sexto capite. Hæc autem initio militibus proponenda sunt. Expiatio conscientiæ, Cõtinentia ab inferendis iniuriis. Patientia in laboribus & molestijs. Zelus pro defensione patriæ. Et hæc quidem ex capite quarto S. Bernardi ad milites templi. Ex S. Augustini epistola ad Bonifacium, & ex Bernardini de Busti sermone (inprimis) trigesimo quinto patris secundæ.

Quæ de honestę mortis septem generibus ex serm. 39. eiusdem Bernardini Busti pri-
B mę partis.

Quæ de contemnenda morte, quandoquidem uita hęc miserima est, & aliquando moriendum, & mors bellica gloriosa: sparsim ex eodem Bernardino, præsertim serm. 27. par. secundę.

Quę de mysticis rerum bellicarum explicatione ex Bernardini eiusdem serm. 35. par. secundæ.

Quæ de militum conditionibus, idem eodem sermone.

Quæ militię leges, & militum instituta serm. 27. & 29. parte eadem, idem Bernardinus Bustus.

Qui modi excitandi milites ad pugnam, & mortem ex sermone cap. 1. B. Bernardi ad milites Templi, item cap. 2. & 4. item sparsim ex eiusdem Bernardini Busti memo-
C ratis de milia, & mortis generibus, sermonibus.

Victoriam à Deo expectandam esse: & post partam uictoriam triumphum institui posse, in quo gratiæ simul agantur Deo, ex indice Bibliorum Antuerpiensium Ioannis Harlemij, & aliqua ex Bernardi sermonibus ad milites. Victoria à expectanda.

De patientia ex sermone 8. Bernardini Busti par. 2.

Consolatio eorum, qui pietatis studia colere nolunt, aut verentur propter aliorum iudicia, & irrisiones, ex Bernardini Busti serm. 38. partis primæ: Huc spectat totus sermo præcipuè uersus finem.

At plura etiam extant in Summa B. Antonini: In Dionysio Cartusiano in libro de statibus, vbi de milite: In Damhouderio de variis hominum statibus, atque in alijs eiusmodi: In Martini Azpilcuetę Nauarri capite 11. numero 34. in capite item 15.
D at in 18. cap. & num. 25. quomodo fama aut restituatur aut condonetur. Et in voce Miles in Syluestro, & in uoce Bellum. In Simanca quoque de Catholicis institutionibus, præterilla quę docent de dimittendis proximo debitis. Catechismus Romanus in oratione dominica. De diligendo autem inimico, ac de Sole, quem Deus ortri facit super bonos & malos, Paulus à Palatio deque monitis Ioannis Baptistę ad Matth. 5.
milites Didacus Stella suis in Lucam Commentarijs. Beata uerò Brigitta libro secundo suarum Reuelationum c. 8. 9. 11. 12. 13. Bernardinus de Busti de Saccomanno paradisi, qui est trigesimus quintus secundę partis: Quæ in expeditione pro recuperanda Terra sanctа tempore Godefridi Pontifex ad milites: Quæ Platina correctus in oratione de eadem expeditione: Quæve de ea in Vitis Regũ Galliæ à Paulo Aemylio scriptis.

E Addendum hoc loco Interrogatorium militum in Sacramento confessionis exigendum: Quod quidem ex Angelo de Clauasio, Laurentio Pætio, Nauarro, Martino de Frias, Ioanne Polanco, & alijs colligi facilè potest; quodque extat capitibus 36. 27. 28. Catecheseos, seu institutionis diœceseos Neapolitanę à Patre Antonio Nucerio Eugubino ordinatæ, præter ea, quę de maritimis casibus dici possunt: quibus quidem earundem interrogationum maior pars conuenit.

9. Quales debeant esse Generalis, siue Imperator exercitus; primarij item consiliarij, atque ministri: quam ad rem pertinent, quę dici possent de mensa, quam Hispani & Lusitani uocant conscientiæ. De materia item consulendarum rerum. De fine ipsius Generalis. Deinde quales ij, qui ad fœdera iungenda, & ad pacem tractandam mittuntur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00237

mittuntur. Tum denique quanta ratio habenda sit, vt optimos sacerdotes & Concionatores adducat in castra. A

Alij libri pro militibus. Præter hunc librum alij essent perutiles: Primus in quo selectiores vitæ illustrium Imperatorum Christianorum, siue etiam veteris Testamenti continerentur. Quæ quidem extant, at non proprio libro collectæ, qui alioquin facilè gestari, & ad manus posset haberi: quales sunt vitæ Theodosij, Martiani, Caroli Magni, S. Ludouici Regis Galliæ, Alexandri item dicti Scanderbechij Albaniæ Principis: quæ in varias linguas versæ, magnum haberent momentum ad pietatem, quibus addi possent vitæ aliquæ, & Martyria illustrium militum.

Secundus epistolarum selectarum, quæ ad militarem ordinem spectant: quales sunt Bernardi ad Templarios, Augustini ad Bonifacium, Ferrandi Diaconi Carthaginiensis ad Reginum Ducem, pleræque S. Catharinæ Senensis hortantis ad transmissionem B maris. Io. Ausiæ ad quosdam, & aliorum. Quæ licet non integrè ad id pertinent, reliqua tamen quæ attingunt, sunt vtilissima.

Tertius homiliarum ad milites habitarum, tam ex antiquis, quàm ex recentioribus collectarum, quæ habentur insignes. Sed vt hæ sunt in magnis voluminibus penè abditæ, ita neque leguntur, nec facilè tradi possunt, neque adeo sciuntur, vel adeò præ nimio onere ferri nequeunt.

Quartus de ratione pacificandi Principes inter se: quam ad rem peti possent argumenta ex historiographis qui scripsere quoties, & quando, ac quibus de causis pax inter eos composita est. Sed et potissimum obseruanda, quæ secidum exitum habuere, suam interponentibus operam, & studium Ponticibus Maximis. Quod quidem sepè, C vel ante trecentos annos contigisse cum in Polonia Chromerus ostendat suo in libro de rebus Polonorum, tum alij alibi docent. Verum enimuero, hoc facit maximè, quod de collata Pontificio muneri gratia fusius, ac neruosius agi posset: Nimirum cum ei præcipuè Deus legauerit pacem: cumque verum vinculum sit Religionem item ipse Pontifex sit omnium Spiritualis Pater; cumque denique haud difficillimè assentiant Pontifici Maximo, qui nolunt videri primi ad pacis conditiones proponendas. Hinc verò adnexi reliqua possent, quæ de Christo Domino, qui est Pax nostra, dici expedit, præsertim cum ijs, qui solum haberi volunt Politici, nec in pacificationibus spectate aliud, quàm propria volunt commoda.

Leges de ratione instituendi Seminaria Militaria propositæ Pio V. Pont. Max. & Philippo II. Regi Catholico, ac deniq; Gregorio XIII. quæ ea, si vixisset, volebat instituere. Cap. II. D

Necessitas instituendi huiusmodi Seminaria. IAm verò hæc addi posse viderentur, quæ à viris & prudentibus & Reipub. Christianæ amantibus, summis Principibus nostra ætate proposita fuere. Nempè vt Seminaria, siue collegia militaria fierent, in quibus nobiles adolescentes, qui militiæ essent vacaturi, folida fortitudine imbuerentur, vt ætas illa sanctè acta, reliquas ætates in Dei obsequio stabiliret. Sic verò, qui licentius viuere assueuissent, è melioribus exemplo probiores euaderent, ac deniq. Christianę Reip. oēs, qua decet fortitudine, tēperantia, prudentia, iustitia, & inprimis Catholica Religione syncerissima inseminarent. Primo quidem Rector præesset Collegio, cui omnes obedirent, qui omnia moderaretur. Protector esset Princeps is, in cuius ditione Seminarium esset. 2. Magistri deligerētur, qui religione, moribus, eruditione, maturaq. grate essent insignes. 3. E Admissi Adolescentes, Regulas, & leges Seminarij perlegerēt. Nec deessent, qui sum marim eis illas exponerent: nam postea id planius essei posset. 4. Quindecim, minimum, dies in prima illa probatione separati ab alijs viuerent, ut eo tempore vacarent considerandis illis legibus, atq. habendis aliquibus spiritualibus meditationibus, quæ pro captu eorum essent tradendę; deinde item faciendæ confessioni generali omnium peccatorum. 5. Essent certa tempora, quibus simul conuenirent, sermones & colloquia de rebus Diuinis & moribus ritè formandis audituri, seq. ipsi ad Dei timorem, atq; dilectionem excitarent, ut à vitijs omnibus quàm longissimè abessent. 6. Rector præsuquam aliquem admitteret, iuberet, vt à suis Consultoribus examinaretur de ijs,

LEGES MILITARIS Seminarij.

Examinandi admittendi ad seminaria.

quæ

A quæ antea de qualitate admittendorum fuissent constituta. Vbi verò examinatus fuisset, simul agerent Rector, ac Consultores; deinde (si Rectori, vel Protectori visum esset) admitterentur; sin minus, dimitterentur benignè, eique animus adderetur, & ostenderetur, an posset, ac deberet aliam tentationem sequi, vel locum deligere, in quo si Christianè viueret, sciret se eum diuina gratia non minus, (ac fortasse multò melius) ad altiores virtutum gradus ascensurum. 7. Mane hora daretur surgendo, orando, audiendo sacro; Quo absoluto, humanioribus disciplinis, ac postea aliis item discendis interessent per sesquihoram: mox sine consecendendis & agitandis equis, siue tractando omni armorum generi, darēt operam: suoque tempore cetera discerēt, quæ sequenti capite dicentur. Diuinę occupationes.

8 Qui altioribus disciplinis minimè essent idonei, hi saltem Latinam linguam addi- DE RATIONE legendi historias lib. 16.
B scerent, legendis nimirum historicis utilem. 9. Si quis ex istis animum ad sacerdotiū applicaret, sperans se in castris facta illa functione, atque hortationibus fructuosius, quàm armorum tractatione Christianæ Reipub. inseruiturum, operæ prerium esset, vt quàm optimè institueretur, id quod tum ex ijs, quæ diximus vbi actum est de Seminarijs Clericorum, tum è libris & ratione studiorum militarium mox liquebit. 10. Idem quod manè actum esset usque ad prandium in studijs, fieret item usque ad cœnam: nimirum post eam horam, vel sesquihoram, quæ honestæ laxationi animorum addicta fuisset. At post cœnam, vbi hora altera honestis itidem colloquijs & laxationi esset impensa, Litaniæ simul in facello, quod domi esse deberet, recitarentur. An tea verò quàm se ad quietem componerent, orarent per horæ quadrantem, conscientiam coram Deo examinantes, 11. Confessiarij certi essent, qui statis temporibus adolescentum confessiones (nemine prætermisso) excipierent.

C 12 Nunquàm iureiurando aliquid confirmarent, sed sermo illorum esset: *est, est, non, non*: quemadmodum Dominus docuit. 13. Omnes sine clamore & vociferatione, sed quietè & tranquillè agerent, ut modus conuersationis, maturitas gressus, vrbanitas, & erga cunctos mansuetudo, indicarent tam suam, quàm Præfectorum probitatem. 14. Charitatem & misericordiam erga proximos, largitionem eleemosynarum, quan do hoc ijs liceret, exercerēt. 15. Si qua simultas publica inter viros nobiles Vrbis, aut adeo ignobiles, & priuatos quauis occasione exoriretur, Rector (nisi grauibus aliis negotijs distineretur) cum duobus Alumnis è prouectioribus, qui sibi aptiores viderentur, adiret ad eos Magistratus, apud quos esset auctoritas sedandarum discordiarum. Tum Seminarij nomine enixè illos precarentur, vt suam auctoritatem interponerēt, qua pax componeretur. Quidquid autem Rector effecisset, nobilibus Seminarij a- *Matth. 5.* Seminariorū alumni quibus uterētur, assuefaciēdi.
D lumnis postea referret, ubi negotium esset absolutum. Sic. n. ad pacificandos hoīes, & (cùm essent in castris) ad cōponendas militum dissensiones assuescerent. 16. In communi cœnaculo sederent cum Præfecto, ceterisque ab eo designatis præceptoribus 17. Inter edendū legerentur post Scripturę Sacrę, & pios alios libros, historiographi eorum bellorum, quę Christiani aduersus fidei hostes gesserunt. 18. Loci cōmodi, patentes, & cōes essent, vbi singuli in singulis lectis, tela ducēlis, & aliquanto inter se ipsa tio distinctis dormirent: Noctu lampades arderent, nec deesset uiri graues, qui, & ia centes interdum obseruarent, ac singulos visitarent hora, & tpe noctis opportuniore. 19. Induerent uestes honestas nigri coloris, nec sine alijs in publicum prodirent. 20. Nec domi, nec foris arma gestarēt; eadem verò in Seminarijs non haberent apud se, sed apud custodem, à quo acciperent, quoties ad ea tractanda esset opus. 21. Nemo so- Noctu quomodo lacere debeant.
E ris permoctaret, neq; externos inuiserer, nisi Rectore iustissimas ob eās consentiente. 22. Intra atrium, & ædes Seminarij nulli mulieri pateret aditus, ne matri quidē ipsi, aut sororibus. 23. Qui in Seminarium admitterentur, afferrēt quæ sibi necessaria futura essent, delaturi secum, ubi emitterentur, nisi quis ea Seminarij alumnis pauperioribus ad usū relinqueret, ac dono dare Seminario mallet. 24. Si quis moriēti, aut discedēti alumno frater esset, qui eius loco posset in Seminarijū admitti, oīa, quę fratris fuerāt, illi assignarētur, ut ijs uſq; ad discessū is uti posset, nisi ipse posset, ac uellet noua afferre. 25. Modus iniungēdarum pœnitētiarū, uel mortificationum, etsi plerunq; esset pro capu nobiliū, ut iubētius eas sumerent, perq; eas proficerēt in uirtutibus; ta- Mulieribus aditus ad seminaria nullus pateat. Quales esse deberēt mortificationes.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00239

men si quid grauius vrgeret, inscendum esset cum oleo vinum, atque corripiendi a- A
ctius, qui id commeriti fuissent. Scirent autem omnes cùm primum admitterentur, forè, vt nihil fœdum permitteretur. Si quid aliquando appareret, sibi certò persuaderent, eos, qui fuissent noxij, vel occasionem peccandi alijs præbere vellent, dimittendos esse, quod tamen non esset faciendum, nisi maxima de causa, & cum aliter Seminario, ac reliquæ nobilitati non posset rectè consuli. 26. Rector proprias regulas haberet, quas singulis mensibus legeret, & mandari executioni curaret; Communes autem Seminarij leges publicè legerentur singulis mensibus in refectorio. 27. Morienti alumno, aut iam mortuo præstaret vnusquisque ea suffragia, quæ à suo Rectore præscriberentur, siue sacri audiendi, & eleemosynæ, seu precum & mortificationum. 28. Instituti iam alumni, vbi in bellicas expeditiones missi essent, si quid ijs, vel alijs, in bello accideret, quò collegæ, qui adhuc in Seminario demorantur, animari ad pietatē, B
atque ad fortitudinem possent, monendi essent, vt aliquando scriberent; sic tamen vt ne quid, quod cederet in aliorum Principum quorumcumque bonam famam diminuē dam, vel aliquorum iniuriam, aut ad secreta detegenda, litteris committerent. Astus & insidiæ hæreticorum, ac similium scribi possent, vt reliquorum alumnorum animi præmunirentur, & ad eas cauendas docerentur. 29. Principes, ad quorum ditiones alumni spectarent, oratione, paternis monitis, gratia, subsidio, vigilantia, libroru, vel armorum dono rem promouerent, sane aliquibus prudentioribus è suis mandarent, vt huiusmodi Seminaria interdum inuiserent. Inde verò cognoscerent de moribus & ui ta alumnorum, tum ab ipsis Rectoribus, tum ab alijs quibuscùm melioris famæ nobili bus, qui in illis uel essent, vel iam vixissent: Tum quæ comperissent, scriberēt omnia, & referrent secretò Principibus, vt constaret quē quisque in uirtute progressum face C
ret, ac quis cui muneri aptior esset futurus. Hæc uerò cuncta quanti momenti futura essent ad Christianam Rempub., formandam, ad militiam, & Duces militiæ optimos habendos ad manum, ad graſſatorum & factiosorum hominum cœtus omnes extirpandos, intelligent, qui rem tantam æquissimo animo perpendent.

Ordines Militum Regularium. Cap. III.

AT non tantum his legibus Militaria Seminaria possent institui, verum etiā Regularium militum, siue Equitum Ordines olim à Deo instituti, si ad ipsorum pristinam rationem reuocarentur, magnum momentum haberent ad insignes Victorias de fidei hostibus reportandas. Primo enim sciendum

Religiones militares quomodo in Ritu. Non in Sacerdotibus tantùm, & Monachis, atque Virginibus sapientissimum Di D
uinæ prouidentiæ ordinem eluxisse, verumetiam in militaribus uiris. Cùm enim ad prælia Domini præliandum, cælesti fortitudine, armisq. solidioribus quàm sint ferreæ, opus esse intelligerent, tantùm abfuit, vt religiosorum vitam, & leges, aut sibi noxias, aut militaribus expeditionibus impedimēto futuras iudicarent, ut variij militares Ordines noto se, ac regulis ipsorum, quantum arma tractaturis pro fide Christi sat erat, obstrinxerint. Inde Hierosolymis qui nunc Rhodij, Melitensesque equites aduersus Barbaros pro Sanctissima nostra Religione fortiter ac sine intermissione pugnarunt.

a Anno. 1118. Inde item Balduino a Rege, ac Gelasio secundo Pontifice, Templarij equites extiterē; quibus & postea Bernardus Regulam scripsit, cum & in redimendis captiuis, & peregrinos ad sacra loca deducendis, & certando pro fide Christi Domini, si quemadmō dum magnos fecerant progressus, ita perseuerassent, eorum bona, b Ordoque hactenus E
b Clem V. c 1118. Anno. d 1350. Anno. e 1170. flerisset. Secuti sunt. Teutonici, qui postea quam essent Hierosolymis, longo post tempore d Federico secundo Imperatore annuente, Prutenos, totamq. Saxonibus finitimā illam Regionem, atque Liuoniam, quam Balthicum alluit mare, ab idololatria reuocarunt. Ita e Alexandro tertio Pontifice, Equites Sancti Iacobi, alijque / an
f 1160. g 1330. tea Sancto Rege, qui Calatrauæ dicuntur: Ac qui Iesu Christi in Lusitania g Ioanne XXII. Pontifice, & qui Iacobo Aragoniæ Rege h alteri ad seruos redimendos,
h 1212. i 1350. Beatæ Virginis uel mercedis i alteri Montesæ equites Gregorio IX. Pontifice vocati, confirmatique sunt. Atque, ut breui dicam, Alcantaræ equites, & qui partio uocabulo *Delabanda* Alphonso Rege, quique antiquitus Damaso Pontifice, & Valentiniano

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00240

A niano Imp.[a] Instituti quē equites S. Lazari, ac deinde ab[b] Honorio tertio multos post annos, & ab Alexandro quarto priuilegij & honoribus aucti, & approbati; ne nihil dicam de ijs, qui nostro sæculo[c] Emmanuele Philiberto Sabaudię Duce equites S. Lazari & S. Mauritij, & Cosimo Mediceo Magno Etruriæ Duce, S. Stephani nominātur. 1568. a 1560. anno. b 1110. c 1564.

Tantum momentum habet ritè suscepta Religio, vt communito votis animo, & certa professione quasi oblignato ipsi quoque milites liberiorem vitam cohibeant, & eorum ærumnas, quos patronos sibi delegunt, ductu, summa quæq; pericula subeant, imperterritoq; animo difficillima sæpe pertumpant.

Laxata Regularium militum disciplina, quomodo sensim restituenda. Cap. IIII.

B ERgo cùm ijs qui longius à semita instituti fuit deflexerunt, pertentandum erit, vt primò Christianæ vocationi intelligerent esse sibi omninò satisfaciendum, si falui esse velint: id autem non difficillimè, Deo iuuante effici posse, si primo peccatis omnibus ritè per Sacramenta expientur. Hæc vbi ad effectum perducta fuerint, leges, & ratio militaris instituti altius illorum mentibus instillentur. nimirum vt liquidius noscant, si ij, qui fidem homini frangunt, habentur, & iure dicuntur per fidi, qua nota inurendi sint, qui Deo, cui vouerant, fidem fregerint; ac simul res Sacræ militiæ addictas subtraxerint. At alijs, quorum vita modestior fuerit, suadendum erit, vt suorum peccatorum confessionem Sacerdoti, quàm poterunt diligenter, semper enuntient: Eucharistiam frequenter sumant: totamque posthac vitam eo in ēstituant, ut ueros Dei exercituum milites decet; quæ quidem omnia cum voluptate C sensim haurient ex ijs libris, quorum nomina vel materię subijcientur.

E Pontificali quidem Romano, in quo scripta sunt, quæ faciunt ad benedictionem cuiuscunque militis, & ensis, & armorum, ac vexilli bellici: quæ benedictio solet im pertiri proficiscentibus in subsidium, ac defensionem fidei Christianæ, seu Terræ Sanctę recuperationem. Equibus locis perenda sit materia ad milites iuuandos. Ceremoniarum declaratio, quę adhibentur creādis equitib. Rhodijs.

E eerimonijs item quæ adhibentur, cùm aliquis in Equitum Rhodiorum, qui dicuntur Melitenses, admittitur. Quamobrem has, quæ instar ceterarum erunt, præstat hic breuissimè adscribere. Ceream primo, & candidam facem (quæ charitatem designat) gestans, atq; ante altare procumbens in genua, talarem indutus vestem (libertatis signum) minimè præcinctam, petit ab eo, cui facultas fit, ut se admittat. Tum in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti deauratum ensem eo nomine accipit, ut Catholicam tueatur Ecclesiam, hostes abigat, & domet: parcat subiectis, mortui, si fuerit opus, seipsum pro fide exponat: ea omnia in virtute Crucis faciat, quæ capulus trā sfuerso ferro significat. Deinde cingitur Baltheo, ut sciat sibi castitatem esse seruandam. Euaginato ense ter percutitur in humero, vt meminerit sibi grauia ob Christi honorem esse toleranda. Eundem ipse mox ensem de manu equitis sapiens, ac strīngens, terque aerem punctim feriens, hostes Catholicæ fidei in nomine SS. Trinitatis ijs gestibus se pronocare ostendit. Rursus deterrum brachio ensem imponens in uaginam, indicat se fore posthac ab omnibus virijs mundissimum, quem prudentia in cunctis rebus comitetur, Iustitia impellat ad conseruandas res publicas, fortitudo muniat, temperantia moderetur. Tum manu eradentis militarem ordinem humeris admota excitatur, monetur, ne in peccatis torpescat, aut dormiat, vigilet autem in fide Domini, aspiret ad uerum decus, res gerat insignes, quas strenuè tractet. Vbi aurata calcaneis calcaria à duobus equitibus admouentur, docetur, ut stimulos continenter ad queliber laudabilia gerat in animo: aurum pedibus conculcet, tanquam lutum: nec unquam agat quidquam animo liberali indignum, quantocunque ab hostibus auro ad id inuitaretur. Cerea iterum face accensa, in manibus accepta, & Diuino Verbo publicè, ac Sacro Missæ audito; operibus autem pietatis, at que hospitalitate (quin etiam redemptione captiuorum) ei commendata, narratis item laboribus, quos in eo subiturus est ordine, in quo suam libertatem cuilibet equiti suo superiori traditurus fit; interrogatus demum num grauī ære alieno obstrictus, uel Matrimonio sit iunctus; numve in altero ordine Regulari uicturum se honerit, aut Ensis euaginatio. Deterso. Impositio in Vaginam. Excitatio. Calcaria de aurata quid. D I V I N I V E R B I Auditio. Narratio laborum. INTERROGATIO.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00241

Missale ad altare portatur.
Participatio priuilegiorū & indulgentiarum.
Recitatio quotidiana precum.
Pallij ostensio, & subla tio.
S. Io. Bapt. Tutelaris ordinis ichoiorum.
Crux octogona ex linea tela cū funis collo impositus.
Professio.

professionem ediderit: an verò inter Rhodios equites viuere deceuerit, vt iniurias aliquas vlciscereturatque à sæculari Magistratu esset immunis: vbi, quæ opus sunt, respondit, professionem edit, atque in aliorum ordinem adscisciturHæc vbi acta sunt, Missale, super quo solenniter tria vota professus est, portat ad altare, & inde illud reportans ad eum, à quo accipit insignia equitum, sit particeps priuilegiorum, & condonationum, siue indulgentiarum, quas Sedes Apostolica Rhodijs equitibus concessit. Tum indictis, quæ singulis diebus ei recitandæ sunt orationes dominicæ & Salutationes angelicæ centum quinquaginta, vel precibus horarijs Beatissimæ Virginis, aut pro defunctis, totidem item precationibus Dominicis ac salutationibus angelicis pro singulis, qui ex hac vita inter eos decedunt: pallium, quo equites indui solent, ostenditur, sublata in altum eius parte, vel limbo, ac manicis, vt asperrimæ uitæ memi nerint, quam duxit Io. Baptista vir sanctus, quem tutelarem ideo equites habent, vt imitentur. Manicas induens obedientiæ leges induat, Octogonam Crucem, eamque ex pura linea tela candidam accipiens, monetur sanguinis, quem profundere libens debeat, & à Christianorum finibus hostes repellat. Monetur item puritatis, atque octo beatitudinum, quas, consequetur, qui legitimè eam gestantes Cruecm militauerint: ad extremum func ad collum impositō, vt Dominici iugi, quod subire debet, recordetur, in pace dimittitur. Professionis autem hæc forma est.

A

B

Vouco Deo Omnipotenti, & eius Matri immaculatæ Virgini Mariæ, & S. Io. Baptistæ, me perpetuo præstiturum obedientiam cuilibet regulari huius ordinis, qui mihi à superiore præficietur. Vouco pauperiatem & castitatem iuxta regulam ordinis, in qua polliceor me viuere ac mori. Hæc igitur illi.

C

Equitum. Legum expositio, siue constitutionum. Cap. V.

Ratio meditandæ constitutionum. Quid inculcandum maximè equitibus. Castitas cum meditādata maximè Militi.

IAm verò ad ipsius Militaris ordinis leges exponendas pro cuiuslibet vocationis ratione erit accedendum: & sicquidem exponendas, vt saltem octidduum eques ijs sedulo meditandis per aliquas horas, rectè distributas impendat.

Meditandi porrò hęc ratio fuerit. Inprimis cogitet num vnamquamque instituti sui regulam seruet, ni seruet, cequid sit, quod impediat. sin seruet, idne integrè an ex parte faciat. Denique num eo se agi spiritu in ea militia sentiat, quo impulsi institutores ordinis fuerint. Cùm enim quod Deo vouemus, hoc reddere debeamus; hoc summoperè ijs inculcandum est, ne fibi putent obbellicam, & militarem uitam licere id, quod ne ijs quidem, qui obstricti non sunt voto, citra diuini numinis offensam vlla ratione licet. Castitatis autem uotum, cùm, si seruetur, miram fortitudinem, quod exemplis & rationibus ostendimus in libro de milite Christiano) Equiti sit collatus; intelligat eo fracto reliqua forsan infausttum exitum habitura; speciosam crucibus vestem sine interiori cruce, hoc est, carnis mortificatione, uix quidquam promoturam; Interim sciat, se & sui, & reliquorum, si quibus malo fuerit exemplo, pœnas (ni resipiscat) æternas esse daturum. Ceterum quæcunque Equiti nouitio institutor tradere poterit spirituales medicinas, eæ ad ipsius, & Reipub. Christiang salutem magnopere facient: Dies, verò, & horas ei affignare, quibus vitæ huius fugacissimæ iactura non fiat, dum nempe lectioni & operi item militari, dumque honestis animi laxationibus id temporis, quod fatis futurum sit, adhibuerit, auerret animum à turpibus, accendet ad honestissima. Et pauci sanè ita exculti præcursores erunt alijs, vt & ipsi peruenient ad metam. Miram enim uim habet Virtus, ac cum uirtute coniuncta Religio.

D

Spiritualia moēita, & tempora distributio.
Virtus coniuncta cum Religione miram vim habet.

E

Elenchus aliquorum, qui scripserede re Militari aut ad eam spectantia. Cap. VI.

Achilles Marocius De Magistro Generali Militię.
Aegidius de Regimine Principum.
Aeliani Philosophi Liber de Castrametatione Græcorum, & de antiqua ratione instruendarum Acierum, ac de Ductorum Militarū appellationibus Græcè, at & Latinè Theodoro Gaza interprete. Agit autem inter alia, quomodo bella maxima interdum è paruis cauſſis orta ſint. Item de inducijs; de Defectorum pœnis; de Romanis, quinon admittebant insidias.
Aemylius Macer.
Agapitus Diaconus ad Imp. Constantinopolit.

Albertus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00242

A Albertus, Durus de muniendis Arcibus, Parisijs.
Alexandri, dicti SCANDERBECHI, Vita, & Acta Latinè, atque Italicè. Venetijs.
Andreæ Alciati Libellus præcedens librum Notitiæ de Magistratibus, Civilibusque ac Militaribus Officijs, partim ex hac ipsa Notitia, partim aliunde sumptus: Qui & præfixus Vide Pancirolæ de Notitia Magistratuum, Latinè. Venetijs apud Francisicos Senenses 1602.
Ant. Cornazanus de re Militari. Italice, Venetijs.
Ant. Gandinus. Venetijs.
Antonij Masse contra vsum duelli, sue singulare certaminis. Latinè, Romæ.
B Ant. Posseuini Soc. IESV, Miles Christianus, & Apparatus ad omnium Gentium Historiã, ille Italicè, Romæ, Macerate Venetijs, hic Latine, & Italicè auctior apud Io. Bap. Ciottum, Venetijs.
Antonij Gueuaræ quadraginta Regulæ veterum Equitum de la BANDA; deinde de Equite, ac de officio Ducis in bello. Hispanicè, & Italicè.
Ant. Schneebergeri Medici de bona Militũ valetudine conseruanda, & ueteribus rerum bellicarum Historijs, & præstantium Medicorum monitis liber, qui Cracouiæ in Polonia
C editus est anno 1544.
Aristoteles de Bellandi arte 10. Ethic. Com. 9. & lib. 4. Polit. cap. 12.
Artemidorus de Militia. Græcè, & Latinè.
De Athletica Liber MS. in Bauarica Bibliotheca Monachij in Germania.
D. Augustinus ad Bonifacium, & libris de Ciuitate Dei, vbi Romanorum gentilium fortitudinem cum Christiana confert.
Aurelij Fusini Architectura Bellica. Antuerpiæ.
Aurelianus Imp. Mauricius Imp. Audius Cæsius, & alij, quæ legib. uel monitis caueruntur, vt res militares, ac Bellicæ sine vllius offensa, & honestè tractarentur.
Barnabas Brussonius Præses Senatus Parisiensis de Militia. De rebus item Persicis, Parisijs, & alibi, Latinè.
F. Bayfius de Re Nauali.
Bellandi Rationes omnes. Gallicè.
Bernardinus de Bustis, pluribus in locis, de quib. superiore cap. egimus.
Bernardini Roux Libri tres Strategematũ. Italicè, Venetijs.
B. Bernardi Monita ad Milites Templi in suis Epistolis ad eos.
E Cæsaris Commentarij cum Palladij figuris, alij cum Brancatio.
Cæsaris Enoli instructio aciorum. Italicè.
Carolus Sigonius de Repub. Athenien sium pag. 213. in editione prima, vbi de Sacramento Militari, quo iuuenes obstringebantur, deque omni eorum Militia.
Carolus Theuus de muniendis arcibus Venet. 1575. apud Franciscios fratres.
S. Catarina Senensis Epistolis ad eos, qui bello Sacro in Oriente, atque expeditioni Hierosolymitanæ addicebantur. Italicè. Venetijs.

Bibl. Selectæ Sectio Prima.

Christophorus Laufranchinus Veronensis de Præcedentia Doctorum & Militum.
Ciuitatensis de Christiana Repub Latinè.
Claudius Coterœus Turonensis De Militum iure, & priuilegijs.
CLEMENTIS VIII. Pont. Max. confirmatio, Declaratio, & Extensio Constitutionum Apostolicarum, & Decreti Concilij Tridentini contra pugnantes in Duello publicè, uel priuatim, necnon contra mittentes, scribentes aut diuulgantes chartas Prouocatorias, aut Manifesta, eorumq; fautores, & complices.
Coruinus in Apophegmatibus de bono Duce Latinè.
Clericati, siue Chieregati Equites Vincentini de Institutione Militari, Italicè m. s. apud Aloysium Cornelium patricium Venetum, cum figuris.
Dominicus Cillenius de vetere, ac recentiore scientia Militari ad Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem.
Dominici Morę Miles, & Dux. Italicè, Venetijs.
Eiusdem tria quæsita, Italicè, ibidem.
Emundi, Augerij Pedagogus ad Arma, Gallicè.
Eques sicuta de Disciplina Militari.
Ferrandus Diaconus Carthaginensis ad Reginum Ducem de septem Regulis Innocentiæ, Latinè.
Flauij Vegetij Renati libri quattuor, & figuræ, siue icones, & delineationes. Parisijs. Latinè.
Franciscus Antonius Lusitanus Soc. Iesu, de iuuandis militibus, Hispanicè.
Franciscus Arias de Bello, & Iustitia.
Franciscus Borgia Hispanus, qui antea Dux Gãdiæ, postea Prepositus Generalis Societatis Iesu, De Instructione Christiani Equitis. Hispanicè, atque Italicè.
Franciscus Ferretus de Militari Obseruantia, Italicè. Venetijs.
Franciscus Petrarcha de usu Victoriæ, Latinè inter eius Opera.
Frontini Stratagemata, Latinè.
Galasius de muniendis Arcibus, & Ciuitatibus, Italicè.
Georgius Agricola de metallis.
S. Gregorius Nazianzenus secunda Oratione in Pascha, & Nicetas eius Interpres de Militib. Euzonis, & Monozonis, qui in Syria.
Hanapus de Victoriis, quæ in uarijs præliis, ac Bellis contigerunt. Latinè.
Hero de Machinis bellicis. Latinè, Venetijs.
Hieronimi Paruinius, siue cognomento Paduanus, de arte bellandi, ubi de Militia deque officio, & laudibus Militum, & horum Sacramento, deque delectu eorum.
Hieronymus Cataneus de muniendis arcibus, & Ciuitatibus. Italicè, Brixiæ.
Eiusdem de Officio eius, qui tormentis æneis utitur, uulgo Bombardiero. Italicè, una cum tabulis, seu figuris Brixiæ.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00243

Hieronymi Garimberti Imperator, siue Capitaneus, vt uocant, Generalis. Italicè Venetijs.
Hieronymus Magius de muniendis Arcibus.
Hieronymi Rusticlli præcepta Militiæ recensioris.
Hieronymus Vrea de vero Militum Honore.
Iacobi Bessonij Theatrum Instrumentorum, & Machinarum. Lugduni.
Iacobus Bosius in fua Rhodiorum, siue Meliten sium Equitum Historia Italica, Romæ 1594. quæ lectu dignissima.
Iacobus Comes Purpuriarum de re militari.
Iacobus Lanterius de delineandis Arcibus, ac de eisdem muniendis, Italicè, Venetijs.
Ioannes Aula initio Tractatus, AVDI FILIA, & in Epistolis eius, vbi de uero Honore Hispanicè, atque Italicè.
Ioannes Baptista Possevinus Dialogis Recognitis de Honore. Italicè.
Ioannis Baptistæ Thachij Inuentiones, Italicè, Parmæ. 1579.
Io. Baptista Zanchius de muniendis Arcibus Venetijs Italicè.
Ioannes Carnutensis de Re Militari.
Ioannis Francisci Flammelli Florentini Mathematici, Theorici, & Practici PRINCEPS Christianus bellator, cum obseruationibus, & præceptis collectis, atque ab eo in rem col latis in Bellis seu Belgij, siue alibi, quibus interfuit. Italicè, Romæ 1602.
Ioannis Geneßij libri tres de honestate Rei Militaris.
Ioannes de Indagine de Bello iusto, nel iniusto.
Ioannes Lupus de confœderatione Principum, de Bello, & Bellatoribus.
Ioannes Matthius Ciconia de instruendis Aciebus Italicè, Venetijs.
Ioannis Surgeti Enchiridion Militare.
Isidorus de re militari lib. 18. Etymol.
Iulius Africanus de re militari, Græcè.
Iulij Cæsaris Brancatij in Cæsaris Commentarias, Theoremata, siue Discursus, Italicè.
Iulij Ferretti liber de re nauali.
Iusti Lipsi de militia Romana libri quinque, & Commentarius ad Polybium, Latinè. Hoc autem labore eruditissimo, & accuratissimo, & Principum Filij ad res bellicas instituendi, & quidem alij, antiquas historias recte nosse uolucrint uti antur, sicut, & quinto, & sexto libris Politicorum, siue ciuilis doctrinæ, de Militari prudentia, & de duplici bello, cum externo, tum interno.
Lactantius Firmianus, ubi de Christianorum fortitudine, lib. de Iustitia, cap. 14.
Latius Taurelius Panensis de Militijs, & casu.
Langæi disciplina Militaris. Gallicè, & Italicè.
Lazarus Bayfius Adnotationibus in L. 11. de captiuis, vbi & de re Nauali.
Leonis Imp. de Apparatu bellico Græcè. Italicè item. Quin & Latinè, sed prauè à Io. Checo Hæretico, cuius imposturæ sequenti capite indicantur.
Ludouicus Cælius Rhodiginus, vbi, Quænam Victoria sit nobilissima, Latinè.
Ludouici Locatelli Inuitatio Ducis, Inuito del Capitano.
Lumen Animæ de Militia. Parte 2.c. 149.
Manipulus florum Militar.
Maphæus Vegius de re Militari, Latinè.
Marcus Mantua Patauinus De Priuilegijs Militum.
Martinus Garat. Laudensis De Castellanis, & Castris de federe, & pace, & conuentionibus Principum, & de Bello.
Martinus ab Azpilcueta Nauarrus, ubi de Bello, & Milite, in suo Manuali, & in Consilijs.
Mauricij Imp. de ordinanda Militia, Græcè manuscripti extabant libri apud V. Cl. o. Vincentium Pinellum. Titulus Operis erat ἐκτικὰ sed deerant tamen quædam in tertia Parte tertij Tractatus.
S. Maximus de Bello, & Pace.
Maximus Tyrius, Quod Agricolæ utiliores, quam Bellatores sermon. 14. & contra, sermo. 13.
Melchioris Soiteri stratagemata Turcarum.
Melissus coniunctus cum Thcophilo Alexandr.
Modestus de uocabulis rei militaris.
Nicephorus Callistus lib. 10. capit. 23. & vt Imperator cingulum militibus adimit, Græcè, & Latinè.
Onosander Græcè, de Optimo Imperatore, ac de arte militari. Latinè autem est uersus, à Nicolao Saguntino, Italicè uero à Fabio Cotta.
Orbicius Græcè (quin & Latinè) de nominib. Ordinum, Militum, & Ducum, deque ordinibus exercitus.
Paris de Puteo Neapolitanus de re militari.
Petrinus Bellus Albens. I. C. de re militari breuissimè, sed tamen plenè, cũ & ea afferat, quæ de hac materia Theologi, & Iurisconsulti tradant. Latinè ex officina Gasparis Portonarij, Venetijs ann. 1563.
Petrus Cataneus Senensis.
Petrus Ligorius de nominibus militaribus & nasalibus M.S. extabat, apud Ducem Ferrariæ, & in Bibl. Farnesij Card.
Petrus Montius de re militari.
Plato Quibus de caussis suscipiatur bella. In Alcibiade, & nonnulla in Dial. 2. 3 5. 10. de Rep.
Polybius de militia, & castrametatione Romanorum, quem latus Lascaris primo Græcè, & Latinè edidit, sed deinceps Iustus Lipsius accuratè utrunque præstans Commentarium ad eum adiecit iustignem, & libris quinque de militia Romana, ut diximus, totum hoc argumentum ad antiquos historicos probe intelligendos illustrauit.
Polybius idè Italicè uersus, & editus Florentiæ.
Polybius idem cum figuris Palladij.
Polyeni stratagematis ad Antoninum, & Veri Imp. lib. octo. Quib. rei militaris doctrina cõtinetur, nunquã antea in Latinũ è Græco cõuersi. Stratagemata itẽ nõ genta Græcè exstãt.

Remundus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00244

A Remundus Schundus Dial. quarto, ubi agit de vero Honore. Latinè.
Rinaldus Corsius Corrigiensis De Pacificatione Latinè.
Robertus Valturius ad Sigismundum Pandulphū Malatestā De vniuersa Re Militari, Libri duo decim, aberes, multò emaculatius, ac picturis, quæ plures in ijs sunt, elegantioribus expressi, quàm cum Veronæ initio Artis Calcographicæ anno 1483. euulgati fuerunt.
Sexti Iulij Frontini Strategematū libri quattuor.
Signorolus Homodeus de Militum, & Doctorū præcedentia.

Stobæus de Militia, & uirib. corporis. De Militū uirtutib. De Imperatoribus, & Consilijs ad Bella.
SVMMAE omnes Casuum conscientię, ubiin verbo, Belli, Miles, Pax, Præda, captiuus. &c.
Tartaleæ Quæstiæ Italicè. Venetijs.
Theobaldi Episcopi, qui antea uir fuit bellicosissimus, Vita apud Surium.
Thomas Aquinas de Regimine Principum, & 2. 2. q. 40. art. 11.
Thomę Sallij Soc. Iesu Practica Militaris ad pietatem, Gallicè.
Vallum Disciplinæ Militaris.

B

De libris Leonis Cautio Imperatoris de apparatu bellico prauè ab hæreticis uersis.
Cap. VII.

LIbros autem de apparatu bellico, à Leone Imp. Græcè, vel (ut ita dicā) semi Græcè conscriptos (splendor enim linguę Græcę & collapsus erat), & uarias uoces alienas in rebus castrensibus admiserat) cùm Io. Checus Cantabrigiensis uertisset in Latinam linguam; quęcumque de Liturgia, hoc est, de sacrosancto Missę sacrificio, de Sacerdotibus & Pontificibus, de peccatorum expiatione per eos facienda, de oratione pro mortuis, Imperator ille exercitibus suis accuratissimè commendauerat, tamquam summa Christianæ militiæ præsidia, Checus perfidè sustulit, uel mutauit; C præter alia menda, quę cùm ad nomina, resq. alias militares pertineant, uersione sua Italica Philippus Pigafettius curauit emendare. Vt itaque pateat dolus, & Principes ac nobiles alij, & milites sibi ab iſtis caueant, quorum manibus liber ille solet teri, liber aliqua huc è manuscriptis ipſis Græcis codicibus antiquissimis Leonis Imp. quos legimus, apponere, & inde Checi hæreticum astum, & uersionem cum ea, quam adhibere debuisset, ob oculos legentium ponere.

Ἡ δὲ παρασκευὴ τῶν πολεμικῶν πρὸ μιᾶς ἢ δύο τῆς ἡμέρας τῆς πολέμου, τὰ βαθμὰ ἀγαθέον διὰ τῆ ἱερέων, καὶ ὅτως ἔσται ἡδονὴ τοῖς βαθμοφόροις τῆ τακτικῶν. Ex c. 13. initio.

Checus sic expresit: Turmarchę, ut banda omnia integra sint, atque ad usum militarem apta, ante diem belli unum atque alterum præparabunt, atque adeo bandophoris, id est signiferis cohortium dentur cohortis unusquisque Comes sua constituat con
D tubernia, & si qua sint deserta, expleat.

Cū debuisset uertere: Turmarchę uno aut altero die ante prælii sic omnia parent, ut banda per sacerdotes sanctificentur, atque ita bandophoris ordinum tradantur.

Τοιοῦτόν μὲν οὖν σοι ὦ στρατηγὲ πρὸ παντὸς σὲ τῆ ἡμέρα τῆ πολέμου, καθῆκον ἔσται τὸν στρατὸν, καὶ ὅλως γενέσθαι ἕξεις τὸς τακτὸς ἐκτενῆ ἕξεις τῆ ἱερέων, καὶ ἁγιασθείας παῖ τας, &c. Ex initio 14. capitis.

Checus sic: Hoc ante omnia præcipiendum est, ut purus ac sanctus exercitus tuus sit, & pridie vesperi preces efficaces ac diuturnę adhibeantur, omnesq. Deo consecrētur, uerbis factisq. persuadeantur, se Deum adiutorem habere, atque hoc modo ad bel lum puros, fynceros, alacresq. procedere.

Cum sic debuisset uertere: Mandamus tibi, ductor exercitus, in primis, ut quo die
E prælium committendum est, eo exercitus expietur, oratioq. habeatur per noctem ad Deum continenter à sacerdotibus, atque omnes sanctificentur.

Παντὸς μὲν γὰρ καλὸν ἔστιν, ἢ πρὸς τὰς πανηγύρεις δοκίμεια.

Checus uertit: Pulchrum enim piumq. esse uidetur, mortuis sepulturam parare. Ex cap. 16.

Cum debuisset uertere: Omnino rectum, piumq. est, pietas & officium, quod erga mortuos adhibetur.

Καὶ ἁπλῶτον μὲν πρὸ τὸν θανόντων, ἀγιασθήσωσαν ἅπαντα τὰ φιλάνθρωπα τῆ ῥωμαίων ἕξεις θεσις τῆ ἱερέων ἱερηργίας & ὅλης ἐκτενὲς ἀπὸς τῆ ὅλων ὑπὲρ ἀυτῶν ἀσαντὸς τὰ σφαγὰ τῆ τῶν πολεμίων.

Checus sic: Et priusquam ad clasem procedas, precibus ac pijs uotis se mutuo milites

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00245

Euc. lib. de non male prælia, num. 21.

milites Deo commendent, & bonum prosperumq. iter aduersus hostes precentur. A

Cum debuisset uertere: Et priusquam moueas, sanctificentur omnia flammula dromonum per sacrum sacerdotum sacrificium, & orationem assiduam ad Deum uniuersorum, ut iter prosperet exercitui aduersus hostes.

Euc. cap. 10. de sanctem. milit. sent. 70.

Ἱερεῖς ἔζωντα τὴν τῶν στρατιωτῶν φάλαγγα ὑμνοῦντες καὶ μάλιστα τὸν ἀρχιστράτηγον τῶν ὅλων ὑπὲρ τῶν χριστιανῶν μάχη. καὶ ταῦτα χρὴ ἐν πᾶσιν τοῖς τρόποις τιμᾶν σώους, ἕως τάξεως ἔχῃ, & μένῃς.

Chocus sic: Militum in bello cadentium, atque eorum potissimùm, qui strenuè se gerunt, & pro fide Christiana mortui sunt, corpora honestè sepeliantur, eosq. bona & honesta commendatione mortuos prosequamur.

Cum debuisset uertere: Sacra sint militum in bello cadentium corpora, præcipuè eorum, qui strenuè sese pro Christianis propugnandis gesserunt: hæc; omnino piè honore afficienda, & sepultura, memoriaque perpetua dignanda sunt. B

Euc. cap. 10. in m. f. Graec. comm. 169.

Ἡμεῖς δὲ τὰς δυνάμεις ἐξάγεν μέλλεις πρὸς πόλεμον δεῖ μὲν καθαρὰς αὐτὰς ἐξαγορεύεσθαι εἶναι, φησίνεως δ' ἐξῆς τῇ πόλει καθαιρεῖσθαι αὐτὰς δι' ὁδοῦ γίας. καὶ οὕτως μετὰ θάρσους ἴτω πολέμιον κατοικήσῃ.

Chocus sic sententia 168. numero mutato: Quando copias tuas ad bellum educturus es, oportet liberas & solutas à peccato esse, & pia iustaq. mente Deum colere, atq. adeo ad bellum procedere.

Cum debuisset uertere: Cùm copias fueris ad bellum educturus, eas quidem à peccatis expiatas esse oportet: curabis autem, ut à sacerdotibus sanctificentur per benedictiones, atque ita fidenter ad pugnam procedant. C

Eus. epilog.

Διὰ τοῦτο δ' ὦ τὰ σώματα τὰ ἐκ Θεὸν θεραπεύειν & ἐρᾶν ἕνεκεν τῆς ἀγγελικῆς αὐτῶν τιμῆς καὶ ὑγιαντίων & τοὺς σῴους αὐτοὺς ὡς ἀσύλους εἶναι. & ἵνα αὐτὸν ἀναπαζώσθαι τοὺς σῶμα αὐτοὺς κατὰ σ' ρονται, ἀεὶ ὑβρηφανίας τῆς μητέρας βασιλείας, καὶ τὰ ἱερὰ δ' ἐν τοῖς μοναχῶν ἀσκητηρίοις, & τοὺς σὺν αὐτοὺς τῶν πανθυνίαν ἀσκούσας ἀβλαβῆ, καὶ ἀβίαστα, & σιμὰ ἀβρηκτοῦσθαι, καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα τὸ θεῖ ἀνακείσεται παραβυλάττειν ἀνιτηρέα. τα, καὶ τιμία & αἰδέσιμα, ὡς ἀγία πάντα, & τῷ ἁγίῳ Θεῷ ἀπακείσῃται, καὶ μηδ' ἵνα βιβλοῖν ἢ τυραννικὸν γήϊας ἐπαρθεὶ κατ' αὐτῷ. & ἄλλους δικαιοσυνεῖσθαι μὲν τε σαυτὸν μὲν ἀλλαγὴν τὸν τοῦ σὺν σῷ ἐξουσίαν, διαδ' ἐποτε πᾶ πιστεύεσθαι μὲν ἀγγέλῳ, ἢ ῥαπτὸν πάλιν, ἢ πολιτεικὸν. ἀλλ' εἶναι αὐτοὺς ὡς πάμα τῷ θεῷ πάσης δουλείας, & ἐπαρκείας ἐλεύθερους. καὶ μάλιστα τοὺς ἀρχιερεῖς οἱ σατέρας καὶ πειφήμας τῇ ἀποστόλων ὑγιῶν ἔσται τὸ ἀρχόντων, & ὅσα ἀρχεῖσθαι, καὶ τὰ σφὰς θεῖν ἡμῶν ἱερεῖς ὄντας, τοντεως δ' ἐν πάσι ἀγαπτέλεις καὶ ἀδοῦς. καὶ μηδ' ἐν ἑρ ὑβρει τοντων κατα δ' ιγνοῦν. καὶ γὰρ τα εἰς αὐτὸς γνώμῃ εἰς τὸ θεῖν ἀναρίτητα, σπαῖ οὖ τῶν ἀρχιποιμένων ὑλικάσαν, δ' ἐς & τὸ ποιμαίνειν ψυχὰς, & τὸ σφὰς θεῖν αὐτὰς μεντδεῖν ἀνδ' ἑξῆστο, οἱ γὰρ ἱερεῖς, ὥσπαρ ψυχὰς τις δ ἱστραμμῶν, καὶ ζωογονοῦσα ὅλον τὸ σῶμα τῶν χριστιανικοῦ λαοῦ, καὶ ἀρχόντων, & ἀρχομένων καθίστανται, γοῦν & ἡγούμενα τῶν βασιλέα ἢ ἅπαντων θεῖν κεῖται μᾶν, καὶ ἀπ' αὐτὰς τὰς τῶλλα σώματος ὁ ἰσχὺς ἐσης ἀμπορεῖ μόνα, καὶ τυβερνᾶσα καὶ περιέχουσα. Οὕτως οὖν περὶ Θεὸν ὅσι βάσ & ὁ ρθοδόξους, καὶ περὶ τοὺς ἐκεῖνα θεράποντας ἀμακίμενος κλιμακὸς μετὰ τοὺς νόμους τὴν θείας πίστεως, & τοὺς βασιλέας ἀπαραβάτους ἀβρφυλάττεσθαι· ὧσε ποιεῖν σκρίμα, καὶ ὁ παρὸσιῶν ὁ μόνῳ τῷ γῆς σοῦ. E

Chocus sic: Quę igitur ad Dei cultum pertinent, in primis obseruanda & constituenda sunt, ut qui spiritus est, in spiritu & ueritate ab omnibus colatur; & quæ fides ut eque præcepta reliquit, ea precibus impetremus, ut faciamus, quę diuinis literis imperat ut agamus, & fide in illum, amore ac dilectione omnium in Christo IESV renatorum, ad Christum perfectionem legis aspiremus, ut per illum, in quo omnia Deo complacita sunt, nos quoque Deo placeamus, & iustitiam erga omnes, etiam inimicos, equitatemq. teneamus. Religione in Deum non modo cognita, uerumetiam culta, & honoribus Regi secundum Deum delatis, qui gladium à Deo fibi commendatum non temerè gestat. Deinde sacerdotibus Dei, qui quantum in se est, pafcere de bent gregem Christi, aliqua in ueneratione habitis, atque adeo diuinis Fidei legibus,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00246

A summa obseruantia, omniq. animi inductione ab omnibus obseruatis, Regias leges minime transgrediamini, ut iustitia & iudicium in medio terræ nostræ fiat.

Cum debuissem vertere: Quapropter quæcumque ad Dei cultum pertinent, tibi sunt, Imperator, præ ceteris omnibus procurandæ, cauendumq. in primis est, vt non solum erga Dei sacerdotes & Pontifices honor & cultus retineatur, sed eius etiam templa, quasi asyla, sancta conseruentur, vt eorum, qui eò confugerint, nemò abripiatur, nisi interueniente Regiæ nostræ potestatis iudicio. Sacra etiam Monachorum asceteria, quique in illis virginitati operam dant, à nemine inuadantur, custodienda sunt. Et vt breuiter dicam, quæcumque Deo dicata sunt, adhibenda diligentia est, vt cum ab omni iniuria defendantur, tum his honor illis, eaq. reuerentia habeatur, quam rebus omnibus sanctis, & Deo sancto dicatis, habere par est. Neque committen

B dus, vt profanus quispiam aut tyrannicus manus illis inferre, seu quoquomodo impetum facere audeat, ne tu quidem ipse, aut quis alius tuæ potestati subiectus, quicumque demum is sit, cui sit aliquis creditus magistratus, siue militaris, siue vrbanus. Verùm sunt illi tamquã Dei possessio, ab omni detrimento atque iniuria prohibendi, & maxime Pontifices ipsi: quippe patres, & animarum humanarum omnium, tam eorũ qui imperant, quã eorum qui parent, pastores, nostriq. apud Deum mediatores & internũtij. Hos omni honoris & reuerentiæ genere prosequi decet, neque quidquã pati, quod cum illorum iniuria coniunctum sit. Quos enim in eos fiunt, in ipsum referuntur Deũ, à quo etiam Pontificatum acceperunt, per quem, vt & animas pascere, & ipsarũ apud Deum mediatores esse possint, apti facti sunt. Nam sacerdotes perinde sunt atque animã quædam vndequaque diffeminata, viuificans totum Christiani populi corpus, &

C eorum qui imperant, & eorum qui parent: mentem ac ducem nacta omnium Regem Deum, à quo totius corporis dispensationes deriuans traijcit, gubernat, & circumducit. Tibi igitur ita piè atque orthodoxe erga Deum, eiusq. administros affecto, hæc cura sit, vt post diuinæ Fidei præceptã, Regiæ leges sine vlla transgressione obseruẽtur; ita vt facias iudicium & iustitiam in medio terræ tuæ.

Ex his igitur quanta circumspectione opus sit in delectu interpretum & librorũ habendo, intelligent Christiani Principes, quibus in primis huiusmodi libri dicantur. Nam & Checus versionem suã Henrico VIII. Angliæ Regi cũ dedicasset, differri epistolã nuncupatoria non potuit, Leonem Imp. Christianam religionẽ esse professum. sic enim inquit: Etenim cũ Leonis huius tempore, quem quintum fuisse arbitror, quia Basilio Macedone patre fuit, ut ipse sæpe hoc in libro commemorat, multa Saracenorum impetu, quorum vis permagna fũ fuerat, perculsa prostrataq. bello deleretur, ad

D eorum ferociam comprimendam, ad disciplinam Imperatoriã melius constituendã, ad Christi religionem, quã hic profitebatur, aduersus Saracenos defendendam, hunc librũ conscripserat, & quæcumque ingenio, scientia, vsu colligere potuerat, ea conquisite ac ferenter ita tradidit, vt neque ad cognoscendum obscuritas, neque ad conandũ multitudo ac varietas consiliorum retardaret. Et Checus quidem ista. Verum enimuero si veritatẽ & Christianã religionẽ sapuisset, an ne poterat grauius testimonium afferre cõtra hæreses & impietates Henrici VIII. quã si ista, quæ differtissime scalebat Imperator Orientis, fideliter assensisset, cùm illum & contra Saracenos ob Christi Fidẽ pugnantẽ, & ingenio, scientia, vsu abundantem celebraret? Sic nimirum diuino iudicio fit, vt veritatis osoribus veritatis lumen ab ipsismet hereticis subditis subtrahatur;

E & quod obsequij specimẽ præ se ferat, id deniq; in caput & casum Regnorum vergat.

Ceterum ne quid desit libro eiusdem Leonis Imp. (si quis eum emendare, aut vertere fideliter, vel etiam supplere voluerit) defectum in Checi versione è manuscriptis Græcis codicibus capite sexto de armatura equitum & peditum, numero vigesimoseptimo, hic apponemus.

Ἐξωθεν δὲ τῆ θοείῳ ὑπκαρίῳ τῆ ζαβῶν, ἔχει τοὺς τραπέζας κατὰ διαμέτρων ὑπκαρια ὑπτια ὑλαφρὰ, ὅπου ἡ σὴ καιρῷ πολέμου, ἢ σὲ παρὸ κίρρα, ὅπεσθεν τῆ ὀπισθοκαβίων κῆ τας ὑψας τῆ ἵππον βασάζωσιν, καὶ ἰαὰ συμβῆ σφόλακιον ὁ μὴ μὸρτος ἔσται· γλουμίσης αὐτὸς μίαν κίλραν, ἀφανὲς γὴνεσθαι τοὺς τας χρείας ἔχοντας, μὴ ἐσὶ γνωσὰ αἱ ζαβαι ἐφ ἑαυτῶν τῆ, ἕτα καὶ κατασὰ τοὺς τραπέζας ἑλλείψεις ὑπκιμένας αὐτοῖς. ἵνα δὲ ἐσὶ ἀρχε-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00247

ἀρχοντες ἐκάστῳ τῶν μετοι ἡγησόμενοι ἀπορραδίως ἀναίδεσι οὐ τῷ καιρῷ τὸ ἀσαφὲς κεῖμε- A
δίον, ἢ εἰ ὑπερβολὴ τις ἔσται καιροῦ ὅσον ἐαν μὴ διπορεῖσθαι οἱ στρατιῶται τῷ τῶν χρόνων ἀπορίαν
τὰ ὁπλισθῆναι, ἐπειδὴ γίνεσθαι ἀπόσπασιν τῶν καὶ τοῖς ἐθέσι. Ἐ ἀσφὶ ἁρμάτος δ' ὑστεραι τῷ
στρατιωτῶν ἐκαστος, ἵνα παρασκεύᾳς ὦ στρατηγὲ ταῦτα οὐ τῷ ὑστεροι καιρῷ. Ὕστερα δ' ἔστω-
τοτες βλαπτουσαι, μετὰ οἱ στρατιῶται τῶν ἀναγκαίων εἰδῶν καὶ ὅπλων εἰ οὖτως τύχοι ὑστε-
ρουσόμενοι κατοῦσιν, ἐπὶ σωῖ τὸν καβαλλάριον στρατιῶται ἔξωπλίσασθαι. ἐξῆς ἐφ' ὅπλα καὶ ὃ-
παι χεῖσι. Ἐ τῶν πεζῶν μαχιμώτων στρατιωτῶν τῶν ὅπλιτων ποιήσασθαι, τὰς τε ἐκλεκτοί
των τῶν στρατιωτῶν σχόλαι μὲν ἐν τοῖς διηρημένοις σαφὰ τοῖς ἀρχαίοις τακτικοῖς, οἷον
ἐν ὁπλίταις, οὓς οἱ νεώτεροι σκηπτοῦχοι ἐκάλεσαν ἐν ψιλοῖς Ἐ ἐν πελτάταις. ὧν τὰ δ' ἀ-
μάξ ἢ γνώσεσι μὲν τῶν κλῆσιν. ὁσκεῖ μοι δὲ ἐν τοῖς ψιλοῖς αὐτοῖς συμκαταριθμήσαντας
δύο μόνας τάξεις τὰς ἐπὶ μὲν μεμονῶσθαι, στρατὸν ὁπλίτωντε Ἐ ψιλῶν. περὶ τούτων σωῖ ὑμεῖς B
ἢ πεζῶν διορισόμεθα. ὁπλισεις μὲν σωῖ τῶν πεζῶν σκηπτοῦχον τὸν παλαι καλούμενον
πλίτιν, οὗτος. ὡς ἔχειν σπαῦλιν κοντάριον, σκυτάριον. ὅτε μὲν χεῖρα καλεῖ ὅπλιτικες μέ-
γα ὁ καλεῖται, θυρεὸς, ὡάτιος δ' ἐστὶ γεγγύλον τέλεον. τὰ δ' σκυτάρια ὁμοίρεσα πάντα, ἢ κῦ
ἀρίθμον ἐ κῦ τάγμα. ἔχειν δὲ Ἐ σκεπάδα ἔχεσαν ἄνωθεν τοῦτον μικρὸν. σφενδόβολαι.
Ἔχεσθαι δ' ἑρμα. τὸ μὲν ὦ φόμα δ' εἶλαι σπαῦλιν ὅπλιτικες. τὸ δ' ἕτεσον ὡς κονταρίν ξί-
φος, αἰάβασα ζῶμα μετα δ' κναρίν δ' ερματίνων, ἢ τζυρούρια ὕτερα ἔχοντα τὸ μὲν ἐν τῷ
μακόπτον, τὸ δ' ἕτερον ἐργγύδιον. ἢ ὕτερα τζυκούρια δ' ὅσπορα ταξίν πελεκων. Ὅσοι δ' ἐν ὅπ-
λάτοις τὲς ἀκίας ἔχειν Ἐ ζάβας ἐπὶ τὸν λοφίαν. εἰ μὲν δ' ὑστεροι, ὅλοις, εἰ δ' ἐκ μέρ δ' οὐ-
τοὶς ἀφωτοις τῷ ἀκίου. κῦ δ' ἐν τοῖς ὠμοῖς τὲς ζάβας φλαμικλίτικα μικρα, ἔχειν δ' ἐκ ἡ
χειροματικα τα λεγόμενα μανικέλια, ἢ χειρόκνημα ἀλλα σίδηρα ἢ ξυλινα. Ἐ σφυρικνημίδα ὁ-
μοίως δ' λεγεται ποδ' ὀκελλα ἢ χαλκόπτυβα μάλιςα τοῖς οὐ ταῖς κιφαλαῖς καὶ ὠσας ἔχ- C
ακιὸν τινα μίγοις. Ἐ τοῖς μὲν σκυτατοις οὐτως ὁπλίτεσι οὐς ἐποίησα τοῖς δ' ἐλαγμόνοις
ψιλοῖς τὸν τρόπον τοῦτον, τοξοφάρτρα ἔπι ἢ ὦμων αἰαβασίας ζῶμα ἔχοντα κουκούρα-
μεγάλα πωμώτα ἀπὸ τριακοντα ἢ τεσσαράκοντα σαγίτων, σπλαρία ξυλινα, μετα κύ-
ρων σαγίτοι ὡς κουκούρων μικρῶν, ἅπερ καὶ δὴ πολὺ ἀβρέθεμα ἐπέδειται ἀβρ τὸν τοξα-
ρίων Ἐ τοῖς ἐχθροῖ ἀρκοῦσα εἶσι.

Præter bubulas, zabarum, thecas, habere oportet milites ex pellibus theeas quasdam leues & expeditas, quæ belli tempore vel excurſionum poſt opiſthocurbia in lũdis equorum geſtentur, vt ſi (quod abſit) contingat eũ fugam fœdam eos qui habent impedimenta, per dium unum, ut ſæpe fit, abeſſe, ne corrumpantur zabæ, ſi deredtæ remanſerint, neve continenter geſtare milites fatigent. Præſecti autem ſingularum cohortium luſtrent & cenſeant milites in hybernis, ſiue in alia otij occaſione, ut ſi eo pia comparandi neceſſaria in regione deſit, manifeſtum fiat, quot equis, quibus reb. & quo armorum genere opus habent, ut ea, tu Imperator, opportuno tempore per certos negotiatores adferri illis ad mercatum cures, ne propterea indigenæ damno afficiantur, neve milites neceſſarijs rebus & armis, ſi hoc vſu veniat, deſtituti, otioſi hæ reant. Poſtquam igitur equitatum armauimus, de armatura peditatus dicere pergemus. Cum igitur peditatus exercitus triſariam à priſcis rei militaris ſcriptoribus diuiſus fuerit, in armatos videlicet, quos recentiores ſcutatos vocarunt, in velites, ſiue expeditos, & in peltratos, ſiue cetratos, quorum quidem appellationi noſtra tempeſtate cum nullum peditum genus reſpondeat, nos cum veſtitibus non malè, opinor, ipſos connumerantes, de duobus tantum generibus mentionem faciemus, grauis ſcilicet & leuis armaturæ, ſiue armatorum, & velitum. De his igitur decernemus. Armabis peditibus ſcutatis, quos armatos olim vocarunt, gladium, haſtam, ſcutum oblongum quidem & magnum, quod dicitur thyreus, cum vſus poſtulat, ut plurimũ verò exactè rotundum. Scuta verò omnia ſint eiuſdem coloris aut ſecundum numerum, aut ſecundum cohortem: affingabis etiam galeam habentem in vertice tũphiam paruam, item fundas, tricuria ancipitia; altera quidem acie in longum acuta ut gladij, altera verò cuſpidata vt haſtæ, quæ geſtentur cum tegminibus coriaceis, vel tricuria alterius generis, habentia unam aciem cædentem, alteram rotundam, ſiue etiam tricuria, quæ ſint ancipitia inſtar ſecuris. Delecti verò aciei habeant zabas vel loricas omnes, ſi fieri poſſit, ſin minus, duo ſaltem primi acierum ordines; in humeris autem

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00248

A Item zabarum sint fiammulæ paruæ: habeant etiam manicas χειριδωτὰς, quæ dicuntur manicelia, aut chiropsela, quæ sint vel ferrea, vel lignea: habeant & ocreas, quę dicuntur podopsela, vel calceatuba, præfertim ij qui sunt in capitibus, & caudis acieculis: & scutatos quidem ut diximus esse, armabis. Velites, siue leues hoc pacto, quibus sint roxopharetra, quæ ex humeris pendeant, quæ habeant magna cucura, & sint capacia triginta vel quadraginta sagittarum, tum etiam tribuli lignei cum paruis fagittis, paruisq. cucuris, quæ & procul arcubus iaciuntur, & inimicis vsui esse nequeunt.

Seminaria Clericorum. Cap. VIII.

B AT & Ecclesia præter pueros, quos antiquitas sedulò curabat institui, pericu lum de illis faciebat, quos ad Presbyterium informandos susceperat, non minus, quàm in Religiosis ordinib. fuisse factum dicetur. Aequum est enim, vbi idem finis sit, eadem quoque media, eandemq. institutionem, quod fieri possit, reperiri. Ergo cùm intelligerent Patres, qui in veteri Ecclesia floruerunt, ad hunc gradum Presbyterij suscipiendum, cuius proprium munus est procuratio sanctitatis animarum, & dispensatio Euangelicæ gratiæ, requiri, ut eligendi inculpatæ vitæ testimonio irreprehensibiles essent iuxta Paulum, *exemplum habentes bonorum operum, potentes exhortari in Doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere*, illud unum summo Spiritus consilio obseruandum esse diligentissimè iudicarunt, ut ad onus Presbyterij non nisi diu, multumq. probati homines per longissima tempora, morum integritate, & doctrina perspicui, assumerentur; in qua re multa sanè instituerunt, quæ quoniā huic functioni multùm lucis afferre possunt, adscribenda hic sunt. Vt igitur hi tales euaderent, principiò Collegia quædam, seu Cleri Seminaria instituta sunt in Episcopijs, & atrijs Ecclesiarum, in quibus bonæ indolis adolescentes, aut paterna, aut propria deC uotione ad Clerum aspirantes, Religiosam uitam simul agerent, disciplinisq. Ecclesia sticis imbuerentur sub probatissimo Seniore, & Præposito, qui esset Magister, & testis uitæ. Horum autem Seminariorum celebris extat institutio in Concilio Toletano secundo, cap. 1. Toletano quarto, cap. 29. Meminit item horum Collegiorum Vasense Concilium secundum, cap. 1. & Turonense secundum, cap. 13. quo prohibentur in Episcopijs mulieres esse, *Ne hi*, (aiunt) *qui ad reparandam spem cleri nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur*. Ac sub Carolo Magno cùm restituta Impe rij Romani Maiestate, splendor etiam Ecclesiasticæ disciplinæ reuiuiscere cœpisset, ex Scholæ, & Collegia Clericorum rursus instituta sunt. Quod patet ex Cabilonensi Concilio cap. 3. & Turonensi cap. 23. eodem Carolo, & ex Aquisgranensi Ludouico Augusto, cap. 135. Quo loco refertur Canon Concilij Toletani quarti, Nempe in hisce scholis ij erant eruditendi literarijs disciplinis, & sacræ Scripturæ documentis quibus merito diceretur à Domino *Vos estis sal Terræ*, & qui condimentum plebibus esse ualerent; Quorum item doctrina non solum diuersis hæresibus, uerùm etiam ipsi Antichristo resisteret, ut diceretur de illis in laudem Ecclesiæ. *Mille Clypei pendent ex eo, omnis armatura fortium*: Hæc enim sunt uerba Concilij Cabilonensis sub Carolo Magno. Tantùm uerò in his Seminariis momenti positum esse ad instaurandam spē Cleri sibi persuaserant Patres, ut posteriore sæculo cùm grauì multorum tyrannide oppressa esset libertas Ecclesiastica; & inter arma, & seditiones silerent studia; opera tamen Pontificum forma aliqua retenta sit harum Ecclesiæ Scholarum, cuius Magisterii uestigia relicta adhuc cernimus in Scholarchis, quos in primarijs Ecclesijs, tam quam Præfectos Scholæ Collegij Clericorum, ut nomine ipso præseferunt, institutos, certo scimus. Hi verò cum munere suo fungi desiissent, Alexander Tertius in Synodo Lateranensi Magistros instituit in unaquaque Ecclesia Cathedrali, assignato stipendio Ecclesiastico, ut haberent pauperes Clerici, quo Doctore gratis uterentur: Hanc uerò Alexandri Constitutionem, Innocentius Tertius in celebertimo Concilio Generali, & confirmauit, & aliis Ecclesijs obseruari uoluit, & in Metropolitana Ecclesia Theologum Doctorem adiunxit, ut esset, qui doceret Sacerdotes sacras literas, & ea, quæ obeundo muneri pastorali necessaria sunt. Deinceps non ita multo post Honorius Tertius ex Collegio Clericorum aliquos spectatæ indolis ad insignes

Acade-

Ecclesiæ ueteris fluctuā in probātis, qui admitte di erant ad presbyteriū. 1. Tim. 3. Tit. 1. Presbyterorum quodnā fuerit proprium munus.

. Collegia, seu Seminaria Cleri instituta olim in Episcopijs.
Cōc. Toletanense.
Vasense.
Turonense.

Caroli Magni studium in restituenda Ecclesiastica disciplina.

Concil. Cabilonēse Turonense Aquisgranense.
Marchi. Cant. 4. Summū momentum positum esse in Seminarijs. Scholarchæ qui olim. Alex. tertius. 3. Quoniā. de Magistris. Innocē. III. Cap. Quia, eodem. Concil. Lateranē. Generale.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00249

Dan. 12. Academias mittendos curauit, ex quibus posset haberi copia Doctorum, qui *veluti* A *scelle in perpetuas æternitates manfuri ad iustitiam possent plurimos erudire*. Tandem vero cum studia Sancta ista Pontificum sine optato fructu rarentur, multorum piorum uo

Prouinciales Synodi. tis, & flaturis Conciliorum Prouincialium petitum est, ut Scholæ Cleri longa desuetudine intermissæ, & penitus obliteratæ, ad instaurandam collapsam Ecclesiæ disciplinam denno erigerentur. Quare saluberrimo Concilij Tridentini decreto, quasi postliminio reuocata iudemus hęc Cleri antiqua Seminaria, & Collegia in pristinam formam aliqua ratione restituta, quatenus sęculi nostri mores permiserunt.

Cone. Triden. sess. 23. cap. 18.

Ratio dispenendi, & administrandi Seminaria Clericorum. Cap. IX.

Luc. 10. VT igitur nil magis necessarium est Seminarijs ad instaurandas Ecclesię ruinas, ad arcendas hæreses, atque ad nomen Diuinum propagandum (quip- B pe Christi vox fuit Apostolos hortantis, *vt orarēt patrem, ut mitteret operarios in Vineam suam*) sic omni animi contentione studendum est, vt eiusmodi Alumni & seligantur idonei, & instituantur aptissimè, ut quamprimum euadant Christianæ Reip. perutiles. Eorundem autem Seminariorum non vnum genus est: Alterum. n.

Tria genera Seminariorum. est Episcoparium, & qui Ecclesiasticis muneribus ipsis addicti sunt: Alterum domorū pauperum, qui certa stipe, sed tanquam liberi cuique Christianæ Reipubl. functioni gratis aluntur, & docentur: Tertium eorum, qui proprijs sumptibus sub Præfectis honestissimis & probis viuunt. De primo autem genere hæc generatim statuenda sunt.

Regulę in seminarijs Ecclesiasticorū seruandę. 1 Vt domicilium certum sit, quod rectam Seminarij formam, & cubicula distincta habeat ob disciplinam retinendam: In domibus enim conductrijs hæc nequaquam seruari potest. Vix enim quisquam patitur aptari in cumvsum domos suas, è quibus C emigrent paullò post, qui eas conduxerint.

2 Vt vicinum Seminario sit templum, in quo functiones Ecclesiasticæ ipso usu addiscantur Altari ministrandi, Catechismum docendi, Verbum Dei concionandi, & aliæ huiusmodi peragendi.

3 Vt reditus sint certi, ne hinc inde, vel conquisita, vel extorta pecunia varios rumores ciear; quodq; tempus disciplinæ constituendæ impendi debet, id interturbetur; præterquam quod subministrata opportunè Alumnis necessaria, & comparatus in tē pore commeatus, multas isti negotio commoditates præbent, ut omnes suum officiū præstent alacrius, studiaq; celerius possint absolucre, ut in vineam Domini excolendam citius etiam queant emitti.

4 Ne abiit longius Seminarium ab ijs Collegijs, quæ à Religiosis viris administra- D ta, bonitatem, disciplinam, & scientiam eos docent.

5 Antequam admittantur in Seminaria, utilissimum esset si aliquandiu (& saltem quidem annum vel biennium) prius probarentur in scholis eorundem Collegiorum, vel aliarum publicarum scholarum, ut aptiore indole, ingenioq. docciliore, & animis ad Ecclesiasticum munus propensioribus viri examinatores, prudentia & integritate præditi, delectum eorum haberent. Admissi verò Alumni in duas classes distinguerē tur: Alteram quæ inniores; Alteram quæ natu grandiores contineret. Iij verò, qui iam curriculum studiorum in Seminarijs absoluissent, annum adhuc in eo demorarentur, quo alienis interdum Parœcijs inseuirent, dum aliqui rudiores parochi in eodem ipso Seminario quandantenus informarentur, & inuandis animabus redderen tur aptiores. E

Conuictores laici non esse cum clericis admittendos. Cap. X.

Conuictores laicoru & seminarij cleri corum differentia. COnuictores Laici cum Clericis Seminariorum Alumnis nō intermisceantur; neque adeo vtiuāt in Seminarijs: Clericorū. n. ut finis, sic vira debet esse frugalior; & horum quidem, ut diximus, is debet esse scopus, ut animas ad Deum adducant: at Laici conuictores sese plerumque ijs studijs dedunt, vt familias tantum suas seruent, & augeant, cōmodo & dignitati cōsulant, qui politicus finis valde abest à spirituali, & ab eo, de quo dixit Dominus: *Regnum meum non est de hoc Mundo*. Ratio itē studiorū disciplinæ, morum, exercitiorum, vestitus, victus, lecti, ceterorum q. corporis commodorum,

Luca 19.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00250

A aum, non est inter Clericos, & Laicos eadem. Nam Clericis Diuina potissimum Scriptura, Conscientiæ casus, Patres sancti, horũ Vitæ, Concilia, & quecumque ad Theologiam spectant discenda, tractandaq. sunt; at Laici conuictores fere linguas tantum, Philosophiam, Iuris utriusq. prudentiam, Medicinam, atque alias disciplinas addiscunt. Quin etiam plerique Laicorum post absoluta priora illa studia, militiæ, aut mercaturæ sese dant. At Clericorum disciplina nititur deuotione, spiritu, zelo animarũ, ædificatione proximorum, uita (vt ita dicam) exemplari: Verum enimuero, Conuictores laici licet Christianos mores, ac fugam malarum occasionum spectent, sanctaq. item Sacramenta frequentent, hæc tamen omnia propius ad Clericos pertinent; cũm & decorum, & grauitas Clericalis uitæ ab ea libertate abesse debeat, quam laici adolescentes adimi sibi haud facile patiuntur. Quin etiam diuturno usu uidimus accidisse perpetuam inter Clericos & Laicos æmulationem, ut quantùm cernerent Cle-
B rici Laicis concedi, tantùm & ipsi consequi studerent; contemni autem sese putarent, si sibi ipsis eadem non concederentur. Accedunt familiaritates ac studia, quæ clerici à laicis conuictoribus fere procurant. Quæ quidem cuncta ab ipsius vocationis & institutti Seminariorum recta semita clericos auertunt, certè ut difficillimè in officio retineri possint.

Ratio studiorum in Clericis. Cap. XI.

CEterum quæ ad rationem studiorum in clericis instituendis attinent, ea in Seminarijs rectè institutis extant, atque ad hæc ferè capita redigũtur, ut in profanis intelligantur humaniores literæ, Rhetorica, Dialectica, Philo-
C sophia, linguæ (& quidem uariæ, ubi eædem plurimorum professui necessariæ sunt) In sacris autem Romanus Catechismus, Casus conscientiæ, solutiones controuersiarum, quæ maximè uigent ijs in locis, ex quibus oriundi sunt Alumni, siue ea loca Schismate, siue Hæresi, siue Ethnicismo, aut Iudaismo laborent. Theologiæ item positiuæ, atque Scholasticæ studium exactius in ijs, qui aptiores esse uidentur. Musica, & computum Ecclesiasticum: Ratio administrandorum Sacramentorum: Modus cum proximis agendi; & in scholis docendi; de quibus omnibus (præter illa, quæ huic & sequenti libro inseruimus) quoniam alibi in hac Bibliotheca egimus, indeq. colligi possit commodus studendi ordo pro captu cuiusque præscriptus, siue spectet ad repetitiones domesticas, atque ad disputationes, aut ad exercitium styli, & pronunciationis, siue ad incitamenta, & adminicula uaria præfectorum, propterea non est, cur
D hic longius immoremur. Ad ea uerò, quæ pietatis sunt, cùm Sixti V. Breue, quod nobis importandum ad Seminaria Septentionalia tradidit, quodque item Romæ fuit excusum, tum alterum Clementis VIII. Pontif. Max. initio Pontificatus sui scriptum ad omnes omnium Seminariorum Alumnos satis fuerint, ut & officij sui admoneantur, & posteri eodem itinere ad eumdem Seminariorum finem maximo à Præfectis animo adducantur; quæ causa est, cur eadem Pontificias Epistolas huc adteximus.

SIXTI V. PONTIF. MAXIM. BREVE AD PONTIFICIA Seminaria. Cap. XII.

E DILECTI Filij, salutem, & Apostolicam benedictionem. Semper Apostolice Sedis zelus complexus est charitate atque officijs nationes omnes, quamuis maribus, iuisuntis, regionibus disiunctissimas, semper q. illis præsto fuit omnibus in rebus, quæ ad ipsorum salutem, atque ad Dei gloriam, Catholicæq. Ecclesiæ amplitudinem pertinent: nec quemquam omnino, in quo, modo aliquid posse profici in hoc genere existimaret, à sua cura, & studio alienum duxit. Eos vero semper in primis commendatos habuit, quos præstanti ingenio, & natura bonitate præditos, optimis etiam disciplinis, sanctaq. educatione institutos, ceteris quoquoad pietatem, ac salutem adiumento esse posse intelligeret. Ab hoc studio, & charitate (Hæreticorum perfidia omnia permiscente) Seminaria sunt profecta, in quibus, cum à ceteris Romanis Pontificibus, tum proxime à Gregorio pia memoria, nunc

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00251

Greg. XIII. multum in consiliis ubiq; seminaria ista borauit.

etiam à nobis ad hoc munus laborio∫∫imum nullo nõ to meritò vocatis, ea in primis cogitatio A
fu∫cepta e∫t, quo pacto in maximis Sedis Apo∫tolicæ angu∫tijs, temporumq; difficultatibus pro
vide posset, vt hæc ipsa Seminaria eum di∫ciplinarum ſyncerit ate, tum pietatis præſtantia
videri poſſet, vt hæc ipſa Seminaria eum in ipſius gratias requirit, & communis Eccle
floreret, tanta eum ſtabilitate, quantam, & res ipſius gratias requirit, & communis Eccle
ſie bonũ ratio, & Dei gloria ſtudium expoſcit. Vt nos quidem hactenus ea, quæ noſtrorum Se
minariorum ſuſtentationi cenſa ad aliquot annos fuerant conſtituta, non modo conſervanti
mus, ſed auximus etiam. Perpetuis igitur in India Orientali Seminarijs inſtitutis, nefa
rijs hæreticorum conatibus obſiſtendi ſtudio, depranatæq; in tam remotis regionibus Ec
cleſiaſticæ diſciplinæ reſtituendæ, hoc maximè tempus idoneum indicauimus, ad eos ſcribendi,
Aquitaſicæ Sedis Alumni, ſiue è Seminarijs egreſſi tam eſſent, ſiue adhuc in illis erudirentur, ſiue
poſtea ad ea vos conferretis.

Seminariorũ alumni quàm Deo de beant.

Hortamur igitur, vt cum ceterorum in vos Dei beneficiorum memoriam ſanctiſſimè reti- B
neatis, tum hoc præſertim noſtro eius bonitati gratias agendas puteis, quod vos grauiſſimis
perculis exceptos, tutiſſima in ſtatione collocarit: quod, magnis ſumptib. laboribus, cogitij, pa
tientia erunditos ad glorioſiſſimum omniq; exiſtimatione magni Sanctæ Eccleſiæ operarios mu
nus vocarit. Qua quidem cogitatione incenſi, & tum optimis inſtitutis aſſuefacti, tum dexteri
tate ſynceritate exculti, debetis non ſolum vos ipſos ab omni labe puros, integrosq; ſeruare, ſed
alys etiam prodeſſe contendere, parari ſemper de ea, quæ in vobis eſt, fide, rationem red
dere, & eos, qui contradicunt, arguere: ſanguinem quoque ipſum, ſi tares ferat, pro
Chriſti gloria, atque animarum ſalute profundere, quod multi recentes memoria ex omni
Collegio præfecti glorioſiſſime præſtiterunt. Horum fidem, fortitudinem, charitatem, ſem
per ad imitandum propoſitam habere debetis, contra vero, paucorum aliquorum vitem miſe
reri, conſilium deſertari, exemum perhorreſcere, qui cum in Seminarijs fidelem Dei, ſanctæq; C
eius Eccleſiæ operam polliciti eſſent, inde egreſſi ſeſe inertia, terrenisq; cupiditatibus dedidõ
runt, ceteris, ea facultate quam Sedis Apoſtolicæ beneficio adepti eſſent, prodeſſe recuſantes,
reſpexerunt in vanitates, & inſanitas falſitas ſicque maxima de ſpe deciderunt. Ab horum
igitur ſtultitia, ac miſeria vos abhorrere perſuaſum habemus: Quos vero vita integritas,
doctrinæ ſynceritas, voluntatis zelus commendabit, ys nulla vnquam decrunt à nobis paternæ
charitatis officia.

Meditationes Seminariorum aliquot. propriæ.

Quæ verò omnes hominum rationes reſtè ſe, agendi conatus, à diuina gratia deſtituti, irrè
ti plane ſunt, ut nos ipſos (quo ad hominem datum eſt) hoc præſidio dignos reddatis: cupimus,
atque hortamur, ni per aliquot dies (ſi tam eſſum fuerit præfectis veſtris) vos colligatis, at
tentiſſimè cogitetis, quem ad finem à Deo conditi ſitis, quantam ad ſpem vocati, cur tam
diligenti cura, & ſtudio optimis diſciplinis & morib. erudiamini, quæ multis ad precare adiu D
mentis abundetis, & paucis hæc ipſa præſidia contingant, quam copiæ existiſſum eſſet, tã
multis Diuinæ in vos charitatis beneficia non omni animo reſpondere, ſummæ cum anima de
mo∫tione & gratiarum actione, quam denique indignum, ac miſerum non nos totos Deo con
ſecrare, Sancto∫q; ſpiritu, cuius certè in hac meditatione exardeſcet ignis, in perpetuum incen
dendo tradere.

Indulgentia iiſdem coacceſſa.

Ea vero hebdomada, quam Præfecti veſtri ſemel deſignabunt, aut certè ſi quid per eos dies
impedimenti acciderit, proxima hebdomada tribus diebus, quarta ſcilicet, & ſexta feria, &
Sabbatho ieiunijs, facta à ſacramentali peccatorum confeſſione proximo die Dominico Sacro
ſanctam Euchariſtiam ſumatis: interueniẽte verò pro Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, here
ſum exitpatione, Catholicorum Principum concordia, pace, tranquillitate, ſalute Deum ore E
tis: eiuſdem quoque gratiæ præſidium nobis imploretis, poſtulatis, ab eius bonitate, ut digne
tur ſuo Sanctiſſimo Spiritu in tam multis, tamq; graues curis infirmitatem noſtram adiu
uare, operarioſq; quamplurimos, & tanto miſerio dignos in vineam ſuam mittere. Nos verò
vobis, præfectisq; veſtris, admuſtrijs, omnibus hoc implentibus Diuina Miſericordia confi
ſo, plenariã omnium peccatorum indulgentiã elargiemur. Qua etiam frui volumus Catholicæ
Seminaria omnia, ſiue ab Epiſcopis, ſiue à Principibus ſecularibus inſtituta, egentium etiam
ſtudioſorũ domus, ſiue huius S. Sedis, ſiue aliorum catholicorũ beneficijs, atque elemoſynis ſu
ſtententur: horum ij, cum Seminariorum, domorumq. Præfectos, ac inſtitutos eos, eas ſe, quorum
hactenus opibus, atque elemoſynis ſuſtentari conſueuerunt, ys ſanctæ præſcriptionis rebus, per
actis hebdomada, qua huius noſtræ cõceſſionis littera ad eos pervenerit, aut certè, ut dictũ eſt,
proxima.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00252

proxima. Quia verò difficile esset has ipsas nostras litteras ad eos omnes, ad quos pertinent perferri, volumus, vt earum exemplis, etiam impressis, Notary publici manu subscriptis, & sigillo alicuius in Ecclesiastica dignitate constituti fides conciliatis, eadem omnino fides adhibeatur, qua his ipsis litteris, si ad eos perlatæ essent, tribueretur. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die xxij. Octobris. M. D. LXXXVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Ant. Bucapadulius.

B CLEMENTIS OCTAVI PONT. MAX. Breue ad Seminaria Clericorum. Cap. XIII.

Breue Clem. VIII. ad Alumnos omnium Seminariorũ.

DILECTIS Filys Rectoribus Præfectis, & Alumnis Seminariorum nostrorum, et Sedis Apostolicæ, atque quibuscunque alys, qui Catholicorum Regum, Principum, Episcoporum, aut aliorum opera, ac liberalitate ad Christianam Religionem instituendam, Salutem & Apostolicam benedictionem. Ea semper fuit Sedis Apostolicæ pro salutis animarum cura, in omnes vniuersi terrarum orbis homines charitas, vt illos licet longissimis locorum internallis distantes, ac vita etiam ratione, & sermonis genere inter se maxime differentes, æqualibus tamen paterni amoris sui officijs ad Catholicæ Religionis cultum alliciendos, & sibi adiungendos, perpetuò excitãmanerit. Id cum permulta Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de Catholicæ Ecclesiæ beneméerendi studia, & præclara eorum ab eisdem gesta rum monumenta declarant, tum præsertim adolescentium natura, & ingenio præstantium recenti memoria ad Religionis, & bonarum artium cultum pie, liberaliterq; institutæ Seminaria clarissimè ostendunt: Quibus quidem Seminarijs stabilitis tam, & firmatis, ipse etiam pro pastorali nostro munere, quantum cum Domino possumus, fauere cupientes, vt qui in illis exercentur, eo magis Catholicæ Religionis propagandæ desiderio accendantur, quo clarior est erga eorum quotidie nostrorum, & Sedis Apostolicæ beneficiorum magnitudo: idcirco inter alia, quæ grauissimum Apostolicæ seruitutis onus, Diuina dispensante clementia, tenuitati nostræ nuper impositum à nobis exegit, nostri etiam muneris hoc tempore esse duximus, vt ad vos Sedis Apostolicæ Alumnes ferberemus. Quocirca, cum Seminariorum erectio, & omnis, quæ in ipsis adolescentibus pie sapienterq; institutionis cura hactenus suscepta est, & adhuc suscipitur, eo præsertim tempore spectet, vt Sedes Apostolica regendarum animarum munus sociatis sibi multorum studijs, atque laboribus facilius exequatur: Propterea vos omnes, & singulos paternè monemus, ac in Domino hortamur, vt facta in pri mis omnium vestrarum cogitationum summa, animum statim ad ea consilia traducatis, quæ Nationum vestrarum bene, & Catholicè viuendi rationes, ob heresum prauitatem grauissimis antea difficultatibus implicatas, hactenus vobis expeditas reddiderunt. Hijce enim propositis, diligenterq. vobiscum consideratis, illud etiam, quod est proximum, facillime intelligetis, nihil videlicet matore studio nos, & Sedem Apostolicam à vobis expectare, quam ut iactis firmissimis eiusdem Catholicæ fidei, pietatis, & doctrinæ fundamentis, omnis studiorum cursus plenè absoluta, tales vos præbeatis, vt quantum ipse, & Sedes Apostolica de vestri ipsorum vestrumq; salute laboramus, tantum etiam vos de vestra, & eorum, qui vestræ fidei committentur, salute laboretis. Quod tum pro singulari vestra in Romanam Ecclesiam fide, & in nos observantia, tum pro beneficij, quo cumulati estis magnitudine, & muneris vobis iniuncti administratione, vos omnino præstituros esse confidimus. Neque enim in eo dumtaxat tota officij ratio consistit, vt ipsum propria bene vsuendi disciplina constanter perfectatis, sed illud præterea à vobis optimo iure exigitur, vt singuli primùm, tum in studijs, tum in omni virtutum genere progressus ad publicam eorum, quibus præfuturi estis, vtilitatem, ac salutem, etiamsi maximi propterea cruciatus subeundi, ac certissima ipsimet vita periculæ sustinenda sint, libenti, pioq. animo (quod astate nostra plerique collegæ vestri, ob Diuini nominis gloriam pie, ac fortiter fecerunt) studioséconferatis. In primis verò omni studio danda est nobis opera, maximeq. curandum, ne humani generis aduersario instigante, dete-

Seminariorũ erectio Pontificiæ pietatis argumentũ maximũ.

Seminariorũ finis.

A Seminariorum alumnis qd spectetur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00253

perfidia quo rundam qui in Seminarijs fuerunt.

standam paucorum querundam perfidiam, proiectam, impudentiam vllo vnquam tempore imitandam statuatis, qui oblita promissorum, ac violata fide, qua se, atque operam suã Deo, ac Romanæ Ecclesiæ addixerant, ad miserimas voluptatum illecebras, & ad sacularia desideria (eluso, quam in Seminarijs concitauerant, spe) turpissimè se conuerterunt: Actus sane infamis periculo, ac suspitione quo longius abesse nos certo scimus, eo impensius etiam vnũquemque vestrum diligimus, hunc ipsum amorem libentissimè effecto, ac reipsa testatum quotiescunque vestra studia, pios, conatus iuuandi, aliqua sese obtulerit occasio. Ceterum, quoniam ea eiì humanarum virium imbecillitas, ut plane infirmi simus ad omnia, nisi Diuina in primis ope fulciamur, propterea quo munitiora nobis præsidia comparetis, vehementer cupimus, atque vos etiam in Domino valde hortamur, ut aliquot dies, eos nimirum, qui vobis à Moderatoribus præscribentur, in eam cogitationem impendatis, ex qua cognita vobis, ac perspecta reddantur causæ, eb quas in hunc locum vos Deus produxerit, quantam ad felicitatẽ creauerit, quid perpetua Moderatorum, sub quorum disciplina degitis, de pietate, ac virtutibus vestris cura, & sollicitudo à vobis expecta, vt deinceps peccatis omnibus expiatis, & nos, & reliquam Christianam rem apud Deum Opt. Max. iuuetis. Propterea hebdomada ea, quam Præfecti eorundem Seminariorum, vel Collegiorum, & Scholarum semel accepta hiscce nostris litteris, aut saltem, si quod per eos dies impedimenti acciderit, proxima hebdomada tribus diebus, quarta scilicet, & sexta feria, ac Sabbatho ieiunetis, et facta sacramentali Confessione, die Dominico dictum Sabbathi diem proximè subsequẽte, vel alio dicta sequentis hebdomadæ die, arbitrio Confessarij, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deuote percipiatis: Interea vero pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, Catholicorũ Principum concordia, pace, tranquillitate, salute, Deum orets, eiusdem quoque gratia præsidium nobis implorets, posulcitis, ab eius bonitate, vt dignetur suo Sanctissimo Spiritu in nos, tamq; graubus curis infirmitatem nostram adiuuare, operarios quamplurimos, & tanto ministerio dignos in vineam suam mittere. Quæ autem, vel propter corporis infirmitatem, vel propter aliud quodvis impedimentum superius expressa facere hanc temporis nequiueritis, Confessarij arbitrio ea ipsa in aliud, proximum tempus, differre valeant. Qua omnia, vt eo libentius præstare studeatis, quo vberius spiritualibus muneribus, & gratijs animæ vestræ refectas esse cognoueritis, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, Vobis omnibus, & singulis præditis quæ præmissa adimplenerittis, plenissimam peccatorum vestrorum Indulgentiam, veniam, & remissionẽ tenore præsentium damus, concedimus, & elargimur. Qua Indulgentia frui volumus, Catholica Seminaria omnia, siue ab Episcopis, siue à Principibus sacularibus instituta, egentiũ etiam Studiosorum domos, siue huius Sanctæ Sedis, siue aliorum Catholicorum benignitate, atq; elemosynis sustententur, horumq; item Seminariorum, Domorumq; Præfectos, ac Ministros omnes, eos etiam, quorum hactenus opibus, atque elemosynis sustentari consueuerunt, vt felices, quas præscripsimus, rebus peractis, ea hebdomada, aut proxima, vt dictum est, qua huius nostræ concessionis litteræ ad eos peruenerint. Quia vero difficile esset has ipsas nostras litteras ad eos omnes, ad quos pertinent, deferri, volumus, vt earum exemplis in captu in præsis, Notary publici manu subscriptis, & personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo consignatis, eadem omnino fides adhibeatur, quæ his ipsis litteris, si ad eos perlatæ essent, tribueretur. Datum Romæ in Monte Quirinali sub annulo Piscatori, die xxiy. Iunij M. D. X C II. Pontificatus nostri Anno primo.

Meditationes à Seminariorum alumnis facẽdæ.

Indulgentia concessa Seminariorum alumnis.

M. Vestrius Barbianus.

Defenda primò a Clericis Seminariorum. Cap. XIIII.

Iacobus Lainez præpositus Societatis IESV.

POst Seminarij leges cognitas obuersari animo, atque oculis deberet Scholastici Tabula, quam confecit Iacobus Lainez, qui post B. Ignatiũ secundus fuit Societatis nostræ Præpositus Generalis. Quæ quidem si ante omnia pro captu adolescentum, tribus vel quattuor præléctionibus, exponeretur, esset unde eorum mẽtes excitarentur ad meliora charismata. Ea uerò sic confecta est.

Consideratio

A

Consideratio Scholastica.

Tabula Scientiæ.

EX FINE, qui est discere sapientiam: quod magnum est tum ex obiecto, id est SAPIENTIA omnia continente: omnia infinities superante, omnia dante cum augmento.

EX MEDIIS: quæ sunt VIÆ, vel dentes clauis, qua aperitur thesaurus SAPIENTIÆ. Ea verò media sunt, RELIGIO, seu GRATIA. NATVRA. EXTERNVM ADMINICVLVM. VSVS HORVM.

Religio & eius partes quædam.

RELIGIONIS autem, siue GRATIÆ partes sunt.

1 INTENTIO bona, non autem ob finem diuitiarum, honoris, deliciarum. Sed DEVM cognoscendi: Proposito. Odio, & repulsa oppositi. Gratiæ obtentu.

Intentio. Oratio. Puritas. Verbum Dei. Obedientia. Fides. Spes. Dilectio. Delectatio. Timor Dei. Humilitas. Temperantia. Fortitudo. Prudentia. Iustitia.

B Oratione. 2 ORATIO. 3 PVRITAS Conscientiæ, quæ comparatur confessione peccatorum: Communione: Oratione: Custodia sensuum: Meditatione. 4 VERBVM DEI. 5 Obedientia 6 FIDES Deo in primis: deinde Præceptori in bonis omnibus. 7 SPES. 8 Dilectio DEI: Præceptoris: Condiscipuli: 9 DELECTATIO in studendo. 10 TIMOR Dei: Præceptoris: 11 HVMILITAS erga Deum, præceptorem, scientiam. 12 TEMPERANTIA ab Alimentis ab inhonestis cogitationibus: tactibus: aspectu: fabulis: ab otio: à loco. 13 FORTITVDO ob luctam in carnem: in ingenium, ut fiat habilius: in Memoriam: in externa impedientia: in sapientiam effodiendam, & comparandam. 14 PRVDENTIA in delinandis incomprehensibilibus, siue sublimioribus: siue nouis opinionibus, quæ sint bonis, & antiquis oppositæ: In declinanda item nimia applicatione, uel ad ipsam scie-

C tiam: vel ad alia: & iactura temporis, vel occasionis fugienda. 15 IVSTITIA in DEVM in festis sanctificandis, & beneficijs ipsius recolendis. In Præceptorem, Amore: Honore: Obedientia: Imitatione: Docilitate: Solutione, si recipit. In Condiscipulos, fraterna charitate. In Ciues, soluendo quæ debentur: Neminem vlla injuria afficiendo.

Natura & eius partes.

NATVRÆ cuius partes sunt. 1 INGENIVM, vel aptum, quod adhuc iuuandum est, gratissimo erga Deum animo: cautione omnium vitiorum: Oratione: Temperantia: Exercitatione: Præceptore cooperante, ac dirigente, methodumque docente. 2 MEMORIA, tum Rationalis, tum Sensitiua: finis autem Memoriæ est, vnde perfectio, Recolere Deum: & iuuare eam ad Virtutes, ad fugam Peccatorum, ad scientiam dantem, ad æternam Vitam cogitandam. Iuuatur autem MEMORIA,

Ingenium. Memoria. Propensio. Corpus sanum & bonorum organorum. Vide Auratini Valerij Cardin. Veneræ, de Commentarijs cõficiendis me moriæ causa ad Aloysium Contarenũ: extat autem liber de recta philosophia-

D Meditatione: Repetitione: Vocali intellectione: Ordine: Delectatione in intelligendo, vel amando, quod intelligitur. Arte locorum, vel imaginum: Medicina: Tempore, cùm ira res antea prouidentur, ac disponuntur, vt postea ne sequatur confusio. 3 PROPENSIO, fortis; descendens ad media: delectans: Immorari faciens. Iuuatur autem Exercitio. Habitu. Inuentione. 4 CORPVS quod sit sanum: mollis carnis, seu bonæ constitutionis, bonorum Organum, Vitus, Auditus, Memoriæ, Imaginationis, Sensitiuæ, Cogitatiuæ.

tura eiusdem Veneræ, 1577.

Externum Adminiculum & eius partes.

Auditio. Lectio. Meditatio. Perfunctoria.

E EXTERNVM ADMINICVLVM: cuius partes sunt. 1 AVDITIO. necessaria fidei, & intellectui, Vtilis ad naturalia, & Supernaturalia. Attenta: ne amittatur tempus, substantia, honor. Patiens fue manſuera. Beneuola: Docilis. Visu facienda somno, & distractioni. 2 LECTIO, necessaria & Vtilis ad ea, ad quæ Auditio. Certa, & non vaga: nec quæ, quasi infirmus ventriculus euomat cibum. Attenta; ut percipiatur. Deuota ut afficiatur. Sonora, ut imprimatur res etiam per auditum. Moderata ex consilio, non ex lassitudine. 3 MEDITATIO assidua rerum Diuinarum, quo niam à Deo omnis ars, & scientia, priora. est libris: Ordinata à notioribus incipiés. 4 COLLATIO. Repetendo, Quærendo, Docendo, Disputando, Scribendo, Amicè, Vrbanè, sine ira, humiliter acquiescendo uero, & id amando, Breuiter. 5 PERSEVERANTIA necessaria. Magnum enim animal diu clausum in vtero materno retinetur, priusquam edatur in lucem. VSVS HORVM.

Vsus.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00255

Catechismi Romani recte percipiendi Ratio. Cap. XV. A

Catechismi Rom. usus.

POstea verò Catechismus Romanus ex Synodo Tridentina decretus, ita erit prælegendus, vt cùm nouerint Clerici Vniuersam Theologiam in eo includi, (Nãque credere, quæ agere, quibus sanctificari, quæ sperare debeamus, is complectitur) rerum præcipua capita, definitiones, & aliqua eiusmodi memoriæ mandent, futura vtilissima tum ad recte de Diuinis rebus loquendum, tum ad puram, (hancq. ecclesiasticam) scriptionem comparandam, ac denique ad Theologiam Scholasticam percipiendam. Vsus verò Catechismi simul docetur, id quod duabus rationibus erit faciendum: primò, si quæ cuiq. Euangelij parti catechismi pars respondeterit, indicabitur: Sic enim clerici eadem opera Diuinis Scripturis, & Catechismo assuescent. Dein de si, quæ ex eo perdidicerint, non tam inter lese (quod quidem erit vtilissimum) publicis disputationibus, & repetitionibus contulerint, uerùm etiam coram alijs è fuggestu concionantes egerint. Editus est autem is catechismus à Gulielmo Rouilio Lugduni in capita, sectionesq. distinctus, varijsq. Patrum Sententijs, & auctoritatibus munitus, cùm duobus Indicibus: quorum alter docet, qua ratione ea, quæ in Catechismo traduntur ad Euangelia Dominicalia, & aliorum aliquot Festorum possint accommodari: alter verum est longè ijs locupletior, & ordinatior, qui hactenus editi sunt. Recusus autem hic ipse postea fuit Venetijs apud Damianum Zenarium. B

Catechismus Romanus vendicatus est emẽdatior, & aptior ad iuuandos clericos, 1590.

Ecquid vna cum Catechismo Rom. discendum. Cap. XVI.

POst Catechismum atque adeo vna cum ipsomet Catechismo, Epitome vtriusq. Testamenti breuior, sed perspicua est proponenda. Nam si cum rudibus, qui ad baptismum accessuri sunt, docet Augustinus esse faciendum, ut rerum à Deo conditarum seriem percipientes, Diuinam Prouidentiam colant: quanto magis opera sedulò danda erit, vt Clerici, qui rudes eruditi sunt, id assequantur? At primùm paucis (sed & tamen interdum cùm esse occasio dederit) altius instillanda erit animis adolescentum Scripturæ Sacræ necessitas, dignitas, vtilitas, sapientia, efficacitas, sublimitas, auctoritas, certitudo, scopus: quæ omnia breuissimè libro secundo huius Bibliothecæ cùm perfecuti simus, poterunt inde peti. Tum veniendum erit ad argumẽta, nexumq. vniuscuiusq. libri ostendendum, qui Diuino in codice comprehenditur. Neque verò siuserim, vt Seueri Sulpitij hac de re clericis libet prælegatur: nisi alsquã do proiret emendatior; Qui verò eum exponeret, esset eiusmodi, vt & ad captum, statumq. clericorum, aptare sese, ac quæ essent pro ratione horum temporum vel regionum sobriè intermiscenda, eadem rectè interserere sciret, ac vellet. Nimirum Sulpitio sua fuit quædam, qualia diximus in nostro Apparatu Sacro, ut qui in eum hoc seculo exponendum operam suam impenderunt, non omnino consequuti sint, quod erat optandum. Nam & Carolus Sigonius, qui postremus ei libro manum admouit, à viris cordatissimis non immeritò admonitus est earum rerum, quas, ut erat in literis humanioribus præstans, in sacris non item, non dubito, quin si reuiuiscerer, ipse emẽdaret: quippe ante tribunal æternæ Veritatis fuit: iamq. ea, q sue solemus in hac uita plerumq. tueri acrius, statim ad Diuinæ lucis radium, quę nanì sint, apparent. Quare cùm eadem illi corrigere non liceat, nil eiboerit, si nos, quę ijs, quos diximus, Viri in eo animaduertunt, summatim hæc adtexamus. C

Epitomes Sacræ Scripturę tradẽdę quæ sit ratio.

In Sulpitij Seueri Epitomẽ Scripturę Sacræ q.d consideratione dignã sit.

Cautio Tho. Caroli Sigonij Commentarijs in Seueri Sulpitij. D

Obseruata in Caroli Sigony Notis ad Sulpitium Seuerum. Cap. XVII.

EA verò sunt in primis. Quod 1 Gregorium Nazianzenum virum non tam sanctitate, quàm eloquentia singularem dicit. 2 In folis Hebręorum commentarijs contineri, inquit, quantum humanũ genus à Religione colenda abfit, ac differt. 3 Nomẽ sacri confundit, Religionẽ item Christianã, & Ritus Gentium. 4 Vnum meriãdo libros veteris Testamenti, libros Prophetarum minorũ omisit. 5 Ait Sacras Scripturas esse Hebræorum commentaria. 6 Imitatus Eusebium Cęsariensem, & Laurentium Vallam, aliter atq; Catholica Romana Ecclesia sentit de Constantino Magno, E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00256

A Magno, & Concilio Nicæno. 7. Contra textum Genes. 6. 7. dicit Diluuio perditum
vniuersum genus hominum præter vnum Noe iustum, cùm B. Petrus dicat octo ani- 1. Pet. 3.
mas saluas factas fuisse. 8. Ad Hebræorum fontes recurrendum dicit, quia ibi secreta & 2. Pet. 2.
continentur aliqua. 9. Vulgatam editionem omittit, & non adeo magni facit. 10.
Phrases aliter atque Ecclesia recipit, & sic sensum Bibliorum immutat. 11. Periculo-
sè admodum vbi de fide tractat, omittit gratiam & opera. 12. Imitatus Erasmum Gen. 14.
dicit, Melchisedech non sacrificasse contra quam tenet Ecclesia; sed panem & vinũ Gen. 19.
præmisisse. 13. Vbi loquitur de concubitu filiarum Loth, stupro & adulterium vel
licere insinuat, vel saltem non damnat. 14. Sarram ratione partus superbia elatam di
cit. 15. Vbi de idololatria, ieiunè nimis, & hoc tempore periculosè admodum loqui-
tur, iuuenes instituens. 16. Prophetas & prædictiones uocat fata. 17. De morte Moy-
B sis non ponit causas, sciliceet quia fuit pœna peccati ad aquas contradictionis; cùm hęc
veritas minimè celada. 18. Clarius loqui debebat de panis, & vini consecratione cum
agit de manna, & oblatione Melesisedech. 19. Falsò duas Tabulas præscribit datas,
vnam ad Religionem, alterum ad Iudicium. 20. à Phrasibus Gentilium potèrat cau
tius abstinere. 21. Vbi loquitur de Rege, & Regno, anteponit viuendi libertatem su-
biectioni Regum. 22. Vbi agit de gladio Dauidis, videtur immutare Scripturam. 23.
Vbi loquitur de resurrectione Templi, & Vrbis per Ezechielem, omisit, quod præci
puum erat de resurrectione corporum. 24. Machabęorum libros cum hæreticis, & He
bræis, propter dissonantiam reijcit à libris recepris contra Tridentinum Concilium, Vide in Ap-
& anteponit Iustinum historicum ipsis Machabęorum libris. 25. Vbi loquitur de po- paratu no-
testate S. Petri, malè loquitur, cum eamdem potestatem omnibus à Christo impertitã stro ad Hu-
C innuere videatur. 26. De Apocalypseos libris dubitat, an sint S. Ioannis Euangelistę. manam Hi-
27. Vbi potuit, ac debuit distinxisse Synagogas hæreticorum ab Ecclesia Catholica storiam, quæ
Romana, minimè fecit, iuuenes instruens. 28. Non dat, loquens de Pontificibus Ma- in Iustino hi
ximis, S. Petro, & successoribus excellentiorem potestatem, quàm ceteris Episcopis. storico obser
29. Minus ait hæreticum esse, quàm hæreticum non bono animo accusare. 30. Pri- uatu sunt di-
scillianum Hęresiarcham in numerum Martyrum refert, & non prodit Martyrologij gna.
Auctorem.

Quæ alia tradenda sint Clericis Seminariorum. Cap. XVIII.

D CVm igitur neque Seueri Sulpitij Epitome plenè satisfaciat: nec qui in eam
ediderè commentarios omnia obseruauerint, Epitome alia ab Ecclesia ap-
probata siue breuior ex ipsis tantùm Diuinæ Scripturæ libris confecta, siue
uberior, qua rerum capita, & series à Mundo condito, vsque ad Domini nostri IE-
SV CHRISTI tempora continentur, Clericis prælegi posset.

Iam verò quæ de Rethorica dici possent, nulla Seminarijs aptior est, quàm quæ Rethorica
ab Augustino Valerio Cardinali Veronæ, rogatu Caroli Borromæi Cardinalis con Augu. Card.
scripta fuit, de qua fusius diximus, vbi oratoria Ciceronis contulimus cum Patribus, Valerij præle
atque monstrauimus neque copiam, neque eloquentiam ijs defuisse, quin etiam co- gi Clericis
piosiorem, atque efficaciorem extitisse. Ac tamen ne quis è nimio elegantiæ studio debent.
in errores impingat, quæ ad dictionis, & styli modum pertinent, hæc quę sequuntur
obseruanda sunt. Quòd enim Arnobius scriptum reliquit, *disoluti pectoris esse, in re-*
E *bus seriis quærere voluptatem, & fones auribus infundere dulciores, non medicinam mentis* Arnob. lib. 1.
vulneribus admouere, permagni saue momenti est. Quare & Hieronymus inquit res aduers. gentes.
Ecclesiasticas uerbis Ecclesiasticis esse tractandas; cùm ex uerbis inordinatè prolatis
facile (ait) incurratur hæresis: & ex profanis uocum nouitatibus, quas rantopere fu-
giendas docuit Apostolus, hæreses, ut ait Tertullianus, subornentur, hoc est quasi quo 1. Tim. 6.
dam fuco regantur: & eis tamquã amatorio poculo mentes hominum subuertantur. Tertull. lib.
Cùm autè tot hęresum uirus ubiq. hoc seculo sit sparsum; nõ modò error, uerùm etiã de præscript.
erroris omnis suspicio tollenda est. Quæ causa me mouit, cur rogatus uelim Semina- hæret.
riorum præfectos, ut & ipsi à peregrinis, atque limitioribus quibusdam uocibus in re-
bus Ecclesiasticis, atque dogmatibus caueant: & uerò Clericis præferant lumen, ne

Auctores

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00257

Voces limatiores & peregrinæ in fide facienda.

Auctores in dictione eleganti curiosiores facilè anteponant iis, qui proprijs, pressis, atque significantibus, & ab Ecclesia vsurpatis iam vocibus sua sensa scriptis consignarunt. Et quidem pleraque antiquitas dici potuere, quoniam id ea ferebant tempora; quibus adhuc simplicitas vigebat cum egregia integritate coniuncta: Verum tamen decrepcps & pertinacia hæreticorum, & senescentis Mundi inclinatione tot immutata sunt, aut talis artibus in malum detorta, vt etiam ex optimis verbis venenum expresserint, qui suos in alienas mentes errores infundere curarunt. Cùm verò eiusmodi tritum, *qua errorum vocabula* (inquit) *a simplicibus, & incautis transfuruntur*, res omnes (sacra potissimum) nominibus, quo ad eas fieri possit, maximè propriis enũciandæ, ac scribendæ sunt. Quamobrem nec orator, nec historicus, aut poeta desteciter, si sapiet, ab hac rectissima semita: cùm vehementer indignum Gregorius Magnus existimauerit, vt verba cælestis Oraculi testringantur sub regulas Donati.

Cyrill. Hierosol. catech. 4.

Greg. in præfat. moral. & habetur in c. Indignum, 9. dist. 37.

A

B

Clericis dum Latinam linguam addiscunt, vel scribunt, a quibus dictionibus abstinere fere debeant in rebus sacris. Cap. XIX.

QVamuis autem & priore operis huius nostri libro, & posteremo vbi de Cicerone loquimur, non pauca huc spectent, tamen huic, tamquam proprio loco, inserenda videntur.

Si quis igitur dicat *sacris imbui*, loco: *baptizari*, sciat sacris imbui, propriè baptizari non esse, sed catechizari, aut rerum sacrarũ notitia informari. Quemadmodũ enim animus modo erroribus, & superstitione, abhæresibus modo disciplina, præceptis, moribus, & religione imbuitur, sic & sacrorũ notitia dicitur, informari. Neq. verò quæ recte scriberet hominẽ gratia, vel charactere, vel lumine imbui posse, fed fideri notitia, & Sacræ Religionis agnitione. Quare cùm informari debeat animus sacris à Christo institutis, antequam baptizetur, imbui factis, catechizari erit, non baptizari.

IMBVI SACRIS non esse idem qd baptizari.

C

FACERE SACRA. Vig. epi. 3. Leuit. 2. Cor. 11.

Facere item *sacra* recte dixeris, non tamen operari sacris: Nam apud Latinos, facere, Sacrificare est. Sic Virgilius. *Cum faciam vitula pro frugibus ipse venire*, nec aliud quicquam Christus Apostolis iniunxit, quàm *vt facerent in sui commemorationem*, idest, sacrificarent, & Sacrosanctum Christi corpus offerrent. At verò operari sacris, nunquam audiuimus. Apud Cyprianum quidem *operari eleemosynis* erogare significat, & *operatio* eleemosyna est, vti notat Pamelius. Sed nunquam quisquam sub his verborum ambagibus Missam intelliget, (cùm Sacerdotes in quotidiue Sacramento ministrando sacris operentur, sacras preces fundant, sacra mysteria peragant) nisi idem velit omnia permiscere, & omnibus Sacramentis eandem operationem, & mysterium tribuere, & vim assignare: propterea verò Theologi Sacra, Sacramenta, & Sacrificia distinguunt: etenim Sacrum non est Sacramentum: nec animal hoc est, nec qui Sacris operatur Missæ sacrificium celebrat. Paschasius Corbeiensis, qui ante octingentos annos floruit, Sacramenta à Sacris ita distinguit. *Sacramentum enim* (inquit) *interna Spiritus sancti virtute in animo fiunt, Sacra dicuntur, quod per inuocationem inuocationis Dei, vel aliorum Sacri tenetur, vel visu, & auditu sensibus hoc Sacramentum dicitur.* Quare sicuti absurdum esset apud Linguæ Latinæ peritissimos, si quis ita loqueretur, *volo vt hic sacro contendas, sacro obligeris, sacrum tibi deferatur, pro Sacramento contendas, Sacramento obligeris, Sacramentum tibi deferatur*, quia animo sacrum latet, Sacramentum aperte cernitur: Ita planè pro ridiculo esset, si Sacramentum ipsum sacrum generali voce nominaret. Nec verò Sancti Patres absolutè sacrum nominant, sed aliquid in eorum dictis adiungunt, vt fecit Ambrosius, *de iis, qui Sacris initiantur*, idest, *sacris mysteriis*, cum mysterium Sacramentum sit apud Paulum.

D

E

Paschasius lib. de præsent. corp. & sang. Christi in Eucharist. cap. 1.

SACRAMENTA quodam di cuntur.

Ambros. de iis, qui initiantur mysteriis. *Ephes. 5.*

In Baptismo item declarandis, quamuis tingi aqua, baptizandum dixerint aliquando, seu vetereres, siue nostræ ætatis Scriptores pij, rarius tamen (præsertim cùm Clericis adhuc iunioribus) hæc Phrasis vsurpanda est. Ac quidem in Catechismo Romanis adhuc iunioribus, hæc Phrasis vsurpanda est. Ac quidem in Catechismo Romano hæc verba leguntur. *Vel aqua in eos infundatur, vel aqua aspersione tinguntur.* Sed intelligendum est id omne ab Ecclesia Catholica fieaccipi, ut tingere aqua baptismi aspersionis designet, vel leuiter aquam infundere; Intingere autem submergere est,

TINGERE & INTINGERE aqua quid sit.

VII CX

A vti ex Cypriano deducit Pamelius: Quamobrem cùm apud varias nationes & submersionis, & ablutionis vsus vigeat, per eam vocem tingere, omnis baptismi ritus expressus non fuit: Quod tamen Catechismus tam accurate distinxit, vt singulis rebus, & actionibus, singulas etiam voces accommodaret.

Cypr. in epistola ad Matrimum.

Baptismo item *infici pro baptizari* qui dixerit, scandalum prædere posset, nam infici, est maculis affici, & in malam fere partem accipitur; Sic labe infectas hæretica Provincias legimus: Et si verò inficere nonnumquam sit colorem alium inducere, malè tamen sonat, vbi de Sacramento agitur: ideóque hanc loquendi rationem improbat Concilium Tridentinum, & damnat huiusmodi loquendi genus pertropos.

Conc. Trid. sess. 13. c. 1. et canon.

Expedit verò non Vates, sed Prophetas appellare eos, qui Diuino spiritu afflati ue ra prænunciarunt: tum quoniam in libris sacris vox hæc, Vates, pro Poeta ponitur

B (licet Apostolus Epimenidem Cretensem Poetam nocauerit proprium Cretensium Prophetam) atque ideo Clerici & Adolescentes opinari possint, de Virgilio, Ouidio, & eiusmodi alijs agi, cum de Prophetis sub nomine Vatum aliquis loqueretur: tum quoniam hæretici nostri temporis omnia, quæ Prophetis, & Prophetijs tribuuntur, communia plerumque faciunt cum Vatibus, & Vaticinijs. Porrò Vates antiquitus à fatis prægiendis, uel à uersibus uiendis dicti sunt, ut ait Varro. Et verò firmiorem habemus Apostolicum sermonem, quo monemur in Symbolo, quomodo & nos loqui debeamus, cùm de Spiritu sancto dicit. *Qui locutus est per Prophetas*, &c.

VATES non dicendũ pro prophetæ. epist. ad Titum.

Varro lib. 4. de lingua Latina.

Accedit huc, quòd Vates non tam dicebantur apud Gentiles, qui numine, uel furore correpti erant, ut docet Plato; uerùm etiam qui inspectione animalium aliquid præ

C sis quibusdam signis reddebatur, quod ex Seruio in Virgilium constant. *Errantesque Deos, agitataque numina posco.* Ἔοικα dicit simulachra breuia, quæ portabantur in lectis, & ab ipsis mota insundebant uaticinationem; sic Ventriloqui, & Pythones, Vates dicebantur. Ergo ne hæc confundamus, & similes in edendis responsis esse existimentur, nomine distinguendi sunt, cùm diuerso spiritu agitati, eloquutique fuerint. Quod nam autem inter nostros Prophetas sanctos, & fallaces gentium Vates discrimen interfit, docuit Iustinus Martyr, & Nicephorus Gregoras, cùm Prophetæ Sancti, ὁ παρ' ἐμοῦ ἰδεῖ, apertam ipsionem rerum haberent, Vates confusam, & perturbatam. Furebant enim, bacchabantur, atque ut amantes rotabantur, & omota mente uerba frangebant; id quod docet item Lactantius, & Virgilius.

Plato in dialog. de furore poetico.

Serui. lib. 6. Aeneid. Virgil.

Al. legunt Vates.

Iustin. q. 2. Ortodox.

Nicepb. com mem. in Synesiũ de insomniis.

Lactant. de falsa Religc. 4.

Virgilius.

Bacchatur Vates, magnum si pectore possit,
Excussisse Deum, tanto magis ille fatigat.

D

Iob capit. 4. PROPHETAS non esse vocãdas fata.

At Prophetæ sancti suauissimè corripiebantur ut eleganter describit Iob:

Qui uerò Prophetias fata uocaret, haud rectè faceret: quare & qui scripsere. Fatâ *instante die*, ideſt, de quo fati sunt Propheræ, nec Latinè, nec rectè locuti sunt: nemo enim Latinè ira loquitur, ut fatalis sit casus, de quo alij locuti sunt, fatum enim illis quædam necessaria vis erat prouidentiæ opposita.

Id etiam cauendum est, ne quod ueritas Catholica, & Ecclesiastica est, uel hæresis, id nominetur *opinio*, quod quidem aliqui minus considerarè faciunt. Opinio enim earum est rerum, quæ fieri possunt aliter, at in hæresi damnata nihil est probabilitatis, sed omnia sunt falsa: In sententia de dogmate Christiano nihil est, de quo aliquis dubitare possit, nisi impius sit, quoniam ueritas rebus omnibus firmior est; ac quod legi-

E timis Concilijs est cõfirmatum, opinio hoc tempore dici nullo modo potest, licet Patres aliquando ita locuti fuerint. Sanè Aristoteles opinionem cum probabili ratione conuertit. *Si enim est res probabilis, opinio est, & contra*: Præterea opinio non est habitus mentis, vt docet ex Aristotele Eustratius, cùm habitus diutius hæreat animo; quæ verò opinione nituntur fluctuent, incertaque sint. Quare numquam erit opinio Catholica, vel hæretica, cùm fides certissima & firmissima sit veritas, hæresis verò constantissimum mendacium, de quo disceptari non potest. Itidem nec *fides hæreticorum* dicenda est, nec ita loquendum, vt dicatur. *Aliquis in fide eorum baptizatus est*, aut *conitans mansit*: cùm hæreticorum perfidia, & in constantia sit, Catholicorum autem fides, atque constantia meritò nominetur.

Aristin Topicis. Eustrat. in commẽt. in 6. Ethicor.

Romana Catholica Ecclesia.

Interdum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00259

Interdum quoque haud satis est Ecclesiam vocare *Catholicam*, sed & *Romanam*; addendum est. Nam cùm hæretici iactitent sese Apostolorum imitatores, sectatores ac veræ fidei defensores, nos contra improbent, magni refert nomen *Romanum* Ecclesiæ Catholicæ adiungere; interest enim maximè ea nominis notatione veritatem aperire, cùm ij ad suas præsumptas Ecclesias (quæ quidem sunt Satanæ, ac malignantiũ) per summam audaciam nomen Catholicum trahant. Quare sicuti olim hoc nomen *Catholicum* in Ecclesiam inductum est, (inquit Pacianus Episcopus Barchionẽsis) vt vniuersalem fidem, & consentientem veritatem significaremus, eadem ratione hoc nomen *Romanum* videtur nonnunquàm præcipuè cum Clericis adhibendum hoc tempore, vt consociationem cum capite, & consentientes cum Romana Ecclesia fidei veritates demonstremus. Sanè in abiuratione hæresum, qualem Pius Quartus Pont. Max. omnibus publicè docentibus propositi, Romanæ Ecclesiæ, non sine causa, expressa fit mentio.

Pacianus Episcopus epistola ad Sẽ pronianum. PIVS IIII. in forma abiurationis nomen Romanæ ad Catholicam adiecit Ecclesiam. Nõ satis est vocare Pontificem Max. Episcopum Romæ. Non dicendum est Reipubl. Hebr. fuisse formã Eccles. Christianæ.

Ratio etiam temporum, & adolescentium Clericorum habenda est, cùm de Summo Pontifice loquimur, vt non simpliciter Episcopum Romæ vocemus, ne existimẽt eiusdem esse dumtaxat auctoritatis, cuiusmodi sunt alij Episcopi: cùm enim aliquis dicit *Episcopum Vrbis*, videtur dignitatem Episcopalem loco, & Vrbi (vt hæretici hoc tempore faciunt) & non Apostolicæ dignitati, ac successioni asscribere, cum locus, vbi cathedra fundata est, cùm toti Orbi præsit, sit omnium amplissimus.

Quoniam verò non defuit, qui Remp. bliciam Hæbreorum appellauit *insignem formam Ecclesiæ Christianæ*: forma verò hoc loco exemplar, vel imaginem significat, ad cuius imitationem res aliqua effingitur, vel exprimitur (ideam fuse ἔκτυπα appellarũt Græci) ideo scitendum est, non animaduertisse illum, inde sequi, vt nihil in Ecclesia esse posset, quod non fuerit ex Hebræorum imitatione tractũm; adeo, vt quicquid inde petitum non fuerit, tamquam minus exactè ad exemplar compositum, aut tamquam adulterinum ab Ecclesia excludendum sit; Quo nihil pestilentius, & Ecclesiæ Catholicæ calamitosius accidisset, si ueteres mores iam Christi passione extincti, in consuetudinem deducendi, vel ueteres illæ ceremoniæ in communem vsum reuocandæ essent. Quamobrem & similes dicendi modi cauendi sunt diligentissimè, cum tamen crediderim, vt alibi monuimus, bona mente illum ita fuisse locutum ut synagogam Iudæorum fuisse Christianæ Ecclesiæ figuram intelligeret.

CER. VIC. PVLVIN. *Mar. 4.*

Fuere etiam qui tamquam elegantiore voce, pro *Ceruicali*, super quo scribit Euagelista dormiisse Christum in naui, *puluinum* verterunt. Quod quidem primo aspectu haud tantus videri poterat error. At si penitius rem introspiciamus, primum vulgata editio præterea mittitur, quæ iustissimis de causis à Synodo Tridentina mandata est, vt adhibeamus ad usum. Deinde sit, ut quilibet temerè audeat immutare

Spiridionis factum. *Niceph. lib. 8. cap. 22. Euan 5.* uerba Scripturæ Sacræ, quod quidem ex facto Spiridionis Episcopi explodẽdum est. Hic enim ob similem causam Thiphilum Ledien sem Episcopum, ut ait Nicephorus, in omni Episcoporum conspectu concionantem grauiter obiurgauit. Referebat Thiphilus locum Euangelij. *Tolle grabatum tuum & pro* grabato *lectum* dixit. Hæc enim parum diffare uidebantur. Quod molestè ferens Spiridion, *non tu quidem*, inquit, *præstantior es illo, qui dixit, grabatum?* Sed (quod ad nostram rem facit) ex ea cerualis in puluinum mutatione error suboriri poterat, Christum, qui animam pro nostra uita perdere uenerat, nimium sibi indulsisse, cùm pulnino caput molliter deponeret, *cum filius hominis non haberet, vbi declinaret caput*, sed in montes secederet, & humi cubaret. Quamquam autem κεφαλοκράδιον Cerui cal dicatur, & pului-

Matth. 8.

Plato lib. 7. de Republ. Mar. 4. nus, & omne illud, quod dormientis capiti supponitur, uero tamen similius fuit aliquod lignum dormientis Christi caput sustinuisse; nam & Plato hoc uocabulo usus est pro lapide capiti suppositõ; ibi ergo aut pro lapide, aut pro ligno accepit S. Marcus, aut pro re quæ in nauicula piscatorum similis inueniretur.

Nec sacra nec Deos gẽtilium in ecclesia uocandos.

Neque uerò *sacra Gentilium* quisquam, aut *Deos* nominet illos, quos sibi Ethnici colendos proponebant, aut quibus sacra faciebant. Nam etsi uel Diuuina Scriptura, vel Augustinus, & alij Patres ita locuti sint aliquando, statim tamen ea tamquam execranda condemnarunt. Sanè qui nudè uoces illas, Sacra gentilium vocet, idque faciat

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00260

A faciat Clericos, & pueros docens, cogitare hi poterunt, Sacra quoque Christianorum apud Gentiles fuisse. quod tamen absurdissimum est. nam cùm de gentium ritibus loquimur, eorum impietatem, quibus verbis possumus, deprimere debemus, detestarique tamquam spurcissima, & horrenda dæmonum flagitia: ne videlicet harum rerum appellatione aliquid maculæ piæ aures contrahant, quod quidem fuit in causa, cur à Synodo prima Carthaginensi, vt refert Butchardus, Episcopis lectio Gentilium librorum fuerit interdicta; Partes certè de ijs sacris mentionem fecere, nec dum eorum falsa Religione explosa, quæ cùm in animis Gentilium tenaciter hæsissent, paulatim ex ijs erant euellenda, quamobrem hæ uoces, quibus profana mysteria deteguntur, non ita licenter hoc tempore usurpandę sunt, cùm iterum Satanismus pullulet.

Synodus prima Carthag. cap. 6. Burchar. lib. 1. cap. 95.

B De præcepto, de mandato, ac de iudicio loquentes, vel scribentes, explicent, quę admodum Sancti Patres fecerunt. Mandatum enim, siue ἐντολὴ, & apud Ioannem ἐπιταγὴν λέγει, siue enunciatio ad præcepta Decalogi spectare uidetur, vel ad ea, quæ iure naturæ animis nostris infita sunt, vt ait Philastrius Brixiensis aduersus hæreses. Præceptum uerò significat monitum, Consilium, doctrinam, & institutionem, qualia parentes filijs edicunt, sicut in Prouerbijs, & apud Plutarchũ, cõnubialia præcepta dicuntur; apud Augustinum autem præceptorum aliud fuit uitæ agendæ, aliud uerò vitæ significandæ.

Præceptum. Mandatum. Iudicium. Ioan. c. 16.

Prouerb. 6. & 7. Aug. lib. 10. conf. Faustũ cap. 1.

Quæ in legendis Martyrum, & aliorum SS. Gestis obseruanda. Cap. XX.

C PRæter illa verò, quæ de ratione in Patribus legendis mox dicemus, vti & plenissimè in Sacro Apparatu diximus, atque vbi fraudes Centuriatorum Magdeburgensium aperuimus, meminerint, & harum quoque, atque aliarum cautionum Præfecti Seminariorum, vt cum varij Patrum libri ad manũ legi soleant, ipsi autem Alumni iam nato grandiores, quoslibet aliquando licentius scriptores arripiant, sciant, vnde vel Patres tueantur, siqubi videntur impegisse, vel quomodo respondendum sit hæreticis, qui alienas festucas obseruant, trabes autem, quas ipsi gerunt in oculis, negligunt. Et quidem Petrus Canisius opere suo de MARIA VIRGINE, argumenta soluit eorum, qui ex Patribus, Beatissimæ Virginis dignitatem vis sunt imminuere. Nimirum & tempora alia fuerant, & materia, de qua Patres agebant, requirebat illud dicendi genus: nec tamen omnibus locis eundem in scribendo tenorem secuti sunt, cùm in pluribus reuerentissimam Dei Matris

Petrus Canisius de Maria Virgine incomparabili, ac Dei Genitrice Sãctissima lib. 4. c. 27.

D mentionem fecerint. Sixtus item Senensis ad extremum suæ Bibliothecæ vindicat Patres à calumnijs, quas ijsdem Patribus hæretici solebant aspergere. Melchior quoque Canus suis Locis cõmunibus idem præstitit, quo libro de Doctorum, & Patrum Auctoritate egregiè disseruit. Idem passim Robertus Card. Bellarminus effecit. Quare ad hoc accedendum erit, cùm submouendi fuerint obices isti maleuolentiæ, ac perfidiæ filij. Quin & huius sęculi anno octauo supra octogesimum prodijt Bibliotheca Homiliarum, & Sermonum priscorum Ecclesiæ Patrum, quam Laurentius Cũdius Italus, & Gerardus Mosanus Dominicani Ordinis Germanus collegerant: cui Bibliothecæ ad marginem addita fuere Scholia, quibus vel hæreses nostri temporis iugulant, vel si quid ijs excidit Patribus, quod communi Ecclesię consensu minus probatum sit, modestè indicant.

1588. Ex officina funtard. Lugduni.

E Atqui & reuocandum est ad memoriam, non vnam fuisse causam, cur falsę Martyrum, atque Ecclesię gestorum historię fuerint populis obtrusæ. Satanas enim summam, quę ex veris Sanctorum gestis percipitur, vtilitatem animaduertens, (id quod D. Bernardus in vita B. Victoris, scriptum reliquit) honori autem, qui Dei amicis habebatur, inuidens, hæc, quę dicemus, molitus est. Hæreticos enim primum impulit, vt mendacia ueris Sanctorum Vitis infererent; vt ijsdem Sancti essent deniq; ludibrio cunctis, atque contemptui. Hæc enim & alia huiusce modi ab hæreticis manasse, certissimum est. Ab Ebione fanè falsa Acta Apostolorum inuenta, & circuitus Petri fuisse corruptos, & Pauli acta referta blasphemijs introducta, tradit Epiphanius: A Gnosticis autem de S. Dei Genitrice MARIA portentosum librum fuisse con-

Falsę Sanctorum historiæ cur Ecclesiæ obtrusæ.

Epiph. in Panar. hæres. 30.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00261

Idem in Panar. hæres. 26. August. lib. de fide contra Manichæ. & alibi. Orosius epitio. ad Augustinum de ortu Priscillian.

se conscriptum testatur idem Epiphanius: Encratitas item in medium adduxisse ad A
stabiliendam suam ipsorum hæresim Actus Andreæ, Ioannis, & Thomæ, & alia huiusmodi idem Auctor narrat, Manichæos quoque huius generis commenta excogitasse, Apostolorumque nomine scripsisse falsas historias, fidem faciunt Augustinus, Philaster, Cyrillus Hierosolymitanus, & alij. Priscillianistas deinde & ipsos inuenisse alios Actus Apostolorum Orosius affirmat; vt ne hic alia pleraque recenseamus.

Cur simplicibus imposuit Satanas falsam aliquorum veneration̄. Cap. XXI.

AT & simplicibus hominibus Satanas suasit, vt tanquam cælites venerarentur eos, qui iam æternis fuerant cruciatibus addicti: eorumque ideo cadauera, quemadmodum de sactis reliquijs fuerat factum, in sublimibus Ecclesiarum locis collocari curauerat. Alios item adegit, ut ad fastum sepulturas sibi hoB
norificentissimas struerent, in quibus, ubi sepulti fuissent, posteritas speciem illam honoris admiraꝛa, eos suspiceret, & in Cœlestium uirorum numerum cooptatos crederet. De Martino Sanctissimo Episcopo narrat Seuerus Sulpitius, prope Turonum
5. Martinus ejus fasto eli Sanctum agnouerit. ciuitatem mortem fuisse plebi, vt ad sepulturam eminentiore loco positam cuiusdam, quem ignorum Sanctum appellabant, preces funderet. Sed quoniam istas Dæmonis fraudes citò retegit Deus, viro suo Martino scrupulum inicecit, num ignotus ille, qui diceꝛatur Sanctus, esset in cœlis. Rogasse itaque Deum, ut rem panderet, post orationem apparuisse umbram deformem, ac terram, quę uoce horribili pronunciauerit hęc uerba: *Sum ciuis anima, qui hoc loco humatus est: quisq; cum ob grauia, qua patrauit scelera, pœnitentiam vinens non egerim, perpetuis in Inferno flammis crucior.* Quo dicto
C
cum euanuisset, Martinus sepulchrum & altare, quod in eius honorem fuerat excitatum cuerti iussit.

Addidit denique Satanas alium his omnibus dolum. Obseruauit eorum ingenia, qui questum pictarem esse putarent, perque istos falsa pleraque insinuauit. Alij uero negligentiores fuere in antiquitate eruenda, vel conseruanda. Quamobrem, & à Synodis, & à Pont. Max. ium est obuiam aduersus istorum technas. Extat Canon Sexagesimustertius sextę Synodi, quo scriptum est: *Quæ à ueritatis hostibus falso conficta sunt martyrum historiæ, vt dei Martyres ignominia afficerent, & qui eas audiuri essent, ad infidelitatem adducerent, in Ecclesia non publicari iubemus, sed eas igni tradi: qui autem eas admittunt, vel tanquam veras, his mentem adhibent, anathematizamus.* Theodorus igitur Balsamo eo in loco de Nicolao Muzalo Patriarcha testatur: Cùm ille (inquit) vitam S. Paraseues, quę in Callicratide Vico celebatur, à quodam Vica- D
no ineptè & indoctè, & Sancta Angelica uiuendi ratione indignè compositam inuenisset, eam igni mandari iussit, & Diacono illi Basilico mandauit Deo gratam & acceptam eius uitam conscribere.

Historiæ Sanctorum utilitas. Cap. XXII.

CEterum, ne quorundam dicta ueritatem eleuent, aut pietatem minuant ergaueras Ecclesiasticas Sanctorum historias, lectores sciant uelim. Primo Patribus summę curę fuisse, ut Sanctorum Vitę & scriberentur, & publicè populis recitarentur diebus eorum anniuersarijs; summum uerò illud inde præter alia com
Ambros. de Ss. Nazario, & Celso. modum extitisse, ut narrat Ambrosius, *quod Deus cum Sanctos examinaret, nos docebat; dum in ipsos esset rigidus, erat ergà nos pius; dum Martyribus vulnera inferrentur, medicina nobis adhibebatur: cum temporalis vita priuarentur, nos eorum exemplo accessi vitam*
Necessitas omnibus historiæ de uitis Sanctorũ. *consortij possemus æternam.* Quin quoniam omnibus necesse est, ut Christianè uiuant, necessariam item Martyrum, & reliquorum Cœlitum historiam esse qua uirtutes omnes, ac patientię exempla contineꝛtur: Quod sanè humana non præstat historia, quę ipsis tantùm militibus, uel magistratui uel adeo explicandis Diuinis scripturis uti ex humaniorum literarum Professoribus ferè est usui.

Hinc porrò Diuina prouidentia factum est, ut Chronologi, ac ceteri Auctores posteritati Martyrum gesta relinquerent. Primum Clemens primus Petri Apostoli discipulus.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00262

A scipulus, à quo scribi Damasus septem in Vrbe Notarios designatos, quorum quisq. singularum parœciarum martyria uere ac sedulò describeret. Anterum item Pontificem curasse, vt quidquid vsque ad tempora Pontificatus sui ab ijsdem fuerat Notarijs collectum, id in Romanæ Archiuis Ecclesiæ asseruaretur. Fabianum quoque Pontificem iterum septem antiquissimos illos Notarios per septem collationes, siue parœcias distribuisse, vt quæcunque Martyribus acciderent, ea conscriberentur. Quin etiam Damasus deinceps addidit Subdiaconum singulis, vt negotio inuigilarent attentius; nilque nisi summa cum diligentia & veritate, referri in commentaria permitterent. Quæ licet Onufrius Panuinius putat interijsse, secus tamen alij docti sentiunt, quemadmodum infra liquebit. Accedit, quòd quæ martyria pleraque in Breuiarij Romani lectionibus habentur, hæc eadem inde fuisse deprompta, non dubitatur. Notarij Ecclesiæ Romanæ à quibus instituti.

B At quod Damasus Pontifex scripsit à Felice Pont. statutum, vt supra Martyrum sepulturis, vel vbi eorum maior pars reliquiarum fuisset, Missæ celebrarentur, id venerationis, celebrandique natalis eorum in Ecclesia fuisse initium; & ex veterum Notariorum scriptis desumpta fuisse creditur, proinde & in officijs, quæ ab Ambrosio, Gregorio, Isidoro, suis fuere Ecclesijs relicta, cerni reliquias earumdem historiarum, quæ ex ijsdem Notarijs petita fuissent. Eusebius verò Cæsariensis cùm, iuuante Constantino Magno, ex omnibus Bibliothecis, quæcunque, eius modi essent, cõquisiuisset, nouem historiæ ecclesiasticæ addidit libros, quibus Rufinus Aquileiẽsis adiecit duos. Socrates item Scholasticus Cõstantinopolitanus septem de Ecclesiastica historia libros; Theo doretus quinque; Hermias Sozomenus nouem, è quibus omnibus Cassiodorus Tripartitam historiam confecit; quam in dudecim libros diuisam ex ijs tribus auctoribus Scriptores Historiæ ecclesiasticæ. Eusebius. Rufinus. Socrates. Theodoret. Hermias. Sozomenus. Cassiodorus.

C collegerat. Accessit Beda qui & historiam Ecclesiasticam, & Martyrologium sue monimentum Martyrum confecit, quo testatur quanta potuit diligentia dies sese ad notasse, quibus Martyres sunt passi; ludæos, qui eos variis supplicijs affecerẽ, modum generaque martyriorum quibus affecti sunt. Nicephorum Callistum, & alios quosdam omitto nunc, de quibus in sacra Bibliotheca erit dicendum. Ado quoque Treuerensis ad Kalendarij formam edidit Sanctorum historiam perutilem. Vsuardus Benedictinus Monachus, Carolo Magno iubente, Martyrologium copiosius, quod postea hoc seculo auctum notis & additionibus à Ioanne Molano Louaniensi viro eruditio emissum est in lucem. Extat item antiquum Romanum Martyrologium, quòd penè idem ipsum est, quod Antonius Maurolycus euulgauit, in quo loca præcipuè nominantur, in quibus iacent Sanctorum corpora. Petrus Galesinius autem Martyrologium cum Ecclesiæ vsui in singulos anni dies accommodarum notationibus, ac multiplici antiquitatis Ecclesiasticæ doctrina cumulasset; præfatione vbere, qua opus Gregorio XIII. dicauit, explicatus (vtiliſſimè certè) Martyrum cruciatus, dimicationesque pro fide Christi susceptas attigit; quę sanè, vt Clerici, adolescentesq. religiosi legerent, expediret, non tam ad mores Martyrum laude ac prædicatione decorandos, quàm ad sanguinem pro Christo fundendum. In perquirendis igitur ijs, quę Christi nomine Martyres gesserunt, quam quam monimenta illa integra Notarijs, ac codices quæstionum deessent, è prisci tamen Ecclesiarum tabulis, atque è polumini bus partim tam Latinorum, quàm Græcorum, multa, & ea quidem fat certa ac explorata sumpsit idem Galesinius ad Martyrologij scriptionem. Io. Molanus. Antonius Maurolicus. Petrus Galesinius.

D Galesinij notatio ne in Martyrologium lecta digna.

E *Sant enim vbique fere ter rarum* (vt ille scribit) *in nobilissima quaq. Ecclesia, & Monasterio instructa lectissimas libris Bibliotheca, & Archiua: vbi etiam peruetusta volumina asseruantur, religiose, grauitergq. conscripta, de vitis Sanctorum: quas constanti traditione, maiorum auctoritate, & diuturno, perpetuoq. vsu comprobauit antiquitas.* Neque porrò dubitandum est, quin Alexandri, Stephani, Marcelli, Pontificum, Priscæ Virginis, Laurentij, Hippolyti, aliorumque Martyrum gestæ res, quæ literis consignare, in Basilicarum Romanarum Archiuis recondunturi, eæ ipsæ sint; quas à se scriptas, posteris Notarij illi septem reliquerunt. Codex quæstionum, quæ contra beatissimum Martyrem Sebastianum habitæ sunt, in Monasterio Casini Montis extare dicitur: Marcelli Martyris Legionensis historia, in Hispania pie asseruatur: exemplumque habetur quæstionum contra Martyres instituturum, non longè ab ijs dissimilium, quas in libro con-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00263

tra Cresconium Augustinus exponit. Idem affirmatur de historijs sanctorum Fru- A
ctuosi, Augurij, Eulogij, & Facundi, item; Primitiui, Aciscli, aliorumque Martyrum Hispaniensium.

Martyrum gesta unde sumpta. Cap. XXIII.

Et præterea à vero non alienum, quæcumque vel Latini, vel Græci de Martyribus in Ecclesiasticos Annales, Fastorumque libros retulerunt, ea vel omnia, vel certè maximam partem, ex libris veterum Notariorum illos accepisse. Ac ne quisquam quidem est tam rudis, atque adeo ignarus, quin intelligat, ab illis ipsis sumpta esse, quæ de Martyribus, Xixto, Laurentio, Geruasio, Protasio, Agnete, Sotere, Tecla, Pelagia, in suis libris Ambrosius luculenter narrauit. Idem planè affirmare licet de Adone, Isidoro, Prudentio, Beda, Vsuardo, ceterisque id generis B
Scriptoribus Latinis, qui de Sanctorum Martyrio libros, versu, vel soluta oratione
Damascen*. Simon Metaphrastes. confecerunt. Neque aliquis inficiabitur Græcos, vtpotè Eusebium, Damascenum, Simonem Metaphrastem itidem fecisse: cùm præsertim hi, atque adeò illi, præcipua quædam, ac singularia de quorumdam martyrio accuratè, verè, grauiterque conscri-
Basilius. Greg. Nyssenus. bant. Tam sanè conciones de quadraginta Martyribus, & de Mamante, de Iulita Basilissa Magnus; de quadraginta item, & de Theodoro martyre Nyssenus frater; ac de
alijs plurimis Græci Patres habuerunt: quos omnes probabile est è Notariorum tabulis excripsisse. Non enim Romæ solùm, sed in omni Græcia, in omnique Prouincia, vt ex eadem Pontificia Sancti Fabiani Epistola facilè perspicuum esse potest, con-
stituti sunt Notarij, qui res Martyrum gestas literis mandarent. Atqui, etsi eiusmo- C
di Notariorum volumina defuerunt; tamen Ecclesiarum libri certi, prisæque tabulæ, ac Patrum Sanctorum volumina, & cetera eius generis egregia monimenta extitere, quæ ad Martyrologij lucubrationes Galesinio, & alijs usui fuerunt, atque adiumento. Et verò in Græcis idem habuit, (quod ipse testatur) quibus commodè uti licuit, præter alia, litteras etiam olim Cleri Constantinopolitani, & Ecclesiæ item Smyrnensis, Lugdunensis, aliarumque de Martyribus Græcè exaratas; Dionysij quoque Alexandrini epistolas, Constitutiones itidem Græcas de Sanctis editas, & plerasque eius gentis fabulas, eo de genere confectas. In Martyribus portò Hispaniensibus
Eulogius Martyr. multum luminis huic artulit pontificium Eulogius Martyr, cuius opus adhibuit ad Martyrum scriptiones, quos multos in Arabicis fidei oppugnationibus Hispania habuit. Accessit quoque industria Ambrosij Moralij, qui ad Eulogij libros preclaras
notationes adhibuit, & Andreæ Resendij, hominis Lusitani, qui per lustratis omnis D
De historia Hispanica Andreæ Maralij vide Apparatum Auctoris ad humanam historiam. Hispaniæ Basilicis Cathedralibus, compertisque antiquis Tabulis, Sanctorum Hispanorum historiam diserta oratione contexuit. Aliorum autem martyrum, qui ex omni penè natione innumerabiles extiterunt, diebus natalibus in Martyrologio nostro tandis, vel gestis rebus scribendis testimonia illa adhibuit, quæ in notationibus ostendit.

Alia Martyrologia perfectiora. Cap. XXIIII.

Cæsaris Car. Baronij nota in Martyrologium. Post tantum Petri Galesinij laborem, Cæsar Card. Baronius, Notas breues, fœcundas, eruditissimas scripsit & ipse in Romanum Martyrologium, quod E
iam Apostolicæ Sedis auctoritate locum habet, & vsum per omnes Ecclesias. Ex in ijsdem Notis præter alia adiecit ea, quæ pertinent ad undecim mille Virginum martyria, quę Coloniæ Agrippinę contigere, dignam lectu historiam, quam à Guilelmo Lindano Episcopo Ruremundensi consecutus fuerat.

Attenterim memineritne studiosi, magnam afferre lucem Martyrologijs omnibus intelligendis, si Brissonij Index de solennitatibus Romanorum atque postremę editionis codex Baroniani Martilogij attentè legatur.

Vitas

A Vitas porrò, quas siue antiqui Græci, vt Simon Metaphrastes, & alij; siue Occidentis Patres, nostro autem sæculo Aloysius Lippomanus, & Laurentius Surius Carthusianus collegerunt, in Compendium aliquod redactas (sed tamen vberes) continet duobus Tomis liber Hispanicus, qui Flores Sanctorum inscriptus est, in quo vitam Christi Domini, & omnium Sanctorum Auctor est complexus; Petrus autem Scarga è nostris, Polonicè eas compendiosius edidit. Sed & Petrus Ribadeneyra noster Hispanicè, ac quidem accuratè, atque Gabriel Flamma Clodiensis Episcopus, tribus Tomis Italicè, ut & alij, sunt profecuti.

Aloysius Lippomanus.
Laurentius Surius.
Flores Sanctorum Hispanicè.
Petrus Scarga.
Petrus Ribadeneyra.
Gabriel Flamma.

Quod reliquum est, ex horum omnium lectione, ut summa utilitas, sic illa etiam exístit, quod quæ hæretici de reliquijs Martyrum obijcere soliti sunt, quasi uel eméntitę pro ueris colantur, uel alibi sint, quàm quibus in locis Ecclesię eas sese afferuare
B dicunt, ea facilè diluuntur. Nam & eędem reliquię pluribus in locis sunt, ut corpus ipsius sancti certè non integrum haberi dicatur: uel duorum aliquando Sanctorum nomina eadẽ fuere, quorũ alterius oblita posteriora sęcula errorem aliquem inuexere.

Sed omnium aliorum Scriptorum labores, qui de Ecclesiastica historia scripserũt, ingens ille Cęsaris Card. Baronij excepit, qui Annalũ Ecclesiasticorũ tomos aliquot iam edidit, quos legisse, ac si quis velit in compendium redigere, & in uarias linguas vertere, publico maximè usui commoderet. Quin & hoc tempore Hispanicè scripta Monarchia Ecclesiastica generalis in quinque tomos distributa prodijt à Ioanne Pineda Franciscani ordinis obseruantię.

Cęsaris Car. Baronij Annales.
Ioannis Pinedæ Monarchia Generalis.

De Martyrum autem huius sęculi historia, siue quę in Europa, & præcipuè in Anglia, siue in nouo Orbe, Indijs potissimùm Orientalibus, acciderunt, legendi erunt
C omnino Scriptores Anglici, Sanderus, & alij; uti, & Sanctesius, qui postea fuit Episcopus Ebroicensis libello abs se Gallicè edito, Gallorum Catholicorum martyria prænotato 3; & Franciscanus quidam, (cuius nomen haud minimi.) Belgarum; uti de eorum qui in Indijs pro fide occubuerunt, Maffęus, Osorius, ac reliqui.

De nouis martyribus quinam scripserint.

Quę uerò in uersionibus antiquorum Ecclesiasticorum Historiographorum digna sunt emendatione, cùm nos in Sacro Apparatu fusè egerimus, ubi cuiusque Auctoris habetur mentio, certè ex his, constabunt & ueritas, & ratio imposturas eorum agno
D scendi, qui Ecclesiasticam antiquam Historiam pernicio sissimè fœdarunt, qualis inter hæreticos alios fuit præcipuè Ioannes Balęus Anglus, qui Centuriatoribus Magdeburgensibus materiam, & syluam sacrilegij, atque mendaciorum densissimam subministrauit.

Ioan. Balæi Anglipernicissima historia.

Cur Sancti Patres potissimum legendi. Cap. XXV.

ET Sancti Patres lectitandi sunt, quoniam (vt refert Apostolus) *Christus Dominus Apostolos, Prophetas, Pastores, & Doctores in Ecclesia dedit ad consummationem Sanctorum, ne simus sicut paruuli fluctuantes, ac ne omni uentu doctrinæ circumferamur.*

1 *Ephes. 4.*

Quod si, dubitandum non est, quin antiqua in Ecclesia ueritas fuerit, certè hęc ab ijs testibus petenda est, qui, cùm eamdem sanctitatem uitæ scriptis, sanguine, miraculis illustrauerint, incorrupti sunt testes, quos præsentis sęculi affectus mouere non potuit, ut uni, quàm alteri parti magis fauerent.

S. Patres incorrupti sunt ueritatis testes.

2 Quòd (licut Petrus scriptum reliquit) *in scripturis sunt quædam difficilia intellectu, quæ homines indocti, & instabiles depranant, sicut & ceteras scripturas in suam ipsorũ perditionem*, & dicentes se esse sapientes (vt Paulus inquit) *stulti facti sunt*, nescientes
E *quæ loquuntur, aut de quibus affirmant*. Itaque *si unaquæque disciplina* (ait Augustinus) *quamquam uilis & facilis, vt percipi possit, Doctorem, aut Magistrum requirit; quid temerarias superbia plenius, quàm Diuinorum Sacramentorum libros ab Interpretibus suis nolle cognoscere?* Cum autem post Diuinas Scripturas, aliqui Interpretes legendi sunt, ij sanè sunt uersandi, quibus (ut Aug. dicit) *post Apostolos S. Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit*. Itaq; & aduersus Iulianum Pelagiani idem
„ subdit: *His eloquijs, & tanta auctoritate Sanctorum, profecto aut sanaberis, Dei misericordia donante, quod quantum tibi optem, videt qui facit: aut si quod abominor, in eadem que finem.*
„ *tibi uidetur sapientia, & est magna stultitia, perduraueris, non tu iudices quæ sit uera,*
„ *ea, ubi causam tuam purges, sed ubi tot sanctos Doctores egregios, atque memorabiles*

1 *Tom. 2. Aug. ad Honoratum c. 7. de utilit. credendi.*

Tom. 7. contra Iulianum Pelagianum lib. 1. versus finem.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00265

Quantum patribus sit tribuendum.

Catholicæ veritatis accessus, Irenæum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, Basilium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, ceteroſque ſocios, ac participes eorum, inſuper & vniuerſam Chriſti familiam, cui Diuina familia dominica cibaria fideliter miniſtrantes, ingenti in Domino gloria claruerunt. Aduerſus hanc autem miſerabilem, quam Deus auertat, inſaniam, ſic reſpondendum video libris tuis, vt fides quique aduerſus te defendatur illorum, ſicut contra impios Chriſti profeſſos inimicos etiam ipſum defenditur Euangelium. A

Ibid. Auguſt.

3 Quoniam Patres, quod inuenerunt in Eccleſia tenuerunt, quod didicerunt, docuerunt; quod à patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt: ut idem Pater teſtatur.

4 Quòd ita perſepè Eccleſia errores hæreticorum reuicit, atque damnauit: Epheſina Synodus Neſtorium; Hieronymus Eliuidium: Baſilius Eunomium Spiritumſanctum Diuinitatem negantem; Auguſtinus Donatiſtas, & Pelagianos; Leo Papa Eutychem, & huius ſectatores. Sic item Agatho Pont. Max. comprobauit dogma de duplici Chriſti voluntate, & operatione; Theodoritus actiones Concilij Alexandrini, ſicque alij plerique omnes Orthodoxa dogmata confirmarunt. B

Cur aliquando Hæretici laudent Patres. Cap. XXVI.

ETſi verò Hæretici aliquando Sanctos Patres laudant, ut hac fraude populis perſuadeant, ſeipſos cum antiqua Eccleſia ſentire, tamen non ſine cauſa eoſdem Patres numquàm ex profeſſo expoſuerunt in Scholis, nec libenter, aut incorruptè vmquam eos ediderùnt in lucem, nec unquàm in linguas populis, vbiverſantur, cognitas conuerterunt; intelligebant enim, hæreſes & errores ſuos, ita retectum iri, & ipſos populos facilè cognituros laudes, quibus Lutherus, atque alij Apoſtatæ extolluntur à ſuis, eſſe tamquam coronas ebriorum, ſicut de ſui temporis hæreticis recitiſſimè contra Iulianum Pelagianum dixit Auguſtinus. C

Quinam Patres præcipuè legendi. Cap. XXVII.

NOTA. QVicunque autem à tempore Apoſtolorum, per conſequentia ſæcula, in Catholica, ideſt in Vniuerſali Eccleſia floruerunt, hi legendi ſunt. Horum autem Hieronymus in libro de Viris illuſtribus (erſi non omnium) vſque ad ſua

Patres qui legendi. tempora Catalogum ſcripſit, quem doctiores uerſare poſſunt, diſcernentes, quem nam eorum Auctorum aut relinquere, aut circumſpectè legere debeant, quos ille hæreſi, aut erroribus aliquibus infectos fuiſſe ſcripſit. Reliquorum autem, ſicut & eorum dem Catholicorum Scriptorum, quorum Hieronymus mentionem facit, nomina Xixtus Senenſis in Sacra Bibliotheca ſua collegit: ſed hæc omnia, quando poſteriores his ſuimus, in noſtro Apparatu plenius licuit nobis obſeruare. Porrò quinam illuſtriores, Doctores & Synodi vnoquoque ſæculo fuerunt; id ex Chronologia Ingolſtadij edita, quę in folijs prioribus operi magno Catechetico Petri Caniſij præfixa eſt perſpici poteſt. D

Ordo in Patribus legendis. Cap. XXVIII.

QVamuis autem certus ordo præſcribi nequeat in Patribus legendis (quoniam & illi varia ſcripſere, & qui ad eos accedunt, non omnes idipſum cupiunt legere) is tamen ordo, & ratio adhiberi poterit, ut primùm eorum dem Patrum; E

NOTA. quos uelimus euoluere, legamus uitam attentè. Hinc enim Eccleſiæ cius ſeculi ſtatus agnoſcetur: Sanctitas ſcriptoris legentem ad pietatem excitabit: ac quę nam hæreſes extiterè cognoſcetur. Ex quibus omnibus, cauſarum, & aliarum circumſtantiarum non exigua lux hauritur.

Prætetea, quæ illi ſpectantia ad mores Chriſtianos componendos ſcripſerunt, magni momenti erunt, ſi perpendantur: Ex eorum enim lectione, quantam eorum ieri pra pietatem ſpirent, & quàm facile hæreticorum rapſodiæ, atque blaſphemiæ fordeſcere incipient, experiri unuſquiſque poterit.

Quod

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00266

A Quod si inuestigare placeat, num cum Ecclesia Catholica, vel cum Lutheranis, aut alijs eiusmodi hominibus Patres consenserint, primum legi poterunt ea scripta, quæ de hæresibus sui temporis generatim, & breuius ediderunt, Tertullianus de præscriptione aduersus hæreticos, Augustinus ad Quoduultdeum, Epiphanius de octoginta hæresibus, Theodoritus Cyri Episcopus de fabulosarum hæresum narratione. Vincentius Lirinensis, atque ita alij. In ijs enim libris apertissimè cernitur, easdem prorsus hæreses à Lutheranis, Caluinianis, & alijs sectarijs fuisse ab Inferis hoc sæculo excitatas, propter quas antiqui hæretici ab Ecclesia uniuersa ex uerbo Dei, vnanimiq; Patrum consensu fuere damnati. Quæ Patrū opera legenda.

B *Vsus Patrum aduersus Hæreticos. Cap. XXIX.*

SI quis uerò nosse cupierit, quibus rationibus ipsa hæreticorum dogmata fusius ab ijsdem Patribus confutata sint, petat à perito aliquo Catholico, vel ex auctorum ipsis Indicibus, quos nam de quaque re libros ediderunt: Exempli gratia Hieronymi, qui contra Vigilantium negantem Sanctorum intercessionem, & contra Iouinianum negantem cœlibatus, & ieiuniorum meritum, aduersus item alias hæreses proprios tractatus scripsit. Hos igitur libros legere poterit.

At Augustinus cùm aduersus plures Africæ hæreses, quæ huo tempore ebullierunt, multa opera ediderit, quę quidem non ita facile quiuis poterit propter scriptoris ingenium eminens, uariasque ac perdifficiles tractationes intelligere, magnum auxilium sentiet ex eius Patris materijs penè omnibus per loca propriafidelissimè à Hieronymo Torrensi Societatis nostræ Theologo dispositis, in libro, qui Confessio Augustiniana dicitur, qui certè labor fuit utilissimus. Sed postrema editio procuranda est, de qua in sacro Apparatu nostro. Confessio Augustiniana opus est perule.

In omnibus autem Patribus legendis, hoc statuere primū oportet, eos maximè conuenisse in ijs, quę ab Ecclesia Catholica in generalibus & legitimis Concilijs decreta sūt. Quod si quis aliqua in re aliquādo uel errauerit, uel dubitauerit, id sanè ante Ecclesię decerminationem contigit; quemadmodum accidit Cypriano de rebaptizandis hæreticis: si quis uerò unus uel alter Patrum nutauerit, cum item ab Ecclesia fuisse notatum sciat.

Præterea (vt inquit Vincentius Litinensis) *antiqua Sanctorum Patrum consensio non in omnibus Diuinę legis quæstiunculis, sed solum in fidei regula nobis certè est seuenda*, atque in ijs præcipuè quæstionibus quibus Catholici dogmatis fundamenta nituntur. Patres in quibus conueniant.

Iraq; si quis aliquid obijciat, quo auctoritas Patrum (uel ipsis Partibus restāribus) eleuatur, id eiusmodi esse intelligendum est, quod uel non ad fidem pertinebat, vel ad ea, quæ iam ab Ecclesia decreta non erant, sed priuato cuiusque iudicio liberta delinquebantur. Alia enim sunt (ait Augustinus) in quibus inter se aliquando etiam doctissimi, atque optimi regulę Catholicę defensores salua fidei compage non consonant. Alia uerò quę ad ipsa fidei fundamenta pertinent. Lib.adu. Iulian.c.1.

Præterea, si quis hæreticus ipsos Patres aduersus Ecclesię Catholicę dogmata citauerit, ea citatio sic omnino suspecta esse debet, nulla vt ratione credatur. Quam ob rem urgendus est hæreticus, ut ipsum Auctorem in fonte ostendat, quem fortem numquàm legit, sed ex Philippi Melanchthonis, uel eiusmodi alicuius fallacissimis communibus locis mutuauit. Præterea, iterum urgendus est, dum putet eumdem Auctorem pro Catholicis alibi facere. Quod si affirmet, cur quæ aperte alibi dicit, ea potius & candidè non affert? Sed de tota hac Patrum auctoritate, ac de modo eos legendi, tj qui erunt doctiores petere multa poterunt ex 7. lib. Locorum communium Melchioris Cani, & Sixto Senensi, atque ex eodem nostro Sacro Apparatu; Nam Caluinum, reliquosque fidei & Patrum aduersarios, solidis rationibus eorum fraudes aperientes, cuicimus.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00267

A

A Præfectis Seminariorum alia præstanda. Cap. XXX.

DIRECTIO MORVM.

His præcognitis eum duo sint Religionis nostræ capita, Fides recta, & Obedientia Mandatorum Dei, quarum vtramque complexus est Apostolus, cũ eas vocasset, *Fidem per dilectionem operantem*, siue *nouam in Christo creaturam*; præterea in hoc apprimè incumbẽdum est. Quod vt ordinatè, ac quidem re ipsa fiat, quattuor potissimum iuuant. Oratio, Lectio piorum Librorum, Sacramentorum frequens vsus, Legum obseruatio.

ORATIO. B

Ad Orationem quod attinet quæ cæli clauis est, summi momenti fuerit, si Præfectus desiderium eius consequendæ altè concipiat. Quod, vt efficiat, gradatim incedat.

Primus gradus esto, vt hoc petat à domino, qui dat sapientiam, & petenti non improperat.

Secundus, Vt sedatè perlegat, quæ Bernardinus Rosttniolus Societatis nostræ Theologus egit initio de Perfectione Disciplinæ Christianæ, vbi, qualis esse debeat qui alios informat, appositè docet.

Tertius, vt mentem Exercitijs spiritualibus habendis omnino sic impendat, ut negocijs quibuscunq; alijs omissis Ducem peritum perquirens, quasi alter Moyses ascẽdat in montem, vnde ad Alumnos iuuandos plenus spiritu descendat, & quidem aliquid etiam, in quibusdam cęnibus & eligiosorum iam laxioribus experti simus, per il lamet exercitia quæ Diuinitus B. Pater Ignatius nobis reliquit, aptissima certè cuilibet hominum generi ac præsertim iuuentuti innoxiæ ad pietatem excitandę. Cum verò eorum aliquid in primo libro huius Bibliot. attigerimus, legant obsero, Editionis Venetæ cap. 35. Romanæ autem, 7. Ea enim capita distinctius posttea fuere distributa. C

Quartus, Vt deinceps statas Orationi horas ne prætermittat, negotiumq; hoc, alijs quibusq; præponat.

Quintus, Vt in meditationibus pijs applicandarum animi virium, siue potentiarũ, sicuti & sensuum, notitiam, & vsum assequatur.

Sextus, Vt Vocalis Oratio præter mentalem, ea sit, cuius Vsus non tam ad impetranda, quæ cupit, quàm item ad continendos in pietate reliquos, qui eam audierint, & verò ad docendum quoque, siue ad habendas exhortationes aptetur. D

Recitatio Psalmorum. Cap. XXXI.

PSalmorum publicæ, siue priuatæ recitationi conducit nosse cur ita sunt inscripti, ac quibusnam morbis animorum Psalmus quisque conueniat. Primum autem si legantur quæ D. Chrysost. & Ambrosius scripserant his verbis: (Quæ & publico in loco Seminarij exponi poterunt.)

Mirari sæpenumero (ait Chrysostomus) contingit, & mecum mente confundor, cogitans, & dicens: cuius rei gratia præ ceteris veteris Instrumenti, nouique Scripturis, liberum Dauidis ficadamarunt omnes Christiani, atque hunc solum voluerunt ore versari. In Ecclesijs pernoctantibus & primus, & medius, & nouissimus est Dauid. Diluculo quæruntur hymnorũ modulationes, & primus, & medius; & nouissimus est Dauid. Si tela in Virginum domibus pertexitur, & primus, & medius, & nouissimus est Dauid. O rem inauditam. Mulieres literarum experimenta minus sumpserunt, neque ipsis edocti principijs, totum Dauidem in pectore confertũt. Neque in Vrbibus solum, atque Ecclesijs, sic per omne tempus, per omnem ætatem fulget, sed in foro medio, atque in solitudine, & inhabitabili terra, certatim Deo sacras stationes excitat. In monasterijs sanctis, choris Angelicarum acierum, & primus, & medius, & nouissimus Dauid. In Cœnobijs Virginum, vbi greges Mariam imitantes, & primus, & medius, & nouissimus. Et omnes quidem homines naturali noctis somno

Chrysost hom. 6. de pœnit. E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00268

A somno altè premuntur, solusq; Dauid instat, atq; ipsos Dei seruos in Angelicas tur
mas congregans, excitat, tota mente terrâ in cælum vertit, & Angelos homines facit.

S. Ambr. præfa. in Psalmos.

Quid Psalmus gratius. Psalmus benedictio populi est, Dei laus, plebis laudatio, plau
sus omnium, sermo Vniuersorum, Vox Ecclesiæ, fidei eanora confessio, Auctoritatis
plena deuotio, libertatis lætitia, clamor iucunditatis, lætitiæ resultatio, institutio in-
cipientium, perfectorum confirmatio, Angelorum ministerium, militiæ cælestis ho-
stia spiritalis. Psalmus cantatur ab Imperatoribus, iubilatur à populis, certat in Psal-
mo doctrina cum gratia simul, cantatur ad delectationem, discitur ad eruditionem.

Tituli Psalmorum vnde intelligendi. Cap. XXXII.

B CEterum videat, quæ secundi libri Capitibus 66. 67. 68. 69. huius Bibl. de Psal
mis sunt scripta; certè tituli, siue inscriptiones Psalmorum, quæ ab alijs dice-
bantur causa, per quas in eorum intelligentiam deducimur, attentè perpen-
derunt veteres Patres, & Theologi recentiores plerique omnes, qui Psalterium uni-
uersæ Diuinæ Scripturæ consummationem, & quasi compendium agnouerunt.

At quoniam non omnia Alumnis vno tempore tradenda sunt, primo Præfectus ip
se legat quæ Nauarrus de horis Canonicis, Granata lib. de Oratione parte secunda
59. egerunt.

E Synopsi autem Diui Athanasij, è Gregorio Nysseno in Psalmorum titulos
qui nouissimè primò à Iacobo Cretzero editus est, è Basilio, & Euthymio uti
ex Hilario, & Augustino (vt mittam hic modo recentiores) habetur, vnde spiri-
tus concipi possit, quo Alumni accendantur, vt reuerenter Psalmos recitent, Chri-
stiana grauitate concinant, concentum autem, qui vel lasciuiam, vel rusticitatem, vel
C leuitatem sapiat, detestentur; quare medicinam inde morbis abigendi, & tristitiæ (vt
monet D. Iacobus) excutiendæ salutarem capient.

Horæ Canonicæ siue Breuiarum. Cap. XXXIII.

IAm non solum è Psalmis, sed & è reliquis Horarum Canonicarum partibus, tam-
quam è Pyxide, remedia, & tamquam è pharetra sagittæ acutæ ad cor regis pro
mentur. Neque enim vnus earum est vsus, quippe inde quidem in primis oran-
di, sed & omnes iuuandi ratio petitur. Dolebat autem uir Sanctus Hilarius *Plerumq;*
tuos semper (sait) *vitio nostro accidere, vt quæ legi in Ecclesia audimus, auribus, atq; ani-*
D *mis nostris longe ab vsu peregrinantibus, negligamus, vt per audiendi iniuriam vilescat apud*
nos cælestium discrimen dignitas.

Hoc igitur incommodo vt earum obuiam, legi poterunt vndeuiginti prænotitio-
nes, siue capita Meditationis, quæ Per. Canisius noster Operi suo præfixit, quod inser
psit Notas ad Euangelicas lectiones. Quæ nisi fuerint ad manum, extant Nicolai Gal
lerij studio editæ breues explicationes in Euangelia, quas in gratiam Episcopalium
Alumnorum permisimus edi.

Iuuerint etiam (quos etiam ad mensam vtiliter audiri liceat) duo Expositionum
tomi Italicè conscripti à Ioan. Baptista Fratris Filio, ad vniuersas Breuiarij lectiones,
pressi illi quidem, at simul vberes, quique Ferrariæ apud Mamarellum prodierunt in
lucem.

E Quibus addiderim, quæ ille ipse Io. Baptista Peruisi emisit ad Hymnos Ecclesiæ.
Quare qui suis temporibus prælegerint, parationes ad Horas recitandas accedent.

Quin & quicumque versabit Romæ excusum an. 1580. (Auctore Fabritio Porti-
cella Melitense) Indicem Sententiarum Breuiarij, breui intelliget quid mole licet
exiguus liber, pariet boni. Hoc enim ad sacram scripturam latior aditus patet, ac simul
cum populo verba facienda sunt, in promptu est, sine magna librorum copia, opportu
na dicendi materia. *Quod si* (ait) *profani codices suum habent Indicem, nonne quoque sa-*
cri copiosorem habere debent. Et inter sacros hic potissimum. Præ omnibus namque quotidie
habetur in quo varia necessariaq; dogmata varie diffusa sunt, quæ etiam vsque ad extremam
senectam plerique non obseruarunt, dum thesaurum absconditum non aperiunt, ac tantum-
modo

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00269

modo percurrentes, sed quid intus lateat, haud inspicientes, quod labijs pronunciant, corde non concipiunt. A

Librorum spiritualium delectus, & lectio. Cap. XXXIIII.

Libri spirituales.

DE libris verò, qui dicuntur spirituales, plurimùm esset quod diceremus. Verumtamen ne nimia lux iuniorum Clericorum oculos præstringat; neque verò quibus lactè opus est, ij solidum cibum illico velint edere, sapientis erit Præfecti, uti consilio spiritualium Theologorum, ac eorum præcipuè qui Seminaria tractare, ac docere assueuerint: neque enim quosuis libros, quamuis pietatis affatim plenos, expedit initio Clericis permittere. Thesaurus sanè piarum precum, Bullæ sodalitatis Beatissimæ Virginis, de qua fusius dicemus, vbi agetur de Sodalitatib. B in ipsius potissimùm laudem institutis, habendus erit ad manus, qui fuit à Francisco Costero conscriptus. Is enim liber rationem orandi, meditandi, confitendi, sacrum audiendi præstat abundè, atque optimè. Meditationes item eiusdem Costeri quinquaginta in Christi Domini passiones, sunt breues, fœcundæ, vtilissimæ. Ratioque Christi passionem meditandi præscribitur ante ipsum librum. Quin & Beatissimæ Virginis salutationem, Hymnũ *Ave Maris Stella*, & alia edidit: quæ Clericis percommodæ fuerint. Sed & Vincentius Brunus è nostris Italicè (vt Costerus Latinè, & eleganter) meditationes in vitam Christi, mysteriaq; pleraque & Beatissimæ Virginis festa emisit. Exercitia verò Gasparis Loartis è Societate nostra, quoniam sunt ad captum adolescentium, maximè commodabunt. De Ludouici Granatensis Theologi Dominicani operibus, quæ sunt notissima, & spirantia omnem pietatem, hic loqui superua C caneum fuerit: tum quoniam, ut prorsus versentur ab omnibus, non est quod ego in suadendo laborem. tum quod (quoniam omnibus debent esse communia) de ijs explicatius erit dicendum. Extant item Gallicè Petri Aurati Dominicani Theologi ua ria opuscula, quæ miram redolent sanctitatem: quæ quidem ijs, qui Gallicè nouerint, auctor fuerim, ne quis non habeat, legat, & sæpissimè uerser. Ad uniuersam porrò Clericalium studiorum cum spiritu rationem referri potest, quod Mabuenus in Rosetо, minus cultо quidem sermone, sed optimo sensu scriptum reliquit.

Thesaurus piarũ precũ liber utilis.

Meditatiões in passionem Domini.

Vincentius Brunus.

Gaspar Loartes.

Ludouic. Granatensis.

Petrus Auratus.

Rosetum. Mabuenti.

Hic verò, prout illa ferebant tempora, nondum ita pijs libris referta, Tabellam sequentem disposuit librorum piorum è Dauidis Psalmi verbis exorsus, Disciplinam, Bonitatem, Scientiam doce me. D

Vsus Sacramentorum, & leges Seminariorum vnde. Cap. XXXV.

PORrò ad frequentem vsum Sacramentorum præsertim Pœnitentiæ, atque Eucharistiæ cum ijdem libri, quos in superiore cap. indicauimus magnopere conferant, ita Bonsignorius Caccia guerra, qui Italicè, & Madridius noster, qui Latinè scripsit, tradi clericis grandioribus legendi poterunt.

Disci-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00270

A Disciplinam, Bonitatem, Scientiam doce me.

PRIMA CLASSIS

Moralium, quibus affectus noster ac sensus persuaditur.

REGVLA, & constitutiones Ordinis S. Augustini, cum explanationibus.

Quatuor autem, vel quinque erant linguæ Regulæ S. August. explanatores.

B Hugo de S. Victore.
Lamberius de sancto Rufo.
Rufachius de Victoria.
Vmbertus, qui omnes videndi.
Speculum beati Bernardi.
Speculum Monachorum, & de schola exercitij exercitij.
Hugo de disciplina Claustralium.
Speculum discipline Bonaventuræ, ante omnia necessarium Nouitijs.
Dialogus Nouitij, Dionysij Carthusiani.
Vitæ, Collationes, & institutæ Patrum Cassiani.
Legendæ, & flores Sanctorum, præsertim Dominici, Francisci, & aliorum.
C Vnibertus de eruditione religiosorum Sanctorum Patrum.
Opera Ioan. Vallensis, quæ sunt quasi Alphabetarium Religiosorum.
Regula Hieronymi cum moralibus epistolis.
Regulæ diuersæ Patrum, cum libris illustrium virorum de Ordinibus singulis.
Homiliæ Eusebij Emissenæ ad Monachos.
Epistolæ Sancti Bernardi ad fratres de Monte Dei cum sermonibus.
Richardi Opuscula ad Nouitios, cum aliis omnibus eius scripsis, & præcedentis Hugonis.
D Profectus Religiosorum, & de ascensu spirituali.
Homiliæ ipsiusdem de reformatione virium.
Beatus vir de ascensione mentali.
Summa virtutum & virtutum Lugdunē.
Speculum morale Vincentij.
Climachus de Scala profectus.
Moralia Beati Gregorij, cum Dialogis, & omnibus moralibus scriptoris eius.
Et breuiter omnia patrū Opuscula de interiori homine, & virtuum mortificatione.
Deiffectionum vitiorum.
Omnia Opuscula Iacobi, & Dionysij Carthusiensium.
E Opuscula deuota Thomæ de Kempis.
Opera Guilelmi Parisiensis: quæ inhibitis deuotionem & eruditionem spirant.

SECVNDA CLASSIS

Deuotionis, quibus Religio conseruatur, & excitatur fervor.

MISSA Christi parus secūdū historiam.
Ludolphus de vita Domini cum Vbertino.
Stimulus Bonaventuræ maior & Aufelmi.
Horologium duinę Sapientiæ.

Augustini { Soliloquia. Suspiria. Meditationes. Manuale.

Libri Confessionum eiusdem, cum innumeris suis.
Meditationes Bernardi de conscientia, & similiter Cantica.
Anselmi meditationes, Stimulus, & de similitudinibus.
Bonaventura de quatuor exercitijs, cum omnibus deuotionalibus.
Quatuor hominis nouissima.
Ephræm de compunctione cordis.
De contemptu mundi & de arcta via salutis.
De triplici via, & de diuinis beneficijs.
Dionysij Cartusiensis deuotæ meditationes, & inflammatorij diuini amoris, cū omnibus moralibus.
Thomas de dilectione, cum aliis Opusculis.
De recena lectrinabine, & moribus diuinis.
Albertus Magnus de vita contemplativa.
Eiusdem opus de laudibus B. Mariæ, cum aliis Marialibus.
Rhetorica diuina.
Gersō de mystica Theologia: de meditatione: & de monte contemplationis: cū omnibus ferme Opusculis, ubi speculativa miscet deuotis.

TERTIA CLASISS

Intellectualium, quibus ratio & mens persicitur.

TOTA Biblia: præsertim Euangelium Christi in primis ut spe cultum teneatur.
Apostolica documenta, ut Augustinus monet Voluisāsi: Præcipue Apostolorum linguas exhortor ut legas ex his enim ad cognoscendos Prophetas excitaberis.
Psalterium, potissimum cum explanationibus Augustini, Cassiodori, & Aliorum, præsertim Ludolphi Cartusiensis, & Gulielmi Parisiensis.
Commentaria Sanctorum Patrum super Sapientialibus libris.
Postillæ probatorum doctorum super libris Bibliæ.
Ante omnia pro Scripturarum introductione Augustinus de Doctrina Christiana, cum lib. quæstionum, & omnibus suis, in quibus fons est, unde certei hauserunt.
Et non nisi probatores: sic enim S. Hieronymus monet: Post scripturas sanctas doctorum hominum tractatus legę, eorum dumtaxat, quorum fides nota est, & pietas non vacillet. Cereros sic lege, ut magis iudices quam sequaris.
Ecclesiastica historia cum Tripartita.
Scholastica historia, cum aliquibus Chronicis probatis.
Compendia Theologiæ Doctorum præsertim Breuiloquium, Centiloquium, Itinerarium Bonaventuræ.
Liber sententiarum, cum suis conclusionibus.
Thomas de humanitate Christi, cum aliis scriptis.
Commentaria super Sententias, præsertim Bonaventuræ.
Opera Sanctorum Patrum, Dionysij Areopagitæ, cum Homilijs Origenis; & omnibus scripsis Chrysostomi.
Scripta Lactantii, Ambrosii, cum huiusmodi operibus antiquorum, in quibus sapientia & spiritus.
Magister Hugo de Sacramentis; & de tribus dictis, cum omnibus operibus suis.
Summa magistri Alexandri de Hales, cum aliorum probatorum Doctorum scriptis, & summulis.
Deinde Decreta cum Decretalibus, & repertatis: ne ignorentur in casibus necessarijs.

Sic quidem Ioannes Mabuenus, qui fi vsque ad hæc tēpora vixisset, ingentem aliorum piorum & spirituallium librorum copiam vidisset, & addidisset, qui à viris doctissimis, & pijs prodierunt, de quibus nos abundè alibi.

Leges autem Seminariorum (præter illa, quæ secundo capite diximus) cum suę cui que sint, certe ex operibus B. Card. Sanctæ Praxedis Caroli Borromæi, & ex Archiepiscopali Bononiensi Gabrielis Card. Palzotti, satis, superq; erunt ad manus.

Finum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00271

Rituum Sacrorum notitia necessaria Clericis. Cap. XXXVI. A

SEd & ad clericos inſtituendos cùm externa quoque illa ſcitu neceſſaria ſint, quę ad Diuina officia, & ad ritus ſacros pertinent: de his, & Auctores, & ratio eos facilius addiſcendi indicanda eſt. Nam qui ex vna praxi miniſtrantes Altarib. aut verſantes in Choris eam haurire putant, maximè falluntur; Quippe denique ijs deeſt, quod præcipuum eſt; nimirum interior illa notitia, ex qua cultus ita pendet ex ternus, vt populi eum ſpectantes, atque interdum, quænam illa ſigna deſignent, audientes, rectius erga Diuina myſteria afficiantur. Ea porrò inprimis diſcenda ſunt,

Dionyſius Areopagita.

quæ ad ſanctum Miſſæ ſacrificium, deinde ad reliqua Sacramenta attinent. Quare Dionyſius Areopagita ſuo tempore (procedentibus nempe maioribus ſtudijs) legendus erit, qui hoc Diuinitus præſtitit, in quem & è Græcis ſcripſere Michael Syngelus presbyter Hieroſolymitanus, & Maximus, & è Latinis (vt alios taceam) Dionyſius Rikel Cartuſianus, præter Marſilium Ficinum, qui librum de Diuinis nominibus

Apoſtolicar. Conſtitutionum libri octo.

in Latinum vertit, atque expoſuit. Sed cùm ex octo libris Apoſtolicarum Conſtitutionum, qui nomine Clementis Romani circumferuntur, & à Franciſco Turriano eò uerſi in Latinam linguam, ſcholijs auctis ſunt, eadem pluribus in locis tractentur, profuerit inde ſumere, quæ ad vetuſtatem noſcendam, atque ad Apoſtolicas illas traditiones venerandas faciunt. Iam Liturgica Pamelij, & Claudij Sanctesij Epiſcopi

Pamelij & Claudij Sanctis Liturgicis. Auctor in reſtauratione Chri ſtiri.

Ebroicenſis (vterque enim quæ veteres Græci in antiquiſſimas Miſſas ſcripſere collegit) plura illico ſuppeditabunt: Nos ſanè Sectionis ſextæ capite ſeptimo eius libri, quem inſcripſimus, Reſtaurationem reſponſionis Dauidis Chytræi, ordinem tituum, & orationum ſacrificij Altaris ab ipſis Apoſtolis, & ab vniuerſa Chriſti Eccleſia ſemper celebrati, breuiſſimè recenſuimus: atque è Dionyſio Areopagita Apoſtoli diſcipulo, alijſq; comprobauimus. cùm & ibidem ſequente capite de ſacris locis, veſtibus, ornamentis, luminaribus, vaſis; quæue alia Liturgica manarunt ex traditione Apoſtolica, perſecuti ſumus.

Auctores alij de Ritibus ſacris. Cap. XXXVII.

Nicolaus Cabaſila de Altaris ſacrificio.

Simeò Theſſalonicenſis haud plane orthodoxi.

Humbertus Cenomanenſis.

Gennadius. Auctores col loquia i Mo ſcouia.

Theophanes.

IAm Nicolaus Cabaſila de Altaris ſacrificio, & Simeon Theſſalonicenſis, de ſeptẽ Sacramentis Græcè ſcripſere; quorum alter, & ſi iam Latinus eſt editus, alter autem Latinè verſus à Federico Metio Termularũ Epiſcopo, non autem quod ſciã excuſus: primus tamen circumſpectè legendus erit, quod quædam ille interſeruerit, quæ minus Orthodoxa ſunt: quemadmodum ex Humberto Cenomanenſi, & Gennadio, meĩs; apud Magnum Moſcouiæ Ducem Colloquijs iam ſæpè euulgatis liquebit, ſi cum ijs conferantur. Verumtamen antea Orientalis, ac poſtea Occidentalis Eccleſia id ipſum (quod ad ritus Eccleſiæ antiquos pertinet) haud deſtitit omni penè ſæculo copioſè proponere. Ne dicam, quòd quidquid Origenes, Cyrillus, Iſychius in Leuiticum, Baſilius ad Amphilochium, Auguſtinus ad Ianuarium, alij in Ezechielẽ, in Acta Apoſtolorum, & præcipuè in Apocalypſim, atque in Epiſtolam Pauli ad Hebræos ſcripſerunt, id omne haud mediocrem præbet occaſionem eliciendi rationes earum ceremoniarum, & rituum, quorum origo cum ignoratur, neceſſario (quod Auguſtinus monuit) ad Apoſtolica tempora refertur. Iam Theophanes, vbi agit de myſticis Dei membris; ex quo, uti ex alijs Græcis Patribus, qui quidem ab omnibus nõ habentur ad manus, Franciſcus Turrianus libro de dogmaticis characteribus, & in defenſione Epiſtolarum Pontificiarum aduerſus Magdeburgenſes pleraque ſumpſit; ſed & Euodius Ticinenſis ad Maximum Epiſcopum de Eccleſiæ conſecratione, & Durandus de Diuinis officijs, non pauca hoc de genere ſcripta poſteris reliquere. At noſtro hoc ſæculo emendatiores in Vrbe prodiere ex antiquioribus in vnum volumen redacti, & Gregorio XIII. Pont. Max. dicati, Auctores, quorum nomina huc adtexuntur.

Franciſcus Turrianus. Euodius Ticinenſis.

Ordo

A Ordo Romanus, de Missa & reliquis per annum officijs.
Isidori Hispalensis Episcopi de Ecclesiasticis officijs libri duo.
Albini Flacci siue Alcuini praeceptoris Caroli Magni Liber de Diuinis officijs, siue Ordinis Romani expositio.
Amalarij Partunati Officiales, seu de Diuinis officijs lib. 4.
Eiusdem de Ordine Antiphonarij liber.
B Rabani Mauri Archiepisc. Moguntini de Institutione Clericorum libri 3.
Walafridi Strabonis Abbatis de exordijs, & incrementis rerum Ecclesiasticarum liber.
Bernonis Abbatis de quibusdam rebus ad Missae officium pertinentibus libellus.
Petri Damiani monachi & Episc. Ostien. liber, qui appellatur Dominus vobiscum.
Micrologus de Ecclesiasticis obseruationibus.
Iuonis Carnuten. Episcopi de Ecclesiasticis sacramentis, ac officijs, & praecipuis per annum festis Sermones xxi.
Hildeberti Cenomanensis, Episcopi Turonen. de mysterio Missae carmen.
Ruperti Abbatis de Diuinis officijs libri xij.
Petri Abbatis Cluniacensis Nucleus de Sacrificio Missae.
Radulphi de Rivo de obseruantia Canonum, liber.
Missae expositio breuis transcripta ex veneranda vetustatis codicibus.
Gemma animae, de Diuinis officijs, siue de antiquo ritu Missarum.
Hugonis de S. Victore in speculum de Mysteryis Ecclesiae.
Eiusdem de ceremonijs, Sacramentis, officijs & obseruationibus Ecclesiasticis libri 3.
Idem in Canonem Missae.

Recentiores alij Scriptores De Ritibus Sacris. Cap. XXXVIII.

C Sanè verò lucem attulit istarum rerum tractationi Stanislaus Socoloujus oratione eleganti, quam in Epiſcopi Britonoriensis Consecratione, Stephano primo Rege Poloniae, Varsauiae habitam, mox Cracouiae ex officina Lazari editam accepimus, quae postea in volumine omnium eius operum ab eodem ibidem recusa est. Inde enim & Epiſcopi, & reliqui habent, quae ad sui muneris vel dignitatem, uel necessitatem spectant. At Franciscus Titelmannus libellum aureum de mysterijs Missae scripserat. Stanislaus vero Hosius Cardinalis Varmiensis ad finem suae Polonicae confessionis, cùm ceremonias omnes Catholicae Ecclesiae in quattuor locos redegisset, quae ad locum, tempus, personas referuntur, secutus (vt puto) partitionem, quam fecerat Varro de salis Romanorum veterum ceremonijs; ac cuius partitionis Augustinus libris de Ciuitate Dei meminerat, praeclarè totam hanc materiam oculis legentium subiecit. Quin & Cõradus Brunus, sex libros emisit de ceremonijs, praeteralios D illos insignes de Legationibus, de Haereticis, de Concilio Oecumenico, de Imãginibus, de Seditiosis, quaeue aduersus Historiam Ecclesiasticam Magdeburgẽsium ab eo scripta fuerũt. Iacobus autem Pamelius, Commentarijs quidem in Tertullianum passim, vbi sese dat rerum harum occasio (id quod liquet ex eorum Indicibus) at item fœcunda epistola, qua labores illos suos eximios Gregorio xiij. Pontifici Maximo inscripsit, multa hac de tota re commonstrat. Quippe tempore Tertulliani eadem Catholica dogmata, & ritus docet extitisse, quae hodieq; extant: Cumq; Diuino virgen te iudicio Magdeburgenses haereticihistoriam è priscis Patribus eximere vberrimam, & veram sese velle iactassent, mirum est, quàm ipsa veritate conuicti differi nequierunt hasce traditiones iam inde ab Apostolorum tempore in Ecclesia fuisse. Nisi quod, vt haereticis Diuini Codicis partes auſi sunt corrumpere, aut decurtare; sic eadẽ E sancta mysteria, & ritus fuisse nefarios blasphemarunt.

Stanislaus Socolouius.

Franciscus Titelmannus. Stanislaꝰ Hosius.

Cõradus Brunus.

Pamelius.

Magdeburgenses confitentur ceremonias à tempore Apostolorum in ecclesia fuisse.

Iam quod ad aquae benedictae vim, & vsum in Ecclesijs pertinet, Marcus Antonius Columna Salernitanus Archiepiscopus: ante hunc verò Gomesius Mendesius Archidiaconus, de salis vsu & viribus libros ediderunt certè lectu dignos. Sed deniq; Romae è Typographia Vaticana accepimus Ioannis Stephani Duranti Senatus Tolosani primi praesidis libros tres de ritibus Ecclesiae Catholicae, plenos eruditionis atque pietatis.

Marcus Antonius Colũna.

Gomesiꝰ Mẽdesius.

Io. Stephan. Durantus.

De

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00273

De Computo Ecclesiastico, & Kalendario emendato. Cap. XXXIX. A

REstat Computi Ecclesiastici, & Kalendarij emendati necessaria notitia, (quam præter Io. de Sacrobosco librum de ipso computo) ex vnius Christophori Clauij Apologia Kalendarij restituti, quam aduersus Mæstlinum hæreticũ scripsit, ij qui clericos ista docuerint, petere debebunt: Agit enim tribus libris de Anni Solaris, deinde de Anni Lunaris, & Cycli literarum Dominicalium æquatione. Posthæa de computo Ecclesiastico per digitorum articulos: His causas, rationesq. restituti Kalend. vberrimas adnexit. Hæc igitur, antequam tractet, qui prælectura est, expediet, ut capita quædam & prolegomena afferat, vnde excitari possint ingenia ad negotium hoc liquidius concipiendum, qualia illa sunt, quæ aduersus Chytræum nostra, de qua diximus, refutatione hanc ad rem attulimus; quæque ex aliquibus Clauij Apologiæ locis sparsa, colligi poterunt: quale illud. Habere nos quod in tam admirabili nobilissimorum corporum artificio, & in tam constanti eorum motuum harmonia, & concordia admiremur, perpetuisq. laudibus eorum Conditorem, atque Moderem celebremus; ut potissimùm propter cælorum immensam molem, eorumq. ordines ac motus, in quibus semper superesse videtur, quod summa diligentia à solertissimis rerum cælestium perscrutatoribus inquiratur, scriptum esse possit existimari ab Ecclesiaste. *Et mundum tradidit disputationi eorum.* Ne videlicet aliquando, si perfectè cælorum numerum, ordinem, & motum intellexissent homines, desinerent opera Dei inquirere, & admirari, atque adeo ingenia, sublata exercendi causa, cessatione quodammodo torperent.

cap. 4. lib. 1. B

Deus quomodo laudãdus maximè.

Eccles. c. 3. C

Catechismi Romani vsus instituendus, & Ratio ad explicanda Euangelia. Cap. XL.

CVm autem ex præfatione Catechismi Romani, possit peti Ratio quædam instituendi Clericos in Concionibus habendis, eandem hac mente Prælecti Seminariorum perlegant. Nam à sancta Tridentina Synodo Auctore Spiritu Sancto dictata sunt. Tum verò docent, magnopere expedire, ut qui Concionibus habendis sese dauti sunt, ubi sese totos obtulerint Diuinæ bonitati, per confessionem peccatorum, ac triduanum ieiunium se eluant, ut tantum negocium dignè Deo tractent in salutem animarum. Quæ verò ex ordinarijs Euangelijs exponere noluerint, hæc antea, perlectis ipsis Euangelijs, & in duo, uel tria capita, seu (quod aiunt) puncta redactis, secum ipsi meditentur (clausis ostio, & fenestris cubiculi, ne qua alia re distrahantur) Historiam nempe, personas, locum, tempus, & scopum, quo hæc omnia referri possunt: Sic enim primam lucem haurient ab alto, à Patre luminum; cumq. Doctorem assecuti fuerint Deum, eodem ferme spiritu, & intelligent, & interpretabuntur Diuinas literas, quo spiritu ipsemet Deus illa uoluit scribi. Præterea, quę sensering in meditatione, perscribant, ne fibi excidant: nam & eadem postea reuolue re animo facilius poterunt, id potissimum spectantes, ut inde prius sibi eadem, quàm aliis concionentur. Neque verò anxij sint, quonam procemio siue Prælocquio utantur. Procœmia enim per se ipsa occurrent, vbi Euangelium rectè fuerit perceptum: & ea sanè quam breuissima, & sine fuco esse debent, ut hoc Diuinum negocium synceritatem illam, & simplicitatem sapiat, quam Spiritus Sanctus adhiberi uoluit à Sãctis utriusque testamenti scriptoribus. Mirum autem est, quantopere noceant fucata ipsa procemia, quæ animos auditorum auertunt, qui vanitatem potius, quàm sodalitatem in concionatoribus initio animaduertentes, vix reliqua (licet optima) degustant. Post Euangelij meditationem utatur & Io. Maldonati nostri Commentarijs exquisitissimis ad quattuor Euangelistas, & ipsa Harmonia Cornelij Iansenij Episcopi Gãdauensis, qui literalem contextum optimè exponit, addens breuiter quæ ad mores, ac mysticum sensum pertinent: non tamen Erasmum, quem ille interdum citat, nominet, aut magni faciat. Is enim Erasmus si quid boni dixit, accepit à Catholicis, dum interim plura permiscuit, quæ merito Ecclesia reiecit.

Clericorum, & Parochor. institutio in cõcionib. habendis. D

Harmonia à semi-lauda tur. E

Sed & expediet, ut clerici, & ipsi adeo Parochi, antequam incipiant istud concionandi

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00274

A nandi munus obire, præclegant summam totius Historiæ Euangelicæ: Quam quidem summam paucis comprehensam, initio eiusdem Harmoniæ Iansenij reperiet. Hinc autem, præter alios, cum percipient fructum, ut alrius sentientes de Christi Deo, ac Domini Omnipotentia, Sapientia, Bonitate, Iustitia, pariant in aliorum animis, quod ipsi de toto Euangelij negotio, conceperint. Porrò qui dubitant, sese non posse Auditoribus satisfacere in Euangelio, Catechismove docendo, intelligent ipso ex usu, quantos progressus facient, si aliquandiu contenti fuerint illo docendi modo, breui quidè, ac simplici, sed plerumque efficaciore, atque ad populi captum, qui ex humilitate libenter Euangelium admittit, utiliore.

B

Vnde reliqua petenda ad rationem concionandi. Cap. X L I.

QVod reliquum est, immensa propemodum Silua eorum est, qui conciones eruditas, & pias in vniuersam Anni periodum nobis reliquerunt, quemadmodũ Truxillus nouissimè, atque alij adnotarunt: nos verò nonnihil huic capiti adij ciemus. At Tyronibus, (ut ita dicam) ac forsan quoque aliquibus alijs prouectioribus, quę in libello explicationum Euangelicarum nostro collecta sunt, erunt ferè satis, donec ipsi clerici pietate, & usu grandescunt. Quòd si quis capita cuiusqu. ordinarij Euangelij, etiam aliunde summatim assequi uelit, extant Radulphi Ardentis Pictauiensis ante quingentos annos, breues in Euangelia, & Lectiones epistolares Homilię: unde id hauriant, licet ubi paululũ processerit is, qui Euangelij doctrinam cũ Catechismo Romano coniunxerit, idipsum subinde inueniet in distributione earundem explicationum Euangelicarum præstitum magna ex parte. Quoniã verò, quod tempus intercedit inter ineuntem annum, & Quadragesimam, eodem tempore pleriq. licẽtius

Radulphus Ardens.

C in Bacchanalibus debacchantur, ideo non tam, quonã modo omnino Euangelijs Dominicarum quadret Catechismus Romanus, quàm quid præcipuè tunc ex eo futurũ sit usui populis, aliquando recitari expediet: Quamuis non fuerit postea longius (ubi Sacerdotes, & Alumni Catechismum ipsum uersauerint, & eius partes habuerint per spectas) cùm per se ipsi sensa inde Euangeliorum, tamquam è proprijs, & aptis locis depromere poterunt. Et quidem ubi hæresis irrepsisset, aut inualuisset, possent pro rerũ uarietate, quę sese offerunt in ipsis Euangelijs, aliquid dicì eorum, quę Eckius in suo Enchiridio aduersus hæreses, & Franciscus Costerus Theologus Societatis nostrę, in suo de Controuersijs libro susius, (sed optimè) attigit.

Tẽpore Bacchanalium quomodo, & quid in Concionib. dicendum.

Enchiridion Eckij. Francisc. Costerus de cõtrouersijs. Robert. Card. Bellarminus.

Vbi uerò Sacerdotes, & Alumni progressus in prædicatione Diuini uerbi fecerint, uersare summo cum fructu poterunt Disputationes Roberti Card. Bellarminij Societatis eiusdem Theologi, contra omnes huius, & aliorum sæculorum hæreses. Huius

D verò auctoris materiarum, de quibus agit ordo, & capita initio illius operum inspicienti erunt: Catalogum autem uideant aliorum perutilium Auctorum, ubi egimus de Theologia controuersa cum hæreticis, vt cuiuis liceat odorari, quid cuiq. Euangelio quadrare possit, cùm usus id, vel necessitas Auditorum poposcerit. Atqui & piorum librorum, qui cuilibet hominum vocationi, siue (vt vocant) statui conueniant, nomina, & materias saltem noscere incipient, de quibus paullo antea locuti sumus. Denique, si ea, quæ in opusculis pijs de oratione, & meditatione, de memoriali uitæ Christianæ, de Symbolo Apostolico tradidit optimus vir, Ludouicus Granatensis, ad Euangelium & Catechismum docendum accommodauerint Alumni, operę pretium magnum existet. Quòd si à prandio solus ipse Catechismus, siue Doctrina Christiana do

Qua ratione post meridiẽ Catechism. fit exponendus.

E cenda fuerit, meminerit Parochus, vt probè rationem teneat, qua ordinatè, ac sine tædio tradenda sit. Et rationem quidem eius tradendæ (uti & concionandi) optimè per cipiet ex primis huius quarti libri capitibus, quæ omnino erunt legenda. Magnopere quoque expediet, si pomeridiano tempore in tres partes distribuerit sermonem suum, ne aliquo affecti tędio Auditores, deserant tam sanctum opus. Alteram, qua vnum, vel alterum Catechismi articulum exponat: Alteram, qua breui recitentur insigniores historię, vel mortes eorum, quos sequenti hebdomade Catholica Ecclesia publicè commemorat, & celebrat. Tertiam in qua prima, uel secunda, uel tertia oratio, quæ in sacro dicitur, explanetur ad captum Populi, ut omnes unanimes id à Deo pe-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00275

rant, quod Spiritus sanctus dictauit Ecclesiæ. Sic enim auditores diutius, ac iucundius intererunt. Hæc verò vbi Clerici addidicerint, & ipso usu fuerint experti, attente meditentur, quæ Iacobus Symanca Pacensis Episcopus, libro de catholicis Institutionibus, optimè de concionatoribus scripsit. A

Brixiæ in officina Petri Mariæ Marchetti, 1588.

Porrò de Prædicatione Euangelica ingens Latinum volumen (quod antea mediocre Hispanicum fecerat) edidit Ioannes Segobiensis Ordinis Prædicatorum: Quo voluminе in quattuor libros distributo, agitur de forma studendi, atque docendi Scripturam Sacram, & de Concionatoris officio plenissimè differitur, quorum primus doctrinas Concionibus applicat iuxta Euangelia, quæ in Aduentu, & Quadragesima prædicari solent, vsque ad Trinitatis festum, & commune Sanctorum.

Ex hoc autem Auctore plura peti possunt. id potissimùm, vnde intelligatur, quantopere obsit Christianæ Reipublicæ concionandi intermissio: ac quibusdam (præcipuè Episcopis) ea necessitas incumbat; id quod alle sexto primi libri capite attigit. B

Ceterum Tabella hæc Iacobo Lainez Præpositi Generalis Societatis nostræ, Viri sanè acerrimi iudicij, sæpe legatur à concionatoribus.



C

Denique Catalogum plurium, qui varias conciones euulgarunt, vide ad finem secundi libri huius operis, ad calcem Elenchi Interpretum S. Scripturæ. D

Clericis Seminariorum, absoluto studiorum curriculo quid curandum.
Cap. XLII.

CVm verò inter munera quæ à Sede Apostolica sacerdotibus piè institutis deferuntur, præcipuum sit, quod Apostolicis Nuncijs, siue Legatis demanda tur, magni momenti fuerit, si Sacerdotes, qui plerunque è Seminarijs iam deligentur, sciant, quib. potissimùm in rebus sita sit eiusmodi legationis ratio: Nam ad eundē finem orationes, & sacra dirigent; & exemplo, eaq. laboris patte, quæ ad sese pertinebit, Apostolicũ Nuncium magnopere adiuuabunt. Et quidem Nuncioru Apostolicorũ is est finis, vt à Christi Vicario in Terris ad Principes Terræ missi, negotia Christi procurent. Ea verò sunt, præter maiorem Dei gloriam, salus propria, & aliena, præsertim Principum, & Episcoporum, quæ omnia potius cælestia sunt, quàm humana. Hæc verò procurari efficacissimè possunt, si Nuncij primò seipsos, deinde familiam totam, Deo iuuante, ab omni specie mala, peccatove separent: Id vt fiat, præstat pauciores, ac probos aulicos, quàm plures, & improbos secum adducere: magnus enim comitatus, & ornamentum est virtus, ad conciliandam omnem auctoritatem: cum qui secus existimauerint, dignitatemque crediderint in conuiuijs, in ornatu domestico, ceterisque externis rebus esse sitam, neque felicem negotiorum exitum habuere, nec satis intelligere visi sunt officium hoc, cum Apostolicum sit, Apostoli

Finis Nuncionum Apostolicorum. E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00276

A Apostoli (quæ vox idem designat, quod missus, siue Nuncius) virtutes spirare debere; quæ quidem erudi Christi, modestiæ, pietati semper inhiant.

Accedit necessitas nosscendi hominum mores & ingenia; modos item actionum earum, quas Nuncij exequi debebunt. Quamobrem, si quid Sacerdotes, qui eos comitabuntur rescire illarum rerum liquidius poterunt, quatenus id negotio Diuino promouendo queat commodare, prudenter curabunt. Quemadmodum autem ad Legatos, siue Nuncios Apostolicos pertinet, vt & sibi amorem Principum concilient, ac cum ijs, de rebus ad pietatem spectantibus, opportunè colloquantur; ne videlicet Principes ipsi si fuspicentur, si alijs de rebus cum ipsis egerint, iam Sedi Apostolicæ præcipuam curam non esse Religionem: sic ad Sacerdotes spectat, vt oblata occasione idipsum cum Aulicis Principum præstent: Sic.n. omnes sensim erga Apostolicũ Nuncium afficien-

Quæ sunt scitu necessaria nuncijs & eorum comitib.

B tur: quo amore uix dici potest, quantũm coniungendis cum Deo, ac cum Pontifice Maxim. Christianis Principibus efficient. Atqui cùm eorumdem Nunciorum, siue Legatorum munus potissimum sit, vt Episcopi Synodos cogant; quæ verò decreta sũt, manident executioni, expediet, vt Sacerdotes prænoscant, vndenam hæc ratio cogendarum Synodorum liqueat, quæue faciliorem ad eas viam complanent: Hæc verò tũ ex ipsis Synodis, tum ex libris, in quibus continentur Acta Mediolanensis Ecclesiæ à Carolo Borromeo Cardinali, cuius capita inserius adscribentur, tum ex Doctore Thomassio, atque Isidori libello de ratione habendarum Synodorum facilè, & quidẽ gratuissimis rationibus, constabit. Id enim certum est, quod & ab Legatis Apostolicis summopere pendendum est, Licinium Imperatorem in Oriente, nulla pestilentiore machina potuisse Religionis Christianæ progressum impedire, quàm prohibendis Episcopalibus Synodis, quæ ab Apostolis cœpit, atque inde vsque ad Tridentinam con-

Legatorum munus potissimum.

C tinuatæ, salubertimæ in Ecclesia (vt inquit Augustinus) fuerunt. *Augustin. ad Iauu.*

At præter Synodos, solent cordatiores Legati in tabulas, siue Catalogum referre meliores Episcopos, ac vniuscuiusque diœceseos, operarios; vt cùm hoc Pontifici Maximo innotuerit, his pro ratione temporum aptioribus ad Dei gloriam vti possit; in tam multis, quas se Reipublicæ Christianæ offerunt, necessitatibus. Quin & Archiepiscopi ab Synodo Tridentina monentur, vt ad eundem Pont. Max. quæ ab Episcopis fiunt, referant. Quare tum hæc, tum quæ de Diœceseum visitationibus dici possent, ea omnia ex sequentibus ijdem Sacerdotes haurirent.

Meminerint autem Sacerdotes, vt tamquam ex optima penu pleraque, quæ ad Praxim Episcopalem attinent, intelligant, & sibi faciant familiarissima ea, quæ non tam

D scripsit, uti modo dicebamus, quàm in rem contulit B. Carolus Borromæus Cardinalis, sic autem penè omnia in ijs libris continentur, quorum catalogum in Apparatu Sacro inseruimus, quemadmodum & de Gabrielis Card. Palæoti operibus fecimus, qui Archiepiscopale Bononiense, librum sane vtilissimum Episcopis, atque Sacerdotibus omnibus reliquit.

Internuncys, & alys eiusmodi quinam vtiliores, & commodiores libri. Cap. X L I I I.

E Inter eos, qui de legationibus, vti & de pacificationibus scripsere, Conradus vir Catholicus, & doctus vtilissima procurandis publicis negocijs cumulgauit. Primi quidem libri Personas (ait) triplices esse; Quasdam mittere legationem. Alias mitti. Reliquas, ad quas legatio mittitur. In mittentibus igitur, duo considerari, qua litatem, seu conditionem ipsorum, & modum mittendi. Qualitatem attendi, quòd alij Ecclesiastici, alij seculares sint: In utroque autem statu aut corpora, siue collegia, siue singulares personas. Modum mittendi duplicem esse: Quosdam enim mitti cum mandatis, alios absque mandatis. Priorem modum esse propriè legationem: posteriorem dici liberam. Mandatorum autem quedam esse libera, quedam diffinita. Diffinita duobus modis tradi. Quedam de re agenda, expressa quidem, sed sine certo agendi modo: quedam verò simul cum re agenda expressa, certum quo-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00277

que agendi modum exprimunt. Rursus duplicia esse mandata: manifesta videlicet, & occulta: Manifesta, quæ cum litteris. Occulta, quę vel licita, vel illicita: Illicitorum quædam posse in perniciem Reipublicę tradi, quædam verò ad injurias, & damna privatis inferenda, quę litteris non constent. Rerum denique sub legationem cadentium, quasdam esse sacras, quasdam profanas. Profanas vel belli, vel pacis. Quę belli sint, quędam bellum antecedere, quędam intercidere, & inter gerendum bellum accidere, quędam bellum sequi. Rursus res, de quibus legationes mittantur vel in consultando, vel in exequendo versari. Consiliorum autem quędam ad disceptationes pertinere, quędam sine disceptatione capi. Quorum vtraq. esse pacis, aut belli. Hęc primo libro.

A

Ac secundo agitur de ijs, qui mittuntur, & Legati vocantur. Omnes autem mitti possunt, qui legationis inuere fungi non prohibentur. Ceterum à Legationis munere quędam excludunt, status, ętas, sexus, casus, & vitę turpitudo. Legatorum igitur quidam cum demandata iurisdictione, quidam sine iurisdictione mittuntur. Eorum, quibus mandatur iurisdictio, quidam Ecclesiastici sunt, quidam Seculares: Et in vtroque genere legatio interdum vni, interdum pluribus mandatur. Porrò Legati Ecclesiastici quidam ab vno, quidam à pluribus mittuntur. Etenim ab vno mittuntur Legati Romani Pontificis, Legati Archiepiscoporum, Episcoporum, &c. A multis verò mittuntur Legati Synodorum siue vniuersalium, siue particularium. Ceterum eorum, qui à summo Pontifice Legati mittuntur, quidam dicuntur Legati de Latere, quidā Legati nati. Ciuiles autem Legati interdum de vna, interdum de pluribus causis, inter eam de vniuersitate causarum cognoscenda, & disceptanda mittuntur.

B

In personis itaque eorum, qui Legati esse possunt, sex considerantur, scientia, virtus, gratia, numerus, officium, & beneficium. Scientia, vt sint idonei, & rerum, propter quas mittuntur, periti, atque legationi, quam suscipiunt, sint pares. Scientia autem sub se habet prudentiam, & eloquentiam. Prudentię partes sunt, monastica, & politica. Politica in deliberatiuam, iudicialem, & præceptiuam diuiditur. Prudentiam verò natura adiuuat. Est et prompti tudo, & habilitas, quę homini à natura inest, qua quid tum sibi, tum alijs profuturum sit, fugiendumq. sit, prospicit. Quam nos solertiam, & sagacitatem appellamus. Denique prudentię adiungitur experientia, quę ex multarum rerum memoria constat: Quam historiarum diligens lectio parit, & adiuuat. Eloquentia verò Legatorum in iudicando, deliberando, & demonstrando versatur. Primum genus, quod iudiciale vocatur, accusationes, querelas, contentiones de iure, & possessione continet. Ad secundum genus, quod deliberatiuum, sue suasorium appellatur, consultationes, sententiarum dictiones, petitiones amicitiarum, inducianim, pacis, ceterorum, pecuniarum, deprecationes venię pertinent. In tertio genere laudationes, & vituperationes ponuntur.

C

D

Virtus partes habet Iustitiam, Fortitudinē, & Temperantiā. Iustitię duo sunt genera, iustitia vniuersalis, & iustitia particularis: Iustitię vniuersalis, quę & legitima dicitur opera sunt, leges condere, conditas definire, definitas exequi curare. Lex autē alia vniuersalis, alia positiua dicitur. Naturalis partes sunt, religio, pietas, gratia, vindicatio, obseruantia, veritas. Ab his ius gentiū trahitur. Iurisgentiū bella, feritutes, quę à vindicatione trahuntur. Itē conuentiones, & contractus, in quibus fides seruatur, quę à veritate ducuntur. Ceterum ius positiuum, consuetudinem, mores, & legem scitam continet. Iustitia verò particularis, quę æquitate seruatur, vnicuique tribuit, quod suum est. Partes eius sunt, distributiua, & commutatiua. Porrò fortitudo est, virtus, quę circa periculā versatur: Eius partes, sunt, Fidentia, Patientia, & Perseuerantia. Temperantia denique est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi frena & moderata dominatio. Huius partes sunt, Continentia & modestia. Continentia circa voluptates victus & Veneris versatur. Modestia in tribus consistit, quorum primum est, ut appetitus rationi obtemperet; secundum, ut consideremus quanta res ipsa sit, ne maior aut minor cura & operā suscipiatur, quam causa postulet; tertium, vt ea seruemus quę ad liberalem speciem, & dignitatem pertinent,

E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4

© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00278

A nent, habita ratione temporis, loci, & ordinis. Gratia, natura, consuetudine, & studiorum participatione comparatur. Ad numerum pertinet, quot numero Legati super vna pluribusue rebus mittendi sint. Numerus autem Legatorum constituitur ex more, legibus, & arbitrio mittentium. Hæc omnia in secundo tractantur libro.

Tertio autem officia Legatorum, quæ à personis, rebus, & ordine sumuntur. Personæ triplicis sunt considerationis & respectus, vtpote ad eos, qui mittunt, & ad eos qui mittuntur: atque ad eos, ad quos Legati mittuntur, ut pro officio rectè omnia fiant. Res in cognitione & executione versantur. Cognitio in exercitio iurisdictionis, & in deliberationibus agitatur. Iurisdictio duplex est, Sacra seu Ecclesiastica, & profana seu sæcularis: Et vtraque rursus duplex est, voluntaria videlicet, & contentiosa. Con-
B tentiosa itidem duas complectitur species, nempè legitima iudicia, & liberas discepta-tiones. Ceterum deliberatio in publicis conuentibus fit & concilijs. Concilia autem quædam vniuersalia, quædam particularia sunt. Similiter & executio duplex est. Alia enim coniunctam habet cognitionem, alia merum factum, & nudum ministerium continet. Profana insuper iurisdictio uersatur in rebus pacis & belli: Res belli, quædam bellum antecedunt, quædam in bello, quædam post bellum, quædam verò mixtim ante bellum, in bello, & post bellum geruntur. Ordo in his omnibus certus pro diuersitate officij seruandus est.

Libro quarto agitur de immunitatibus & priuilegijs Legatorum. Cap. X L I I I.

C LEgationum quædam gratuitæ sunt, quædam ob lucrum suscepta. Legati qui gratuitæ legationis munere funguntur, duplex beneficium habent. Vnum à le- ge, & alterum ab homine. Lex namque naturalis, & ius gentium tribuit Legatis, ut à nemine pulsari, spoliari, aut alia quacumque ratione uiolari debeant. Lex autem humana, sua quoque priuilegia & beneficia tribuit Legatis. Ac primum quidem ut sint à muneribus & oneribus ciuilibus immunes intra biennium finita legatione, si longinqua fuerit. Deinde, ut Reipub. caussa abesse intelligantur, eoq. beneficio iuris omnino gaudeant, quo gaudent ij, qui Reipub. caussa sunt absentes. Postremo ut ius reuocandi domum habeant. Ab hominibus quoque beneficia accipiunt Legati. Primum ab ijs, qui eos mittunt. Deinde ab ijs ad quos mittuntur; nam ab utrisq; munera ex honesta caussa accipere possunt. Certè qui ob lucrum legatione fungitur, legatiuum, ideſt, salarium accipiunt ab ijs, qui eos mittunt. Legatorum iura.

D *Libro quinto de Personis eorum ad quos mittitur legatio: & de eorum officio in suscipiendis, dimittendisq; Legatis. Cap. X L V.*

PErsonæ, ad quas mittuntur Legationes, vel publicæ sunt, uel priuatæ. Aut una, aut multæ: Quædã facræ, quædam profanæ. Quæ multæ sunt interdũ corpus cõstituunt, interdum nullum constituunt. In personis corũ, ad quos mittuntur Legati, duo spectantur, auctoritas, & officium; Auctoritas in admittendis, audiendis, dimittendisq. legationibus uersatur. Itaque partes eius sunt, admissio, audientia, dimissio. Auctoritatem verò per se se, vel per alios exercent ij, ad quos legatio mittitur. Admissionis legatorum partes sunt, exceptio, & audientia. Exceptionis partes sunt, hospitium & dona. Audientiæ verò partes sunt, locus, tempus, indictio Se-
E natus, seu Concilij, Sessio, ordo audiendi, Dimissio, Responsa, decreta, honores, prosectionem, & renunciationem complectitur. Responsa dantur, aut voce, aut litteris, aut partim voce, partim litteris. Porro responsorum quædam sunt extrema, quædam media, quædam gratificatoria, quædam negatoria: quædam spem faciunt, quædam rem ipsam præstant, quædam mitia & benigna, quædam dura & aspera, quædam certa & expedita, quædam perplexa, quædam magnifica & fortia, quædam modesta, quædam superba. Decretum in Concilio fit à maiore parte Concilij, & subscriptionib. atque sigillis communitur. Maiorem autem partem, numero, auctoritate, zelo, & merito metimur. Item manu propria, vel manu alterius subsignata. Honor exhibetur Legatis. Primũ, munerib. datis. Secundò, monstratis ijs, quę sunt in pretio apud eos,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00279

qui illos dimittunt. Tertio, adhibitis aliquibus qui eos prosequantur. Renunciatio fit A
à legatis eis, à quibus missi fuerunt.

Cùm verò quæ ad institutionem Principum, ac penè ad omnium genera statuum; Quive de Politicis rebus viri eximij rectius libros emiserc, huc faciant; quemadmodũ & historici, qui vsui rerum, atque Prouinciarum earum, in quibus agendæ res sunt, notitiam præbent, legendi sunt propterea suis quoslibet locis in hac Bibliotheca licebit visere. Sed non pigeat hic repetere id ipsum, quod nunc de Principum filijs diximus; Nimirum Ioannis Aulæ Epistolam, quæ Hispalensi Assistenti scripta fuit, fæpè ac sæ dulò esse legendam ab ijsdem, qui res publicas tractant. Nam & si ad Præfectos Ciui tatum ea in primis attinet, spectat tamen ad eos quoque, qui cum Præfectis, Princi-
Laus Aulæ. pibus, & Regibus agunt de communibus rebus. Et fanè idem ipse Aula, qui donum à B
Deo prudentiæ magnum erat consecutus, epistolas alias scripsit, non tam spiritualib. quàm & Politicis hominibus percommodas, & (ausim dicere) penè cælestes. Cùm verò internuncijs, & eiusmodi alijs perneccssarium sit inter tot humanarum rerum ambages, atque peristases lumen id, quo prælato in difficiles obices non impingant, credant, ac firmissimè sibi persuadeant, nil abs se posse vtilius præstari, quàm si è cælo primum à Patre luminum, deinde ex ijs, quibus ille illuxit, continenter hauriãt, quæ certissimum ductum ostendunt. Ex his autem hæc paucissima, sed grauissima nunc capiant.

1 Primo noscendũ esse quid ferre valeant humeri: imitandos videlicet baiulos, qui priusquã sibi farcinam imponant, attentant, nũ forte sit grauior, quã vires postulent.

2 Ne quis eat, nisi mittatur. Nam si Deo nec consulto, neque vocante, & ratione
haud suggerente, atque peritissimis non approbantibus aliquis ingentia subire uelit C
discrimina, concidat necesse est, suæq. temeritatis det pœnas.

3 Internuntium deberè esse non tam Principis, quam Dei Legatum; atque ut ita di xerim, Angelum. Angelos porrò præter alia illa munera, quæ Diuina historia executos esse commemorat, duo nascente Christo Domino potissimum annunciasse, quæ
Luc. 2. legatis omnibus imprimis, ut spectanda, ita annuncianda sint. *Gloriam nempè Deo, & pacem bonæ voluntatis hominibus*, in quem scopum qui recta non collinearit, quantamli bet humanæ gloriæ speciẽ, aut etiam exitum nescio quem negociorum consequatur hęc non satis futura esse ad expedienda, minus autem ad procurãda Reipub. aut Prin
Psal. 127. cipum negocia. Scriptum est enim. *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.*

4 Non priuatos, sed publico, atque (vt ita dicam) Regio animo opus esse, qui publi- D
cas res nomine Principũ gerat: priuatum enim commodũ, aut honorẽ qui quæsierit,
Heb. 5. (cùm ne IESVS quidẽ se clarificauerit, vt Pontifex fieret) nec vera scribet, neque serio res alienas ager, neque tuebitur auctoritatẽ, aut libertatẽ eam, quę perducendis ad
a 4. Reg. 4. 6. Luc. 10. effectum rebus necessaria est. Properera verò ne in hos errores incidernt qui à [a] Prophetis, aut à [b] Prophetarum Domino allegabantur, iis mandatum fuisse *ne quem per viam salutarent*, dicerent autem Patri, & Matri: *Nescio vos*, videlicet Diuino negotio
c Deute. 33. vacarent accuratissimè, reliqua minus necessaria præ Diuinis negocijs omittentes.

5 Proinde ad hęc obseruanda omnia excitandum esse amorem erga Deum, sine quo amore, qui est pater optimi, ac prudentis zeli, publicarum rerum administros, quasi caminum sine igne, corpus sine anima futuros.

6 Nil adeò persuadere, quàm probitatem, atque latentem in corde uirtutem. E
7 Prudentiam esse à viris probis, atque prudentibus, non autem solum à seipso perquirendam: quare cum eorum consilijs, quibus id fuerit, tamquam aurum ad indicẽ eõ
d Num. 11. feratur. Nam & Moysi[d] Deus præcepit ut septuaginta delegerẽt homines, quibus datu rus esset de spiritu suo. Quin & idem ipse Moyses de temporarijs quoquererb. Deũ
e Ios. 9. consulebat. Ac e Iosue dum nimiũ conijcturis fideret, à Gabaonitis deceptus est. Salomon f autẽ placuit Deo, quod Sapientiã ab eo petierit. Extant q. cęlestia illa monita. g *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentia nostra.* Et h *Qui confidit in corde*
g Sap. 9. h Prouer. 28. *suo stultus est.* Et i *Si quis erit consummatus inter filios hominum, si abfuerit ab illo sapientia*
i Sap. 9. *tua, in nihilum reputabitur.* Et k *Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem*
k Psal. 32. *cogita-*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00280

A cogitationes populorum, & reprobat consilia Principum, consilium autem Domini manet in aeternum. Et Cum defecerit prophetia, dissipabitur populus. Et Vch filij desertores, vt faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam & non per spiritum meum. Veritissimum itaque illud esse, sicuti ad humanam prudentiam acquirendam magni refert, vt ad eam natura propensus sit, qui res agit publicas, sic ad Diuinam expedire maximè, vt ne quis suæ scientiæ fidat, sed à Deo lucem sæpissimè efflagitet, sacerdotes Deum timentes, perque eos Deum consulat, Diuinam legem euoluat, nisi huic rei sit idoneus, per eos euolui curet, qui eam nouerint, vt si humanis litibus dirimendis leges consulit, & Iurisperitos adit, hisque ingentem pecuniam plerumque dat. Tanto magis adeat in difficillimis rerum nodis ad eos, per quos hi solui possint, pecuniamq; pauperibus tanquam Christo, qui magni consilij Angelus vocatus est, tradat. Prou. 29. 1/a. 30. 1/a. 11. iuxta 70.

B 8 Iuuare, quæ Augustinus de Ciuitate Dei, Orosius, & Lactantius scripsere, dum Ethnica cum Diuinis conferunt. Sed potissimum, quæ Io. Aulæ ad Hispalensem Assistentem scripsit. Sic enim vocant Prætorem eius Ciuitatis. Et verò Epistola il la extat vberrima in eiusdem Aulæ litterarum Spiritualium libro.

9 Necessariam esse lectionem eorum librorũ, quibus Macchiaselli, Bodini, Nuæ, atque similium technæ aperiuntur.

10 Sleidani, & similium improbas, & mendaces historias esse declinandas, quas si permissu Apostolicæ Sedis alicui legere licuerit, Ioannem Fontanum, & ceteros, qui eius impostoras monstrarunt, antea esse legendos.

11 His rebus menti præmuniæ cogitandum esse, vt talentum det ad vsuram. Quę Matth. 25.
C situtum sanè Deum, num ex ea legationis occasione pacem conciliauerit inter Principes, inter quos aliquid dissidij extiterit, num præ meru, aut alia de causa. Principi suo in re mala obtemperauerit. Num ostium, cùm potuerit, Catholicæ religioni aperuerit: Num, quæ ędificare Principis sui, & aliorum animos poterant, hæc potiùs scripserit, quàm per fallacem diserendi speciem, eos in suspiciones aduersus alios trahxerit: An rumores incertos scripserit: An rerum exitus ita obseruauerit, vt non facile crediderit, quidquid arte, astuve à viris improbis, aut hæreticis spargitur: Num dignitatem Apostolicæ Sedis, & Ecclesiasticum ordinem reueritus, ac tutatus fuerit potius, quàm vt scripto, vel dicto, maiorem de ijs maledicendi præbuerit ansam. Hoc enim quasi cuneo finduntur animi, & ab Ecclesia Christi sensim auertuntur: Num hæreticos quadantenus suspexerit, aut illorum hypocrisi aliquam fidem habere cępe
D rit, ac etiam, vel libros, vel scripta ab ijs acceperit: Num erubuerit domi pios habe reuiros, & libros, quos sui, ac qui ad eum veniunt, legant: Num denique tanto abstatur munere ad fastum potius, quam ad humilitatem, atque in Reipubl. bonum, ad Dei vnius gloriam.

12 Quoniam verò ea temporum qualitas est, Satana omnem mouente lapidem, vt omnis Ecclesiæ status corruat; quare & tentet, ut hæretici primò colloquia publica, vel priuata de Religione, quasi cupidi veritatis petant; Soleant autem aliqui, cum his petitionibus plus nimio pulsantur, consulere interdum eos, qui Principum aliorum nomine apud se commorantur, ideo consultum erit, vt internuncij hæc, quæ sequuntur, habeant apud se, quæ aliquando Stephano primo Polonię Regi, dum ab hæreticis urgeretur, sed non flecteretur, quærenti à nobis respondimus.

E *Quæ Stephanus primus magnus memoriæ Rex Poloniæ eius nominis primus, quæsiit, vt hæreticis publicum de Religione Colloquium urgentibus, respondere maturius posset, sicuti, & fecit. Cap. XLVI.*

SI is, quem V.R. Maiestas nouit, aliquo, veri desiderio permotus, urgeat amplius, vt Colloquio de Religione instituendo interfit, hæc respondeto.

Primò, velitne Maiestatis Vestræ iudicio stare, vbi, quæ hæretici proposuerint, au diuerit. Quòd si consentiat, tum dici posset, scire quidem V.M. quę illorum sectariorum dogmata sunt, ac quibus fundamentis nituntur, ac proinde frustra terendum non esse, tempus aut respondendum, cum omnia illa & antiquitus, & nostro sęculo diligentissimè

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00281

gentissimè excussa, explosaque sint, atque adeo anathema in eos latum, qui eadem sentirent, aut crederent. Sin autem neget, ac ad verbum Dei scriptum tanquam ad iudicem, totum illud Colloquium referat, scio responsurum sapientissimum Regem, quod Constantinus Magnus in Concilio Nicæno respondit, *sibi Imperij, non Religionis habenus esse commissas, neq; se iudicem Ecclesiæ esse constitutum, qui eius filius sit, ac (quod ad Religionem attinet) eidem debeat esse subiectus.* A

Si verò idem adhuc vrgeat, pertinere ad Regem, vt tot populorum saluti, atque adeo suæ consuluat, fieriq; posse, vt hæreticorum rationibus auditis, melius sapiat, eos certè non putet amplius hæreticos, aut de ijs secus quàm hactenus fecit, sentiat: dici ad hæc poterit, pertinere ad Regem, qui Christianus sit, nec omni vento doctrinę circumferitur, quique antiquas historias perlegerit, & velit iusiurandum seruare, quo Regni cura suscepta sese Catholicæ Ecclesiæ tutandæ obstrinxit, vt quod Dei iudicio fieret, vt his vendicatis, & claues Ecclesiæ, & clauum huius Reip. simul perderet. Porrò scire Maiestatem Regiam, quærnam depromant sectarij pro suis erroribus tutādis, quę quę pro illis damnandis, & conuincendis Ecclesia Catholica responderit, cui nisi fidem habeant, quid Regiæ Maiestati crederent? Vidisse denique in ipsa huius Regni administratione, quam sue saluti, & Reip. bono aduersarentur quidam, pro quib. omni dignitate qenandis, quæcunque potuit, ac tantum non vitam ipsam prodegerit; vt vix in animum inducere queat, hominem illum, N. quique eius uel assectæ sunt, uel clientes haberi volunt, velle in re fidei nunc aures patientes adhibere eis, quæ à Theologis Catholicis, mandante Regia Maiestate, proponerentur. B

Præterea Christianos Imp. & Reges, quorum nomen ob rerum gestarum amplitudinem, & propter præstantiam, est adhuc post tot sæcula celeberrimum, quotiescunque à sectarijs ea de re, id est, de Colloquio inter Catholicos & Hæreticos instituēdo, actum est, omnia ad id tribunal, quod in Ecclesia Catholica à Christo Domino institutum est, retulisse. Itaque Synodos legitimè coactas fuisse, deque ijsdem hæresibus sententiā prorsus eandem, quæ à S. Synodo Tridentina lata est, fuisse promulgatam. Quæ si quis quantuscunque Rex, uideatur in dubium uelle reuocare, intelligere debet se primum quidem salutis suę iacturam, quę nix unquam farciri possit, esse passurum; sed & eodem momento orbi Christiano testaturum se Imperatorum illorum, & Regum Christianorum celeberrimorum fidem, consilia, pietatem improbare, probare autem eorum, qui illis dissimillimi fuere, ac propterea Imperia, & Regna pessum dedere, impietatem, temeritatem, perfidiam, quales habiti sunt, Iulianus Apostata, Valens, Copronymus, & reliqui, quorum memoria in maledictione est, & animę eternis cruciatibus affiguntur. C D

Eosdem porrò Christianos Imp. & Reges pseudoepiscopis eadem arte utentibus, qua hæretici nostrates utuntur, respondisse, an in verbi Dei explanatione iudicio tantùm suo, vel unanimi Patrum, & eorum, qui Apostolorum discipuli fuere, credere uoluissent: Qua responsione sic fuisse perculsos aliquando pseudoepiscopos, vt amplius hiscere non auderent. Cur enim (aiebant ueri illi Imperatores, & qui regnabant ex Deo Reges) non habetis fidem Synodis legitimè habitis? cur ti Patres à uobis, & antiqua ipsa Ecclesia stat, ad hanc non prouocatis? cur illorum scripta non editis, ac profertis.

Præterea euidentissimum est, non ita multos ante annos, vel cum (Sigismundo imperante) Boemi defecerunt à fide Catholica; vel cum Vormatiæ, & Augustę eiusmodi Colloquia instituti Lutherani petijssent, vel Carolo IX. Gallię Regę, cum in Conuentu Possiaco idem actum fuisset, nihil denique aliud securum fuisse, quam ubique funestissimas clades: Atqui hæreticos initio tanquam cuneum esse inserere in causam Religionis conatos fuisse; quod ubi aliquorum oscitantia, & fide nimis inibecilla (sed nescio quo pręcextu) permissum est, tum miras scissuras extitisse, ac postea ab vno & ab altero Apostata peperdisse Principes illos, qui salua Religione Catholica Deum ipsum propitium; Pontificem Max. Patrem amantissimum; Reges, ac alios Principes fratres; subditos denique obsequentissimos habituri fuissent. Quòd ii tam stupidos existiment esse Catholicos, vt neque pręsenti Belgica defectione, nec diras E

tientibus

A tientibus inter sese alijs hæreticis, neque consœderatione ista ex Arianismo, Iudaismo, Mahometismo, Caluinismo, Anabaptismo, Lutheranismo, Picardismo, Schismateque conflata excitentur ad ipsum, quo isti Vestræ Maiestatis aures obtundunt, elatis supercilijs moluntur, falrem hunc Regio nomini, & capiti honorem habeant, ne in istud quattuor, vel sex Ministrorum Apostatarum (si Deo placet) Consistorium, tamquam ad tribunal, Regiam Maiestatem audeant isto fallacissimo astu accersere. Neque enim tam citò aliquid controuersum in disputationem veniret, quin statim auditretur protocari non ad Dei, sed ad Caluini, ad Lutheri, & eiusmodi aliorum vetbum, atque iudicium.

Neque porrò si sunt omnes, qui eiusmodi Cœuentui, quem petunt, interessent, qui bus datum à Deo sit, vt dogmata ipsa percipiant, cùm cetero quin populus sensu ma-
B gis, quam fide ducatur, si in fide nutare inceperit. Quamobrem hæc publicè coram ijs agi, qui Theologica non tractarunt accuratè, ijsque adiudicare aliquid in Ecclesiasticis, quæ non sunt Ecclesiæ membra; ab ijs autem ferri iudicium, quos neque unquã iudices constituit, iudicer cui vel mica salis sit in pectore, quid denique hinc commodi, vel dignitatis consequi posset.

Certenim, vt isti erubescant, amplius Regiæ Maiestati negotium facessere, vel certè ut aperiant oculos, aut acutius inspecta veritate, eam amplexentur, hæc ipse adijcerē. Num ad verbum Dei rectè exponendum Synodos aliquas velint, saltem antiquas, qui bus sanctissimi, doctissimi, itidemque fortissimi martyres interfuere. Nũ rē admittere uelint Patres eos, qui aut in Oriẽte primas tenuerẽt aut in Occidente, cum uocati sint, & essent re uera Doctores, easdem, quæ nunc uigent, hæreses confutarunt. Si hoc
C probent, cur ex eis Verbum Dei, ex quibus exponi non curant loco tot hæreticarum fabularum quas edunt, & docent? Quod si eos erraße, & homines fuisse dixerint, cur idem de suis ministris potius non sentiant? Deinde si fibi concedi cupiant publicum de Religione Colloquium, cur primi nõ sinunt à Catholicis idem ijs in locis institui, ubi aut ea fides floruit, & Euangelij sparsa per Catholicos semina sunt, ac miraculis, & populorum, ac Regum consensione religio conseruata, & aucta fuit? Præterea prodeant ex suę Confessionis Symbolum tot diuersarum sectarum sectarij, ut intelligatur, num id Caluinianorum, an Lutheranorum, an aliorum nomine urgeant. Ac forsan Vestra Maiestas Regia illico videbit, id accidere, quod Vormatiæ contigisse cùm omnibus notissimum est, tũ mihi, qui ei Colloquio interfuit Emanuel Sabaudię Dux Serenis-
D tita est, alterum post alterum recessisse, fœdissimo illo suo Euangelij, & notorum de cælo videlicet descendentium commento, dum inter sese ea de professione mirificè dissentirent.

Cùm uerò Colloquium istud petunt, aut de fua, quam uocant, Religione sunt certi, aut ambigunt adhuc. Si certi sunt, quorsum id, nisi ad audientium subuersionem, ad suum errorem fouendum, ad Regiam, & rectam (si unquam possent) mentem dimouendam, utque eam Ecclesię caput confirmant, spectant? At ab hæreticis caput constitui, ecquid aliud est, quam si quis à profugis, & rebellibus Dux constituatur? Sin autem incerti sunt, cur tempta Catholicorum identidem profanant? Deo dicata in alienos usus auertunt? de ipsa re quasi iudices, qui tamen iudices nunquam fuere, sententiam ferunt? Regijs Ciuitatibus ius ipsum Catholicæ Religionis adimunt,
E quod in fuis prędijs, & pagis ne attingi quidẽ uolunt? Scilicet hoc esset subdola fraude sceptrum Christi Regiæ manui imponere, & spineam non Regia corona caput Regium affigere, ac statim quasi sedenti pro tribunali illudendo dicere: *Prophetiza, quis te per* Matth. 26.
cussit, quis tibi tributa aliò detorquet: quis omnem Religionem auferre, quis denique perpetuam Regno tuo, ac Regi tibi perniciem parere sedulo conatur?

At & illa maximi ponderis sunt, de quibus inter rogari possunt: Num aliquo unquam sæculo putant hæretici apud Christianos integram Ecclesię fuisse formam? Quod si confessi fuerint, iam igitur illam promant per eos, quos habent testes antiquitatis: nam his testibus non detrectabitur à Catholicis fides. Si nullam post Apostolos fuisse asserant, putidissimum mendacium, ac Christi Domini sapientissima

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00283

providentia indignissimum, Regio iudicio explodendum est. Et aut denique necesse fuerit, vt putent, à Regia Maiestate nouam institui tuendam esse Ecclesiam, aut seipsis ex proprio capite post sexdecim denique sæcula aliquam effingendam, cui an alij hæretici dexteras dari sint, Regiæ Maiestatis Vestræ iudicio esto. A

Interea si quid ex illegitimis Synodis citauerint, vnde fucum simplicioribus facere studeant, videriat is, quæ in calce responsionum ad Septentrionalem nobilissimum virum ea de re scripsi. Ipsorum autem hæreticorum falsis citationibus siquis corda tus Theologus ita vtatur, vt eorum fraudes ex ipsis fontibus aperiat, facilè conuincentur sese semper mentiri, nisi sanari voluerint.

Ad extremum, interrogentur, num ullam vnquam hæresim fuisse, perspectum habeant ex Annalibus antiquissimis, aut ex ipsismet Patribus, quos interdum magno pere extollunt, vt simplices decipiant. Num, inquam, abusam fuisse ipsa Diuina Scriptura aliquam sectam possint (non callidè, sed syncerè allatis eorum Patrum libris, non suis detorsionibus) ostendere. Quod si ita sit, quemadmodum ex SS. Augustino, Hieronymo, Theodoreto, Epiphanio, Damasceno, & alijs, præter ipsas legitimas & veruttissimas Synodos constat, hæreses eædem in de illis obijciantur, vbi tanquam in speculo suas fœditates aspicient. Et aut erubescent, vt sanentur; aut si pergant esse insanabiles, sanè laruas istas Catholici facilius agnoscent. B

Religiosos Ordines in Ecclesia Dei Diuinitus institutos semper extitisse. Cap. XLVII. C

QVod secundo huius Operis libro diximus, notitiam status, atque ordinis Reipublicæ Christianæ maximè ad Diuinam historiam intelligendam conferre, id etiam hic reperendum est; Nimirum eandem notitiam ad eiusdem Christianæ Reipublicæ statum tuendum, operariosque ipsius rectissimè instituendos, esse permaecessariam. Quare vigesimum secundum eius Libri caput in primis legendum erit: mox ex, quæ sequuntur attentius perpendenda. Sic enim quisque pro ratione vocationis sue, quæ huc adexentur, vtilissimè exercipiet.

Psal. 44. Cant. 6. a Cornel. Lapidem. sub Greg. X. in 6. de religiosis domi. cap. vnico, & sanct. Thomam sub Cirro P. Clementina Lux ni, de verbor. signific. Nicolaus III. Clemēt Exhib qui fraudat. de verb. sign.

In Ecclesia igitur Dei, quæ *circumamicta varietatibus*, sicut *castrorum acies ordinata* suas semper habuit tamquam subsidiarias copias, varios Religiosorum Ordines semper extitisse extra omnem controuersiam est eis, qui vel à Maioribus rerum gesta rum historiam accepere, vel scripta piorum etiam vix attigerunt. D

Ac eos, vt Diuinitus institutos, ita ad fidei pietatisque propagationem, Rerumque publicarum, & communis boni conseruationem fuisse permecessarios: Ac quibus in locis esse desierunt: Fidei quoque, & Religionis nostræ sanctissimæ ædificia, quamtumcumque firmissima, corruisse, non ita omnes forsan perpenderunt. Quippè nec de illis temerè obloqui, nec in pernicioſissima causa, fallacissimos Satanæ æstus inuz re, nec deniq. sibi ipsis exitiū afferre sempiterni ausi fuissent. Quis enim ita exeors, & suæ salutis prodigus esset, qui, cū Ordinum à Deo institutorum nomen conuelleret, aut falsis obrectationibus, cognita neq. cogitata re, Sãcta Instituta labefactaret, non videret se, & hæreticorum causæ patrocinari Diuina omnia perueretium: & dissicillimè tam multis ablatam famam posse restituere? quā minimè restituta mortem in sinu numquam intermoriturum gestaret, & denique summo Christiani orbis malo multiformis & sapientiæ, & liberalitatis diuinæ fontes obstrueret? Quamobrem nos, quibus cælestis hoc beneficium collatum est, & veritas defendenda est, atq; ratio monstranda, unde nobis in nostra uocatione firmandis, & aliorum erroribus refellendis ad maiorem Dei gloriam perspicuus aditus pareat. E

Quantum malum sit religiosis institutis detrahe re &c.

Omnes finem sibi propositum consequi desiderant. Cap. XLVIII.

NEmo itaque est, cui natura insitum non sit propositæ sibi rei finis desiderium, in cuius finis disquisitione, quanto meditatur attentius, tanto à reliquis rebus accuratius auocat mentem, & in seipso ad illum comparandum tinitum suarum quasi conuentum habet, Sodalitatemq. (vt ita dicam) instituit. Iam in opificibus, atque alijs

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00284

A alijs omnibus idem spectare licet, qui aut priuatim, ne interturbentur extrinseciis rebus, uel ut perfectius, quem uitæ cursum, aut opus inchoarunt, absoluant, diuersi eiusdem artis homines unà in aliquem cœtum coeuntur.

Et uerò ut ad Diuinam imaginem, similitudinemq. conditi sumus, atq. ad cœlestia, latentes in nobis ingiculos retinemus, quantò ad potiorem finem cõsequendum, semperinamque illam patriam anhelamus ardentius, tantò efficacius moras omnes abrumpere, nodosque dissoluere deberemus: à quibus, dum sæculi curis implicamur, si non semper improbis, certè noxijs, & iter ad Deum remorantibus impedimentis retrahimur. Quapropter nullis sæculis non fuere, qui, ut propius adhærerent Domino, fortiusque in tam insigni proposito perseuerare possent, sese aut à communi aliorum consuetudine non secreuerint, aut spiritualibus etiam votorum vinculis, & arctio

Ab omni quo aliquis se arctius diuinæ obsequio dedicauit.

B re erga Deum obsequio sponte obligarint: intelligentes videlicet, hanc quoque à natura inditam seu vim, seu legem, vt contractus non nisi fide data firmentur: connubia que ipsa consensu, & promissione mutua sint rata: Milites item nisi adigantur iureiurando, oblata qualicumque occasione diffluant, ipsamque quam polliciti sunt fidem plerumque frangant, aut deserant.

Status Religiosorum in vet. lege. Cap. XLIX.

IAm huiusmodi rerum vestigia cernuntur in veteri testamento. [a] Enoch enim, ita ambulauit cum Deo, qui & illum transtulit. [b] Nazarei, [c] Elias, [d] Elisæus, Filij [e] Ionadab, Filij Rechab, Filij [f] Propheterum, [g] Iudith, quæ in ieiunio conti-

C nenter, & cum cilicio uitam agebat: [h] Virgines, quæ in templo Salomonis, & tempore Machabæorum in septis, tamquam monasterijs clausæ asseruabantur: Anna, Phanuelis, & ipse quoque [k] Ioannes Baptista, quem monachorum Ducem, & Principem [l] Chrysostomus, & [m] Hieronymus, Præpositumque & Anachoretam, Bernardus nominarunt.

a *Gen. 5.*
b *Num. 6.*
c *Lib. 3. Reg. 17. 18. 19.*
d *Lib. 4. c. 2.*
e *Ier. 35.*
f *4. Reg. 2. & 6.*
g *Iudith. 8.*
h *Lib. Machab. 2. cap. 3.*
i *Luc. 1.*
k *Matth. 3.*
l *S. Chrysost. Hom. 1. in Matrum. & Hemil. de S. Babyla. Hieron. ad Eustochium de custodia Virginitatis. & S. Bernar. Ser. de excellentia Virg. Bapt. Vide Natal. Ierin Conf. lib. 8. c. 13.*
m *de Vit. 2. Nicephor. lib. 8. cap. 19. Chrysost. redargutus virum se virginem professi.*

Innoua lege status Religiosorum. Cap. L.

D AT vbi, *apparuit gratia, & benignitas Saluatoris nostri*, remediaque vulneribus Mundi curandis prædestinata propositum, tum adumbratos antiquitus Religionis ordines Christiana lux clarissimè expressit; & naturæ corruptæ reluctantes stimulos ostendit nouis gratiæ uiribus posse retundi, ac superari. Scilicet procedente tempore ineffabilis quoque Diuinæ Maiestatis bonitas erga nos progrediebatur in medius, & quæ Lex ad perfectum non adduxerat homines, per eum implebatur, qui se vt omnibus imitandum præbuerat, ita ex cælestis sue sapientiæ thesauris diuersa charismata, & distinctos munerum in Ecclesia gradus promebat. Quâobrem cunctis quidem tradidit communioris vitæ præcepta: Verum quoniam solidiora prius erant iacienda fundamenta, & quasi præcipua mystici corporis membra, vel nerui, & ossa ante alia efformanda, ideo ad eminentioris vitæ, atque doctrinæ exemplum formam perfectorum hominum, & Religiosorum ordinum ad vnum effinxit, atque spectandam omnibus proposuit. Sic Virgo natus è Virgine, quæ quidem (vt ait Augustinus) virginitatem vouit, & paupertatem, atque obedientiam

E usque ad mortem (mortem autem crucis) consecrauit in seipso, & variis rationibus affectos ad insigne illud triuendi genus discipulos, confirmauit, qui posteà quasi reliquorum hominum Duces, nouum virtutum præstantissimarum faciem per se, atque alios homines perfectos monstrarent orbi terrarum, unde plurima deinde quasi Euangelicæ militiæ munimenta, Religiosorum, & Religiosarum præsidia ubique disponerentur. Inde igitur breui tanta ubertatis erupit feges, ut importata in horrea Domini uacuas deiectorum Angelorũ sedes noua cælorum lætitia repleuerit. Et quod multo antea prædictum fuerat à Propheta Regio, tum (quemadmodum inquit Augustinus)

F „ impletum est. *Ecce quam bonum, & quam iucundum est habitare fratres in vnum.* „ *Ista* (inquit ille) *verba Psaltery, iste dulcis sonus, ista melodia tam in cantico, quam in mi-*

n *Psal. 132.*

telectu

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00285

Vide Hier. epist. 13. ad Paulinum de eruditt. Monachi. Christus vel ipsum verè quemodo docuerit.

Matth. 16.

Matth. 19. Apoc. 1. Apoc. 14.

Ambros. lib. 30. epist. 82. & lib. de Virgin.

Aug. lib. 17. de Ciuitate Dei. cap. 4.

Act. 4.

Malach. 2. Deut. 33. Cleon. Ref. de dott. Apostol. lect. lib. 6.

1. Cor. 7.

a 1. Tim. 5. b Apoc. 1.

telleßu monasteria peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres, qui habitare in vnum concepierunt. Ißeverßus fuit tuba ipsorum, qua sonuit per orbem terrarum, & qui diuiß erant, congregati sunt in vnum. A

Ac ne quis postea suspirandi ad ollas Aegypti, & manu appolita ad aratri rescipiè di retrò caperet occasionem, quasi hominibus, Dei filium non liceret imitari, ille prę tiet vitę suę exemplum, Doctrinę quoque (vt diximus) auctoritate cæleßem hanc viuendi rationem suasit, & comprobauit. Huc enim illa tam sæpe repetita in Euange lijs spectant, quæ ex amantißimi cordis immensa charitate pronunciabat. *Se quis vult venire poßme, abneget semetipßum, & tollat crucem suam, & sequatur me:* Et *si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me.* Huc inquam pertinent, quod de Eunuchis scriptum est, qui se castrauerunt propter Regnum Dei, atque illud. *Qui potest capere capiat.* Ac quid- B quid dixit, *de promißo esu legni vitæ, de calculo candido, de nomine nouo in calculo candida, quod nomen nouum nemo scit, nißi qui accepit*, de cantico *nouo quod nemo poterat dicere, nißi illa centum quadraginta quattuor millia qui empti sunt de terra, quique cum mulieribus non sunt coinquinati. Virginis enim sunt.*

Renunciantibus sęculo vires perseuerandi à Christo Domino tribus. Cap. LI.

ET ne quis item iure posset objecere libertati arbitrij nostri, tanti doni oblatio- nem (Deo licet aspirante) non posse capi; vel Religiosos Viros suscepto sa- *Matth. 19.* luberrimo consilio nullam meliorem coronam promerituros, quam laicos, qui legis præcepta seruaßent, illud inculcarat. *Qui potest capere capiat.* cùm alibi dixis- *Ambros. lib. 30. epist. 82. & lib. de Virgin.* set ijs, qui communiorem Christianorum vitam sectaturi essent. *Si vis ad vitam in- C gredi serua mandata. Siquidem* (ait Ambrosius) *consilium inuitat voluntarios, præceptis vero astringit etiam inuitos. Vbi præceptum est, ibi lex. Vbi consilium, ibi gratia. Præceptum, vt ad maturam venocet, consilium, vt ad gratiam prouoci.*

Et sanè Diuinæ sapientiæ verbum iterum pensandum est, qua perfectos vocat, qui sese religioni arctius obstrinxißent, nimirum, quòd recta currerent ad brauium, & ab- ßtinerent ab omnibus, quodque Diuinę Prouidentię confiti, Patrem, Matrem, Fratres & Animam ipßam reliquißent.

Hoc igitur quasi claßico excitati Apoßoli, votum primi Deo vouerunt, & infracto etiam animo vßque ad mortem reddidere, excepto filio perditionis Iuda. *Dixerant enim* (ait Augußinus) *potentes illi, Ecce nos dimißimus omnia, & secuti sumus te, hoc vo- tum potentißimè vouerant. Sed vnde hoc illist niß ab illo, de quo dictum est, Dans votum D vouenti.*

Tam potentes igitur Duces illico secuta sunt agmina piorum, qui se, suaque ponent ante eorum pedes, *qui nihil suum esse dicerent, quorum animæ esset, & cor vnum:* qui quidem cum citßimè ad crucis vexillum conuoluißent, vniuerso orbi Christiano femitam ßtrauerunt ad pietatem. Nimirum & exaltato Domino super terram, & Spirituſancto miſſo de cælo, vis illa pretioßimi ſanguinis pro nobis effuſi hoſtium etiam corda rapiebat in Diuinum amorem, & notam noue Legis gratiam oßendens, benedicebat fortitudini suæ, & opera manuum suarum ſuscipiebat, promißaque olim in mysterio manifeßationes, & veritates Leuiticæ tribui, quæ *parentibus suis dicerat nescientibus, & fratribus suis ignorantibus, & nescienti filios suos*, in Sancto illo primorum Christianorum coetu complebat. E

Arqui Summi ipßi Duces Apoßoli doctrinam Iudaris, Gentibuſque ignoratam, & inuißam prædicantes, eruditabant uerbum bonum. Inter quos Paulus apertè clama- bat. *Bonum est homini mulierem non tangere. Qui Virginem seruat, melius facit, quàm qui nubit:* ſeq. hac in re, *Spiritum Domini habere, & consilium dare, quod ipße acceßißet* à Domino, reſtabatur. cum econtrario mulieribus, *quæ primam fidem irritam feciſſent, damnationem comminaretur*, ßcuti fecit aduerßus Nicolaitas Ioannes [b] Euangeli- ßta. Et verò ad virginitatem vouendam alias, vt Teclam, hortabatur, quemadmodum & Iphigeniam Matthæus, qui Martyrium quoque pro tam ingenti facto perpeßus eßt.

Religioſi

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00286

Religiosi quando cœpti redigi in ordinem. Cap. LII.

IAmque è Iudæa finibus excedebat talium hominum institutio, cùm Marcus Euangelista vtriusque sexus homines pios redigere cœpit in ordinem, atque Religiosioribus legibus coercere, vt continenter Diuinæ Laudes decantarentur; & virtutibus Christianis, hisque perfectissimis etiam ipsa potissimùm excoleretur Ægyptus, quæ prima inter Gentes cum Dominum excepisset infantem, veterem Dæmonium cultum uerissima unius Dei adoratione depelleret.

Essęi Religiosi illi vocati sunt, quorum meminit † Philo Petri Apostoli familiaris: quosque Christianos fuisse, atque ad eos historiam illam referri, Epiphanius, Hieronymus, Eusebius, Nicephorus, Cassianus testes sunt grauissimi: cum & Epiphanius addat Essęos à nomine IESV appellatos fuisse, deducta uoce à Iassa uoce Hebræa, quæ salutem & curationem desĩgnat. Inde ergo quasi è Paradiso deriuata fluenta, quæ totum orbẽ irrigarũt, & à tempore Apostolorum inchoatam Religiosorum ordinum disciplinam, usque ad Abbatis Pauli, & Antonij etatem perduraſſe probat Cassianus.

Quibus, ac sequentibus sæculis penè incredibile dictu est, quàm multi nomina Sacræ illi militiæ dederint: ut cùm Diosĉoro, & Ioanni Eremitæ subessent plura monasteria, vnt quoque Serapioni ad Arsenoitem decem fermè Monachorum millia subij cerentur: Sed in Ponto (vt in Monodica Basilij scribit Gregorius Nazianzenus) & in Ægypto, & Palæstina, in Syria, in Mesopotamia (vt ipsemet Basilius refert) ac verò, & in Cypro ubi eruditus Epiphanius, & apud Alexandriam (ut inquit Nicephorus, & ante hunc Sozomenus) & in Bethlehem, reliquaq. Iudææ (quemad modum Hieronymus testatur) atque in Thracia, Illyrico, & Italia, ipso quoque Constantini tempore, addo etiam in Perside, & in Gallia, passimque in Oriente Monasteria fuisse instituta, plerique omnes testes sunt ijdem Sozomenus, Nicephorus, Hieronymus, Seuerus Sulpitius, Palladius, Theodoretus, Cassianus, Euagrius, Et qui non?

Occumen. Theophylact. ſilem interpretantur. 1. pattum Epiphanius. pro miſsionẽ. Ambroſius pro ſeſsionem. Aug. totum vide Epiphanium 1. hæreſ. 29. Au. gul. de S. Virginit. ca. 33. & de Adulterinis conius. cap. 6.a.

† Philo de Vita contemplatiua. ſiue de Ieſsæis.

Epiphanius lib. 1 to 2. adver. hær. Hier. in Cat. ſcript. Eccleſ. Euſeb. lib. 2. Eccleſiaſt. cap. 15. 16 & 17. Nicephlib. 2. cap. 11. Caſſian. de inſtitut. cœnob. lib. 1. c. 1. Epiphan. hær. 30. Socam. lib. 3. hiſt. Eccleſ. c. 12. & 13. Socam. lib. 6. c. 28 & 29. Nicephlib. 11. c. 34. S. Baſil. epiſt. 79. Nicephlib. 12. c. 19. Socam. lib. 6. c. 31 & 32. S. Hieron. in Epitaphio Paulæ. Socam. lib. 6. c. 34. Nicephlib. 9. cap. 14. S. Hieron. in Epitaphio Marcellæ, & in Epitaphio Fabiolæ ad Oceanum. Paulus & Euſſebius ad Marcellum. Seuerus Sulpitius de obitu Martini lib. 1. Polidorus in Lanſpera hiſtoria. Theodoretus de vitis Sanctorum Patrũ.

Approbatio Religiosorum Ordinum. Cap. LIII.

CErtè in Concilio Niceno Monachorum statum fuisse approbatum, atque in eo de Monasterijs, de Vita, & moribus, deque ceteris omnibus quæ siue ad monasteriorum Abbates deligendos, siue ad Monachorum admissionem spectant, diligenter actum fuisse ipsius Concilij Canones ex Arabica lingua translati per spicuam fidem faciunt. Ad quæ graue Rufinj, Socratis, & Sozomeni accedit testimonium, qui fatentur, Virgines Diuino dicatas obsequio, ac templo Hierosolymita no ad inferuiendum fuisse assignatas, quo tempore Helena Constantini mater Hierosolymam ad quærendam Domini crucem uenit. Cùm etiam ex Orientis Monasterijs nonnulli Sacerdotes in bello capti, atque in Europam abducti, Imperante Constantino, Deoque semper melius aliquid profiticiente, Germaniam, uita, doctrina miraculis permouerint, ut fidem amplecterentur.

Cùm verò postea Basilius sanctissimis legibus Religiosos communisset, iamque Euangelica lux in Occidentem illata latius caliginem Asiæ, atque Europæ, dissipasset, Augustinus huic sancto uitæ generi annumerari uoluit. Deinceps autem Benedictus, quique illius Regulas plurimi sunt amplexi, & Bernardus, ac ceteri Ordines, præcipueque ij quattuor, quos Mendicantium uocamus, illuxere mundo, minante ruinã Ecclesiam indefesso labore pro data sibi mensura, uel sustentarunt, uel instaurarunt. Interim autem alij, atque alij identidem in quibusdam Prouincijs emerserunt, fuse in Hispania Hieronymiani, fuse in Gallijs Minimi, fuse alibi Camaldulenses, atque in primis Cartusiani: qui uelut nouæ cohortes prodierunt in campum, & animas plurimorum à laqueis diaboli in sanctam Domini libertatem, uel ui ta, & uoce, uel assidua ad Deum oratione asseruerunt.

Cassianus de institut. Cœnob. & Patrum Collationibus. Euagrius lib. 1. hiſt. Eccleſiaſt. c. 21. & lib. 4. cap. 7. Nicæna hæc collectè Can. 4. 5. 6. 66. 67. 88. in editione Alphonſi Peſani. Rufinus lib. 1. c. 9. Socrates lib. 1. cap. 17. Sozomenus lib. 3. cap. 2. S. Auguſtinus tract. 1. de communi vita & moribus Clericorum.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00287

Religiosorum Ordinum Monastices, ac Presbyterij quinam antiquitus fines & officia. Cap. LIIII. A

Diuersa officia & fines Clericorum, & Monachorum.

ETsi verò familiæ hæ, de quibus locuti sumus, cognationem inter sese maximam habent, quòd *sollemnia vota* profitentur, quibus natura Religionis continetur: Alij tamen Monasticæ vitæ, alij verò Presbyterij fines, ac diuersa penè vtriusque Status olim officia exiterunt. Monachorum illa propria erant, iugis oratio, psalmodia, vigiliæ, ieiunia, & aliæ exercitationes, Diuinorum cotẽplatio, atque ipsa vi uendi ratio victu, vestitu, & loco, à reliquorum hominum commu. ione iuxta nomi

Cap. 6. Eccles. Hierarchiæ. nis etymon distincta. Et Dionysius Areopagita cùm Monachos constituisset superiores quidem plebe, clero verò inferiores, sed qui propter vitæ puritatem proxime B ad functiones Ecclesiasticas accederent: & illorum statum, vitamque adscripsisset, te statur ab Apostolis vocatos esse Therapeutas à legitimo Dei cultu & contemplatione, cui uni totos se dedebãt, & monachos dictos ab individua illa & singulari vita, & à rebus alijs separata, quam profitebantur. Præterea apud eumdem Dionysium vniuersus ille Consecrationis Monasticæ ritus, secessionem hanc, & separationem, ac transformationem in vitam unificam, & Dei contemplationem designat. Extant hæc de re plurima Patrum decreta apud Gratianum, & apud Iuonẽ. Ex Concilio qui-

1. 9. 1. placuit. Monachorũ vita qualis. dem Niceno Canon sexagesimus primus inter Arabicos legitur. Vt Monachorum conuersatio iuxta ipsorum nomen à reliquis sit discreta: In Chalcedonensi autem ca pit. 4. Monachorum vita oratione, ieiunio, quiete, & clausura definitur: Hieronymus verò ad Riparium, ad Paulinum, ad Heliodorum, ad Rusticum, & ad Desiderium, C solitudinem, orationem sine intermissione, vigilias, laborem manuum, Diuinorum contemplationem, ac vitam pœnitentem ex Apostolico instituto prorsus ab alijs seiunctam, & pro eorum nominis ratione singularem, propria illorum esse docet. Ad

Chrysost. hom. 14. eundem quoque modum Monasteriorum Instituta describit Chrysostomus: *Domus* (inquit) *luctus sunt Monasteria, vbi cinis, atque silicium, vbi solitudo, ieiunia, lacrymarum diuersa lectulorum; nulla ibi perturbationes, nulla cura, tranquillo nempe in portu nauigans; alta ibi quies, & silentium.* Et pleraque alia, quæ de Hymnodia Psalmorum, canticis, & Scripturarum studijs eleganti simè persequitur. Quæ eadem commemorat Augustinus libro de moribus Ecclesiæ Catholicæ, ac de opere Monachorum. Extant item Asceticа Pachomij, & Basilij, quæ hęc confirmant.

Presbyterorum officia quæ. At verò Presbyterorum, & Religiosorum sacerdotum illa propria officia sunt ex D ipsa Christi institutione, vt saluti hominum procurandæ tamquam coadiutores Dei incumbant, disciplina morum, & doctrina Fidei alios ædificent, verbi ministerio, Sacramentorum administratione, vita exemplari, & oratione populo prosint; denique

De Eccles. Hier. cap. 5. (sicut à Dionysio traditum est) vt purgent, illuminent, & perficiant alios: quæ actiones propriæ sunt Ecclesiasticæ Hierarchiæ, quam Christus secundum exemplar illius cælestis in terris instituit, hoc est, vt legatione inter homines pro Christo fungerentur, & opus illud promouerent, quod Christi atque Apostolorum est, quodque solùm toti Ecclesiasticæ Hierarchiæ fuit demandatum: quam institutam à Christo Domino accepimus ad retinendam doctrinæ ab eo traditæ puritatem, atque ad excitandos, & iuuandos homines, vt æternam salutem consequantur. Quæ cuncta adhuc clariora sunt ex Euangelicis, & Apostolicis libris, atque ex ipsa Patrum Canonica in E stitutione, uno ore dicentium, Ordinem uniuersum Sacerdotum vni huic operi consecratum fuisse, ut ab omnibus alijs curis liberũ, & immune esset; ne quæ re impediri, vel retardari posset ab eo ministerio, quod principem locum in Ecclesia Dei tenet.

Greg. Nazian. Apologet. 2. Chrysost. lib. 6. de Sacerdotio. Ambr. 3. lib. epist. 7. Ac quidem Gregorius Nazianzenus quid addat Presbyterium ad Monachismum, quæ & quales iuriures in eo requirantur, qui tractaturus est de æterna animarum salute, grauissimè, & eleganter describit.

Vtriusque autem huius vitæ Sacerdotalis, & Monasticæ status, & officia pleriq. Patres iater se contulerunt, vt Chrysostomus, & Nazianzenus: Sed Ambrosij testimonium audiant viri pij. Is enim scribens ad Vercellenses, cùm commemorasset

Eusebium

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00288

A Eusebium ex Monacho creatum Episcopum, vtrunque simul vitæ exercitationes retinuisse, vt in Ciuitate positus Monastica instituta seruaret, & Ecclesiam regeret ieiunij sobrietate, ita demum de vtraque vita subiunxit: *Hæc duo in ætentione Christianorum deuotione præstantiora esse quis ambigat? Clericorum officia, & Monachorum instituta, illa ad moralitatem, & comitatem disciplinæ, illa ad abstinentiam assuefacta, atque patientiam, hæc velut in quodam Theatro, illa in secreto; spectatur ista, illa absconditur: ideo bonus quidem athleta ait:* Spectaculum facti sumus; *hæc vtrain stadio, illa in spelunca; hæc audaces in confessione seculi, illa aduersus carnis appetentiam; hæc subjectiua, illa refugiens corporis voluptates; hæc grattior, illa tutior; hæc se ipsam regens, illa sæpe ipsam coercens: vtraque tamen se abnegans, vt sit Christi.* Et post pauca. *Hæc ergo dimicat, illa se vermouet; hæc illecebras vincit, illa refugit; hinc mundus triumphatur, illi exultat; hinc*

Præclara vita Monastica & Clericalis comparatio. 2. Cornith. 4.

B *mundus crucifigitur, & ipsa mundo, illi ignoratur; huic plura tentamenta & ideo maior vitæ forta, sibi infrequentior lapsus, & facilior custodia.*

Sic etiam inter laudes Athanasij hanc non in postremis connumerandam docet Gregorius Nazianzenus, quòd actionem tranquillam, & actuosam tranquillitatem confociauerit, & persuasum suo exemplo fecerit, monasticæ vitæ professionem porius morum grauitate, quàm corporis secessione imitari atque exprimi posse. Rursus idè Theologus scribit, Basilium primum excogitasse solitariam vitam Monastico cultu traducere; *Cum solitaria* (inquit) *vita & ciuilis, vt plurimum, inter se dissiderent, neque vtraque omnino vel commoda, vel incommoda sua pura, & immixta haberet, verum illa quidem tranquillior esset, magisque sedata, Deoq; coniunctus. E contra hec occupatior quidem, & fructuosior, verum a tumultibus minus libera, præcare eas inter se reconciliauit,*

Nazianzenus de laudibus Athan.

In oratione funebri ad Iulianum Cõmoda, & incommoda vitæ solitariæ & socialis, & quo hæc inter se conciliatæ sint.

C *ac permiscuit: pietatis quidem Gymnasia, & Monasteria extruens, non tamen longo interual lo remota ab vrbis, qui simul vinunt, nec velut muro quodam distinguens: vt nec contemplatio communicationis expers esset, nec actio tranquillitate, & contemplatione careret: sed quemadmodum terra, & mare, ita etiam hæ duæ vitæ commoda sua inter se communicantes ad vnicã Dei gloriam concurrerent.* Hoc igitur Basilij studium, & inceptum, quos in posteriorum Religionum institutione progressus fecit, in earundem instituto ad sui finẽ peruenisse videamus nam Monasticæ disciplinæ, & Sacerdotij virtutes, & vtilitates ita vnius vitæ cõmunione permixtæ sunt, vt veræ illius solidæ virtutes, atq. vtilitates Sacerdotij ministerijs, & exercitatione extra vmbram, & solitudinem positæ, illustriores fiant, & quàm maximè fructuosæ. Quippe Sacerdotij ministeria religiosis

Religiones quæ coniunctionis officia Sacerdotum cũ uotis laudantur.

D perficiunt, & orationc, ac Diuinorum contemplatione quasi accensa, feruentius, & cum vberiore animarum fructu exercentur. Vnde item fit, vt aliorum vtilitas cum propria vtilitate coniuncta semper sit, nam in omni ministerio, & actione ad renouationem spiritus, perpetua veteris hominis mortificatione, ad augmenta virtutum, ad maiorem Dei gloriam Religioforum ordinum Auctores, & Duces semper aspirarunt.

Quando, & quanam ratione olim instituebantur, qui in Religiosas familias petebant admitti. Agitur de Nouitiatu diuerso pro varia hominum ratione, vel temporum ipsorum. Cap. LV.

E

Cvm tempus probationis & Nouitiatus vnà cum ipso Religionis statu institutum sit, ad explorandum, qua propositi constantia, quoue quisq; ardore mentis fit Religionem susceperus, ac pondus huius professionis melius intelligere & reperiri possit, constans hoc fuit primorum illorum Patrum consilium, vt admittendi probarentur, diutissimo ac difficillimo examine, ne facilè suscepta professio, facile etiam & cum graui scandalo deseeretur. *Quare renunciaturus seculo* (vt auctor est Cassianus) *primo multis diebus pro foribus Monasterij excubans, omnium genibus aduolutus & despectus, perseuerantiæ & humilitatis experimentum aliquod dabat: deinde anno integro infrauite illum in Xenodochijs peregrinis oportebat, prinsquam congregationi religiosorum Fratrum adnumeraretur: postea domum Fratrum numero*

Cassian. De inst. lib. 4. c. 22. & 31. De Instit. lib. 4. c. 3. & 36.

Probatio quæ olim in Religione erat frequentata.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00289

adscriptus, aliis obedientiæ & tolerantiæ experimentis exercebatur sub disciplina alicuius senioris: donec profectus illius, & conuersationis virtus multis, & longissimis probationibus explorata, euidenter agnita esset, & vsque ad hoc tempus vestimenta sæcularia, quibus indutus ad monasterium venerat, seruari solita fuisse tradit idem Cassianus, vt si tandem iudicio seniorum satisfaceret, illa pauperibus distribuerentur: sin minus, exutus veste Monastica, & sæculari rursum indutus, è congregatione frattrum dimitti posset. Eo igitur tempore signum erat Candidatum Religionis, tum denique Monasticæ insignibus initiari, & professionẽ facere; Neque uerò ex hac Patrum traditione vllũ professioni tempus præfixum colligitur, quippe quod positum erat in iudicio Maiorũ post primas illas religionis exercitationes; Quam rem nec eodem modo, neque ea mensura temporis fieri posse ratio euidens demonstrat; rationi enim consentaneum est, ignotos, siue tenerioris ætatis, quorum inconstantia suspecta est, vel grandiores ob vitæ anteactæ vitia, diutius, & difficilius esse probandos; Maturiores autem, & qui in virtute progressus aliquos fecerunt, facilius ac breuiori tempore in probationibus uersatos, ad professionem esse admittendos. Scribit autem idem ipse Ioannes Climachus Isidorum quemdam primarium ciuem Alexãdrinum, quod esset ingenio aspero & intractabili, totos septem annos pro foribus Monasterij probatum, priusquam dignus iudicatus esset, qui Monasterium intraret. Et Basilius, quem Magistrum huius exercitationis Beatus Benedictus agnoscit, in Regulis suis disputatis, interrogatione X, nullum tempus Nouitiatus præscribit; sed hoc in Superioris facultate positum relinquit, ut facilius probentur, qui in superiori ætate studiosè vixerint diutius: quorum autem inconstantia suspecta fit, ijs adhibendum censet temporis spatium, vt grauioribus experimentis de illorum natura & perseuerantia periculum fiat. Rursus interrogatione XV. cùm docuisset pueros teneriores ætatis in Monasterio recipi debere, quem morem Patres in Eremo religiosè obseruarunt, & modum præterea tradidisset, quo institutendi separatim & informandi essent professionis tempore, illam in uniuersum regulam tradit, firma tamen ætate, & ratione probè adulta ad professionem virginitatis admittendos, & multo dierum dato spatio his, qui sic initiandi sunt, ad deliberandum de hac re, vt quid sibi expediat seorsum positi, secum constituant.

Probationis tempus olim incertum. Ex Basil. interrog.

Gradu 4. de obed.

Greg. Nazia. in orat. pro Basilio. In fine regul. c. 13.

Professio virginitatis.

Isidorus quoque Hispalensis, qui in gratiã Monachorum Occidentis Regulam uitæ Religiosæ ex Patrum ueteri disciplina collegit, eadem fere scribit quæ ex Cassiano retulimus, vt generatim apud hos Patres, qui Monasteriorũ Orientis, & Occidentis mores literis prodiderunt, nullum certum tempus probationis agnoscas; quamquam in ipsomet Oriente apud Tabennesiotas, qui peculiarem quamdam uitæ rationem à reliquis Monachis variantem Pachomio Magistro, ac Duce acceperũt, totum triennium pro Tyrocinio Religiosorum præscriptum legimus. Floruit hic Pachomius sub Constantino Magno, pater innumerabilium Monachorũ, & in insula quadam, quę Tabenna nominata est, asceteria tradidit, & Regulam uitæ huius suis Tabennesijs conscripsit, quàm ab Angelo eum accepisse plerique Ecclesiastici Auctores tradunt, & in summo honore apud Monachos Orientis fuisse. Hieronymus est auctor, qui eam Regulam Latinã edidit. Is igitur uir tantus, Religiosę uitæ Dux, in ea Regula, quam Angelorum ministerio edoctus fuerat, illud inprimis statuit: ne quis ad aliorũ contubernium admitteretur, nisi post Nouitiatus triennium, quo tempore Nouitij paulum mutato habitu difficilioribus operibus exercendi essent, & probandi, num in studio Religionis perseuerauerint essent, & certamina uitæ spiritualis retinere possent. Ego uerò illud crediderim; hoc tempus triennij probationis pro his tantùm institutum, qui adulta ætate ad Monasterium uenirent: pueros enim, quos tenera adhuc ætate in Pachomij Monasterijs nutriri, & ad disciplinam informari, ex gestis ipsius, & Regula ipsa constat diutius esse probatos, ratione manifesta conuincitur. Hanc autem regulam Pachomij imitatus est Iustinianus Augustus, qui Authent. collat. 1. titu. 6. inter alia de Monachis sic statuit: *Sanctimus ergo sacras sequentes Regulas, eos qui singularem conuersationem profitentur, non prompte mox à Reuerendissimis Præsulibus venerabilium Monasteriorum habitum percipere Monachalem, sed per triennium totum,*

Tempus probationis ante quitus apud Monachos. Niceph. lib. 9. c. 14.

Pachomij regula de Nouitiatu quæ Hieronymo exponenda.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00290

A totum, sive liberi sint, sive servi, expectare, nondum Monasticum habitum promerentes, sed tonsura & veste eorum viri, qui Laici vocantur, & manere Divina addicentes eloquia; & Reverendissimos eorum Abbates requirere, unde eis desiderium vitæ singularis accesserit; ne forte illa maligna occasio ad hoc eos induxerit, experimentoq; percipienda sit eorum tolerantia & honestas; non enim est facilis vita hominum mutatio.

Idem probatur aliys Auctoritatibus. Cap. LVI.

CItatur Nouella hæc Constitutio Iustiniani à Photio in Nomocanone 4.11.c.3. ab Iuone Carnotensi p.7.c.153. Eadem ferè statuit idem Augustus Notella 123. B c.52. quam Constitutionē, quæ de his loquitur, qui ad Monasterium nondum cogniti veniunt, habemus apud Burcardū lib.8.c.20.& Iuonem p.7.c.41. sub nomine Tolentani Concilij Quinti. Apud Gratianum verò 17.q.2.c.*Si quis incognitus:* sub nomine Bonifacij Papæ: Tria igitur hic adnotanda sunt, quibus à Iustiniano triennij huius institutio grauissimè confirmatur. Primùm, diligenti, & longo examine explorandam esse eorum nocationem, qui Religionem cupiunt, quo nimirum spiritu ducantur, quemve ad scopum tendant; ex fine enim Religiosi, & nocatione futuræ vitæ ratio sumenda est. In qua re quiuis error grauissimus esse solet: Deinde certum periculum facere, de illorum patientia & honestate, quę duo maxima præsidia sunt vitæ Religiosę. Tertium non esse facilem hominum mutationem. Et *facile quidem est in oculos* Ecc.11. *Dei subito honestare pauperem:* At si pronuntiandum, vel iudicandum est ex his, quę frequenter accidunt, multùm est affuera relinquere, difficilèque à seculari uita ad Religiosam firmo, & constanti pede transire: Ita ut in eo, quod semel aliquis cęperit, nec C desistutor, nec tepidus postea futurus sit. Illud præterea in hac Constitutione interim animaduertendum est, Iustinianum, cùm Sacras Regulas in his Nouellis dicit, eas sem per intelligere, quę uel ab Apostolis, uel ab Apostolico seculo traditę sunt. Quare hāc Triennij Notitiarus quan trennij institutionem antiquiorem Pachomio existimare possumus: & ualde uerò si- do institutus. mile est, in Monasterijs à Sancto Marco Alexandrię institutis eam Apostolico illo se- Cap. 12. culo uiguisse. Iosephus enim de captiuitate Iudaica apud Esseos hunc morem fuisse Essei unde di- scribit ut candidatis discipline sue non statim pateret aditus, sed triennio primò pro- cti. batos, & de illorū perseuerantia fide facta, ad communem congressum, & conuictū Sa Hgesi 29. cramento prestito admissos: sub Philone uerò nomine Philo uitam Monachorum B. Marci scripsit in libro de Vita contemplatrice; cuius meminere Hieronymus, & Eusebius. Conferat prudēs Lector Iosephum cum Philone, & utrumque eorumdem D vitam scribere comperiet. Pauca quidem excipio, quæ Iosephus ex Iudaica superstitione in suo libro interseruit.

Sed quoniā in Esseorum nomen incidimus, placuit hoc obiter annotare: Essei fuse Iessei primi exercitatores huius uitę Religiosę, Epiphanio Auctore, à IESV nomine vocantur, à lassa Hebræa voce, quę salutem & curationē significat, à cuius nocis significatione Therapeutarum Græcum nomen impositum est, quo Monachos ab Apostolis De Eccles. nocatos restatur Dionysius. Idem ergo nomen Iessęus & Therapeuta à IESV nomi- Hier.cap.6. ne desumptum est, & utroque idem Religioforum institutum significatur. Eusseb.lib.2. c.17.

Quænam de Nouitiatu siue probatione à S. Benedicto institutia sint. Cap. LVII.

CEterum Canonica S. Benedicti institutio probationis annum tantùm concessit, Probationis tēpus annus confirmante Gregorio Magno, ut scribit Alexander Secundus 17.q.2.c.1. Idē d.13.cap. E tamen Gregorius propter peculiarem causam hoc immutauit, & ad triennium Pa- legem, apud chomij reduxit lib.7.Reg.Epistola 11.scribēs ad Epitcopos Italiæ: *Si qui uero* (inquit) c.13.4. *ex militaribus uiris adunemerart in Monasterys festinant, non sunt temerè suscipiendi, nisi ante eorum subtiliter inquisita fuerit, & inxta normam regularum in suo habitu per triennium probati, tunc Monasticum habitum Deo Auctore suscipiant.* Vocat hic Gregorius normam regularem Pachomianum institutum.

Rursus idem Gregorius lib.8.Epist.23. cùm accepisset, nonnullos Monachos pa- 19.q.3.c. rum religiosè uiuere, quòd parū probati tonderentur, sic scribit Fortunato Episcopo Monasterijs.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00291

Biennium probationis. Can. 41.

Neapolitano. *Monasterijs omnibus fratrem uestra interdicat, vt eos, quos ad conuersio* A
nem susceperint, prius quam biennium in conuersione compleuerint, nullo modo audeant tonsuraue: sed hoc spatio uita, moresque eorum sollicite comprobentur, ne quis eorum, aut non sit consentius eo, quod uoluit, aut ratum non habeat, quod elegerit; nã cum graue sit inexpertos hominum obsequijs sociari, quis possit dicere quanto sit grauius ad Dei seruitium impro batos applicare? Hactenus Gregorius. Cuius testimonio vides pro uarietate hominum varias probationes institutas: Nam milites triennio probantur, quòd à militari vita ad Religiosam difficilis sit mutatio; Alijs verò annua probatio iure communi instituta satis est. Præterea Trullana Synodus, cùm nonnulla de Monastica vita statuisset, de Anachoretica & solitaria illud definit. *Quadriennio toto multis modis in Mo nasterijs probatos, & accedente Episcopi examine, & iudicio ad illam admitti posse.* Sed hęc

Anachoretica, & solitaria vita quo modo nõ fit facile concedenda.

Trullana definitio laxior est, vt sunt pleraque alia, quæ in Canonibus huius Synodi B
continentur. Illa verò Isidori libro de Officijs Ecclesiasticis secundo, seuerior, & an tiquiorum Patrum gestis, & huic institutioni magis est consentanea. Sic enim habet. *Anachoretæ exercitatione Cœnobitarum probati in omnibus Monasterij disciplinis per vi ginti annos ad hanc contemplationem per obedientiam obligantur*; quoniam enim Anachoretica uita difficilis esset, propterea viginti annos illam præmeditari in Monastica disciplina necesse erat, & tã lõga probatione ad arripiendũ huic uitę genus preparari.

Ætas admittendorum. Cap. LVIII.

Ætas admittendorum. 20. q. 1. & 2.

DE ætate autem illorum, qui Religionem ingressuri essent, diuersa pro ratione, aut temporum, aut locorum tradita sunt. Et quamquam in uniuersum pueri tenera adhuc ętate Monasterijs à parentibus oblati, sub Religiosa disciplina nutriebã C
tur, non tamẽ à patribus uno modo definitum accepimus, quæ ætate illis Religionem ingredi liceret; Extat Concilij Romani sub Syluestro primo Decretum, quo posCap. 10.
quam de ea ætate, qua Virgines consecrandæ sint, cautum est, de Professione Monachorum sic decernit.

Schemata Monachorũ. Ita legit Aylla de trad. de uoto continẽ. Item Iouen in summa. D. de Reg. & ad nostra ca. super eo. c. 6. Eccles. Hier. Vide Philon. vbi de habitu in cauendo lasciuum.

Nulla uero schemata Monachorum oportet fieri ante uigesimum quintum annum propter scandala, & ut xxv. anno, exacto tam omni feruore diaboli, sumentes sibi mundum vas Spiritussanctus. Multa quidem in hoc Concilio obscurè traduntur, variquæ sunt lectiones, sed huius loci sensus planus est, ne vllus videlicet induat habitum Monasticũ ante vigesimum quintum annum, hoc est, professionem faciat; hanc enim uocat Concilium schemata Monachorum. At & supra dictum est Pachomio, & Iustiniano, D
probari olim confueuisse Nouitios, vel Laica, aut parum distincta: atque inde forsan in Religiosis familijs distinctio habitus Professi, & Nouitij introducta est, cùm veste Laica probarentur, & alia ueste, ideſt Monastica & Religiosa professio fieret: ecclesius rei meminit etiam Dionysius. Sed ad Decretum Romanum quod attinet, hac ratione vigesimus quintus annus statuitur. *Propter scandala*, inquit, *cautanda*, atque vt ętas adolescentię lubrica, & efferuescens, tam longa, & tam matura probatione cõpri meretur, nullumq. periculum esset ad sæculũ cum facundo redeundi, quod eo tempore, cùm Ecclesia Christi adhuc inter gentes uersaretur, maximè timendũ erat. Gregorius autẽ Magnus posteriore sęculo, quo adulta iam erat Ecclesia, prohibuit quẽquã
Ante 18. annum ne qs ad Religionem admitte retur cap. 40. temp. Gregorij. Actatis. anni. 15. ad profes. Pro ratione temporũ loc. & perio. varia ætate dil professio. ad Religionem admitti ante decimum octauum annum, nõ quidem in uniuersum, sed his tantum in locis, vbi est durior Congregatio Monachorum, vt in Insulis: quam- E
quam ætatis mensuram Patres Concilij Oxonienſis generalem in omnibus Monasteriijs esse uoluerunt, nisi euidens utilitas, aut necessitas aliud suaderet: Et Cardinalis de Turrecremata testatur hoc ipsum peritũ esse in Concilio Basileensi. Marcellus uerò Papa his, qui in minori ætate Monasterijs oblati sunt, si quinto decimo ætatis anno permanere professi fuerint, redeundi ad sæculum licentiam denegat. Quanta igitur hæc uarietas, ut pro ratione temporum, locorum, ac personarum, à uigesimo quintoad decimum quintum deuentum sit. At illud sextæ Synodi numquã usu Rom. Ecclesię receptum est, decem annorum tempus ad amplectendã uitã Monasticam sufficere, quãquã in potestate Episcopi sitũ sit diutius expectare, si ita cõuenire iudicauerit.

Verum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00292

A Verum est, quod Leo Aug. (auctore Theodoro Balsamone) hunc Canonem ita temperauit, vt vndecimo ætatis anno ingredi Monasterium liceret, sed ante sextumdecimum tonderi prohibuerit, & ante quintumdecimum testamentum condere. Quę Constitutio æquior est. Multa verò in Concilijs Toleranis traduntur, quæ consulto omitti mus. De Monachis hoc addo. Cùm quartus decimus annus ætatis iure communi ad professionem faciendam satis esset; nunc Concilij Tridentini Decreto sextus decimus requiritur. Hanc porrò varietatem in virginum consecratione & velatione contigisse paucis monstrare possumus. Diaconissæ ad Catechesim fœminarum, & ad alia quædam Ecclesiastica olim eligebantur. sexagenariæ verò iuxta præceptum Apostoli. De virginibus eligendis ad sanctorum ministerium, quod præceptum secutus est Gregorius, cùm hæ ætate, idest sexagenaria, virgines Abbatissas consecrari præcepe-

B rit. sed Concilium Chalcedonense cap. 13. Diaconissarum creationem quadragesimo ætatis anno diligenti præcedente probatione fieri statuit; cuius varietatis causam sexta synodus notat, quod vegetiore facta Ecclesia, & Paganorum metu sublato, minus periculi timendum esset. At verò in virginum velatione Patrum concors sententia est, virginē non velandam, nisi multo tempore probata iam pudicitia, ne quod scandalum pateretur Ecclesia Dei propter adolescentularum leuitatem, ne qua occasio daretur aduersario maledicti gratia, si quædam post Satanam retro abiret, ut Apostolus monuit. Extat Canon Concilij Romani, sub Sylueſtro primo. *Ne vllus Episcopus virginem sacratam benedicat, nisi eam probauerit per triginti septem annos, quia ibi probatur pudicitia uera, si per tot annos eam custodierit. Post uncta uertice introducatur ad nuptias Christi.* Hactenus Sylueſtri canon.

C Sed illud frequentiori Patrum consensu definitum est, velari posse virginem nisi eo quinto ætatis anno, situmq. esse in potestate Episcopi propter peculium pudicitię, aut si ita exigerent vel parentes, vel tutores, aut si immineret mors, ne sine gratia professionis decederet, hoc tempus minimè expectandum. Habetur hęc definitio in plerisque Concilijs. Et ita definitum est à Pio primo 20. q. 1. cap. virgines. Ibidem Gelasius capit. deuotis. Et in hoc decreto illud obiter adnotatur: Gratiam Professionis à Gelasio cum gratia Baptismi conferri. statuit enim, *sacrum velamen virginibus imponendum, aut Epiphaniarum die, aut festis Paschalibus, nisi (propter mortis periculum, ne sine hac gratia decedant, hoc tempus sit expectandum, sicut (inquit) in Baptismo, aut statis solennibus diebus celebrandus est, sed morte imminente, ne quis sine gratia decedat, quocumpas tempore fieri potest.* Refertur inter canones Basilij, virginem ad professio-

D nem admitti posse decem & septem annos natam, non tamen palsim, sed eam cuius diu examinata & probata fuerit perseuerantia, & vt admittatur, multis precibus contenderit.

Denique Aurelianēsi Synodo statutum est, virgines illas triennio esse probandas, quę incluſę perpetuò non tenentur. Atque hactenus de veteri Monachorum discipli na, ac de variis probationum institutis dictum fit, ex quibus hoc planè colligitur, antiquiores huius vitæ Duces & Institutores in hanc vnam rem totos incubuisse, ut Tyrones eo spiritu atque his Dei donis pręditi essent, quibus professioni, quam suscepturi erant, plenè & cumulatè satisfacerēt, in hac re examinanda eo diligentius, & proli xius vacasse, quo aut ardua magis, aut difficilior foret professio, aut ipsi propter gratem, aliāve anteactæ uitę impedimenta, minus maturi, minus idonei, minusq; explora

E ti essent. Et propterea in Antistitum, Episcoporum q. iudicio totum hoc positum esse, qui de uniuscuiusque vocatione & profectu iudicarent, & an ad illam spiritus men suram peruenissent, quę professioni par esset.

Quanam ante, ac post trium uotorum, & aliarum Regularum obseruationem præstat ut Religiosi doceantur. Cap. LIX.

REstant alia, quibus si Nouitiorum animi præmuniantur, ingentem sibi tranquillitatem, Ordinibus autem religiosis vtilitatem parient. Hęc sunt iudicium, atque discretio: charitas: religio: notitia denique naturalium earū, quibus calumnias aduersantium, aut Religioſę vocationi obſtrepentium depellant: quales

Ætatis xj. annō peractā ingredi sed non tonderi vsq; ad xvj. Ius commune de ætate, Conc. Trident. sess. 25. c. 15. De uirginib. Nouitijs & professis 1. ad Timot. 5. 10. q. 1. Iuuenalis. 27. qu. 1. Diaconissam.

1. Timoth. 5. Anni xxvij. probationis. cap. 10. Ita legit Aymō. alij sup. Ritus ungendi uerticem uirginis professitentis. Quando bre uiabatur tēpus profeſſionis. In Conc. Milevit. can. 16. In Chart. 3. can. 8. In Afric. can. 117. In Turon. 2. can. 21. In Turon. 3. can. 18. In libo. capitularium Carol. 107. Can. 18. Tempus 2. ad admittēdarum uirginum. Can. 19.

Causę cur differrē vel contrahere. tur tēpus probationis.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00293

les sunt, qui Obedientiam cæcam condemnant: qui item contractum claudicare asse-
rant, si quis iuri suo renunciet, seq. totum ijs regendum sic trader, ut etiam ab ijs di-
mitti possit, ac si qua eiusmodi sunt alia, de quibus optimi Theologi egerunt, quos suo
loco indicabimus. A

Discretio Religioso quantum necessaria.

Quòd ergo ad discretionem spectat, stupidi, aut obscuri essent iudicij, si quis cogita-
ret, quoniam religiosæ vitæ sese addixisset, ideo non curandum esse magnopere, quo-
nam modo cum proximis, ac præsertim cum fratribus, hoc est, qua charitate, dexteritа
te, ac prudentia sese gereret; Quare libri, quibus de discretione agitur perlegendi sunt
attentè, animiq. Nouitiorum prudentibus monitis, atque interrogationibus identi-
dem roborandi, vt sciant primùm homines esse se, nimirum quibus ratio insit, quæ
propria vis, naturaq. nostra est, cuius rationis vsus si desit, nemo quantumcumq. ex-
teriorem deuotionem præseferat, cuadet alius, quàm aut parum utilis, aut certè B
quasi truncus, & stipes: sanè uerò religiosis domibus, qui hoc iudicij dono caruere,
plurimum sæpissimè incommodarunt; dum videlicet, cùm rerum imperiti, ac rudes
ad religionem venissent, illico res pro suo modulo non metiuntur, plusq. æquo audi
ti sunt, vel ipsi temerè, atque inflato animo Seniorum iudices ausi sunt esse.

Charitas quâ ti facienda.

Porrò iudicium, & discretionem mirificè charitas iuuat, quæ facilè sentitur, num
in corde hæreat, si cogitetur, num ex amore, an odio: ex inertia, an solertiа; ex studio
diligendi, an ex tumore, & indignatione subdendi se iudicemus, cogitemus, loquamur,
operemur. Charitati autem, etsi, quoniam ipsius modus est sine modo, certa lex pre-
scribi non potest, maximè tamen excitatur, ac quasi illustratur, & rerum particula-
rium doctrina, & declaratione, ac proprijs Auctorum libris, qui de ea egerunt, nec
non perillustribus, siue circumstantijs Regularum rectè expositis, & inuicem collatis, C
alijs denique huiusmodi, (ut ita dixerim) directionibus, quę nec semel, neque obiter
sunt tradendæ.

Perfectio Religionis cognoscenda.

Nouitij igitur, cùm tuel de maioribus, uel de reliquis Patribus, ac Fratribus, aut ité
de seculi hominibus cogitant, instruendi sunt accuratissimè, ut ad iudicium charita-
tem, ad charitatem autem, atque iudicium perfectionem Religionis, tamquam opti-
mum condimentum adhibeant. Hęc enim adiuncta iudicio, & discretioni, fructus u-
berrimos ferunt: Quemadmodum sit, cùm intellectus ueritate aliqua apprehensa, in
ea non sistit sese, sed uoluntas item excitatur, mouetur, atque roboratur ita, ut spe-
culatio in rem, & praxim conferatur: hoc uerò tanti momenti est tam in superiorib.
quàm in subditis, vt dicere non dubitem, quin ex hac discretione potissimum pen- D
deat tutissima Religionum directio.

Imitanda Christi uita.

Quin & maximi momenti fuerit Nouitijs, si non tam ad meditandū, quàm ad imi-
tandum sibi proposuerint ipsam Christi Domini uitam; & quidem non solùm in reli-
quis, verum etiam in eius cum hominibus conuersatione. Ecquanta enim sunt, quæ
Aerena illa Patris Sapientia ad captum nostrum sese accommodans, ut omnes è pec
catorum laqueis eximeret, tamquam rádio suæ bonitatis, vbique iaciebat? nimirum,
quòd cum hominibus circumspectissimè agens, & his liberi arbitrij ius relinquens, ne
quę cos cogebat vnquam, nec tamen sine ipsorum consensu sanabat.

Præcautiones alię. Cap. LX.

Ioan. 16.

Sed & permagni momenti fuerit, vt re ipsa Religiosi initio doceantur assuescere, E
ne quid in seipsis statuant, sed neque proclives sint ad quicquam de aliquo cre
dendum, ni prius rem optimè intellexerint, omnibusq. rationibus eruere ueri-
tatem quæsierint, siquidem hoc ad eos spectauerit. Cùm uerò Christus Dominus ip-
sissima sit Via, Veritas, & Vita, ad huius item examen tamquam ad pondus Sanctua
rij pendenda sunt, & nostra, & aliena, vel facta, uel cogitata.

Ac quoniam eam mentem Religiosus status aliquibus poterit inijcere, qua uel ho-
mines sæculares non admodum æstimentur, quasi illi in fluctibus agitentur, nos in por
tu nauigemus; vel quasi nudæ ceremoniæ habeantur, si, qua decet humanitate, ac mā-
suetudine nos erga illos, aut inter nos præstemus, propterea ipso opere docendi erūt,
vt quæ agunt, ea sine strepitu, sine animi tristitia, sine spiritu timoris, sine audacia,

aut

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00294

A aut eo vitio, quod ſapiat impudentiam, operentur in verrendis cubilibus, in claudendis portis, in qualicumque opere faciendo. Si quid enim inconſideratè agunt, quod rumorem excitet, intelligant id poſſe eſſe impedimento eorum, qui vel Deum orant, vel ad conciones ſeſe parant, vel decumbunt ægroti, vel ſi quis in palæſtra religionis recentiſſimè admiſſus aliquo modo turbetur. Quod ipſum intelligendum eſt, ſi quis altiore voce orationes fundat ad Deum, ſi recitans priuatim officium altius cantet; ſi cùm ſeniores comitatur, vel cùm externis comedit, vel alios religioſos alloquitur, ſi ſcribit, aut agit, ſeriò ne, an circumſpectè tamquam Domini opus faciat; hæc enim omnia miram iudicio rectè formando, atque alliciendis ad Dei amorem aliorum animis notitiam afferent.

Religioſi quemodo ſe ſicta ſua humilia exercebunt.

Obedientia caca quanti facienda ſit, & primo quid ſit. Cap. LXI.

B IAm quę de obedientia cæca ſolent obijci ab ijs, qui uirtutis iſtius vim haud guſtarunt, docendi ſunt à Scriptura, à Patribus, à Miraculis, eam maximè commenda ri. Nihil verò aliud cæcæ obedientiæ nomine intelligi, niſi obedientiam puram, perfectam, ac ſimplicem, ſine diſcuſſione eius, quod imperatur, vel cauſæ, cur imperatur, & ſolo contentam, quod imperatur, niſi videlicet quod imperatur peccatum eſſe conſter, ſic enim Ioannes Climachus cęcam nominauit. Eſt autem hæc ratio ſubijciendi proprij iudicij, ac ſine vlla quæſtione ſuſcipiendi quicquid Superior iuſſerit, non ſolùm Sanctis Viris vſitata, ſed etiam perfectæ Obedientiæ ſtudioſis imitanda omnibus in rebus, quæ cum peccato manifeſto coniunctæ non ſunt. *Nam quicquid* (ait Bernardus) *vice Dei præcipit homo, quod non ſit certum diſſiliere Deo, haud ſecus accipendum eſt, quam ſi præcipiat Deus.* Nec verò repugnat perfectæ obedi C ētiæ, ſi quis id, quod ſibi forte occurrit contra Superioris mandatum, eidem Superiori cum debita reuerentia, & humilitate proponat, modò paratus ſit uoluntatem, & iudicium ſuum cum eo conformare, quod iudicat, & vult is, quem loco Chriſti habet.

Hanc autem obedientiam ex Diuinis literis Baſilius, aliiq. Patres deducunt, ſiquidem Scripturæ paſſim docent obediendum eſſe Prælatis, ac Præpoſitis, non ſecus atq; ipſi Domino, modo non conſtet contrarium eſſe Domino, quod iubent Prælati. [a] *Qui vos audit* (inquit Chriſtus) *me audit*, & Paulus. [b] *Obedite Dominis carnalibus, cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto*, & alibi. [c] *Quodcumque* (ait) *facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus*, Domino autem perfectam, ſimplicemq; atque adeo cæcam obedientiam deberi ab hominibus, ut non quærant, cur D aliquid eis præcipiatur, contenti, quod præcipiatur, nec vllus negare audebit, & Scripturarum exempla id manifeſtè docent. Reprehenditur enim Eua, quæ Sathanam discentem, [d] *Cur præcepit vobis Deus*, &c. non continuo eſt auerſata, vt notant Chryſoſtomus, & / Bernardus. Abraham è contrario mirificè laudatur, quòd iuſſus egredi de Terra ſua, & migrare in alienam Regionem, & turſus vnicum filium proprijs manibus immolare, ſine ulla tergiuerſatione, aut mandati diſcuſſione, promptum ſe obtulerit ad obſequium.

a Luce 10. b Epheſ. 6. c Coloſ. 4. d Gen. 3. e Chryſ. homil. 16. in Genes. f Bernar. in ſer. de S. Andrea. g Gen. 12. & 22.

Hanc eamdem perfectam, ſimplicemq. obedientiam ſummo conſenſu Sancti Patres docuerunt, atque ij præſertim, qui varijs temporibus, aut ordinum religioſorum Duces extiterunt, aut in eiſdem ordinibus inſigniter claruerunt. Baſilius, [h] qui Monachorum in toto Oriente Parens: *Monachi* (inquit) *libentiſſimè, & diligentiſſimè obtempe* E *rent ſuo Præpoſito, nec ab eo eorum, quæ ſibi imperantur, rationem repoſcant*. & alio loco ait: [i] *Quemadmodum Paſtori ſuo oues obtemperant, & viam quamcunque ille uult ingredi iubet, ſic qui ex Deo colitores, cultores pictatis ſunt, moderatores ſuos ſequi debent, nihil omnino ipſorum iuſſa perſcrutantes, quando libera ſunt à peccato*. Et infrà *obedientem cum inſtrumento fabrorum comparat, quod non ſibi eligit opus, quod facit, neque fabro ulla ratione reſiſtit, ſed abſque vlla diſcuſſione, aut reſiſtentia ſimpliciter ſe moueri ab opifice ſinit ad quod ille uoluerit*.

h Basil. in reſtitut. de præcep. & diſpenſatione. i Concentius in traſtat. de vita ſpiritu. e. de obedientia. Bonau. in ſpecul. diſciplin. part. 1. cap. 2. k Basil. in lib. Monaſt. conſtitut. cap. 18 & 23.

Hieronymus Pater Monachorum, [k] *Præpoſitum* (inquit) *Monaſterij timeas ut Dominum, diligas ut Parentem, credas ſalutare quicquid ille præceperit, nec de maiorum ſententia iudices, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt.*

k Hier. epiſt. ad Ruſtic. de vrſit. Monachis.

Augu-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00295

S. Bonau. Apud Sen. lib. 6 collat. cap. 6.3.

Augustinus ex præcipuis Religionum Fundatoribus vnus, ait: *Vt obedientia veligiosi Deo sit acceptabilis, debet esse prompta sine dilatione, deuota sine deliberatione, nolanta sine contradictione, simplex sine dissimulatione, perseuerans sine cessatione, ordinata sine demutatione, iucunda sine turbatione, strenua sine pusillanimitate, & vniuersalis sine exceptione. Qualiter nos audimus nostros Superiores, taliter nostras exaudiet Deus orationes.* A

Ioan. Cassian. lib. 4. de institutionum cap. 10.

Ioannes Cassianus referens institutа Monachorum Aegypti, quorum Auctores fuerunt Sanctissimi Patres Antonius, Macharius, & alij, inter alia sic loquitur: *Sic vniuersa complere, quæcumque fuerint a Præposito suo præcepta, tamquam si a Deo sint cælitus edita, sine vlla dissentione festinant, & nonnumquam etiam impossibilia sibimet imperata ex fide, ac deuotione suscipiunt, vt tota virtute, ac sine vlla cordis hæsitatione, perficere ea aut conantur, aut desudant.*

Ex Cassian. eo. lib. c. 21. 2. Cor. 3.

Quæ autem summare nituntur, & ne impossibilitatem quidem præcepti pro Senioris sui reuerentia metuentur. Et alibi referens monita Sancti Pynuphij præclarissimi Abbatis ad Nouitiũ quendam se præsente data. *Verum* (inquit) *& quarum hoc præ omnibus excole, vt studium te secundum Apostoli sententiam facies in hoc mundo, vt sis sapiens, nihil scilicet discernens, nihil diudicans eo, quæ tibi fuerint imperata, sed cum omni simplicitate, ac fide obedientiam semper exhibeas, illud tantummodo sanctum, illud utile, illud sapiens esse iudicans, quicquid tibi vel lex Dei, vel Senioris examen indixerit.* B

S. Benedict. in Reg. c. 5.

S. Benedictus. *Mox* (ait) *vt imperatum aliquid a Maiore fuerit, ac si Diuinitus imperatur, moram pati nescitur in faciendo.* Et paullo post: *Non suo arbitrio viuentes, vel desideriis, vel voluptuosis obedientes, sed ambulantes alieno iudicio, & imperio in cœnobys degentes.*

S. Greg. lib. 2. exp. sit. in lib. 1. Reg. cap. 4.

S. Gregorius Monastica professione, & magisterio insignis: *Vera* (inquit) *obedientia nec Prælatorum intentionem discutit, nec præcepta discernit, quia qui omne iussum dictum maiore subsidio in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur operatur: nescit enim iudicare quisquis perfecte didicerit obedire, quia hoc totum bonum putat, & præcipitur, & obeditur.* C

In Clim. Tract. in de septem gradib. 4.

Ioannes Climachus: *Demones* (ait) *illuminati cæcos obedientiam ad conuendas Magistri virtutes, idemque eos exacuat, ne defectus videant, contra nos bonis omnibus insidias Dæmon facere conatur, & eodem loci inquit: Cum tibi cogitatio suggesserit, vt Prælatum aut diuidices, aut damnes, ab ea, non secus, quam a fornicatione desiste. Nec prorsus huic serpenti requiem præbes, non locum, non intimum, non ingressum. Loquere ad huius modi Draconem, atque eum his verbis increpa: O maligne seductor, non egotio decem mensu iudicandum suscepi, sed ille mei Dux est.*

Cæsarius in hom. 8. ad Matthæ.

Cæsarius Arelatensis, qui in florentissimo Monasterio Lirinensi ante annos nongentos vixit: *Quicquid* (ait) *tibi a Senioribus fuerit imperatum, accipe tamquam de Cælo, sicuti de ore Dei prolatum, nihil reprehendas, nihil discutias, in nullo penitus murmurare memineris, totum iustum, totum sanctum, & vtile indica, quicquid tibi a Prælato videris imperari.* D

De qua Ep. Patriarc. Hieros. scripsit in eius vita scribit.

S. Ioannes Damascenus non oblucubrabatur in ijs, quæ ipsi imperabantur, in lingua murmur non erat, nec vlla in corde disceptatio. hoc vnum in media mente, non secus atque in tabulis penitus exsculptum, & incisum habebat, nempe, vt in omni negocio, & edicto sine murmuratione, & velut Paulus præcipit, fine disceptatione, quod imperatum est, faceret.

S. Bern. in tra. de præc. & dispens. tione.

S. Bernardus: *Sane Deus,* (inquit) *sine Homo mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obseruendum est cura, pari reuerentia defendum, vbi tamen Deo contraria non præcipit homo.* Et infra: *Imperfecti cordis,* (ait) *& infirmæ prorsus voluntatis iudicium est, statuta Seniorum studiosius discutere, hæsitare ad singula, quæ iniungentur, exigere de quibus que ratiocinari, & male suspicari de præcepto, cuius causa latuerit, nec vnquam libenter obedire, nisi cum audire contigerit, quod forte libuerit, aut non aliter licere, sic expedire mũ*

Bern in serm. de conuers. Pauli.

Bernum fuerit, vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Idem etiam Bernardus alibi ait: *Felix cæcitas, qua male quondam illuminati in prauitatione, tamdem in conuersione oculi salubriter excæcantur.* Et paullo post: *Hæc dico charissimi, qui ueror, ne quis forte scisinter vos, qui solo se somno præsumat illuminatum esse, nec iam aquamiuiter patiatur ad manum trahi, sed doctorem sese profiteatur alterum. Cui enim nondum cura administrationis iniuncta est, cui necdum credita dispensatio, cui necdum præceptum, vt videat, & prouideat his, qui* E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00296

A qui apertis oculis habentes, nihil videant, quid hoc præsumere tentat, nisi quia meditatur in nis, & quasi somnia vana fictatur?

S. Francisco, cùm quæreretur ab eo, Quis esset verus obediens iudicandus; corpo- Bonauent. in vita Præfixi. c.6. horrefert.
ris mortui similitudinem pro exemplo proposuit. *Tolle*, inquit, *corpus exanime, & ubi placuerit, paucis videbis non repugnare motum, non mutare situm, non reclamare dimissum; quod si statuatur in cathedra non alta, sed ima respiciens, si collocetur in purpura, pallescet. Hæc* (ait) *verus obediens est, qui ea non curat, ut ubi locetur non curat, ut transmutetur non inquirat, cuncta ad officium solum tenet humilitatem, plus honorans plus reputans se indegnum.* Hæc ille.

S. Thomas Aquinas, *Subditus*, inquit, *non debet suo iudicio desistere, sed in unoquoque* Thom. in 1. 2. q. 33. ar. 5. ad 3.
Superioris iudicio stare.

B S. Bonaventura. *Illum* (ait) *optimum dixerim obedientiæ gradum, cum eo animo opi- Bonauent. in spec. discipl. parte 3. particula 1. cap. 4.*
nium cum præcipitur, quo & præcipitur; cum ex voluntate iubentis pendet intentio exequentis. Nunquam de maiorum sententia iudicent, quorum officij obedire est, & implere, quæ iussa sint.

Sed multò copiosius, & apertius de cæca obedientia disserunt Venerabilis Vmber- Idem in part. 2. epist. & 3. part. stimula Diuinæ amoris. Vmbert. P. Generalis ordi. Prædicat. epist. ad suos Fratres de rebus vtilibus. ca. 5.
tus Quintus Generalis Magister Ordinis Prædicatorum in Epistola, quam ad suos Fratres de tribus Votis dedit. Sic enim inquit: *Vt autem obedientia vestra Omnipotenti Deo sit acceptabilis, findeas quisque habere promptam sine dilatione, denotam sine dedignatione, voluntariam sine contradictione, simplicem sine dissolutione, ordinatam sine deuiatione, iucundam sine turbatione, fervenam sine pusillanimitate, vniuersalem sine exceptione, perseuerantem sine cessatione.* Et paulò post: *Quapropter Dilectissimi, sitis sicut aurum ductile,*
C *& quasi cera flexibilis, qua recta, & curua redditur ad libitum artificis, sitis vt Rota obediles, quæ secundum impetum spiritus mouebantur: sitis vt lumentum apud Deum, cuius dor so ti differentes qualibet imponuntur.* Et alibi. *Tam simplex etiam sit obedientia nostra Fratres, & intacta sine dissonione facientes, indicetis de vestro, nec in minimo vos habere, nam quisquis intentionem præcipientis iudicat, bellum intrinsecus parat, per hoc enim, quod causas mandatorum, quas ignorat dissonat, in labyrinthum erroneum sese ponit.* Ibid. cap. 6. Ibid. cap. 9.

Deus item cæcæ obedientiæ perfectionem sibi gratissimam esse testatus est: scribit Miraculi abbatissa Cæsa. in Cassian. lib. 4. de Instit. renun. c. 33. enim Ioannes Cassianus, Sanctum Ioannem Abbatem obedientiæ merito, ad tantam Prophetiæ gratiam peruenisse, vt Imperator Theodosius non ante auderet bella suscipere, quàm oracula eius haberet animatus, cuius rei meminit etiam Augustinus. Augustin. lib. de cura pro mortuis cap. 17.

Seuerus Sulpitius mirabile refert exemplum simplicis obedientiæ de virga ficca, D quæ ferè triennium à quodam, qui ad religionem recipiendus aduenerat, irrigata flo- Ex Cassia. lib. 4. c. 24. de institut. renunc. Seuer. Sulpi. primo dialog. de virt. Ord. Monachor. Ex Cæsar. Heisterbac. lib. 8. de miracul. c. 84.
ruit. *Quare* inquit, *Ego ipsum ex illa virgula arbusculum, quod hodieq; intra atrium Monasterij est ramis virentibus, vidi, quasi in testimonium manens, quantum obedientia meruit, & quantum fides possit videndens.*

Ioannes Climachus, *Actutum fuisse* (inquit) *inuentum summæ obedientiæ, eamque omnino perfectam, ac cæcam exhibuisse vsque ad mortem, indifferens ac cendeli cuidam seni, a quo sine vlla causa quotidie contumelijs, & plagis afficiebatur: post mortem autem vocanti se de sepulchro alteri eidem seni, ac dicenti: Achati Frater, putasne mortuus es?* respondisse in hæc verba: *Et sicri quomodo potest Pater, vt mortua homo obedientiæ debitus?*

S. Gregorius scribit, Maurum Sancti Benedicti discipulum, ad Abbatis imperium Greg. lib. 2. dialog. cap. 7.
tanto impetu simplicis obedientiæ cucurrisse ad Placidum adiuuandum, qui in lacu E decideratur, vt per aquam sicco vestigio, quasi per aridam ad iactum sagittæ iuerit, atq; redierit: quod quidem miraculum post Petrum Apostolum, vt idem Gregorius ait, in Matth. 14.
usitatum Benedictus Mauri obedientiæ non dubitauit adscribere.

Diluuntur obiectiones. Cap. LXII.

AN verò, vt homo homini obediat, periculo se exponet peccandi in Deum? Bern. in lib. de præcep. & dispensatione.
præsertim cùm constet, Prælatum esse errori obnoxium, & falli, aut fallere posse? Hanc dubitationem proponit Bernardus, & soluit, respondens sic: *Sed homines*, inquis, *facile fallit in Dei voluntate de rebus dubijs percipienda, & præcipien-*

da

Malach. 2. da fallere possunt. Sed enim quid hoc refert tua, qui conscius non es? præsertim cùm teneas A ex Scripturis, quia labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirunt, quia Angelus Domini exercituum est. Requirunt, dixerim, legem: non quam vel authenticam vlla Scriptura tradiderit, vel ratio manifestè probauerit: de huiusmodi quippe nec præceptor siccè audiendus, nec prohibitor auscultandus est, sed quod ita latere, aut obscurum esse cognoscitur, vtrum dubium venire possit, vtrum nam Deus sic, aut aliter forte velit; si non de labijs consulentibus scientiam, & ex ore Angeli Domini exercituum certum reddatur, à quo denique Diuina possis consilia requirunt, quàm ab illo, cui credita est dispensatio mysteriorum Dei? Ipsum proinde, quem pro Deo habemus, tanquam Deum in his quæ aperte non sunt contra Deum, audire debemus.

Quo obedientia circa etiã nunc vigere debeat. At dixerit aliquis, perfecta illa obedientia antiquitus feruori primorum illorum Regularium conueniebat, at nunc alia tempora, & mutati hominum mores, aliud for B te postulant. Cui dicendum est, hanc fortasse obiectionem locum habituram fuisse, si initio nascentis Ecclesiæ obedientiæ huius perfectio à Sanctis viris commendata, sæculis succedentibus à Religionũ fundatoribus neglecta, vel repudiata fuisset. Verùm cùm initio per Antonium, atque Macharium, deinde per Basilium, ac Hieronymũ, & Augustinum, postea per Cassianum, Ioannem Climachum, Cæsarium, Benedictũ, Gregorium, propioribus denique sæculis per Bernardum, Franciscum, Bonauenturã, Vmbertum prædicata, atque ab omnibus Religiosis Ordinibus probata fuerit, non est, cur suspicandum sit, eam hisce temporibus nostris non conuenire. Deinde si vitæ asperitas, altissima paupertas, silentij disciplina, orandi assiduitas, aliæque religiosæ virtutes, in nonnullis Religiosis Ordinibus, non minus hoc nostro sæculo laudantur, quàm antiquis temporibus laudarentur; nulla ratio est, cur non etiam obedientiæ exa C ctissimæ obseruatio commendari debeat, cùm obedientia in Institutis Regularibus primum locum teneat, vt post omnes veteres Patres docuit S. Thomas.

S. Thom. in 2. 2. q. 186. ar 8. Quo ex cæcitate obedientia nullã periculum religiosis immineat. Quin aliquis addet; periculosa forsan videbitur obedientia cæca, cùm si ita religio si Præpositis fuis crediderint, fieri possit, vt Prepositus errores aliquot doceat, & hæreses occasione obedientiæ disseminentur, ac propagentur: Quod sanè metuendũ nõ est. Nam si hoc ex obedientia religiosorum metuatur, multò magis metuendum erit ex obedientia simplicium Populorum, qui Parochos, vel Episcopos suos audiũt, cum è suggestu concionantur. Quamuis enim non vouerint populi obedientiam Parochis, vel Episcopis, tenentur tamen obedire Præpositis fuis, eisq; subiacere, vt Apo Hebr. 13. stolus monet, & obedientiam eisdem in his, quæ manifesta non sunt, exhibere cogun tur: neque enim discernere possunt homines rudes, verum ne, an falsum, iustum, an in- D iustum sit, quod Parochi, vel Episcopi docent. Ac fieri quidem posset, vt Episcopus, vel Parochus aliquis clam hæreticus factus populum seducere, & hereses suas propagare tentaret, at non permitteret Deus, nec Pastorum aliorum vigilantia, vt is error diu lateret; parefactus autem, continuo Apostolicæ Sedis iudicio damnaretur. Cetertùm, sicubi Deo permittente, Populus Pastori suo facile credens, seduceretur, non ideo tamen Catholicus vllus docere auderet, dehortandos esse populos ab obedientia Prælatorum, ac persuadendum ijs, vt ipsi se Iudices Pastorum suorum facerent, & doctrinam, & iussa maiorum discuterent, siquidem ex hac libertate longè maius hæresum nouarum periculum timendum esset, vt hodie inter Lutheranos, quorum est propria ista libertas, accidere videmus, quam vnquam timendum fuerit ex obedientia simplici populorum. Est autem longè minus periculum seductionis in ordinibus E religiosis, vbi plurimi sunt viri docti, quàm in Parœcijs popularibus, vbi sepenumero nullus est peritus, præter vnum Parochum. Quare si plebeis hominibus in his, quæ ad Deum pertinent, simpliciter credendum est Pastoribus suis, ijsque obediendum, ac subiacendum: multò magis Religiosi Præpositis suis in ijs, quæ manifestè Diuinæ Legi haud repugnant, perfectam, simplicem, atque adeo cæcam obedientiam debent exhibere.

QVINAM

A

QVINAM AVCTORES PRAETER ALIOS VERLEGI POSSINT ad confirmandos in vocatione sua Religiosos, vel ad erudiendos alios praeter eos, quorum mentio facta est, tum priore, tum quarto libro huius Bibliothecæ. Cap. LXIII.

Abbatum Sententiæ de vnaquaque virtute M.S. exhabent apud Episcopum Vestanum.

Agapetus Diaconus in admonitorio ad Iustinianum Cæsarem.

Antonius Monachus cognomento Melissa in suis sermonibus.

B Athanasius exhortatione ad Monachos.

Augustinus in nonnullis opusculis, in Regula, & libro de vita Eremitica ad sororem, præsertim autem regula ipsius, Hugonis de S. Victore, & Vmberti quinti ordinis Prædicatorum Generalis Magistri commentarijs doctissimis illustrata, & Diligiæ apud Ioannem Mayerium edita 1581.

Basilius in Regulis longioribus, & breuioribus.

Benedicti Regula cum commentarijs Ioannis Turræcrematæ, & Smaragdi Abbatis.

Bernardinus Rossinolus de perfectione disciplinæ Christianæ.

S. Bonaventura. De sex alijs Seraphim, & alia.

C B. Brigitta in Regula ordinis sui.

B. Bruno Cartusianus.

Claudius Aquauiua Epistolis de renouatione Spiritus, & de perfectione, ac libellus aureus prænotatus Industriæ.

S. Diadochus Episcopus tractatu de perfectione.

B. Dominicus in suis Constitutionibus.

B. Dorotheus Archimandrita in libro de vita recte instituenda.

Ephræm Syrus in opusculo de ratione rectè vivendi, ac certè in omnibus suis sermonibus: qui nouissimè Romæ editi sunt, magna aliorsi accessione, qui nunquam prodierant in lucē.

D Franciscus de Paula.

Franciscus Richardotius Atrebatensis Episcopus de Regula Parochorum, siue de officio Parochi, & eius Vicarij.

Gregorius Nazianzenus in suis carminibus.

Gregorius Pisides in opere de vanitate vitæ.

Hieronymus Platus Societatis nostræ de bono statu Religiosi.

Ioannes Cassianus in Collationibus Patrum.

Ioannes Climachus in suis gradibus.

Ioannes Trullus Aragonius Prior S. Christinæ in Hispania, De ordine Canonicorum Regularium, quod opus omnib. Religiosis, & Clericis vtilissimum reuera est, editum est autem nouissimè anno 1590. Bononiæ apud Ioannem Rossium.

E

B. Iordani de Saxonis ordinis Eremitani S. Augustini, quattuor de quattuor communionib. locali, spirituali, temporali, proportionali, qui libri sunt vtilissimi, & quibus Regula S. Augustini declaratur. Editi sunt Romæ tum Latinè, tum Italicè, cum antea diu latuissent.

Isaias Abbas in præceptis vitę religiosæ.

Isaias presbyter libro de contemptu mundi.

Iustinus Martyr, uel potius, qui nomine Iustini Martyris circumfertur, qui scripsit Epistolā ad Zenam, & Serenum fratres de perturbationibus fugiendis, & vita rectè instituenda.

Laurentius Iustinianus ordinis Prædicatorum.

Marcus Heremita in libris de lege spirituali, & præceptis salutaribus.

Martinus Azpilcueta Doctor Nauarrus in commentarijs, cap. cui portio, & libris alijs doctrinam, & pietatem insignem redolentibus, quibus agit de regularibus.

B. Martinus Dumensis Episcopus in formula honestæ vitæ.

S. Methodius in epistola ad Monachos.

Nilus Abbas in Parænesi ad vitam spiritualem, & in libro, quem Asceticum vocat.

B. Pachomius, cuius discipulus Orsiesius, quique, ut alij Artistus, de quo vide Bibliothecā meā sacram. Pachomius igitur Regulam scripsit, quam è Syriaco, Græcoq; in Latinum S. Hieronymus conuertit; quam cum primò Romę edidisset Achilles Statius Lusitanus, multò emendatior postea prodijt unà cum Cassiani Collationibus, ex Typographia Vaticana Dominici Basæ.

Fr. Paulus Morigia Ord. Iesuatorum Italicè scripsit Historiam originis omnium religiosorum ordinum, qui hactenus extitere, cum eorum fundatoribus, quove tempore, & Imperatore fuerunt, cum origine item militarium Religionum, deq. pluribus illustribus mulieribus, quæ Regna spreuerunt, ut vitam religiosam agerent. Venetiis excusus liber.

Petrus Damianus libro de contemptu sæculi. De Professibus Patrum, ubi uariæ ueterum.

Sophronius in Prato Spirituali.

Thalassius opere de vera continentia, & regimine mentis.

S. Thomas opusculo aureo contra retrahentes homines ab ingressu Religionis.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00299

ARGVMENTVM LIBRI SEXTI.

HACTENVS de ijs, quæ agenda sunt cum domesticis Fidei, hoc est cum Latina Catholica, atque Orthodoxa Ecclesiæ Romanæ filijs. Proximè sequuntur Græci, atq; Rutheni, ac reliqui Græcorum ritus sectantes, partim nobiscum sentientes, partim dissentientes. His igitur tamquam Genti olim florentissimæ, & cuius antiqui Patres Ecclesiam illustrarunt, debetur hic locus. Quo caussas cum illis non semel à nobis collatas, quantas, & quandiu potuimus, scrutati, hac habemus, quæ ad rectissimam, atque ad mutuam charitatem inter nos statuendam è sequenti libro, Deo aspirante facere possunt.

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Sextus

QVI EST DE RATIONE AGENDI cum Græcis, & Rutenis.

C *CAVSAE INTERNAE, ET EXTERNAE EXPENDVNTVR, quibus facilius Religio inter eos promoueri possit. Caput I.*

INGENS fuit Græciæ splendor, tum ob Christiani orbis Imperium, quod in Oriente aliquando floruit, tum ob disciplinas penè omnes, quæ licet ab Hebræis initio manarunt, per Græcos tamen quoquo versus propagatæ sunt. At vbi Acatius, & alij quidam, plus nimio sibi tribuentes, & ex præsentia Cæsarum magis, quàm è CHRISTI Domini instituto, suam connixi sunt augere existimationem, atque auctoritatem; ac proinde Romanam Sedem omnium Matricem Ecclesiarum aspernari cœperunt; secutæ sunt clades, quas communi cum dolore nostrorum, ac bonorum omnium Græcorum adhuc cernimus. Pertentatum igitur sæpe fuit per Synodos, percq; alia multa, vt tanta Christianæ Reipub. pars actem ingenij in Veterum Patrum fuorũ dogmata, pietatemq. intendens, ita nobiscũ esset vna, quemadmodum proximis Apostolorum seculis fuerat concors atque consentiens. Quod secundiorem exitum habuisset, si ea, quæ in Synodis sapienter decernebantur, fuissent vtrinque à Viris, qui iuuentuti erudiendæ, atque excolendis populis deligi deberent idonei, amanter ac sedulò declarata. Certè hoc in Russia non semel ipsi experimento didicimus: Nam apud Rutenos, qui olim à Græcis fuerant edocti, nec Florentinam Synodum, nec Diploma, siue Bullam Vnionis Eugenio Quarto Pont. Maxim. promulgatam, neque verò vsquam expositam comperimus. Quæ res cum Gregorio XIII. Pont. Max. immortalis memoriæ innotuisset, Missiones in Orientem, in Moscouiam, Byzantium, in Cretam; Præterea, Collegia Romæ pro Græcis, Seminaria in Lituania, & alibi, pro Rutenis molitus est; quibus tam insignes Nationes præstinum reciperent decus: ac literarum & Religionis studijs diligentius informarentur, Diuinam gloriam Deo aspirante, ac iuuante promouerent. Verùm etsi ex ista Pontificis molitione nec dum tantus extitit fructus, quantum vtrique optabamus Latinæ, & Græcæ Ecclesiæ filij; tamen ex ipso rerum per aliquot annos vsu, ac praxi, liquidior hausta lux est; qua & impedimentorum causse iam patuere: ac viam ad ea submouenda posse facilius complanari cognitum est, sicuti mox dicemus.

Quando apud Græcos Religio corrupta fuerit.

Cur Græci post tot Synodos habitas in errore perstiterint.

Greg. XIII. in Græcos studium.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00301

Cur inter Græcos, & Latinos tanta sint in Religione dissidia. Cap. II. A

Causæ tum internæ, tum externæ siue extrinsecus aduenientes sunt. Interne re feruntur ad varia hominum ingenia & mores, defectumq. disciplinæ, si non affectatum ab omnibus, certè vel ex ocio, vel aliaè culpa contractum. Externæ præter alias, de quibus modo non est dicendi, pertinent. 1. Ad collapsas, quę olim floruerunt, Academias: quæ neq. modò restituj, nisi ægerrimè, atq. eũ periculo possent, dum alienam Græci in Oriente dominationem æ iugum patiuntur. 2. Ad eos, qui quò longius absuere, quales sunt Ruteni, Moldaui, Circassi, & si qui alij sunt eiusmodi, eò grauiores in errores deciderunt, quibus interdum nec docti, ac ne Græci quidẽ Episcopi præfuere. 3. Ad remissiorem eorum curam, à quibus etiã inter Latini ritus populos iuuari exemplo, atq. ad pietatẽ accendi potuissent: quales in Insulis Melita, Sicilia, Calabria, Apulia, & alijs in Italiæ ciuitatibus, siue cænobijs degunt. 4. Ad illa, quæ aliquando non omnino verè, (ac certe non ea, qua inter Christianos decet, charitate) fuerunt Græcis obiecta. 5 Accessit hoc tempore Romani Kalendarij emẽdatio, quam quidam minus rẽ intelligentes, noluerunt passim admitti. 6. Ad falsatos Græcorum Patrũ libros, quos aliqui etiamnum versant: & ad errores, qui spectant ad eorum Rituale; in quod ducentos ab hinc annos, acerba quędam maledicta Nicephorus Xanthopulus in Latinam Ecclesiã male affectus, conieci: ex quo fit, ut populi odium contra nos foueant, id verum esse opinantes, quod ille simplicibus obtrusit: quod tamen probi & ingenui Græci egrè ferunt. 7. Ad speciem austeriorisvitæ, quę in Græcorum Hieromonachis, Metropolitis, Archiepiscopis, atq. Episcopis plerisq. cernitur. 8. Ad nuptias, siue quibus ad ordines sacros non ascendunt, ni fuerint professi Monachismum. 9. Ad uitã quorundam, qui nonnunquã antea ad Græcos edocendos adsciti, rectius se gerere poterant. 10. Ad tenuitatẽ præmiorum, quibus essent Græci alliciendi, tamquã orbati Patria, & bonis exuti, quiq. si deniq. Orthodoxę Catholicę Ecclesię Romanę fidei adhęserint, Græcisq. alijs iuuandis præstare operã ue lint, uix interdum alundæ cibum consequi possunt. B

Nicephorus Xanthopulus Græcos Latini nominis odio infecit.

Causarum internarum expensio & Remedia. Cap. III. C

FRgo interiores causę contrarijs tollẽtur causis, Nimirũ, Elatio mansuetudine, atque humilitatis virtute. Morum corruptio, sublatione omnis occasionis peccãdi. Ocium & affectata ueritatis ignoratio, si animi incendantur ad auitum decus, ad lectionem eruditissimorum Patrum, quos ex intima Græcia deprompsros, uniuersa Occidentis Ecclesia suspicit, & in varias conuersos linguas, tanquam ditissimas merces in omnes Christiani orbis partes per maria, per ignes importat: Vt tantò maiori dignitari futurum sit ipsius Græcę ciuibus, si patriam penum non deserant; conentur autem proprium quasi patrimonium, atque hæreditatem repetere. D.

Sedaltiorem indaginem habent adhuc intrinsecę ille, quas diximus, causę, si uelimus contrarijs causis ipsas abigere. Sanè, cùm fides donum Dei sit; dissensioq. in rebus fidei maximas inuchat calamitates, donum ipsum fidei enixè petendũ est à Deo, *qui sapientiam abundanter dat petentibus, & non improperat.* Quare macerią, quę diuisit Græcos à Latinis, arte spiritus attentissima tollenda est; & orationi, atque expiationi omnium peccatorum inprimis incumbendum, Deinceps his quasi iactis fundamentis, reliqua sunt superstruenda. Ad orationem pertinent, quę dicuntur spiritualia exercitia, quibus animi in montem Domini ascendentes, segregantur à nebula terrenarum rerum, atque affectuum: Deinde, ut luminis, sic coniunctionis cum lumine participes fiunt, ac cùm mentes, in quibus rebus consentiunt, ad eas dem facilius perirahantur, idcirco de uirtutum pulchritudine, de peccatorum fœditate, de charitate erga Deum & proximum, de quibus nulla quæstio est, agendum esset initio: Controuersa verò dogmata in alterum tempus reijcienda: nimirum, ubi resedisset contentionis feruor: ac studia inuicem ad uirtutem excitata, quodam nexu intrinseco deuincta, uiam strauissent ad meliores progressus. Videlicet, uoluntatem priusquam intellectum lucrari debet in omnibus imitator CHRISTI; Qui illud ægrotis, cæcis, & E

Ier. 3.

Quomodo cum Græcis agendum, in tequam de Religione fermo habeatur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00302

A & alijs tam sæpe inculcabat. *Vis fanus fieri? & potes credere? e Quid vis ut faciam tibi?* Verũ & de his planius agetur, quo loco de defectu institutionis Græcorum erit, dicendum. Eo.n. & quot hominum Græcorũ fiat quasi classes, quibus non eadem omnib. instituendi ratio sit adhibenda, & quinam libri tractandi sint, exponemus.

a Ioan. 5. b Marc. 9. c Matth. 10. Mar. 10.

Extrinsecæ impedimentorum causæ, & earum expensio. Cap. IIII.

IAm de externis causis hæc habemus. Primò si quid in Oriente nouari de religione tentaretur, non impune laturos, à quibus hęc (ut ita loquar) camerina moueretur. Accedit, quòd, ut hęc tẽpora tulere tot Hęreses atque Atheismos, uix dubitandum est, quin ijs, qui in Orientem nauigant, si partes sequantur aut Caluiniano rum, aut claudicantium, subministrarent faces Magistratibus Turcis, per quas suspica
B rentur, quidquid de Catholica religione ageretur, id spectare ad populorum motus excitandos. Vt ut aũt hęc uera sint omnia, circumspectioneq. prudentissima sit opus, non abiungenda tamen simplicitas est à prudentia: Quin illud reuocandum est ad memoriam, quod in D. Scriptura consignatum est. *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.* Et uerò haud tantùm imminet à Turcis periculum, quantum fortasse prima fronte uidetur. Vt enim taceam in Venetorum Insulis, & in Chio, quę iam Turcę parent, plures esse Græcos, qui quoniam Latinum sequuntur ritum, docerí possunt, & animari, ut ueritate, ac probitate uitę alios roborent, aut ad Ecclesię unitatem adiungant; certe in ipsa Chio, & in Vngaria permittunt Turcę, ut Ecclesię Catholicę Romanę Sacerdotes suum præsteat officium, Episcopos item habeant à Summo Pontifice ad id & confecrari iussos, ac destinatos. Et uerò, solidę pietati nil est inaccessũ,
C dum seriò & uerè nil aliud, quàm Christus cum charitate quærat. Cùm ergo Turcę liberum cuique relinquant, ut quam quisque uelit sue religionem, seu religionis speciem teneat, modo aduersus Mahometis sectam ne quid dicatur, omnis dubitandi cessat occasio: Hucusque scribens, quę de ratione agendi cum Turcis dicenda suo sunt loco.

Prou. 10.

Turcæ Religionem Catholicã permittunt.

Accedunt exempla, quibus hanc in rem animus addi queat ijs, qui de Christiana Republ. bene mereri cupiunt. Nam & Turcarũ præfecti, nostris, qui è Transyluania in planiciem Vngaricam descendebant, quam Turcę obtinent, fidem publicam cõfecisse, qua possent ubiq. inter Christianos qualescumque, prędicare Euangelium, & Catholicam fidem: & Budę ipse Turcicus Præfectus, quę Bassam uocant, non semel Caluinianus Templa ademit, quę Catholici restituit: & in Chio, postquam redacta est
D sub Turcicam ditionem, cũ omnes sint Græci, partim Orientalių, partim Occidentalium ritum sequentes, datus est à Pont. Max. permissu Turcæ, Episcopus Franciscanus Monachus, qui munere suo liberè apud eos fungitur: Ac cum hæretici quidam Byzantij à Turcarum Imperatore astu obtinuissent, ut Minister hæreticus in eam Insulã nauigaret, Catholici Insulæ eiusdem impetrarunt à Turca, ne cui hæretico ad se eam ob causam liceret appellere.

Turcarũ præfectus Budæ hæreticis templa ademit, Catholicis restituit.

Secundæ causæ expensio. Cap. V.

E SVb Moseo difficilius quidem est Catholicani docere religionem, quàm sub Turca: quod tam in nostris de Moscouia commentarijs, quoniam enarrauimus, breuiores hic erimus. In ea sanè libri Græci nulli: Academiæ nusquam: Qui Græce nouerint à nobis perquirtus, si quis est, nemo unquã apparuit: errores posteà erroribus cumularunt: æ cùm sese Christianos præ alijs omnibus iactitent, ad sui Principis sapientiam, tamquã ad oraculũ referunt omnia: Ea opinione à teneris imbuti, nec alijs præterquam Lituanis uel Polonis, uel aliquando Germanis aditum ad sese concedentes, fit, vt ceteros aspernentur. Hæreticos tamen, quos è Lituonia olim abduxerãt, & Anglos mercatores hęreticos item apud sese habentes, ac vt his, sic & Tartaris permittentes, vt suis viuant legibus & erroribus, cùm ab his tantùm blasphemias ad uersus Catholicam Ecclesiam audiant, vix dici potest quàm tenaciter suo schismati adhæresçant. Ad diseeptationem tamen cùm uenissent, nec ipse Moscus,

Moschi difficilius ad uetam Religionẽ conuertẽtur quam alij Græci, & cur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00303

neque eius Metropolita, nec Episcopi, quos Vladicas vocant, aufi sunt aliquid hiscere. Quin & manus dederunt aliqui: & fassi plerumque sunt, si per suum, quem appellant Imperatorem liceret, sese libenter ad nostram Ecclesiam adiuncturos. Ergo cum hęc ita sint, Deo in primis videtur commendanda res esse, interea verò per collegia, quæ iam in Moscouię finibus instituta sunt, procuranda est sensim eorum salus. Ac tamen rationes alias de Rutenis iuuandis attulimus in nostris de Moscouia Commentarijs; Id unum satis modo hic fuerit dicere, rem citius processuram, si Ruteni ad Collegium Græcum Gregorianum, quod est Romæ, euocarentur: Dum enim versantur in ter suos, personantque eorum aures maledictis parentum, quæ in nos congerunt, nihil proficiunt. Idem ferè contigisset de Germanis, qui ex hæreticis fuerant orti parentibus, si apud eos mansissent: sed vbi ad Vrbem, & ad reliqua Seminaria longius dissi ta traducti sunt, hæreses abiecere: ac Catholica religione suscepta, discipulmis excluti, alios è suis iuuerunt, & iuuant.

Moscouitę qua ratione iuuari possint.

A

B

Ruteni quomodo in Lituania uiuere sint permissi. Cap. VI.

ID porrò sciendum est, cùm primùm Synodus Florentina fuisset absoluta, cui qui dem Isidorus interfuit Moscouiæ Metropolita, qui sedem habebat Chiotię, quę est sita in Magno Lituaniæ Ducatu, Magnum Lituanię Ducem, ac Poloniæ Regem ea conditione permississe Rutenis, ut pro ritu, & moribus suis templa obtinerẽt, si Eugenij Quarti, ac Synodi Florentinæ fidem professi essent, quæ compræhensa est in ea, quam suprà memorauimus, Vnionis Bulla. Deinde si Latinis Archiepiscopis, & Episcopis subijcerentur, remque publicam ne turbarent, quemadmodum accidat necesse est, cùm vnus in Ecclesia visibilis Pastor, & ministeriale caput haud agnoscitur. Antiqua verò Polonię Regum, vel item eorum, qui memoria nostra uixere, diplomata, Episcopis illis concessa, huic veritati fidem faciunt: Quæ & Demetrius Solicouius Leopolhensis in Russia Archiepiscopus, protulit Stephano, huius nominis primo, Poloniæ Regi, cùm Ruteni quidam Vladicæ, siue Episcopi, licentius in Catholi eorum Episcopoꝝm iurisdictionem tentassent inuadere. Id igitur certum est, si quid inde consequi solidi velimus, per Apostolicos Nuncios identidem esse procurandũ, ut prisstinus mos inuehatur professionis fidei Catholicę à Rutenis ex Eugenij Bulla faciendę, vel eius, quam Gregorij XIII. mandato Græci Alumni in Vrbe profitentur; Nobiles autem Rutenos Adolescentes, vel alant ipsę Rex, & Proceres, aut Episcopi in Catholicis Gymnasijs, vel ad Vrbem allegent: Nostri verò Societatis Patres, qui Vilnę, Derpati, Polocię, Leopoli, Camenecię fuerint, eandem Rutsię utriusq; Vineam colant; indeq. errores eos extirpent, quos Petrus Scarga nosster Regius concionator, proprio libello Polonico de Schismate Rutenorum, profecutus est.

Professio fidei Catholicæ à Rutenis qualiter facienda.

C

D

Tertia causa expensa. Cap. VII.

IAm de remissione eorum cura, à quibus etiam inter populos Latini ritus, Græci iuuari potuissent exemplo, atque ad pietatem accendi, verendum non est, quin plurimùm à nostris peccatum sit: Magnos enim habet stimulos ipsa per se virtus, & charitas: quę cùm refrigescit, non solum sibi, uerum etiam ceteris obest. Refrigescit autem, si humana Diuinis, & caducarum rerum timor ita pietati præferantur, ut minor ratio Religionis habeatur, instituraque in Terris à Domino potestas, & Sacramenta conuellanturſic autem Septentrionalibus Hæreticis ansam pleriquenec cogitantes prębuerunt, augendarum uirtium aduersus Ecclesiam; cùm è contrario æternum statuta sit Diuina illa sententia. *Quærite primo Regnum Dei, & hæc omnia adjacientur vobis.* Quocirca præmite pietatis cura, & Rutenis, ac reliquis ad unitatem fidei allectis, eorumq. filijs, quę uera sunt, edoctis, cetera sanè adderet, qui nunquam mentitur Deus.

Matt. 6.

E

Venerorum pro Gracis iuuandis studium.

Veneti, quę tantę Reipub. pietas fuit, quaue crescente, Oriens sinum aperiebat, in quem eos exciperet, cùm Cretam eemerent non Italię solum, uerùm etiam totius pene Christiani orbis esse propugnaculum, ingenti eam pecunię summa emerunt à Bonifacio Montisferrati Marchione; quam postea, nullos inde reditus per-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00304

A percipientes, co minuuere: torque iam annos retinuerunt magno suæ Reipublicæ sumptu, non minore Christianæ Reipublicæ bono. Et viderant enim, Insulam etiam eo nomine futuram opportunissimam, vel Sacræ traiectioni ad Domini sepulchrum, vel qualibuscunque aliis in Orientem transmissionibus: quippe quę Byzantio plus minus trecentą & quinquaginta millia passuum absit: A Syria quingentą: Alexandria quingentą: ab ea quæ dicitur Caramania trecentą; ab Epeiro & Cy pro totidem. Itaque cùm in hanc pedem intulissent, tertiam reddituum partem Diuino cultui attribuerunt: hoc est, Archiepiscopatui Ciuitatis, quæ dicitur, Candia: Episcopatibus Canez, Rhetymnensi, Syriæ, qui est adiunctus Ierapetræ: Mylopotamis Chironesis, Arcadiæ, Chissami: Varia porrò Religiosorum Ordinum cœnobia excitarunt, in quæ tamquam Spirituales colonias, & cælestia præsidia ex Italia de- Creta quantum ad bellum Sacrum cõferre possit.

B uexerunt.

Ac tamen, vt gentem Græcam amanter ad vnanimem consensum cum Latinis inuitarent, eidem genti priuilegia concesserę, inter quæ & id fuit, vt à magistratu quotannis exules, siue alia multati pœna, aliqui ad eorum nutum liberè dimitterentur. Qua ratione prudentes, ac fide digni referunt, idem pene, quod per Synodum Florentinam attentatum est, effectum fuisse. Hinc enim etiam Rempub. esse assecutam, vt festum, quod uocant, laudum, solennioribus Anniuersarijs celebretur. Eo enim Sacerdotes omnes Græci in maiorem Latinorum Aedem conueniunt, & publica supplicatione concinunt laudes, Diuinamque eius Maiestatem pro salute Summi Romani Pontificis, ac Reip. Venetæ orant. Quare idem pietatis studium & aliò esse inuehendum, & in eadem Insula renouandum, planè vt uiris Religiosis cœnobia imple Priuilegia Græcis à Venetis cõcessa.

C rentur: Episcopi sedulò suas oues pascerent, ac Græcis bene facerent: Institueretur iuuentus: Populi sensim vnius labij fierent. Potens enim est Deus, qui si hactenus eam Insulam præseruauit, Religionis potissimùm artibus diutissimè esset.

Quarte cause expensio. Cap. VIII.

AT de Græcis ea scripsisse, vel dixisse, quæ secus habebant, sæpe exacerbarunt illorum animos; vt minus erga Latinos afficerentur: Neque verò, qua decebat charitate, eos semper monuisse, non potuit aliud efficere, quàm quod dixerat per Ezechielem Deus. *Quod infirmum fuit non consolidastis: quod egrotum non sanastis: quod confractum non alligastis: quod abiectum non reduxistis: & quod perierat non quæsistis, eo quod non erat Pastor.* Et quæ sequuntur. Ezech.34.

D Equidem ipse, (vt ingenuè, pro eo amore, quo feror erga Græcos, id quod est fatear) multa inter Rutenos videram, in quibus labuntur. Reliqua ex Episcopis, & aliis, qui diu in Creta, & reliquo oriente versati fuerant, audiueram: Gabrielem item Prateolum, Alphonsum à Castro, B. Thomam, & alios legeram de Schismate, atque (vt illimet inquiunt) de hæresibus Orientalium tractantes: præter Florentinam Synodum, & Gennadium, quos mandante Gregorio XIII. Magno Moscouiæ Duci inter alia dona obtuli, cui & partem Gennadij Rutenicè uerti curaui. Veruntamen cùm quædam, non ita prorsus esse sicuti relatum erat, accepissem, primùm à Stepha no Lucinano Cyprio nobili, eoque Dominicani Ordinis Theologo, & Episcopo 5 deinde ab aliis 3 ideo eadem in vnius ipsius veritatis gratiam huc placuit asscribere ad Dei gloriam. Græcis multi errores à multis creduntur qui non sint eorum proprij.

E Nempè apud omnes Orientales, qui Christiano censentur nomine cuiuscumque sint Religionis, aut sectæ; nusquam permitti, vt Clericus, qui maiore aliquo ordine sacro, videlicet Subdiaconatu, Diaconatu, Sacerdotio sit initiatus, Vxorem, minus verò concubinam ducat: Matrimonio itaque iungitur, antequam ad Subdiaconatum promouetur. Si secus fecerit, habetur Apostata: in excommunicationem eadem: nec solùm à Sacerdotali, verùm etiam à Ierodiaconatus, & Hypodiaconatus, hoc est à Sacri Diaconatus, & Subdiaconatus officio suspenditur: irritumque est matrimonium, filiique ex hoc suscepti, habentur spurij, & illegitimi. Quòd si eiusmodi vxor huic decesserit, ipse usque ad mortem in eodem pœnitentiæ statu permanet. Omni autem dignitate siue honore priuatus, nunquam ad maiorum sacrorum ordinum minis- Græci in sacris ordinibus quo ferantur contineantur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00305

strationem redit. Ad ea quidem admittitur munera, quæ ad primam tonsuram, & A
ad minores ordines spectant: qui minores ordines, quoniam ad sacrorum ministeriũ
pertinent, vocantur etiam Diaconatus: Ac propterea ab Orientali Ecclesia universa (Latinis exceptis) qui primam tonsuram, vel quattuor minores ordines sunt assecuti, communi vocabulo Diaconi appellantur. *Quamobrem* (inquit Lucinianus) *qui putant Diaconos matoris ordinis, aut item Subdiaconos, uxorem ducere apud Græcos: Sacerdotes autem desinge Sacerdotio, & characterem Sacerdotalem amittere, vbi alteram demortuæ priori Vxori superduxerint, y falluntur omnino.*

Diuortium quo liceat nouas quærere nuptias Græcis an liceant.

Addit: in Cypro numquam inter eosdem Græcos permissum fuisse diuortium, quo liceret nouas quærere nuptias: Quod quidem fieri potuit, cùm & Epiphanius celibatus Sacerdotalis defensor egregius, scriptum reliquerit, limatos Apostolorum Canones antiquitus apud Cyprios uiguisse, qui alibi in oriẽte de eodem celibatu nõ B
vsque quaque seruabantur illi. Quin etiam subdit Lucinianus, existimare se, nè diuortium quidẽ in quattuor Patriarchatibus permitti: Quò hęc astruat, Iosephum, inquit, Patriarcham Constantinopolitanum, quòd repudij libellum noluerit concedere Protouestiario Imperij Trabysondę, motum fuisse Patriarchatus fectam item ei barbam (quod Orientalibus Episcopis summo est ignominię loco) in exilium uerò actũ, & hunc suffectum fuisse alterum Patriarcham à Mehemete secundo Turcarum Impe
ratore anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto. Vt ut tamen res illa successerit, Diuortium alij permitti sat grauiter autumant: & adultera in monaste
rio inclusa, atque superstite, maritum alteram ducere uxorem. Quod quidem neque Euangelium, neque Catholica permittit Ecclesia.

Iosephus Patriarcha Constantinopolitanus fuit à Patriarcha tu rcticus.

Matth. 5. & 19. Mar. 10. Luc. 16. 1. Cor. 7.

Fornicatio simplex est peccatum.

Negat porrò à Græcis fornicationem simplicem existimari non esse peccatum. Sed C
contra: cùm eo qui fornicatus sit, Confessarium rigore uti Canonum, neque sacram tempore Paschatis eidem Eucharistiam porrigere. Sin pœnitens concubinam (præsertim adulteram) aluerit, hunc, quamuis illam postea dimiserit, abstinere etiam à corpore Domini triennium, vel quadriennium. Quo elapso tẽpore, Sacerdotem cum duobus, aut interdum septem alijs Sacerdotibus, stola imposita capiti pœnitentis, qui genua flexerit, recitare cum candelis accẽsis preces quasdam; lychnoque seu ẽgoßpio cum oleo exempto ex lampade, quę coram Sanctissimo Sacramento continenter ardet, atque inde inunctis nonnihil fronte, ac capite pœnitẽtis, additisque precationibus alijs, Eucharistiam ei vna cum alijs eam sumentibus tradere.

Eucharistia à Græcis colitur.

1. Cor. 11.

Inquit etiam parĩ à Græcis honore coli Eucharistiam, tam eam quæ diebus anni re D
liquis, quàm quæ die Dominica confecratur: licet alij Græcis falsò obiecerint, hosce arbitrari exeellentioris hanc esse virtutis, quàm quæ ceteris diebus offertur.

Nec probat eos, qui putant à Græcis credi non percipi Corpus Domini ab ijs, qui in peccatis lęthalibus iaceant. Quin solere Sacerdotes cum pœnitẽti sunt Dominicum Corpus, effari illa Apostoli uerba; *Quicunque enim manducauerit indigne, reus erit Corporis Domini, &c. Quod* (inquit) *argumento est, eos credere, conferri corpus Domini alijs quidem ad ciuitam, alijs uerò in damnationem.*

Vsura à Græcis damnatur.

Negat damnari secundas nuptias à Græcis: primis sanè haud inficiatur solere Græcos Sacerdotes benedicere, sed non secundis.

Denique calumniam esse dicit eorum, qui afferant seruire Græcos, nec peccatum committi, si quis alteri ad usuram commodauerit: Vel nisi quod debet restituerit, E
si possit, hæc enim & verè peccata ab ijs haberi, atque ab eorum Sacerdotibus adigi pœnitentes vt reddant, quod debent.

Postremò, ait culpandos non esse Græcorum Metropolitas, & reliquos Episcopos, aut adeo ceteros Sacerdotes; quippe qui multos errores tolerent, nisi sub iugo Turcico viuerent, per quod serpit ingens licentia: cos autem sacris interdicant, qui noxia commiserint, ni resipiscant.

Quinam errores à D. Thoma, ex alijs tribuuntur Græcis. Cap. IX.

HAec igitur cùm à Religioso Theologo libenter accipimus: æquum est, ut etiam audiamus alios, qui de hac re disseruerunt. Excipimus autem semper Græcos Orthodo-

A Orthodoxos, atque cum Sancta Romana Ecclesia consentientes, ad quos, quę dicturi sumus referri nequaquam volumus.

Extat B. Thomæ libellus ad Vrbanum Quartum Pont. Max. quem ille inscripsit de Græcorum erroribus, cuius trigesimo secundo capite asserit, non minus solui Iesum ab ijs, qui Spiritussancti processionem à Patre, & Filio negarent, quàm solui tentatum sit ab Ario, Macedonio, Nestorio, Eutyche, Pelagio, & eiusmodi alijs. Sed qui soluit Iesum, non solum in hæresim corruit, verùm etiam (inquit ipsemet B. Thomas è Ioanne Apostolo) Antichristus est. Cùm autem suprà dixisset, eum qui diligenter inspiciat in errores hæreticorum, animaduersurum hosce non aliò collineare, quàm ve CHCISTI Domini derogent dignitati, non ita multò post diserte docet, idem ipsum fieri ab ijs, qui Spiritussancti processionem à Patre, & Filio: qui Romani Pontificis Primatum: Qui Eucharistiæ confectionem in Azymo: Qui Purgatorium negent. Diuinum autem illum Doctorem nemo (opinor) arguet, aut odij ad uersus Græcos (solùm enim de ijs loquebatur, qui rectè non credebant) aut imperitię: cùm ceteroquin ad insinuandam in mentes humanas solidam charitatem, nihil sit ve ritate syncera validius. Græci, negantes processionē spiritus S. à filio soluunt Iesū. Ioan. 4.

B

Error Græcorum de processione Spiritus S. maximus. Cap. X.

ERrorem verò eum de negatione processionis Spiritussancti à Patre, Filioque, tributum iam multa ante ſecula inprimis Theodoreto in Synodo Chalcedonensi, ac deinceps à pluribus Orthodoxis Græcis diligentissimè (sicuti postea & à reliqua Ecclesia) explosum, cùm plerique omnes, tum accuratè è multis Patrum fontibus ostendit R obertus Card. Bellarminus, altero primi Tomi suarum disputationum à capite vigesimo vsque ad trigesimum integrum.

C

Negari item non potest, quin postquam illæ quondam celebres Academiæ extinctę fuerunt in Oriente: neque sub tanto Christianæ fidei hoste, & malè antea sentientibus quibusdam Constantinopolitanis Imperatoribus, hęreses multis ab hinc seculis in Vniuerso illo tractu inualuisse, & in alios populos irrepsisse. Nam & ab Armenis, Cophtis, Georgianis, Syris, Iacobitis, Aethiopibus, peculiares errores adhuc mordicus retinentur. Ac qui paucissimos ante annos propensissimi erga Gentem Græcam Viri perdocti in Græciam nauigarunt, facilè animaduerterunt, quantopere plerique laberentur in materia, forma, ritibus, & vsu Sacramentorum. Quin extat Græcè manuscriptus Symeonis Archiepiscopi Thessalonicensis liber, de septem Sacramentis; Orientalium variį errores.

D Qui Symeon ante sexcentos annos floruit, è quo apparet, Ecclesias Orientales in numero quidem & administratione Sacramentorum Occidentalibus magis congruisse: sed cùm nondum editus sit hic liber, expectamus, quem è Græco Latinum fecit Federicus Metius Vir pererudituus, & pius, cui addidit notas ad ea, quæ de Baptismo, & Eucharistia cautius in Symeone legenda sunt. Promisit etiam eiusdem versionem Gilbertus Genebrardus Archiepiscopus Aquensis in Prouincia Galliæ, cum capitibus aliquot de Vsu, & ritibus septem Sacramentorum in Præfationis locum ex Veteribus Ecclesiæ Græcę & Syriacæ patribus. Item ex Euchologio, Cabasila, Hieremia Patriarcha. Septem Sacramēta Græci constitentur.

Errores Græcorum qui facilè possunt emendari. Cap. XI.

E ATtulere porrò ij, qui è Græcia reuerterunt, peccati in multis, quæ haud difficillimè corrigi possent. Nimirum, adolescentes, quamuis pueri Eucharistiam sumpserint, non confiteri tamen peccata, nisi grandiores natu iam factos. Sacerdotes autem ratissimè, ac tantùm non semel in anno exhomologesim facere: Patres Græcos, qui doctissimè scripserint, vix ab istis legi, quanquā plures perlegant libros Hæresibus, & Schismate refertos, & Apocryphos. Sed & contra inquit Lucinianus in Monte sancto à Monachis, vti & Bzyantij, & alibi à doctioribus uerfari Patres, in quibus sunt eruditi, licet Philosophiam, & Scholasticam Theologiam non ita perdiscant, vti ad declinandos errores; & peregrinas uoces, necessarium esset.

Iam

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00307

Græcorum ritus superstitiosi.

Iam de superfluis quibusdam ritibus, qui in Melita Insula & in Sicilia viuunt Græci, satis ostendunt quid sentiant. Nam & constat, corpora demortuorum ab istis effodi, quos ab excommunicatione, atque à peccatis ijs absoluant, quæ fateri Sacerdotibus erubuerint. Quam quidem omissam præ pudore confessionem, non obstare, quo minus ad salutem valeat, Hieremias nominatus Constantinopolitanus Patriarcha, testatus est in sua contra Lutheranos fidei confessione: cui censuram Stanislaus Socolouius Theologus Polonus, doctam adiecit. Ex quo quidem Socolouio nonnulla non mediocris momenti colligi possunt, quæ ad hanc rem faciant. A

Accedunt alię in cibis superstitiones, quippe, qui putentur immundi, si à bestijs contingantur: quibus ideo iterum à Sacerdotibus benedici curant. Venæ etiam sectio nunquam post Eucharistiam, nisi extrema adsit necessitas: sanguinis, qui sponte è capite defluat, proiectio in fluuium, aut mare: vel in terram defossio. Aliaque huiusmodi non pauca. Nam quæ pertinent ad Sacramentorum administrationem, atque ad ritus alios, cognosci poterunt ex Innocentij tertij, ex Pij Quarti & Quinti Diplomatibus, quæ hac de re promulgarunt, atque ex alijs, quæ iam apud nos sunt ad eos iuuandos conscripta, quæ Deo iuuante, suo tempore edentur. B

De varijs Græcorum, & Latinorum ritibus. Cap. XII.

Cæterùm qui nosse cupiat, quænam causæ fuerint cur inter Orientales & Occidentales non ijdem omnino sint ritus, sicuti neque ieiunia; is legat quę ista perenti obtulimus Magno Moscouiæ Duci. Ea verò in nostra Moscouia extant, quæ Græcè uersa, plurimum probis Græcorum ingenijs commodabunt. Nil enim nisi è Patribus Græcis, vel Latinis Vetustioribus, quos etiam Græcia in honore habet, depromptum est. C

Addimus; experientia per hosce omnes annos, qui à Gregorij tertijdecimi Pontificatu usque ad hùc sæculi superioris nonagesimum sextum annum fluxere, cõprobatum esse in Romano Græcorum Collegio, quanto iudicio Romana Ecclesia à Petro, & Paulo Apostolis instituta, Latinis Populis certas hoc in genere leges tradidit, quæ corporum, ciborum, & aeris qualitati congruebant; alias Græcis & ipsi traditurę, vel relicturi, salua Christianæ fidei summa, & Sacramentorum substantia, quæ omnibus eadem necessaria est.

Romana Ecclesia magno iudicio vsa in legib. tradendis de cibis & ieunijs in Occidente, secus quam in Oriente.

Quinta causa de Kalendarij Romani emendatione. Synodus Nicæna. Cap. XIII. D

Quod verò ad Romani Kalendarij emendationẽ attinet, hæc intelligant, qui erudiendi sunt. Nos quidem in refutatione quam aduersus Dauidem Chytræum Hæreticum edidimus, de hac tota re egisse, sectione eius operis quarta, cuius nomen capitibus sequentibus materiæ continentur. 1 Laboratum fuisse ab Hæbræis, Ethnicis, & Christianis in motu Solis & Lunæ exæquando, vt dies fasti recitè disponerentur. 2 Post Christi Domini aduentum eadem in re fuisse variatum, sed semper procedente tempore liquidiorem cælestium notitiam creuisse. 3 Quæ autem à Synodo Nicæna de Paschæ obseruatione decreta funt, ea prius fuisse ab Apostolis decreta. 4 Deum sapientissimè, ut in alijs rebus, quæ hoc sæculo contigerunt, sic in hac correctione iuxta Nicænę Synodi decretum, permisisse ut laboraretur, ut una Catholica Ecclesia Romana magis agnosceretur, atque interim qui cum ea non consentirent, manifestiores fierent. 5 Epistolam Magni Imperatoris Constantini ad omnes vbique Ecclesias, de Sanctæ Synodi actis, & de Sancto Pascha olim scriptam facere maximè Gregoriani Kalendarij emendationi. 6 Quemadmodum Nicænę Synodi decreto de anni emendatione, ac de Sacrosanctę Paschę festo ritè peragendo non acquiescentes grauissimè reprehensi sunt, ita iustè reprehendendos, qui sese huic ueritati opponant. 7 Epistolam Stephani primi Regis Poloniæ ad Academiam Cracouiensem hac de re scriptam cordatissimè docere, quo in pretio habenda sit eadem emendatio. 8 Protestantes, & Politicos quosdam, ac denique aliquos Mathematicos, dum dolent à se, priusquam à Pontifice Romano non fuisse promulgatam emendati anni E

Constantini Magni Epistola.

Epistola Stephani Regis Poloniæ de Kalendario.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00308

A anni rationem, quantò plura commenti sint ne promulgationem admitterent, tantò grauiora testimonia uel inuitos veritati huic reddidisse. 9 Ex libro Bartholomæi, Sculteti, qui (licet inter Protestantes viuat) aduersus varias protestantium obiectiones respondet hoc ipsum patere. Sed & postea Christophorus Clauius Societatis nostræ primarius Mathematicus, librum de tota hac Kalendarij emendatione absolutissimum edidit Romæ, quo & Mæstlinum Hæreticum, & alios omnes qui obstrepere potuissent, planissimè refellit: Is uerò Mæstlinus cum dudum in omnes spiras, vt anguis egregiè verberatus, se contorsisset, vt Clauij validissimas rationes subterfugeret, inepti ssimum denique, & plenum mendaciorum librum emisit, quo quantò se vere Matheseos omnis prodidit imperitiorem, tantò magis Sanctos Apostolicæ Sedis labores inuitus comprobauit. Bartholomæus Sculetus: Apologia Christophori Clauij de Kalendario Gregoriano. Mæstlinus imperitissimus omnis veræ Matheseos.

B

Obiecta Auctori de Gregoriano Kalendario diluuntur. Cap. XIIII.

Iosephus. Scaliger.

AT quoniam notissimè indoluit vir doctus nonnihil scriptum à me fuisse de libro, quem edidit de emendatione temporum, quoniam is Lilianam Methodum, Pontificia auctoritate comprobatam, improbauerat. Quin & cum se rem acu (quod dicitur) attigisse putasset, Elenchum deinceps, atque castigatio nem Kalendarij Gregoriani addidit, quæ mox in Vrbe à Christophoro Clauio Societatis nostræ sapienter castigata est, eaque Romæ typis Aloysij Zanneti excusa. Cum verò Clauius me nec sciente, neque adeò cognoscente num quid eiusmodi Elenchi emissum fuisset à Scaligero (Aberam enim tunc ab Vrbe, vbi erat Clauius, & ipse eram in Gallijs, huic pro me, qua solet ingenuitate, atque maturitate respondent, id-
C circo non est cur hic actum agam, quemadmodum neque aduersus Mæstlinum opus fuit facto, cui, cum aduersus me scripsisset, idem Clauius insciо me, qui etiam tunc ab Vrbe longissimè, (nimirum in Septentrionalibus Regnis) aberam, doctissimè respondit ea, quæ prodijt in lucem, Appendice, adiuncta Apologia, quam pro Romano Kalendario emulgauit.

Verum enimuero, cum idem credi velit, me ita de quibusdam Scriptoribus in hac mea Bibliotheca Selecta iudicasse, vt me plus ceteris scire existimaret; Addat item, à me uõ fuisse eius librum de emendatione temporum intellectum, quo loco de Quartadecimanis agit: propterea sciant uelim quicumque hæc lecturi sunt, priori capiti fatis respondum in Bibliothecæ huius Idea atque initio, vbi causſas, & occasiones attuli, cur penè inuitus ad eam conscribendam descenderim; Iudicium autem de aliis
D quibusdam Auctoribus, non nisi ex probatissimis viris, atque adeo ex ipsius Ecclesiæ Catholicæ indicio, atque sententia depromperim, ne videlicet quispiam (quando Christianus & Catholicus sum ius) in Hæreses, Ethnicismum, obscænitates, aut impingeret, aut alios incautior inducereret. Num verò Viri illius dicta intellexerim, eique iustè (sed tamen sine vllo inturiæ desiderio, eui omnia fausta, & fidem integerrimam opto) obiecerim, quòd aduersus decreta Nicænorum Patrum scripserit, idem sanè Clauius ossendit sequentibus verbis.

Tu enim (ait) quis es, qui hoc tibi sumas, vt Canonem condas, quo minimum Patrum de
terminus Paschalibus Canon eneritur? An non vides quo te spatiat petulacia, qui vt tuos
tibi terminos Paschales constituas, non humanæ solum sed etiam Diuinæ iura permiscens?
E *An vides tuus tibi Canon, si condatur, quam scitus, & commodus sit futurus. Ex eo quip-*
pe Paschæ sæpissimè Luna 22. contra Canones celebraretur, quoties videlicet Luna 25. in
Dominicum incideret. Qui tuus Canon quæ alia porrò vitia propagare posset, postea de-
monstrabimus.

Obsecro te, mi Scaliger, ne æstu ingenij abripiare, ac præcipitem agi sinas. Immane est, quan
tum tibi sumas, qui contra toi Concilia, Canones, Decreta Patrum, & doctrinam omnium,
qui de rectâ Paschæ celebratione scripserunt, perturbare conceris Nouilunia, terminosque Pa-
schales. Quis enim unquam post Nicænum Concilium vidit, legit, accepit primum Nouilu-
nium Paschæ fuisse 7. Martij, vltimum 4. Aprilis? An ignoras, omnes, qui de hac re præ-
cepta tradiderunt, ita præcipere vt si Nouilunium cadat verbi gratia in 8. Martij, terminus
Paschalis statuatur in 21. eiusdem Mensis, non autem, vt tu vis, in 22. Quo igitur iure hoc

loco

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00309

loca terminum Paschalem vsitatum per vnum diem posponis? idemque in ceteris terminis Paschalibus facis? Quis unquam, non dicam Summus Pontifex, sed Imperator, Rex, aut Tyrannus fuit, qui adeo impotenter imperarit, vt orbem terra vniuersum ad suam libidinem contra omnium gentium consuetudinem, ac mores, regere, ac fingere concupisceret? Quemadmodum Orientales, ut de ceteris taceam, hoc tuum Imperium acceptum exstitimas, qui nullo modo in hac negotia à Concilio Nicæno discedere uolunt? Itaque si Kalendarium emendare instituis, cane terminos, quos Patres posuerunt, transgrediaris, alioqui nusquam aquis auribus, & animis audieris. A

Vide Indicē Liborū, pbi birorum insu. Cle VIII. PP. editum Romæ anno 1596.

Atqui alios in historia lapsus eiusdem adnotauerat ante me Benedictus Pereria suis in Danielem Commentarijs: mirandum ut non sit, Ecclesiam Catholicā, & Sanctam Apostolicam sedem eius librum de emendatione temporum prohibuisse, quemadmodum & quædam eius Patentis Iulij Cæsaris, donec emendarentur. B

Sexta causa de falsatis libris Patrum. Cap. XV.

VT autem mittam antiquiora, quæ cuique veteres Orientis historias euoluenti haud erunt obscura, suppositosque generalibus Synodis quaterniones falsos, & veros exemptos, sicuti etiam Florentina Synodus monstrauit: terunturque quotidie Græcorum Sacerdotum manibus, ac publicè populis recitantur libri seu dogmatum, siue Sacrorum, in quibus pleraque falsa sunt. Quod ipsum Viri perdocti, qui inter eos eminent, ac confpicui sunt Ecclesiastica dignitate, ingenuè fatentur. C

Vt etiam perneceſſarij esse ostenderint & adeò Constantinopolitano Patriarchæ scripserint, vt emendati præsto darentur: Sic enim aiebant futurum, vt sensim plebs desuesceret ab erroribus ijs, quibus ingenia quoque Sacerdotum dementantur.

RITVALE Græcum à Nicephoro Xantopulo corruptum.

Extat enim apud eos Rituale, de quo diximus, in quod ab hinc ducentos duntaxat annos maledicta Nicephorus Xantopulus in Latinam Ecclesiam pessimè affectus coniecit. Quæ maledicta præterquam quod non decebat, vt in Diuinis officijs recitarentur, ad nihilum ualent ultra, quàm ad odium Græcorum aduersus Romanam Ecclesiam fouendum. Quale illud est, in quo ad versiculum psalmi alludens. *Confundantur omnes qui adorant sculptilia,* inquiunt; *Confundantur omnes qui adorant animas:* Et alibi Catholicum Doctorem vocant, *ferum.* At hæc omnia neque apud Metaphrasten, nec apud alios veteres extant, qui in honore ab ijs habentur. Addebant autem ijdem ingenui Viri, posse quædam planius explanari. Nimirum. *Animas Sanctorum* D *frui iam Deo, damnatorum autem igne torqueri æterno.* Itaque è Rituali illo demenda esse verba, quæ sic habent. *Animas esse quibusdam in locis,* constare enim certò, tum ex Patribus ex Florentina Synodo, Sanctorum animas Dei visione, & gloria frui, quamquam post resurrectionem sint consecuturi pleniorem, & absolutam gloriam; tunc enim, & corpora erunt suo modo glorificata; sicut contrà qui nunc in Inferno damnati sunt, post eorum infelicem resurrectionem, plenissimam etiam in corporibus pœnam luent.

Psal. 96.

Falsati Codices Græci Patrum. Cap. XVI.

ET verò in Patres Basilium, & alios, quos Typographi hoc seculo emiserunt in E lucem, plura irrepsere è falsatis Codicibus manuscriptis, qui ex Oriente Venetias inuecti, adhuc in Bibliotheca S. Marci asseruantur; vt mirum non sit, si etiam Hæretici Septentrionales huius seculi, & noui Ariani, & alij eandem insistētes viam, mendacibus versionibus ueritatem insuscauerint.

1535. D. Basilij opera Venetijs edita Græcè erroribus scatent.

Ex vno, vel altero Basilij loco nunc asseram, quod probis Græcorum ingenijs occasionem præbeat circumspectionis, & cordis in retegendis huiusmodi impostoris.

Anno igitur huius seculi trigesimo quinto Venetijs sunt Græcè edita Basilij opera apud Stephanum Sabium. Ac tertio Sermone aduersus Eunomium contra sunt Spiritui sancto aliam, quàm Patri, & Filio naturam tribuere. Codex tūc impressus sic hēt

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00310

A τὸν γὰρ αὐτὸν, καὶ τῇ ἀξιώματι, καὶ τῇ τάξει τετιμῆσθαι τὸ πνεῦμα, τρισὶν ὑπάρξει ἄτοπα· ἓν μὲν τὸ τῆς οὐσίας ἀξίωμα τὸν γὰρ δ' ὑπῆρξεν τῇ τοῦ παραδιδόντος, ἴσως· ὃ τῆς δόξης δεύτερα λόγου, φύσει δὲ τῇ τιμῇ χρῆσθαι τὸν ἅγιον γεγονότα θεὸν ἀγνοεῖν ἀνήκεστον· τὸ δὲ τρίτον ἀπρεπὲς, τὸ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. At illud (ἴσως,) inferuit aliquis Diuinæ Trinitatis osor, vt sententiam Basilij dubiam faceret. Neque enim illud, ἴσως, cohæret cum iis verbis, & affuoratione, quam ipse Basilius ibidem affert. Necáin vertione Georgij Trapezuntij viri & eruditi & Græci extat. Is enim sic.

Cur enim necesse est, si dignitate, vt ordine tertius est spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? Dignitate namque ipsum secundum esse à filio pietatis ratio tradit: Naturæ vero tertia vti nec à Diuinis Scripturis dicti sumus, nec ex prædictis possibile est consequenter colligi.

B Paulò post fraudulenter quoque interposita illa verba sunt, ἐν ὅλῃ συγκράσει. Sic enim editus illemet Venetijs Codex habet. οὐτω δ' ἡμῖν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον νῦ καὶ ὑποβίβασε τὸν υἱὸν τῇ τάξει, καὶ τῷ ἀξιώματι (ἐν ὅλῃ καὶ συγκράσει μὴν) οὐκέτ' ἂν ἀνάτοπος ὁ ἀλλογλώσσ ὑπάρχων θυσιαν, καὶ τὸ ἀκόλουθον ἐκεῖσθαι δ' ὅλον. At neque illud cohæret, nec in Versione Trapezuntij legitur: Qui quidem sic habet. *Ita videlicet & Spiritus sanctus, etsi dignitate & ordine secundus à filio est, non tamen veri-similiter ajiemus ipsum esse naturæ inde consequetur.*

Deinceps & illud dolosè adiectum, ὡς λέγεται, Codex enim sic editus deprauatus est, vt ancipitem certissimi dogmatis faceret sensum. οὐδὲ δ' ὁλοῦτος ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ ἀξιώματι καὶ τάξει ὑποβίβασεν, ὡς λέγεται. Mox item quæ sequitur vox, φησὶ, eandem fraudem sapit. Ita enim eudeuunt. ἀκριβὲς δὲ μᾶλλον γὰρ μετὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ ἀριθμοῦμενον, αὐτὸ τὸ κυρίως ἐν τῇ παραδόσει τὸ σωτηρίου βαπτίσματος παραδιδόμενον τοῖς πιστεύουσι, ἐν ᾖ εἶναι· ἀποδεδώκαμεν βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Et Trapezuntius igitur rectè hoc quoque ex non falsato codice ita vertit. Sic inquiens: *perfecto & Spiritus sanctus digni tate quidem ordinis tertius est. Accepimus enim ipsum tertium à Patre, & Filio numeratum, cum ipse Dominus in traditione salutaris baptismi ordinem tradiderit his verbis: Euntes baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

C Videt igitur, quisquis acutius insp̃icit in rem propositæ scopum, quantum ex pau- Negatio diuinitatis pari honore S. Trinitatē ob affuit.
cissimatum dictionum subdola interpositione fieri naufragium fidei possit in re omnium summa. Vniuersæ enim Diuinitatis negatio est ostendit idem Basilius libro cōtra Sabellianos, Arium, & Anomæos; si quis æquali honore non affecerit Spiritum sanctum, atque afficit Patrem, & Filium. ὥστ, inquit, μὴ τιμῶν τὸ πνεῦμα, ὃν τιμᾷ τοῦ υἱὸν, μὴ τιμῶν δ' τὸν υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα. οὕτως ἀρα ἢ σεβὶ οὐ τὴν πίστιν ὁλόκληρον σώζομεν, ὅλης ὄντες τῆς θεότητος ἀπαξ.

Iam de Bibliotheca Photij, quæ μυριόβιβλος, inscripta est; quamvis multi, & ij Photij Biblio theca qualis.
etiam perdocti aut Græcam, aut Latinam optarunt, nolim quemquam admodum angi. Æquis enim fuerit Photius, quos ve Auctores magna ex parte dubios in ea citet, quanta denique cautione inde fœcrenda sint improba à probis, in Apparatu nostro Sacro planius diximus in uoce. Photius.

Septima Causa. Cap. XVII.

E IAm de specie austerioris vitæ hic dicimus. Austeritatem quidem hanc esse rem sanctam: cùm rarissimè fruitra sibi quisq; blanditi debeat de prauarsi affectionū, vel tentationum victoria, nisi ciborū temperantiam sit affectus: Nec tamen de sunt in Latina Ecclesia, qui in hac palæstra sese exerceant variorū ordinum Monachi, & Sanctimoniales, & alij. Veruntamen meminerint, qui de hac vite austeritare aliquā do cum Græcis placidè colloquerentur, vt eos doceant non tantùm in ea situm esse Abstinentia Monachorū Græcorū quā parum eos iuuet.
præsidij, quin qui videbantur abstinentissimi Patriarchę Constantinopolitani, & Alexandrini, siue item ipsi Eremitę, vel Hieromonachi, in tumorem mentis prolapsi, nō multò post in hæreses præcipitauerint. Humana enim mens nisi in obsequiū CHRISTI, demissione animi, sese prorsus captiuam reddat, subijciatq; sc ijs, quibus vt subderetur, Diuinum Domini extat Decretum; vt eit autē absolui per eos, quibus aut nulla tradita est auctoritas, aut si quando collata est, eorum culpa interijit, porius ieiunio

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00311

Isa.66. superbo & macerationc corporis extollitur, & calcitrat, quàm vt eũ consequatur Spiritum qui super humiles, & Diuina trementes verba conquiescit. Et hæc enim causſa fuit, quæ à nauigatione ad Orientalem Eremum reuocauit B. Fulgentium, vbi à Sardiniæ Episcopo cognouit, in ea quidem eremo abſtinentiam à cibis, ſed non ab hæreſi ſeruari. A

Octaua cauſſa expenſa. Cap. XVIII.

AD extremum, quod quidem ad hoc caput ſpectat, charitatem proponunt, qui bene cupiunt Græcis, perneceſſariam Orientalibus alliciendis: atque addunt, minimè eſſe mirandum, ſi errores ij, aut certè aliqui in Orientem irrepſerint, quippe qui etiam in Occidentem permulti cum peſtilentibus hæreſibus inuaſerint. Quod cùm negari non poſſit, admonitum vnumquemque velim, qua libertate hæreſes Occidentis inſectamur imitati Apoſtolos, & veteres Patres, ac Synodos, & B
Matth. 18. adeo ipſum Dominum, qui dixerit: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus:* eadem eſſe ferendum, vt & Orientis hæreſes ad ſanitatem mentium, non ad ruinam infectemur. Vix autem ægrotus vnquam conualuerit, qui horreat aperiri aut morbum, aut cauſſas morbi. Et cùm tanti momenti ſit, atque adeo omnibus hæreſibus oſtium pateſaciat, pernegare caput Eccleſiæ miniſteriale, ſine quo Vniuerſa ipſius myſtici corporis Chriſti Hierarchia concidat, neceſſe eſt, id verò ne aperrè pernegent Orientales penè omnes, vel ſi qui autumant, ij non ſeſe aperiunt, ut deberent, (quod quidem metu, vel aliis de cauſſis facere aliquos ſcimus) iccirco hinc ſumendũ eſſe uidetur eũ doctioribus, atq; melioribus exordium, ad membra cum capite conciliãda, in quę deinceps deſluat vigor ille, qui faciat, ut omnes ſimus in animas viuentes, & vnanimes in domo Dũi eodẽ Diuino pane paſcamur, & ex eodem fonte poremur. C,

Græci maxime ad ſanitatem quotidie aſpirandi.

Romana Eccleſia Græcis eſt admiratio ni.

Sed & prudentes Græci, quiqs ijs ſaũent, ſcio mirantur vnam Romanam Eccleſiã, & contra hæreſes omnes omnium temporum, atque omnium prouinciarum, Europę, Africæ, Aſiæ, conſtanter, ac intrepidè ſemper inuictam: & verò unam ipſam fuiſſe, quæ eũ ſuperioribus ſæculis Catholicã Chriſti Domini Religionem quoquo verſum, hoc ipſo ſæculo etiã in nouum Terrarũ orbem, ad omnes & Indias, & Inſulas, importauerit, nulla Sacramẽtorũ, rituum, dogmatum, ordinationum, aut Hierarchiæ variata forma, vel modo. Quamobrem hæretici Occidentis nec numerari debent in Occidentali Eccleſia, quum ex ea ſponte decederint: nec Orientis errores in gratiam alicuius tegendi, vel propugnandi ſunt, quando & hi reiecti ſunt à Catholica, quæ una eſt, Orthodoxa Catholica Romana Eccleſia: nec unquam fuerunt à Patribus Orthodoxis D
Græcis antiquiſſimis approbati.

Commoda ex Græcia in Eccleſiam inuecta. Cap. XIX.

VEruntamen ſcio ego, meritò colladandam eſſe Græciam, quę (vt initio dixi) ſcientias & diſciplinas penè omnes omnibus Prouincijs tradiderit: Quæ etiam ante quã eſſet Chriſtiana, Stoicos ediderit, qui mordicus uirtuti adhę rerent: Quæ Platonicos, quos ſecuti ſunt Veteres è noſtris probatiſſimi Patres: Quę Peripateticos, quorum methodum ac philoſophandi rationem commodioſẽ (reiectis tamen, qui ſunt in Ariſtotele contra rationẽ ac ueră philoſophiam erroribus) amplexa eſt Eccleſia. Quæ deineceps ubi ad Chriſtum accęſit, tot Martyres, Confeſſores, Virgines, Theologes, Synodos pepererit: Quæ Pontifices Maximos Eccleſiæ dederit optimos, Euariſtum, Higinum, Teleſphorum, Eleutherium: Antęrum: Sixtum ſecun E
dum: Euſebium primum: Zoſimum: Theodorum primum: Ioannem VI. Ioan. VII. Zachariam primum: Alexandrum Quintum Cretenſem, qui Patrum noſtrorum memoria Theologiam profeſſus Luretiæ Pariſiorum, Commẽtaria quoq; ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum: quique tanta pietatis & charitatis uirtute emicuit, ut diceret,

Alexandri Quinti Cretenſis Pontificis Maximi Dictum.

te, *cum Mediolani eſſet Archiepiſcopus fuiſſe diutiùs: cum Cardinalis pauperem: cum Pontifex Maximus, mendicum.*

Hæc inquam ſcimus. At ut maiorum uirtutes poſteris profunt, ſi eaſdem hi imitentur: ſic Græci, ſi in iſtos inſpexerint, eandemque fidei & morum uiam inſtiterint, uident; quanto ipſimet quoque ſuccedentibus poſteris erunt incrementó

atque

A atque ad omnem constantiam, & honestatem exemplo. Neque uerò dubito, quin optimi quique è Græcis sentiant Hebræos, quoniam à Deo edocti, legem, ceremoniasque Religionem suo tempore seruauerint; Propheras, Templum, Sacrificia, Sacerdotes à Deo ipso institutos habuerint, Veritatem in Græciam, & in omnem terram intulerint: proprerea nunc quoque haud esse reprehendendos, cùm tamen à fide recesserint, Scripturas deprauauerint, & alto illo perfidiæ veterno consopiti iaceant in somnijs, & tenebris suorum Rabbinorum. Quare vbi opus esset, hæc ita commodè esse prae proponenda ijs, qui nosse veritatem cuperent, vt intelligerent tum nobis Antiquitatem patrocinari, si eiusdem vestigia sectemur: at non iuuare quempiam, cùm ab ea consultò deflectat: calumnias autem non esse vel B. Thomæ, vel aliorum, quòd cõtra Græcorũ eorũ, qui rectè cum alijs non senserũt, errores scripserint, sed zelum, atq; pietatem; quandoquidem id facere, non vt perirent, sed vt sanarentur: certè ne reliqua ea illustris natio iacturam antiquissimæ fidei pateretur. Id quod sanè nos pro tenuitate nostra vel cum ipsius effusione sanguinis (si Deus tanto nos dono dignaretur) pro ijs qui extra semiam veritatis sunt, libentissimè faceremus.

Hæbrei quo reprehẽdi ju re possint.

Non esse exiguas Græcie reliquias. Cap. XX.

AT quoniam alij vel minimas iam Græcorum restare reliquias; vel linguam eorum non adeo esse utilem falsò dicitant, hæc habeant, quæ dicturi sumus ad Veritatem ipsam turandam. Ac primùm latissimè adhuc patent Græcorum ritus, & fines. Nam hi habent ab ortu solis Constantinopolitanum & tres alios Patriarchatus: à Septentrione Moscouiæ Vniuersum, & Lituaniæ partem, hoc est al bam Russiam, & rubram, licet hęc nonnihil uergat ad Orientem: A meridie Cyprum C & Cretam in qua una quatuordecim millia pagorum numerantur absque Ciuitatibus, in quibus tamen omnibus Latini tantùm ritus sunt Episcopatus: Rhodum itẽ, & Cycladesinsulas: Zacinthum, Cephaleniam, Corcyram: præter Græcorum templa, quæ sunt Damasci, Alexandriæ, Babyloniæ, Tripoli: secundum Aegypti ac Lybiæ littus: in Melita, in Sicilia: Ab occasu item in Epeiro, ac prope Dyrrachium: In Italia in pluribus Ciuitatibus: in Apulia, in Calabria, in Campania, Neapoli, Liburni, Anconę, Venetijs, atque ad maris Adriatici Littus: ne quid dicam de ijs, qui frequentes maria decurrunt, mercimonijs aut remigio addicti: Non igitur ita exiguę sunt Reliquiæ siue Græcorum, siue aliorum, qui Græcum sequuntur ritum, ut spernendę sint. Sed &, si paucissimę essent, Apostolici tamen dicti memores esse deberemus: qui inquit, *Debitor sum Græcis & Barbaris*. In quos Græcos licet Apostolus aliquando videtur D fuisse inuectus, cùm aliquos *semper mendaces, vel ventres pigros*, vocauerit, non tamen gentem ipsam tantopere, quàm mores fugillabat eorum, qui nondum ad Christum esse adiunxerant: aut si qui sese adiunxissent, turbabant Ecclesias, & noua quędã dogmata spargebant: cùm ceteroquin Græcos sępe commendet, ac Titum, & Timotheum præter alios delegerit, qui fuere Græcę Ecclesię columnę. E quattuordecim autem Canonicis Epistolis, quas ad uarios populos scripsit, duodecim ad Græcos ipsos misserit. Adeo nimirum Vineã illam excolendam susceperat, quam Religionis capacissimam erat expertus. Quin etiam Apostoli, siue Euangelistæ Græcis literis Euangelia (vno excepto Matthæo) scripserunt. Ipsi uerò Septuaginta Interpretes, vri secundo libro monstratum est, vetus Testamentũ tot ante Domini aduentum annos, non sine causa Græcè verterunt. Quæ tamen nonnihil planius adhuc tractanda sunt infra, vbi de E Linguæ Græcę necessitate, ac studio loquemur.

Quam latè pateant Græcorum ritus.

Rom. 1.

Tit. 1.

Apostolus quanti Græcos fecerit.

De nuptijs & vsu Matrimonij in Sacerdotibus Græcis, & Rutenis. Cap. XXI.

SVperiori sequens de nuptijs in Græcis & Rutenis Sacerdotibus nodus adiungitur, qui plerisq; facilè solui posse videtur: quod (inquiunt) à Summis Pontificibus & Synodis Matrimonij usus ijs sit cõcessus. Quod quidẽ ut tolerãtia sit factũ; diu tñ hac tota re perpensa, Græcarumq; legitimarum Synodorum, & Patrũ sententijs expensis, credũt mecum optimi viri, nõ minimam id fuisse causam, cur Deus Orientẽ hosti Christiano fidei subiecerit. Nimirũ aliorũ Mysteriorũ, & præsertim Diuinæ Eucharistię tractatio nõ soluũ in Græcis, & Rutenis, sed in Latinis quoq; Sacerdotibus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00313

Vide auctoris refutationem adversus Dauidē Chytræū fectio. 3. cap. 5. vsque ad 12.

summam continentiam, & castimoniam requirit, quam etiam Hieromonachi, & Episcopi inter Græcos profitentur. At quoniam de hac vniuersa cælibatus materia à nobis, quàm potuimus, accuratissimè actum est in Refutatione Dauidis Chytræi, idcirco ad eam amandamus lectorem, ne hic breuitatis termini excedantur. A

Nona causa Defectus Doctrinæ. Cap. XXII.

ET nona causa non una, sed multiplex videri potest; quippe quæ defectum doctrinæ: Vsum meliorum Auctorum: Linguæ Græcæ ignorationem, ac uitæ improbitatem comprehendit eorum, qui è Latinis aliquando ad Græcos iuuandos adsciti sunt. Ea igitur causa multis tollenda est modis, qui propterea sunt planius declarandi. Defectum autem doctrinæ primò dicimus eum, qui ad intimas errorum causas, & fomenta, deinde item ad Græcè vetustatis, præcipuè Synodorum, & Patrum: denique, quod caput est, ad Diuinæ Scripturæ exactam notitiam attinet. Accedit ratio cum variis hominum generibus agendi, quæ nisi adhibeatur ad praxim, facilè, scientissimus quisque destruere posset magis, quàm struere. B

Libri qui legendi ab his qui Græcos iuuare volunt. Cap. XXIII.

DE prioribus illis curandum est, ne apocrypha, ne pseudepigrapha, ne falsata, ne tantùm edita typis; verùm etiam manuscripta, & hæc quidem, quoad eius fieri possit, antiquissima, quæ cum sanis Codicibus congruant; deinde & vt Synodorum primarum exemplaria habeantur ad manus, quæ quidem in Vaticana Typographia sub prelis suadere cœperunt emendatiora. Versio item Bibliorum à Septuaginta Interpretibus, quæ emaculata his annis in Vrbe prodijt, (quæ secundo libro attigimus) facilè cuique constabit, qui superiora meminerit, quiue Diuinum hoc iuuandi animas negocium serio susceperit. C

Ratio agendi cum Græcis. Cap. XXIIII.

AT de ratione agendi cum Græcis, quoniam ea spectat vel ad conciones populis habendas, vel ad alumnos instituendos, hæc ex vsu, æ præsentium rerum statu habemus, quę dicenda sunt.

Tres esse eorum classes, qui Græcum Ritum sectãtur.

Tres eorum, qui Græcorum sectantur ritum, & dogmata, sunt quasi classes: Altera rudium, qualis est Rusticorum, & plebis: Aliorum altera, qui non scientias quidem adepti, sed rerum experientia, & libri alicuius patria lingua editi lectione sic lucis ali quid sunt assecuti, vt hinc Romanæ maiestatem Ecclesiæ: illhinc ærumnas, & calamitates Græciæ, calumque Orientalis Imperij sub Turcicum acinacem: hinc Sacramentorum apud Latinos cultum: illhinc apud Græcos desciscientiam cernentes, in eam sententiam venerint, vt Deus Ecclesiæ Catholicæ Romanę & Occidentali Magis adsit, quàm Orientali. Tertia eorum est, quorum vsus & experientia cùm sit aliqua, abrepti tamen odio, quod ex prauę consuetudinis vitio alit Satanas; controuersias (inuitis etiam eorum Episcopis, & prudentioribus Græcis) serunt: ac plerunque nescientes, de quibus loquantur, aut affirment, quidve denique velint, Græcam cum Romana Ecclesia: ritus suos cum nostris conferunt: Sacerdotes suos nostris anteponunt, nixi præcipuè nostrorum quorundam improbitate, quam tamen de suis reticent: Neque uerò pronunciare omnino audent errare nos, aut à nobis, quę ad Sacramenta pertinent, improbè fieri. Sed & sese rectè sentire, atque in sua Religione salutem posse consequi aiunt. Cum his igitur omnibus Iulius Carrarius Episcopus Rhetymnēsis, is qui diu Episcopatum rexit in Creta, præclaris prudentię, ac pietatis dotibus præditus, non semel ad Vrbem nauigauit, vt Insulę illi consuleret, qui & postea laboribus ingentibus pro Ecclesia Christi defunctus, summo sui relicto desiderio decessit, scripsit mihi diu se, cùm hac de re tota cogitaret, intellexisse denique, præstare, vt potius de controuersijs nihil, quàm ut quidquam populo publicè diceretur: nisi cùm percommoda se daret occasio. D

Iulius Carrarius. De ratione agendi cum Græci. E

Qui igitur vel in Creta̅m, vel alio allegaretur, vbi ritus uigent Latinus, & Græcus, id sibi proponat, quasi loca illa omnia essent tanquam untus labij populus, fine factionibus, aut sectis: veruntamen in peccatis iacens, ac flertens, ut reliqui in Mundo: qui

cùm

A cùm sit ad pœnitentiam à somno excitandus, via (vt aiunt) purgatiua magis, quàm illuminatiua inuadus est: cui cùm persuasum fuerit, vt viram corrigat, & viuat in timore Dei faciliùs quàm per disceptationes ad vnitatem adiungetur Ecclesiæ. Quamobrem & hinc efficitur, superuacaneum esse, vt à concionatoribus cum vtraque priorum hominum classe agatur è suggestu de controuersijs inter nos, & Græcos. At cum tertia classe non tam esse superuacaneum, quàm etiam periculi plenum: cùm improbi soleant ex aliquorum imprudentia concionatorum, seditiones mouere, atque animos etiam alienare illorum, quorum simplicitas veritati est proxima.

Sanè verò nonnunquam de controuersijs agendum est, sed parcè, opportunè, ac cõmodè. Præterea ne de omnibus quidem ijs quinque, quæ olim præcipuæ fuerunt: quas vt tũ Synodus Florentina, tum Gennadius, & alij refutarunt. Iam quæ de azymo, B & Eucharistia erat quæstio, hæc uix in Creta (quod & in reliquo Oriente puto) audi tur, cùm penitus extincta sit, uel certè sopita uideatur. De quibusnam controuersijs & quà do agendum cum Græcis.

Quare qui de hac loqueretur, rem prorsus oblitioni traditam, cum scandalo renouaret in dubium. Processio autem Spiritus sancti à Patre, & Filio, intelligitur à pauciss imis, si tamen intelligi dicendum est. Ac mota ista quæstione, id demum fit, vt qui hæc ignorauerant, ad curiosiora excitentur: ac periculum subeant, vt partem ueritati aduersantem complectantur, audientes à Græcis olim esse susceptam. Et certè, qui Patres orthodoxos haud uersarunt, facile crederent Græcorum omnium eandem, quæ tantùm erat aliquorum, fuisse sententiam. Reliquæ sunt. Visio Beatorũ, quam facile admittunt. Purgatorius ignis, de quo haud difficillimè cum Latinis conueniunt. Primatus Pontificis in Ecclesia, qui ægrè ijs persuaderur. Cõtrouersia cum Græcis tractandæ.

C De hisce igitur quæstionibus proximis, si quãdo sermo habendus sit, nec tota eam in rem insumenda est concio: nec disceptatione agendum: sed allicienda: sunt ad veritatem fidei mentes tum exemplis, tum auctoritate Patrum: Quod quidem iucundè, ac cum eorum laude, qui docent, à Græcis excipitur. Ac tamen frequens hisce de rebus sermo suspicionem ijs injiceret, quasi ipsos captare uellemus,

Concionator Iesuita in Creta quam concionem habuerit. Cap. XXV.

D Sanè cùm in promulgatione Pontificij Iobilei concionator è nostris aliquando in Creta de Summi Pontificis auctoritate, ac de igne Purgatorio egisset opportunè, probatus fuit ab omnibus: nec defuere frequentes Græci, qui Iobilco potiri voluerunt. Reliqui autem propensissimi eodem ferebantur, cùm qui in pagis, & maris Aegei Insulis uitam agunt, rem adeo salutarem haud omiserint. Concionum itaque fructus in ea gente, cùm inprimis in Sanctitate, atque prudentia, tum in eo deprehenditur, vt sirus, ac humana conditio, peccatum, redemptio, cetera que eiusmodi ad au dientium animos exponantur: hi promoueantur ad obedientiam, liberamque subiectionem erga Deum: Diuinaque præcepta, ad Mundi contemptum, atque ad satagendum, Deo iuuante, conuersionem suam. Quibus rebus si quis Græcus aurem præbue rit; non aberit longius, cùm sine alia concertatione dabit manus, Romanæque Catholicæ doctrinæ fidem admittet.

Porrò si quis ex Italia eo mittendus sit, qui negotio isti vacet, cauendum est initio, ne sit ex ijs, qui ritibus Græcorum antea vsi, Latinos, ijs relictis, fuerint amplexi: Vulgus enim has mutationes odit, nec inde iuuatur facilè. Quinam in Græciam mittendi nõ sint.

E *Visus meliorum Auctorum. Cap. XXVI.*

VSus autem meliorum Auctorum hic fuerit, vt primò antiquiores & emendatiores tractentur: Athanasius, Gregorius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus Hierosolymitanus, & Alexandrinus, Maximus, Epiphanius, & alij fide ac pietate celebres. Scripsere verò posteà aduersus errores eorum, qui Christi tunicam inconsutilè scindere conati sunt, Emanuel Caleta Veccus Patriarcha Constantinopolitanus, Georgius Protosingelus, Theodorus Gaza, Georgius Trapezuntius, Demetrius Cidonius, Bessario Cardinalis Nicænus, qui & posteà fuit Patriarcha Cõstantinopolitanus: Georgius Scholarius, qui deinde uocatus est Gennadius cũ Patriarcha Cõstinopolitanus esset Creatus; Ioannes Chrysolorus, Cõstantinus Lascaris, & reliq. QVI NAM GRAECI SCRIPSERINT aduersus alios Græcos.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00315

atque adeo Sacra potissimùm Oecumenica Synodus Florentina; qui cùm omnes Catholici fuerint, ac doctè maleuolorum maledicta confutauerint, suos Gentiles magno zelo hortati sunt ad Catholicam veritatem amplectendam, atque ad debitam erga Romanam Ecclesiam obedientiam, & obseruantiam præstandam. A

Auctores Latini aduersus Græcos eos qui non recte sentiebant.

Et hi quidem Græcè scripserunt, at non desunt è Latinis, qui Latinè cum scripserint, vtiles sunt.

Leo nonus Pont. Max. Epistolis ad Episcopos Michaelem Constantinopolitanũ, & ad Leonem Acridanum. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis Epistolis, siue opusculis de Azymo. Rhabanus Maurus de Institutione Clericorum, lib. 1. c. 31. de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini: Quo item loco probat ex Sacrarũ Scriptu rarum auctoritate, offerendum esse panem sine fermento, & agit de processione Spiritussancti. Hugo Etherius siue Etherianus aduersus errores Græcorum ad Alexandrum Tertium Pont. Max. & ad Patriarcham Antiochenum Græcè & Latinè. Chrysolanus Mediolanensis Archiepiscopus de Spiritusancto. S. Thomas Aquinas opusculo contra errores Græcorum; Et in prima parte Summæ, vbi agit de Spiritussancti processione, ac passim alibi. Ioannes quoque Card. S. Sixti de Turrecremata, in expositione Decreti de vnione facta in Synodo Florentina, definita in Concilio Lateranensi Maximo, quod vocatum est Generale, Innocentio Tertio Pontifice Maximo. Concilium Lugdunense Gregorio Decimo Pontifice Maximo: De Summa Trinitate & fide Catholica in primo, & sexto Decretalium. Concilium Tridentinum, cuius decreta ad fidem spectantia Matthæus Deuarius in Græcam Linguam atq; ime conuertit. At & legenda sunt, quę de hac re extant Pontificia Diplomata: Innocentij Quarti super Ritibus Græcorum: Pij Quarti, cùm Ecclesias Græcorum, & earum Prælatos, & Administratores, visitationi ac superioritati Ordinariorum subiecit. Pij Quinti super Reuocatione licentiarum Græcis Latino more, & Latinis Græco ritu Missas, ac alia Diuina officia celebrandi eatenus concessarum. Gregorij denique XIII. super Erectione Collegij Græci Romæ instituti. B

Synodi Florentina. Lateranensis. Lugdunensis. Tridentina. Vbi de dogmatibus quę controuertebantur cum Græcis. Pontif. Maximorum Diplomata. C

Græcæ Linguæ necessitas, & vtilitas. Cap. XXVII.

Græci Barbaros quando vicerunt, & ab ijs victi sunt.

BArbaros à Græcis domitos fuisse præsertim disciplinis, eloquentia, moribus, extra controuersiam est ijs, qui antiquas legerunt historias: Græcos autem contra, domitos fuisse à Barbaris vbi disciplinæ, eloquentiæ vis, atque vsus, & probitas illa morum auita exaruere, loquitur ipsa res, atque Orientis, quem diximus, casus. At quoniam, quibus artibus Respublicæ institutæ sunt, isdem vbi ceciderunt, sunt instauranda; ideo pristinus ille decor reuocandus est, vt morum probitate, ac disciplinis, sic eloquentia, & proprietate dicendi è Græcis fontibus hausta. D

Græci Latinis quantum confulerint.

Quam ad rem cùm reliqua commoda inuitant; tũ quasi iure suo Græcia nos cogit; quæ quidem adhuc in Latinis penè omnibus primarijs disciplinis possessionem retinet, quemadmodum sparsæ vbique in ij Græcæ voces testantur.

Horatius in arte poetica.

Quo autem accuratius hoc fiat, memores simus eius, quod non Ethnici tantùm verum etiam Patres nostri Summi Theologi dixere. Nam si quid Cicero didicit, vt tantus esset orator, fecimus eum (uti ait Quintilianus) esse à Demosthene factum; ac Gellius fatlus est ingenuè se non potuisse non obscurissimè dicere, quod à Græcis vno Verbo, & planissimè diceretur. Quare addit Quintilianus, videri sibi sermonem ipsum Romanum non recipere illam solis concessam Atticis Venerem; Nimirum (inquit alter) *Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo Musa loqui:* & paulo ante idẽ audenter iubet. *Vos exemplaria Græca, Nocturna versate manu, versate diurna.* Hinc illud Ciceronis; *Iouem non aliter locuturum, si loqui velit, quam scripserit Plato.* Ac Hieronymus qui Gregorium Nazianzenum habuit Magistrum, *proprietatem Græcam*, inquit, *Latinis sermonibus recipit.* Quæ fuere causæ, cur & Cicero ad suorum utilitatem semper cum Græcis Latina coniunxerit: & à Græcis Auctoribus studia esse inchoanda Quintilianus existimauerit, & alij dixerint sine Græcis literis degustari posse Philosophiam, non hauriri. Lucretius quę multa se Græcè loqui affirmet ob Latinę linguę egestatem, E

Latini præcipui quinti Græcè Eloquæ tribuit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00316

A egestatem, ac rerum nouitatem. E varijs autem Nationibus extat Iamblichus scimus Græcè scripsisse Phauorinum Gallum de Philosophia: Philonem Iudæum non Hebraicè magis, quàm Græcè. Musonium omnium Stoicorum Neronis tempore celeberrimũ: Syros, Aegyptios, Thraces philosophiæ mysteria: Porphyrium è Phœnicia, vnde & in Græciam deriuatos fuisse characteres diximus: Iamblychum è Syria: Hammonium, & Philoponum ex Aegypto: Simplicium è Phrygia: Proclum ex Aegyptium Musicam, & Astrologiam: Nichomachum, & Iamblycum Syros Arithmeticam, & Geometriæ nonnihil; Hermetem Trisme gistum, & Architam Tarentinum Dialecticam: ut interim omittam quæ in Iurisprudentia, Medicina, & aliis disciplinis sunt scripta. Græce quàm multi etiam si non essent Græci, scripserint.

Nam & hæc suis quæq, locis ostendemus, & facilè inde adhuc peri poterunt, quæ ad necessitatem & commendationem linguæ Græcæ faciant: cum & Scipionis Carteromachi, Antimachi, Conradi Heresbachij: extent in fronte Græci thesauri, quæ de ipsius linguæ laudibus sedulo collegerunt.

B

Græcæ linguæ laus quã maxima.

Sed, vt alia non essent, certè ipsius Diuinæ sapientiæ consilium, quo Diuinum uetus testamenti codicem in Græcam linguam conuerti trecentos ante annos, quàm Dominus in carne Mundo illuxerit: & plura tot Patrum scripta Græcè edi uoluit, cum quibus collatæ in alias linguas ipsæ versiones ostendunt, quàm manca, mutilaq, sint, vna excepta editione nostra Latina Vulgata, cuius dignitas ac celsitudo commendatur in Sacro Tridentino Concilio; Academiæ verò ipse antiquitus in Gallijs, vti Massiliæ, Lugduni, & alibi excitatæ, quæque in Germanica, & Gallica lingua extant Greçę linguę vestigia, ipsæ autem prouinciæ plures, in quibus adhuc viget, si non vetustioris, saltem quod inde fluxit, idioma Græcum, vt in Græcia, in Asia minore, in tot insulis, parteq. Italiæ, & Siciliæ, ut etiam Turcæ Græcam illam vulgarem cum Turcica lingua addiscant, & loquantur; ac proinde, qui Greçè noscat, eos possit ad fidem allicere; hæc, inquam, omnia plusquam satis esse queant ad desideria excitanda, studiaque comprobanda eorum, qui studia Græcę linguę in Dei gloriam proponunt. Erat verò superioribus seculis sparsa in Italia, & vicinis Prouincijs barbaries; sed Byzantij casus in Mehemetis manus, etsi Orientali Imperio tantam intulit cladem, fecit tamen vt eo ex naufragio, qui salui ad oram Italiæ appulerunt Græci uiri, cum libris & reliquijs Patrum, ac Philosophorum, barbariem magna ex parte eijcere, cultumq. linguarum, & scientiarum apud nos reuchere inceperint: vt cum ex vltimis orbis finibus, aliquot ante annos memoria nostra nauigasset homo Iaponius in Italiam, deque eo quæreretur, ecquod tot gentium, quas loquentes in Europa audierat, idioma magis probaret, Græcum dulcius fluere, ac latente quadam suauitate, atque energia permulcere animum responderit.

C

Conc. Tridēt. sess. 4.

Græca lingua quando in Italia florere cœperit.

Iaponij de lingua Græca iudicium.

D

Ratio discendæ linguæ Græcæ. Cap. XXVIII.

CEterum de ratione aliqua linguę Greçę addiscendę præmonitos vçlim eos, qui hisce studijs sese dant, vt legant ea, quę de illa in libro de Iurisprudentia, atque vbi generatim de Ciceronis operibus locuti sumus. Ad hãc enim, atque adeo ad cęteras omnes linguas siue idiomata percipiendã vtilissimũ esse experti sumus, si versas in communem & maternam (vt dicitur) linguam ab alijs partes elegantium auctorum, sic iterum adolescentes conuerterent in Latinam, Greçam, & reliquas, vt tamen interim nihil in illis auctoribus inspicerent. Vbi verò conuertissent, tum sua quisque conferret cum eo auctore, cuius stilum imitari niteretur, Neque enim multum abiret temporis, quin summum inde perciperent fructum; cum & ipse Auctor ita verteuti fieret præceptor, ac ex ipso Auctore quantum ab eo distarer, intelligens, demissionem animi simul, ac diligentiam adhibiturus esset, ad id consequendum, quod optarent. Quin noui ego, qui cum callere sese linguam Greçam existimarent, hos vbi aliquid suo marte Greçè vertissent, idq; contulissent deinceps cum ijs, quę adolescentes Greci conuerterant, intellexisse versionem illam suam procul abfuisse a genuino illo charactere, qui proprius, & natiuus erat idiomatis Greçistæ ut se potius agnoscerent è lexicis, & eiusmodi alijs emendcasse, illos autem quasi natiua Greçię germina edidisse suas versiones. Quamobrem hic quoque modus ad primum adhibitus

Quid maxime iuuare possit ad ity lum linguę Græcæ acquirendum.

E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00317

hibitus efficaciorem ac faciliorem viam sternit ad id quod quærimus. Sanè verò Græ- A
cę linguę additscendę non parum confert, quod Apollonius Alexandrinus Græcè anti-
quitus scripsit de Syntaxi, qui quidem etiã Latinè versus est hoc seculo. Quin & Gu-
lielmus Cauterus perutilis est Syntagmate, vbi de ratione emendandi Græcos Aucto-
res, quod Syntagma ad finem orationum Aristidis Adrianensis Græci à se versarũ ad
didit; quibus & adiecit tomum quartum orationum è veteribus Græcis oratoribus
conuinnatum.

Hanc igitur linguam una cum Latina ita discant necesse est, qui cum Græcis agere
velint, vt neutra alteri officiat; intelligatur autem à Græcis Latinos eandem consequi
posse, postquam & Cicero, & Claudius Cęsar, & Carolus Magnus, ac tot Scholę in
Europa, & in Asia floruerunt, è quibus præstantissimi labores in lucem uenere, quos
supra memorauimus. B

De vita eorum, qui ex Latinis adsciti pietatem, ac disciplinas Græcos Alumnos docturi sint. Cap. XXIX.

Quinam sint ad Græcos conuertendos idonei.

VT autem vilius nihil potest esse probis moribus, ac bono uitę exemplo; sic improbitate, ac morum prauitate nihil potest esse nocentius. Cumq; res ipsa loquatur; vagique homines, qui acti fame potius, quàm Diuini nominis gloria in hoc negocium sese intrusere, sexcenta commiserint flagitia, nil fatius esse po test, quàm vt per Religiosos, & doctos Viros, qui CHRISTVM & animas sitiant, tota hęc res pasim agatur: Hanc enim rem sanctam ita uoluit Deus, vt & per Religiosas familias, quę Christiani orbis fuere seminaria, ipsos etiam ali, & institui filios Regum interdum fecerit. Hanc que hoc seculo sentibus & spinis obseptam aperiri vsque ad extremas Indias iusserit; superuacaneum ut sit aliunde quàm hinc, ad opus Domini, operas conducere. C

Postrema causa, præmiorum tenuitas, quibus Græci etiam inuitandi sunt, & fouendi. Cap. XXX.

Deut. 28. Isa. 55. & alibi passim. Matt. 13. Marcus. Luc. 16.

SI is omnium esset ardor aut certè sensus, vt cęlestibus præmijs, quæ æternum duratura sunt, inhiarent, necesse non esset, ut alijs humana mens præmijs alliceretur ad bonum. At quando ipse Dominus & in vetere lege Terram promissionis; & in noua centuplum in Terra promisit ijs, qui sese sequerentur: ac uerò quisque proximus sit sibi ipsi, aliorum autem penuria, qui post absolutam literatam studia esu riunt, presenti obiectu magis auertat animos, quàm futuri præmij contemplatio inuitet: hęc quoque humana præmia imbecillioribus, & quasi lacentibus necessaria sunt. D

Bessarion Cardinalis in Creta sacerdotibus redditus aliquos de mensa ipsa sui Archie piscopatus Constantinopolitani certos addixit, ut dum essent, qui excolerẽt animos, de uictu solliciti non essent. Rediitus tamen illa tenuitas, quod q. dari non sunt, qui illos in officio continerent, ac (quod erat summi momenti) ad tantam palæstram instituerent & animarent, fecit, ut res denique omnis euanescaret, quamobrem dispiciendum est, quibusnam rationibus id consequi possimus, quod cupimus.

Bessarion Cardinalis liberalitas in Græcos suos.

Viris doctis & pijs nunquam deerunt patroni & fautores.

Primùm autem id certissimum est, operariorum in Christi Vinea tantam esse penuriam, ac necessitatem, vt qui literis, & pietate fuerint diligenter exculti, ijs is vix deesse possit locus, in quo conquiescant. Nam & Episcopi Occidentis gratissimam eorum habebunt operam; quorum auxilio bonæ artes in suis ciuitatibus reuiuiscent: ac E cùm simul cum Græcis latina coniunxerint, quasi ambidextri, vtraque in lingua vtiles erunt. Tum autem, si qui inceperint suggestus ascendere facundiam cum pietate è Græcis Patribus spirantes, iam hi chariores habebuntur, & Sedem ipsam Apostolicã facile permouebunt, vt sui quoque tic rationem habeat, vt ad sacerdotia, ad eas, quas diximus, Abbatias, ad Episcopatus, ac forsan item ad Cardinalatus promoueantur. Quod quidem Maiorum nostrorum memoria factum est, cum Bessarione Græco, & Isidoro Rutenorum Metropolita. Cùm verò sacerdotia in Sicilia, in Calabria, & in Melita insula sint, haud difficilè à Catholicis etiam Regibus obtinebitur, ut in Græcos iam Romæ probatos, & excultos conferantur. Atqui Græci, qui sunt Venetijs,

Sedes Apostolica est de Viris doctis Græcis bene merita.

quorum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00318

A quorum numerus aliquot millium censetur, hinc magnopere afficerentur ad charitatem illam mutuam, quam peroptat Dominus, qui reliquit pacem discipulis suis. Sic autem & vndique filij ipsorum mitterentur, qui sub Pastore vniuersalis Ecclesiæ, sicuti pulli sub alis gallinæ fouerentur. Quæ sanè certissima, breuissimaq. methodus est ad tantam Christiani orbis partem, quasi modico, sed efficaci amoris fermento fermentandam. Videlicet, cura animarum earum, pro quibus Christus, Apostoli, torquæ alij Martyres sanguinem ipsum fuderunt, reuiuiscerent. Et beneficium, atque vtilitas, qua sese Græci diligi, partemq. esse Ecclesiæ cernerent, dum participes dignitatum, & bonorum reipsa effectos se experirentur, maximo huic rei esset adiumento. *Ioan. 14.*

B *Sedes Apostolica indiget viris doctis Græcis ad multa opera. Cap. XXXI.*

ACcedit ad hæc, Sedis ipsius Apostolicæ necessitas, quæ si in Orientem, aut in Moscouiam, vel Russiam eam, quæ Poloniæ Regno continetur, allegare Nũcios, aut adeo inuisere cupiat, quę diximus, Sacerdotia Calabriæ, Sicilię, Meliteæ, Chij, Cycladum, Corcyræ, Zacinthi, Cretæ: quis non intelligat, ex Græcis, quorum per aliquot annos, in Romano Græcorum Collegio, & doctrina mores probati fuissent, fumi posse, qui vel ipsimet legationes Pontificias obeant; vel Legatis, & Internuncijs adiuncti, fidam Ecclesiæ operam præstent? Certè nemo esset in plerisque locis maritimis & ciuitatibus Episcopus, qui sciret, quin auidè admitteret apud se aliquem ex istis, cuius consilio & opera Græci sic quasi protegerentur, vt simul ad ue-
C ritatem commodius per hominem è suis allicerentur: cùm & concionantem esset ad diuiti libentius, à quo Patrum Græcorum auctoritates sua ipsorum lingua citari; & Latinos quoque ex huiusmodi gente docti eadem opera viderent. At & in Polonię Regno, quando latè patet magna pars utriusque, quam diximus, Russię, mirum est, quantum nobis etiam præsentibus, expetiti sint tales, cùm ab Episcopis, in quorum Diœcesibus plurimi ritu Græco uiuunt, tum à Principibus, & proceribus laicis, quorum ditionibus subduntur. Quæ verò hinc alia commoda sequi possent, iudicium eo rum esto, qui prouincias illas obiere Apostolici Nuncij, quique in Moscouię ingentẽ illum Europę, & Asię tractum subinde data occasione mittendi essent, cum frequens Poloniorum Legatorum à sua Republica & Rege accidat legatio; cui adiuncti Ruteni, qui fuissent in Vrbe exculti, uel Græci, qui Rutenicam linguam è Slauica deductã addidicissent; uel Slaui ipsi, seu Epitoę ostium religioni Catholicę sensim aperire possent, Catholicos sanè retinerent, ne in aliorum errores delaberentur.

D Et igitur non deesset Diuina Prouidentia, quę multiformis est, quęque uoluit, ut hęc Ecclesię præcipua cura sit operarios efformandi, & mittendi in Vineam suam. Vtinam uero ex Religiosis ordinibus seligerentur aliqui probatissimę uitę, & charitatis, qui in Orientem mitterentur: reliqui autem, qui in exilium potius, quàm ad alicuius Insulę culturam missi iam fuissent, omnino reuocarentur: miro enim scandalo esse possunt, cùm magis desit uat unus, quàm plures ędificent. Quod ũ Synodi Prouinciales in maritimis quibusdam uel tractibus, uel Insulis frequentes haberentur, nemo nõ intelligit, quàm facile discíplina mortum, & alia in ipsis quoque Latinis restitueretur: Qui si rectè uiuerent, atque exemplo essent Græcis, plus spę proficerent, quã hactenus multi à multis annis alij fecerint. Porrò libri diligenter ad pietatẽ
E potius quam ad dogmata defendenda, & adeo populari Græcorum lingua conscripti: Nam & in nauibus, & Byzantij, & in Insulis, & in Asia Minore, atque alijs in locis fructum ferrent uberrimum. Iam Florentinę, ac Tridentinę Synodi dogmata habentur, ut dixi, Græce edita, quæ Græcis facerdotibus dono danda essent: cùm deinceps Catechismi Romani, quę iamdiu expectatur in Græcam linguam conuersio, esset futura & Laicis, & Parochis Græcis utilissima. Doctrinę item Christianę liber Petri Canisij huc pertinet: quę omnia Collegij Græci, quod Romę est, prouectiores adolescentes iam Deo iuuante cùm præstare poterunt, tum à Theologis aliquibus, qui Græcè nouerint expensa, tradenda essent typographis, ut ederentur. Denique excitarentur à concionatoribus, populi, & à Sede Apostolica Religiosi uiri, atque Episcopi, ut pro tanta re paísim orationes, ac sacrificia Deo offerrentur.

Præcipua cura Ecclesiæ est, operarios efformare.

Libri p Græciam diffemi nandi.

Et

Et hæc quidem de Græcis, & Rutenis habeo quæ dicam. Veruntamen quoniam A
ex ijs non defuere, qui dum apud ipsos essem, de me pleraque quærerent, quæ ad veræ
Ecclesiam pertinent; propterea hæc adieci, quæ olim in Regnis Septentrionalibus de
rebus ijsdem Regi eorum respondi.

RESPONSIONES AD REGIS SEPTENTRIONALIS interrogationes, qui de salutis æternæ comparandæ ratione, ac de vera Ecclesia cupiebat institui.

INTERROGATIO I.

Num ij, qui omnia Ecclesiæ Catholicæ dogmata non credunt, possint æternam salutem conse-
qui, dum tamen profiteantur se in Christum credere, & peccata odio habere. B

RESPONSIO.

Defide ad Petrum c.38. SAnctus Augustinus respondet: *Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum*
omnes Paganos, sed etiam omnes Iudæos, Hæreticos atque Schismaticos, qui extra Eccle-
Matth.25. *siam Catholicam præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est*
diabolo, & Angelis eius.
Ibid. c.39. Rursus. *Firmissime* (inquit) *tene, & nullatenus dubites, quemlibet Hæreticũ vel Schis-*
maticum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizatum, si Ecclesiæ Catholicæ non
fuerit aggregatus, quantascunque Elemosynas fecerit, & pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari. Omni enim homini, qui Ecclesiæ Catholicæ non tenet C
unitatem, neque Baptismus, neque Elemosyna quamlibet copiosa, neque mors pro Christi no-
mine suscepta, proficere poterit ad salutem, quamdiu in eo hæreticæ, vel schismaticæ pravi-
tas perseuerat, quæ ducit ad mortem. Rursus. *Numquid poterit* (inquit) *vtis Baptismo mater*
esse, aut potior quàm Confessio, quàm passio, vt quis coram hominibus Christum confiteatur,
& sanguine suo baptizetur, & tamen neque hoc Baptismo Hæretico prodesit, si quãvis Chri-
stum confessus, extra Ecclesiam fuerit occisus, quia charitatem non habuisse conuincitur; de
1.Cor.13. *qua Apostolus dicit:* Etsi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem nõ
habeam, nihil mihi prodest. *Quod si propter hoc quis charitas deest, passio nihil prodest;*
nec illis prodest, quos in inuidia intus, & malevolentia sine charitate vinere Paulus dicit.
Tom.7.de Ba-
ptismo contra
Donatist.li.4.
c.17. similit.
Tom.3.in Ser-
mone de trac-
6. prope fine.
S.item Cyprianus lib.de unitate Ecclesiæ sic ait: *Esse Martyr non potest, qui in Ecclesia*
non est: Ad regnum peruenire non poterit, qui eam, quæ regnatura est, derelinquit. Et in- D
fra: *Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei vnanimes noluerunt: Ardeant li-*
cet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestijs animas suas ponant; non erit illa fidei
corona, sed pœna perfidiæ: occidi talis potest, coronari non potest.

Porrò nemo integrè credit in Christum, qui omnes fidei Articulos non credit, quo
1.Tim.3. rum vnus est: *Credo Ecclesiam Catholicam*, quæ firmamentum est, & columna veritatis.

INTERROGATIO II.

An Schismatici saluari possint, cum ea, quæ ad fidem pertinent, omnia fere credant?

RESPONSIO

Iacob.2. CVM *qui in uno peccat* (vt habet S. Iacobus) *factus sit omnium reus*; procul du-
bio, si quis, quæ docet Ecclesia, dicat se credere, non autem illi obediat, vel nõ
obediendum esse illi doceat, reijcitur in æternum à Deo, cui obedientia plus placet,
1.Reg.15. *To.3.lib.1.de*
ser. Dom. in
monte c.9. &
ita quæ ex
Matt.9.11.S.
Cyr. de sanct.
Trid. fine de
unitate Ec-
clesiæ.
quam victimæ. Itaque rectissimè ait S. Augustinus. *Neque Schismatici aliquid sibi existimer*
cede promittant, quia similiter vbi charitas non est, non potest esse imitatio. Dilectio enim
proximi, malum non operatur, quam si habuerint, non dilanianrent corpus Christi, quod est
Ecclesia, Auelle (inquit S. Cyprianus) *radium solis a corpore; diuisionem lucis vnitas non*
capit: frange ramum ab arbore, fractus germinare non potest: A fonte præcide riuum, pra-
cisus arescit. Salutem autem (inquit S. Augustinus) *non potest habere, nisi in Ecclesia Catholica:*

extra

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00320

A extra Ecclesiã totum potest præter salutem; potest habere honorem, potest habere Sacramentum, potest cantare Alleluia; potest respondere, Amen, potest Euangelium tenere, potest in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti fidem habere, & prædicare; sed nusquam nisi in Ecclesia Catholica salutem potest inuenire. Aug. 2. 2. ser. super psal. 12. Emerito ul. tra medium.

INTERROGATIO III.

Cum inter Lutheranos y nominentur Sacerdotes, atque Episcopi, qui res Spirituales & Sacras administrant, nonne hi sunt aliqua saltem ex parte Sacerdotes, & Episcopi?

RESPONSIO.

B NEc nomen, neque rerum Spiritualium tractatio, sed rite suscepta Consecratio efficiunt Sacerdotium, aut Episcopatum. Si enim quæratur, à quonam isti consecrati sint, respondebitur, ab Episcopo. Si verò rursum vrgeatur, ecquis Episcopum illum creauerit, ad id venierint, vt à sæculari Magistratu eum fuisse creatum intelligamus. Itaque prudenter ac verè Serenissimus quidam Rex dixit, hosce qui prodierunt, ex laica potestate, nec aliud quàm ex Cancellaria sæculari litteras habuere, non esse aut Sacerdotes, aut Episcopos veros. Cùm enim confecratio sit opus supernaturale, & charisma istud Diuinũ atque Character, quem veri Sacerdotes accipiunt, nunquam Magistratui seculari à Deo concessus fuerit, vt ab eo conferretur; ac ne tributus quidem sit unquam (neque enim minor potestas in maiorem agere potest) cumque Lutherus à quo ista falsorum Episcoporum, & Pastorum turba prodijt, numquam Episcopus fuerit: cumq. nullus eorum impositionem manum ab ijs habuerit, qui legitima ab Apostolis successione descenderunt: nonne ex eorum numero sunt, quos in Asinio non veros Senatores Cicero, atque in Nouatiano Pseudoepiscopos, & Pseudoparochos S. Cyprianus designarunt? Nam *Asinius* (inquit Cicero) *quidam Senator voluntarius, dictus ipse à se apertam Curiam vidit post Cæsaris mortem; mutauit calceos; Pater conscriptus repente factus est.* Sic isti cùm expulsis, aut trucidatis ab aßeclis Lutheri ueris Episcopis, & Sacerdotibus, apertam Curiam vidissent, illico (sicut momento pene temporis ex putredine fungus enascitur) Superintendantes, ministri, cæteraq. fæx erupe runt. *Nouatianus verò* (ait S. Cyprianus) *in Ecclesia non est, neque Episcopus computari potest, qui Apostolica traditione contemptæ nemini succedens, à seipso ordinatus est.* Ac infra: *Aut Pastor haberi quomodo potest, qui manente vero Pastore, & in Ecclesia Dei ordinatione succedanea præsidente, nemini succedens, & à seipso incipiens, alienus sit & profanus?* Quæ quidem causæ sunt, cur laici non solum Sacerdotum officium impiè assumunt, uerum etiam Reges sese tandem uelint constituere: Quemadmodum & in Ciuitate Monaste riensi non ante multos annos tẽtauit quidam Anabaptistarum Dux, & his annis Gallia, & Belgæ tentarunt alij in Gallijs, & Belgio. Quos autem conscientiæ stimulus in rebus Sacris usurpandis, & retinendis non mordet, multò minùs mordebit, ad ciuitates Regnaq. conuellenda, & ad Reges eijciendos. Quamobrem ubi hæresis altas egit radices, semper eam denique aut Ethnicismus, aut barbara aliqua secta, (ut in Africa, & Asia cernimus) aut cum rerum Diuinarum obliuione, pestilens tandem Anarchia, uel Regnorum mutatio est consecuta. Episcopi & Sacerdotes veri nõ sũt, qui nõ sunt legitime ordinati. Cicero in 14. Antonium. Lib. 1. Epist. 6. ad Magnũ. Hæretici q. se sacerdotes crearunt, & reges constituunt.

INTERROGATIO IIII.

Ecclesiane dici potest alicubi esse, vbi Sacerdotes, & Episcopi veri, ac legitime consecrati non sint?

RESPONSIO.

» REspondet S. Cyprianus Martyr: *Loquitur*, inquit, *illhic Petrus, super quem ædificata fuerat Ecclesia, Ecclesiæ nomine docens, & ostendens, quia etsi contumax, ac superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen à Christo non recedit, & ille sunt Ecclesia plebs Sacerdoti adunata, & Pastori suo grex adhærens. Vnde scire debes Episcopũ in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo: Et si qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse: &* Matth. 16. Ecclesia est plebs sacerdoti suo adunata.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00321

fe: & frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum Sacerdotibus Dei non habentes obtepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt, quando Ecclesia Catholica una est, scissa non sit, neque diuisa, sed sit vtique connexa, & coherentium sibi inuicem Sacerdotum glutino copulata. Hæc Cyprianus. S. autem Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos. *Cumque* (inquit) *homo mortuus sit Hilarius* (uidelicet quidam Hæresiarcha) *cum homine pariter interijt & Secta: quia pars nullum clericum Diocesis potuit ordinare:* Ecclesia autem non est, quæ non habet Sacerdotes, quorum glutino copulatur Ecclesia, & ubi Pastore legitimo populus non adhæret, ibi homines frustra sibi blandiri de Ecclesia, quam nullam, & proinde nec illam salutem habent.

Ecclesia quo modo nõ sit hæreticorum congregatio.

Porrò vt Regnum non est, cui Rex, Consiliatij, Legiferi, Præfecti legitimè delecti, leges item ipsæ desunt, ita neque Ecclesia (quæ cùm Regno in Scriptura sæpe comparatur) dicenda est, in qua antiquæ Ecclesiasticæ Leges silent, Archiepiscopi, Episcopi, Canonici, Sacerdotes, Monasteria, Spiritualisq. omnis potestas, & decor adepti sunt. His enim Ecclesiæ facies, & ordinis Hierarchici forma & dignitas flabat, & cerneba-

Confidentia hæreticorum Ecclesiæ.

tur. Cùm verò ab aratro ad altare traductis bubulcis reliqua omnia, quæ Dei erant, conuersa sint in rapinam & sacrilegium, atque hæc non solùm tolerentur adhuc, verùm etiam ipsæ, verus omnis Ecclesiæ status explodatur, quis ibi Ecclesiam esse dixerit, qui tenebras lucem, lucem tenebras non dicat? Huc quoque pertinet, aliorum Ecclesiæ nominum consideratio, quibus eam Spiritus Sanctus expressit: *Turris, de qua mille clypei pendent*: à Vineæ, quam cælestis plantauit agricola: *Castrorum acies ordinata*, contra quam *infert portæ nunquam essent præualituræ*: *Corporis*, quod vnum sit, & vnum spiritum habeat. At hic nullam turrim, nisi Babelis, nullum speculatorem, nisi falsos Superintendentes fubintroductos, nullos clypeos cernis, sed montes Gelboe, *vbi neque ros, neque pluuia vmquam decidit, vbi sterilis fides est, ubi abiecti sunt clypei fortium, vbi populus miserè perijt, aut turpiter in manus Philistinorum*: ideft, Apostatarum deuenit. Ita quoque nec vllam vineæ faciem vides, cum Apostolicis Constitutionibus & antiquissimis ritibus antiquatis, fepes, qua vinea sepiebatur, prostrata sit: eumque nullis palmes cum vite, nulli digni pœnitentiæ fructus, nullum torcular finis canalis verò perruptæ, & Sacramenta maxima ex parte sublata: nullus Paterfamilias, & cælestis agricola, nullum opus bonum fructuosum apparent, unde mercedem denarij, qui laborarunt, accipiant. Ferus enim aper ex sylua, ideft, ex multitudine errorum tenebris, in vineam irrupit, hancq. omnibus diripetis, atque fœdaris exterminauit, & sicut arefactum cucumerarium dereliquit.

Præterea, nec vllam castrorum aciem ordinatam ifthic intueri potes. Quis enim aciem nouit, vbi nullus Imperator legitimus, nulla certa vexilla & signa, nullæ excubiæ & vigiliæ nocturnis precibus, nullus sufficiens commeatus, nullæ tubæ, quæ certum dent signum, sed confusus uariarum hæresium strepitus conspicuntur, aut exaudiuntur? Cùm autem turbatis ordinibus talis iam Sacerdos sit, qualis est populus, diuinisq. humana sint permixta: an ne abominationem istam delolationis sentis, quam S. Athanasius esse dicebat, cùm Laici creare Episcopos, & Sacerdotes, res spirituales administrare, diuinisq. mysterij, ac uerbi tractationem sibi usurpare, intolerabili, temeritate sunt ausi? Iam verò, nec denique unum corpus isthic cernimus, quòd unum spiritum habeat: tum quoniam monstrum esset corpus, quod duæ animæ regerent, (unius verò formę, atque animę, una primaria operatio est, non discors, uel cum se ipsa pugnans, qua quidem discordia cùm hæresis agatur, non unum, sed uarios ea spiritus habeat necesse est) tum etiam, quòd cui propria deest operatio, huic, quoque ipsa uita deest, ac spiritus. Cùm uero isti quandam solum fidem informem ac mortuam agnoscant, ecquam Ecclesiam aut corpus uiuum inter eos agnoueris? Præterea si euerso fundamento omnia ruunt, fide autem ac religione, & reliquis plerisque Articulis fidei deficientibus, in horum locum errores idem succesisse, quos euidentissimum est antiquitus ab Ecclesia fuisse damnatos, nullum hic tu iam corpus, aut Ecclesiam mihi ostendere poteris. Si quis autem præcisis in animante neruis, fibris, uenis; primarijs item membris, corde, hepate, cerebro amotis, corpus tamen uiuere dixerit, utique cadauer potius istud fuerit, ad quod corui, id est, Apostatæ confluxerunt, quàm corpus illud,

ad

Abominatio desolationis quæ sit.

A ad quod (testante Christo) Aquilæ, hoc est sapientissimi, & perspicaces Patres à terra in uita procul euolantes unanimi consensu conuenerunt. Sed audiamus B. Augustinũ. *Videlis*, inquit, *quid faciat ália in corpore: ália membra nuegetat, per oculos videt, per aures audit, per nares olfacit, per linguam loquitur, per manus operatur, per pedes ambulat: omnibus simul adsit membris vita tuans, nullam dat omnibus, officia singulis. Non audis oculus, non videt auris, non videt lingua, nec loquitur auris & oculus: sed tamen vna viuit auris, vnũ loquax effecta diuersa sunt, vita communis. Sic est Ecclesia Dei, in alijs Sanctis facit mirácula, in alijs Sanctis loquitur ueritatem, in alijs Sanctis custodit virginitatem, in alijs Sanctis castam dilectionem coniugalem, in alijs hoc, in alijs illud: singule proprie operantur, sed partes sunt unum. Quod autem est anima corporis hominis, hoc est Spiritus S. corporis Christi, quod est Ecclesia: hoc agit Spiritus S. in toto Ecclesiæ, quod agit anima in omnibus membris unius corporis. Sed videte quid caueatis, videte quid obseruetis, videte quid timeatis. Contingit, ut in corpore humano, imo de corpore aliquo præcidatur membrum, manus, digitus, pes: nunquid præcisum sequitur animæ cum in corpore esset, euulsus, præcisum amittit uitam. Sic & homo Christianus, Catholicus est, dum in corpore unitus, præcisus hæreticus factus est: membrum amputatum non sequitur Spiritus. Si ergo unitis uiuere de Spiritu Sancto, tenete charitatem, amate ueritatem, diligite eternitatem, ut perueniatis ad æternitatem.* Hæc ille. Cũ verò ex ipsis Euangelijs, Actis Apostolorum, Canonibus Apostolicis, & antiquissimis Synodis liqueat, nullam umquam habitam fuisse ueram Ecclesiam, nisi quę ijs partib. conteneretur; quibus Catholica consistit: sanè nemo cordatus sibi imponi patietur, si quem dicentem audierit, Ecclesiam ibi esse, in qua antiquissimæ eiusdem Ecclesiæ ne
C ullum quidem uestigium exstat.

Matth. 24. Aug. tom. 10. serm. de temp. 180.

Ecclesia quo modo perfectissimo corpori compa retur.

B

INTERROGATIO V.

Cum Baptismus in Septentrione uerus admittí retur, nonne fatendum est eos qui eo baptizantur, ad Catholicam id est, veram Ecclesiam spectare, licet veros Sacerdotes non habeant?

RESPONSIO.

NIhil sanè prohiber. In fide enim Ecclesiæ baptizantur, quorquot ritè baptizantur: nec nisi extra Ecclesiam per hæresim, aut perfidiam exeant, sunt è nostris, Catholici: q; sunt; æternam uerò salutem consequi possunt, si fidei fundamento super-
D ædificent aurum, argentum, gemmas, sicut Apostolus scripsit: aut si in peccata prolapsi, denique uerè resipiscant. Verùm quotusquisque est, qui cùm adoleuerit, haud ilíis fidis Sacerdotibus adhæreat, eorum erroribus non imbuatur, falsa pro ueris Sacramẽtis non sumat, atque etiam ubi, unà cum ijs Ecclesiam Catholicam (quæ est corpus Christi) blasphemare didicerit, tum moriens pestilenti pane, non autem uerò Sacramento & corpore Christi Domini accepto, miserrimè non pereat? *Vnus* (inquit S. Augustinus) *est Deus, una fides, unum baptisma, una incorrupta Catholica Ecclesia: non in qua sola unus Deus colitur, nec in qua fides retinetur: nec in qua sola unus Baptismus habetur, sed in qua sola unus Baptismus salubriter habetur.*

Catholici sunt omnes qui etiam ab hæreticis ba ptizatur modo ab Ecclesia nõ exeãt. *1. Cor. 3.*

INTERROGATIO VI.

E *Licebit ne alicui ob metum mortis, aut ob rerum suarum amissionem, vel propter spem alios ad Catholicam fidem convertendi, simulare Lutheranismum, aliamve hæresim: aut publicè profiteri se nolle Catholicæ Ecclesiæ obedire, etiam si celsus velit esse Catholicus?*

RESPONSIO.

FAlsum bonum est uerum malum, sicut uel ipse Philosophus dixit. *Mala autem* (inquit Apostolus) *facienda non sunt, ut ueniant bona.* Itaque si quis hæresim simuler, quę res alijs scandalum & perniciẽ semper attulit, is flagitiũ Christiana ueritate indignum committit. Deus porrò, qui ueritas ipsa est, neque ad ueritatis

Rom. 3. Propter salutem aliorum simulare nõ licet hæresim.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00323

ædificium extruendum mendacio nostro eget, nec vsus est vnquam. Quòd si aliquando ante, quàm synagoga Iudæorum sepeliretur (Christianæ scilicet initio nascentis Ecclesiæ) aliquid Apostoli visi sunt in obseruatione Mosaicæ legis simulasse, id non erat hæresim fingere (quod semper habitum fuit immane scelus) nec facinus aliquod perpetrare, cũ Euangelio nondum plenè promulgato, lex illa (quæ fuerat ad tempus à Deo instituta, neque ex se mala erat) vim aut saltem dignitatem quandam tam diu obtineret, donec Euangelij lux altius exoriens, præteritarum rerum vmbram prorsus abigeret. Itaque cùm quidam antiquirus idolo oblatis vescerentur (& si non ad eum finem, vt viderentur idololatriæ consentire) quoniam aliqui scandalum patiebãtur, eos damnat Paulus acerrimè: quantò acrius damnasset eum, qui licet non hæreticus nec idololatra, vna tamen cum hæreticis voluisset sentire videri? Accedit exemplum Eleazari, cui cùm sub capitis pœna iussum fuisset, vt carnes suillas ederet, & feereto carnes alias non prohibitas, quæ speciem porcinæ haberent, amici offerrent: intrepidus mori maluit, quàm fingere; nempe, ne aliqui putarent ipsum legem transgredi, & idololatris acquiescere. Quanto igitur minus licebit hæresim simulare, aut hæreticorum falsis Sacramentis, vel eiusmodi alijs rebus sese immiscere, vnde alij vel errores, vel confirmationis in errore sumant occasionem? At etiam plurima sunt exempla Martyrum, qui cruciatus acerbissimos pertulere, ne vel solo nutu perfidiæ signum aliquod ederent, & Ecclesiam, quam Dei Filius veritate & amarissima morte fundauit, mendacio pollurerent; & vitæ fœda conuersatione deserernt. Accidit veneranda illa, & tremenda Christi sententia: *Si quis me erubuerit coram hominibus, & ego erubescam eum coram patre meo.* Quam si quis verè æstimat, fateatur necesse est, eum qui capitis sui & caducarum rerum maiorem, quàm Christi Domini rationem habet, ac terræ cœlum postponit, se nunquam cælum (nisi resipiscat) consecuturum. Rursus (inquit Apostolus) *Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem.* Quamnam igitur salutem sperer, qui *cum esse debeat paratus vincinique, de ea, quæ in nobis est fide interrogantibus, rationem reddere*, confessionem fidei suę opportuno tempore non faciat? Addit porro Apostolus: *Ab omni specie mala abstinete vos.* Atqui hoc habet species mali, quare & peccatum est. Quin etiam cùm ab aliquo aliquid fit, vt hæreticus videatur, id non speciem solùm, sed rem quoque mali habet: præter quam quòd actiuum scandalum (vt cum Theologis loquar) ex se (licet inde alij scandalo non afficiantur) peccatũ est contra ius Diuinum & naturale. Quamobrem quis erit in sui & proximi salutem tam excors, vt naturalem ac diuinam legem, quam Christus venit implere, pro leuitate nostri capitis, (qui vermiculi sumus) putet esse abrogandam? At verò, cùm ea, quæ ad Diuinum cultum, fidemq. pertinent, ad primam Decalogi tabulam spectent; legesq. alias omnes, uel naturalia præcepta præcellans; sanè ubi agitur de fide syncerè testanda, diuinus honor intrepidè nostræ uitæ præponendus est. Nec uerò metus mortis, aut mundanarum rerum amissio est expauescenda. *Timete eum* (ait Dominus) *qui potestatem habet mittere in gehennam.* Atque alibi: *Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Quamuis autem fidei Catholicæ confessio semper & ubique (hoc est sine necessitate) faciẽda non sit, nunquam tamen hæreticos nos esse, aut ipsorum ritibus nos adhærere ostendendum est. Sed eò magis nos esse Catholicos testari debemus, cùm ex nostra taciturnitate scandalum sequeretur aliorum. Quod quidem ad eos præcipuè pertinet, qui publicam personam, uel magistratum gerunt. Si qui autem putant sibi licere hæresim non solum fingere, uerum etiam ijdem de causis, quas attigimus, iuramento confirmare, se non esse Catholicos: ij legant B. Augustini libellum de Mendacio, & ad Quodvultdeum de hæresibus, inter quas illos ab Ecclesia Dei damnatos enumerat, qui cùm hoc ipsum sentirent: & facerent, Carmen illud usurpabant:

Iura, perjura, secretum pandere noli.

Act. 16. 21. 22.

1. Cor. 8. 2. Mach. 6.

Luc. 9.

Rom. 10. 1. Petr. 3.

1. Thess. 5. Si uulare hæresim quam grauè sit peccatum.

Matth. 18.

Mortis metus non est negãda fides. a Luc. 12. b Matt. 16.

Quando tenemur fidei nostræ confessionem facere.

INTER-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00324

INTERROGATIO VII.

Licet ne Sacrosancto Missæ Sacrificio interesse, vel Eucharistiam sumere, vbi Sacerdos vtrò quidem olim ordinatus sit, verum postea fuerit, & adhuc habetur Lutheranus, atq. ideo nesciatur, an Ecclesiæ Catholicæ sit reconciliatus?

RESPONSIO.

EXcommunicatus ab Ecclesia legatur in cælo, vt S. Augustinus ait. *Agit enim* (vt ille ipse inquit) *in Ecclesia excommunicatio, quod agebat in ueteri testamento interfectio: omnino.* excommunicatus Satanæ traditus est, quemadmodum præter B. Augustinum S. Paulus ostendit. *In Iean. Tom. 3. tract. 50. Tom 7. quæst. super Deuter. lib. 1. q. 30. 2. Epist. 75. 1. Corint. 5. & 1. Tim 1.*

Et verò corporibus inflictæ à dæmonibus pœnæ, initio nascentis Ecclesiæ, cùm aliqui excommunicabantur, apertè designabant, quàm horrendum sit incidere in excommunicationem, ex qua multò grauius animæ affligantur, quàm cùm corpora patiuntur. Apostoli verò, atque Concilia, & Patres, hàc excommunicatione non vt politico remedio, vel vt poetico spectaculo, sed vt ignis gladio pertinaces, & impios semper ab Ecclesia resecarunt. Et gladium quidem ignis eam vocant illæ, quæ sub nomine Clementis feruntur Apostolicæ Constitutiones. Hi verò ex ecclesia eiecti, meritò sunt abscissi à cœtu Domini, & à vita immortali, & gloria reiecti; atque apud iustos & pios homines inhonorati & inglorij; atque apud eundem Deum damnati: quibus absciss is, Ecclesia Dei magis quàm antea ornata est, cùm erat in ea membrum aliquod superuacaneum, & ab ea alienum. Quæ cùm ita sint, esto iudicium eius, qui scrib & syncerè ad vitam æternam aspirat, num Christiano liceat de manibus excommunicati, & apud Deum & ecclesiam publicè damnati Sacerdotis, Sacramentum accipere, aut eius oblationi, & sacrificio interesse? *Quæ enim participatio lucis ad tenebras*, inquit Apostolus? At & de manibus pestilentis hominis, cibum ob contagionis metum non audemus accipere. Et verò ab homine ab ecclesia triumphante ac militante abscisso, Diuinam Eucharistiam sumemus? Peccant igitur multum qui hoc faciunt. *Excommunicatus ab Ecclesia legatur in cælo.* *Excommunicationis vis quanta.* *S. Clemens. 8. sit. 47. apost. ca. 24. 43. 47.* *2. Cor. 6.*

Nec ille quoque non grauiter à Deo plecteretur, qui verbo, aut ipso nutu id licere honestum ob finem aliquem esse assereret. Quod enim sua natura malum est, id bonũ esse nunquam potest. Quare non tantùm qui *faciunt, sed & qui consentiunt facientibus*, eadem digni sunt pœna. Atqui cùm Sacerdos, cui ab ecclesia Sacris interdictum est, sacrificium offert, aut Sacramenta ministrat, lethale peccatum committit: quamobrem & qui ipsi peccandi occasionem præbet, eodem se miserrimus laqueo implicat. Quod si (vt inquit Scriptura) mendacium Deus abominatur: quàm in negotio fidei erit abominabile, ipso Sacramento, & re Sacramenti abuti? quæ quidem Christus Iesus, qui seipsum nobis in Eucharistia misericordissimè dedit, vt præter alia certissimum fidei veritatis atque vnitatis Christianę symbolum esset, certè ab ijs, qui ab unitate ipsa sunt præcisi, nulla ratione vult sumi, vel ministrari: nec denique vult, vt à nobis in diuinis rebus vlla cum ijs communio retineatur. Ab excommunicato ob aliquem honestum finẽ non licet Eucharistiã accipere. *Rom. 1. Psal. 5.*

INTERROGATIO VIII.

An Catholici ab Orientis Episcopis, qui à Romana Ecclesia dissentiunt, Regulam credendi, & Sacerdotum confectationem petere iuste possint?

RESPONSIO.

PElagiani antiqui hæretici cum fide & auctoritate Occidentalis Ecclesię, à B. Augustino sic premerentur, vt non possent euadere, ad Orientis Episcopos se prouocare fingebant, quibus ille ita respondit: *Tom. 2. Ca. Iuſt. Pelagia. lib. 1. ep. 2.*

Iterum (inquit) *te admoneo, iterum rogo, aspice tot ac tales Ecclesiæ Catholicæ defensores atque rectores. Vide quibus tam graues, tamque nefarias irrogaris iniurias. An adeo contemnendos putas, quia Occidentalis Ecclesiæ sunt omnes, nec vllus in eis est commeatus à nobis Orientis Episcopus? Quid ergo facimus? cum illi Græci sint, nos Latini? Puto tibi eam partem orbis sufficere debere, in qua primum Apostolorum* Ecclesiæ Romanæ auctoritas quanti sit facienda.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00325

suorum voluit Deus gloriosissimo Martyrio coronare: cui Ecclesiæ præsidentem B.Innocentiũ, si audire voluisses, tam vnæ periculosam inuentutem tuam Pelagianis laqueis exuisses. Quid enim potuit vtrille Sanctus Africanus respondere Concilijs, nisi quod antiquitus Apostolica Sedes & Romana, cum ceteris tenet Ecclesia? Et paulo post. *Non est ergo quod prouoces ad Orientis Antistites, quia & ipsi vtique Christiani sunt, & virtusque partis terrarum fides ista vna est, quia & fides ipsa Christiana est, & vt certè Occidentalis terra generauit, Occidentalis re generauit Ecclesia.* Et post citatum Gregorij Nazianzeni testimonium: *Audis* (inquit) *omnes vno corde, vno ore, vna fide idipsum dicere, & hanc esse Catholicam fidem non dissonan te confessatione firmatam. At vbi parua in vno Gregorio Episcoporum Orientalium videtur auctoritas? est quidem tanta persona, vt nequelle hoc, nisi ex fide Christiana omnibus douissima diceret, nec illi cium tam clarum haberent, atque venerandum, nisi hæc ab illo dicta, ex regula notissimæ veritatis agnoscerent. Sed si vis, addimus & hunc S.Basilium, imò velis nolis, addendus est. Et paullo post: Vide iam vtrum sufficiam tibi ex Orientis Patribus duos aut tres insignes viros, & tam clara præditi sanctitate, &, sicut fertur, etiam carne germani? Sed die non sufficere. Habemus alios Orientales Episcopos quattuordecim, Eulogium, Ioannem, Ammonianum, Porphyrium, Eutonium, Porphyrium, Fidum, Zozymum, Zebedeum, Nymphidium, Chromatium, Ioninum, Eleutherium, Clematium, quos vno loco simul inuentes, in vnum confessum introducere valeamus.* Et hæc quidem B.Augustinus.

Gregorij Nazianzeni laus ex Aug.

A

B

Ad Græcos iam non est appellandũ.

Ex quibus facilè colligi potest, sufficere nobis debere Occidentalem Ecclesiam, in qua tot Martyres, tot ac tales Ecclesiæ defensores, ipsa à Christo instituta veritatis cathedra sunt, à qua hæc quoque Regna Catholicam fidem acceperunt: ac proinde non sine crimine Schismatis ab eiusdem ordine, ritibus, ac legibus, nemini esse recedendum. Quod si tamen ad Orientis Ecclesias & Episcopos etiamnum prouocetur, cor non prouocatur ad antiqua Orientis lumina, quorum cum Romana Ecclesia vna fides eademq. Ecclesia fuit? Neque enim, aut legem cœlibatus inter Sacerdotes inuectam, aut hierarchicum Ecclesiæ ordinẽ temere à laicis corruptum, ex antiquis Orientis Patribus poterunt afferre, qui Apostolicam normam secuti, nunquam suo tempore id permiserẽ: quales fuere Sancti Alexander, Athanasius, Cyrillus Alexandrię, Sancti Chrysostomus Byzantij, Basilius Cæsareæ, B.Gregorius Nazianzi, Salter Cyrillus Hierosolymæ, B.Epiphanius Cypri, B.Theodoretus Cyren. & plerique omnes alij Episcopi. Itaque ab alienis formam, fideiq. regulam petere, quid aliud est, quàm ex rudentibus & ruinis potius, quàm ex integro, solido, pulcherrimoq. palatio, formam ędificandi, aut ex abscisso, ac demortuo membro, potius quàm ex viuo capite viuendi spiritum petere?

Ecclesię Græcæ lumina se quenda.

C

D

INTERROGATIO IX.

Quid ergo? si quis triumphantis Ecclesiæ fidem, & antiquorum Patrum doctrinam sequatur, nonne saluari possit?

RESPONSIO

Rom.8. 1. Cor. 13. Sancti oês qui in cęlis sunt eandem cum nostra fidẽ habuerũt.

Ecclesia triumphans, nullam iam fidem, aut spem habet: nam *quod videt quis*, inquit Apostolus, *quid sperat?* Et Sanctorum quidem eorum, qui hinc migrarũt in cælum, fides & spes cessarunt, charitas verò mansit, nec vnquam excidet. Eorum autem viuum fidem dum in terris versabantur, si quis in hac vita sequutus fuerit, saluari sine dubio poterit. At eam integrè sequi nemo dicendus est, qui in ecclesia militanti cum immanissimis hostibus, mundo, carne, Satana, perpetuum bellum non gerat: nec in alijs castris, vel sub alijs vexillis, aut alijs tesseris, & Sacramentis pugnãdum est, quàm quibus ijdem Sancti, cælestę stipendium meruerunt. Porrò ij prius integerrima cum fide, & maxima cum humilitate in Ecclesia Catholica vixerunt, tantúq. abest, ut metu aliquo sese ab ea seiunxerint, aut in re fidei simulauerint, vel leges ipsas Ecclesię præuaricati fuerint, ut pro his omnibus vitam, difficilima inter cruciamẽta, profuderint. Quamobrem nec nobis temerè triumphus ante victoriam canendus est, cùm qui coronari, & triumphantium in cælo felicitatem assequi uelit, is legitimè prius credat, & certet necesse sit.

E

Iam

A Iam quod ad Patrum doctrinam cum Ecclesia consentientem pertinet, ex eorum dé sanè Patrum vitijs, & libris haurienda nostræ uitæ, doctrinæq. ratio est: utrumque autem horum si quis fecerit, saluari poterit. Veruntamen in primis (ut dixi) sectò eorum fidem teneat, uitamq. imitetur, nec sibi frustra de alterutro blandiatur, si neutrum faciat, aut sententias Patrũ (nec eas forsan omnino intelligens) duntaxat aliquas legerit, uel audierit. Ceterum qua ratione Diuina Scriptura, & Patres legendi intelligendique sunt, alibi dictum est.

Patrum doctrina cũ Ecclesiæ doctrina consentiẽs.

INTERROGATIO X.

B *Quid uerò si quis obiecerit, Ecclesiam quoque Catholicam defecisse, aut ita ægrotam esse, ut sensum ueritatis amiserit, num quis differre ad Catholicos reditum debet?*

RESPONSIO.

NEque Ecclesia Catholica vnquam defecit, aut deficiet, neque ægrota est, ac proinde nemo differre debet, quin Catholicus fiat. Audi verò B. Augustinum ifti quæstioni respondentem: *Sed illa Ecclesia* (inquiunt de Catholica hæretici) *fuit omnibus gentium, iam non est, peruit. Hoc dicunt* (respondet Augustinus) *qui in illa non sunt. O impudentem vocem, illa non est, quia tu in illa non es. Vide ne tu ideo non sis: nam illa erit, & si tu non sis. Hanc vocem abominabilem, & detestabilem, præsumptionis & falsitatis plenam, nulla veritate suffultam, nulla sapientia illuminatam, nullo sale conditam, quam, temeritatem, precipitem, perniciosam, prauidi Spiritus Dei.* Hæc ille, qui & alibi adhuc pressius hoc ipsum vrget. *Aut ipsa* (ait) *Ecclesia quæ nunc apparuit, antea perierat, & nunc resurrexit; aut non perierat, sed tantùm latuerat, & nunc exiuit caput. Non primum; quia tunc non potuissent ronasci ipsi, si mater perierat: Si peruit, vnde ergo bonitas apparuit? de qua terra germinauit? ex quo mari emersit? de quo cælo decidit?* Hoc igitur & nos Catholici aduersus hos Lutheranos afferre possumus, qui sicut Donatistæ faciebant, de toto orbe terrarum Ecclesiam perijsse mentiuntur.

Ecclesia Catholica nec defecit, nec ægrota est, Psalm. 101. Con. 2.

C

Augustinus aduersus Donatum lib. 3. de Bapt. cap. 2.

Præterea si Ecclesia defecit, aut ignoratur vbi sit: id contigisse dicendum est, vel ob doctrinæ mutationem, vel propter Sacramentorum numerum ab antiqua dimersum Ecclesia, vel ob nouum in ea ordinem (qui olim non fuerit) institutum: sed hæc tantùm abest, vt quidquam mutationis acceperint, nullo vt sæculo non eadem fuisse credita, aut vsurpata ipsimet Lutherani Magdeburgenses fateri ex ipsis Patribus coacti sint. Alioquin tempus, locus, personæ monstrentur, quibus cerni possit, noua Sacramenta, nouumque ordinem Sacrum institutum à Catholicis fuisse: aut à legitimo aliquo & approbato Concilio superiora fidei dogmata conuulsa: uel Patres & Ecclesiæ Doctores post quæstiones aliquas ab Ecclesia deciſas, nouam à proprio capite eadem de re doctrinam inter populos sparsisse, vel alium in Ecclesia primatum, summamq. auctoritatem à Christo institutam agnouisse, quàm quæ nunc sit. Quod si ita est, quid istos Lutheranos prohibet, quo minus antiquissima Concilia, Patres ipsos Apostolis vicinissimos, potius quàm noua Apostatarum deliramenta ad verbum Dei rite exponendum, & antiquæ fidem Ecclesiæ oſtendendum populis proponant? At quando istos sepelunt, nec ex iis docent, & pro verbo Dei sua figmenta venditant, & singuli varias & discordes Chimæras non Ecclesias excitant: cordatus quisq. iudicet, quàm impudenti fronte, Ecclesiæ Catholicæ notam interitus (quoniam ipsi in teriemunt) vellent inurere.

D

Ecclesiæ fides & facies sem per una & ea dem.

Nota.

E

Restat igitur, ut fortè sic ægrotarit, ut quoniam si qui presunt in ea, non semper probi, propterea Spiritus S. illam prorsus deseruerit. At auctoritas eorum, cùm à Christo pendeat, neque super hominibus tantùm, sed super Christo sit fundata, & in aliorum bonum tradita, aliaq. officij, alia utilj ratio sit, illa uel probitate augeri, uel improbitate minui nequit. Alioquin Apostolorum tempore nascens Ecclesia in morbũ grauissimum incidisset, ex quo nunquam conualuisset. Intercideret item potestas omnis sęcularis, à Deo, inferiore licet gradu instituta, si statim ob peccata alicuius ægrotare, & eneruari deberet.

Quomodo Ecclesia non adeo unquã ægrotarit, ut deseruerit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00327

Sed fac, vt Ecclesia sensum veritatis ex eiusmodi morbo amiserit, quinam eam sanabunt? certè Diuinæ oculus prouidentiæ immensa sua sapientia, in Ecclesia tanquã diuite officina (sicut eam S. Basilius vocauit) aduersus omnium generum morbos, omnia medicamentorum genera olim locauit in perpetuum. Quæ pharmaca per Generalia legitimaq. Concilia, perq. alias rationes, erroribus, & vitijs extirpandis, à legitimis medicis adhibita semper fuerunt & profuerunt, neque verò Ecclesiæ unquam defuerunt, aut deesse possunt. Frustra ergo sibi aliquis illius sanandæ curam vsurpat, quam quisque suis morbis depellendis, nisi velit esse insanabilis, procurare ab ipsa vna Ecclesia deberet. A

Ecclesia hierosolymitis media.

INTERROGATIO XI.

Sunt ne aliquæ Notæ tam certæ, vt per illas Ecclesiam Catholicam ab omnibus alijs dignoscere possimus? B

RESPONSIO.

Ecclesia est visibilis.

SVnt sanè, atque ita certæ, vt in articulis fidei, qui extant in Symbolo, comprehendantur. Sed in primis illud statuendum est, Ecclesiam esse visibilem coetũ, in quo qui sunt, ij eundem Baptismum, eandemque fidei Catholicæ professionem habent, subiectionem verò, & obedientiam legitimis Pastoribus præstant.

Catechism. Rom. Ecclesiæ nox quid significet.

Cùm itaque audis Ecclesiam, quæ vox euocationem significat, statim diuinæ gratiæ benignitas, & splendor menti tuæ illucescat: intelligasq. Ecclesiam ab alijs Rebus publicis maximè differre. Illæ enim humana ratione nituntur: hæc autem Dei sapientia & consilio constituta est. Vocauit enim nos intimo quidem Spiritus sancti afflatu, qui corda hominum aperit, extrinsecus autem Pastorum & prædicatorum opera, aut ministerio. Et quidem Synagoga (vt docet Sanctus Augustinus) ita vocabatur, quia pecudum more, quibus magis congregari & cogi conuenit, terrena & caduca tantùm bona spectabat: Christianus verò populus Ecclesia dicitur, quia terrenis & mortalibus rebus contemptis, cælestes, & æternas imprimis consectatur. C

Aug. in psal. 77. & 81.

Contra Parmen. lib 3. c. 4. Aug. ad Vincent. epist. 48.

Cùm verò aliquis nullam visibilem, sed inuisibilem Ecclesiam esse dixerit, ab hoc fuge tanquam à facie colubri, & profanas uocum nouitates deuita. *Nulla est enim (vt idem ait Augustinus) securitas unitatis, nisi apud Ecclesiam, quæ supra montem posita abscondi non potest: & ideo necesse est, vt omnibus terrarum partibus nota sit.* Itaque vbi Ecclesia manifesta non est, ibi nec Christus quidem (eodem testante) manifestus esse potest, qui per Ecclesiam non solùm hominibus, sed Principibus, & potestatibus in cælestibus innotescit. D

Ecclesia & plebs & Ecclesiæ præfectos significat.

Ethic. 4.

At cùm eandem Ecclesiam esse intelligis eorum, hunc non solùm plebem, peculiaremq. ac nouam esse Rempublicam, quæ per Baptismum nomen Christo dederit, eiq. consecrata sit, credes, sed & ipsos Ecclesiæ præfectos Episcopos, in quibus potestas huius Ecclesiæ potissimùm resident: ueri simum enim illud Aristotelis est, ciuitatem id maximè esse, quòd est in ea principale.

Vnitas Ecclesiæ proprietas.

Ecclesia quo modo vna sit.

CHristianos autem ante omnia Spiritus sanctus edocuit, unam esse Ecclesiam, quàm hac proprietate attentè perspecta, ipse se Ecclesiæ pulchritudo, & ueritas mirificè exerit. Nec porrò una tantùm dicitur ob eundem finem, spemq. felicitatis æternæ: uel ob eadem media, Sacramenta nempe, & leges: aut propter eundem Spiritum S. à quo gubernatur, & diuisiones gratiarum accepit; perinde ac ab anima corporeis membris uita tribuitur: uerùm in primis propter membrorum, id est, fidelium cum suo capite & inter sese admirabilem unitatem, atque connexionem. E

Ecclesiæ caput Christus primarius, vt visibile aliud Petrus & successores. *Epist. Ca. Matth. 16. Ioan. 21.*

Cùm autem caput dico, Christum intellige, qui pro nostro captu sapientissimè nos regat. Itaque quemadmodum uerum est, quod ab Apostolo dicitur: *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam:* ita uerum illud est, quod ipsemet Christus dixit: *Et ego tibi dico Petre, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam,* &c. Et *Pasce oues meas:* Neque uerò quoniam Protex in Regno constituitur, Regis potestas tollitur, sed (saluti

omnium

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00328

A omnium melius prospicitur. At cùm ordinatissimè omnia faciat Deus, non tam quid ille absolutæ potestate facere queat, quàm quid nos deceat, spectandum est. Alioquin si visibile demas Ecclesiæ caput, eadem ratione Pastores omnes tollas, necesse est, quos & fundamenta, & lapides, & rectores, ac tanquam ustrilia quædam capita, loco Christi in priuatis Ecclesijs dedit, ad consummationem Sanctorum in ædificationem Corporis Christi.

Christus itaque caput est super omnem Ecclesiam, id est, triumphantem, & militantem, quæ est corpus eius, vt sit Deus omnia in omnibus: quia (vt inquit Theodoretus) *Natura Diuina creatum scribi non potest. At non est hic omnia in omnibus, significans hic aliy sunt impij, aliy scelerati, & peccatis dediti: Deus autem habitat in iis, qui timent eum, & sperant in misericordia eius. In altera vita, tributa immortalitate, & depulso interitu, &*
B *peccatis omnibus etectis, erit omnia in omnibus quando* (sicut ait Sanctus Ioannes) *similes ei erimus.* Hæc illæ. Tale igitur Ecclesiæ caput est Christus, *ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem tunicarum submistrationis, secundum operationem in mensuram vnius cuiusque membri augmentum corporis facit, in ædificationem sui in charitate.*

Petrus autem, quique illi successere, vt auctoritatem, ita vim omnem ab eodem capite acceperunt, vt rectissimè S. Leo Primus, ita loquentem Christum faciat: *Ego* (inquit Christus) *inuiolabilis petra: ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen in quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia.*

Itaque nec aliunde (inquit S. Cyprianus) *schismata, & hæreses obortæ sunt, quam quo niam visibili in Ecclesia Pastori pro tempore à Christo constituto, tota fraternitas non obedit,*
C Ecclesiæque Romanæ ob potentiorem (ait S. Irenæus) principalitatem, non accedit: ac propterea (vt S. Hieronymus docet) *profanus est, qui cathedræ Petri non consociatur, & extra hanc domum agnum vult comedere:* Si quis verò obijciat (inquit B. Ambrosius) Ecclesiam uno capite, sponso Iesu Christo contentam, præterea nullum requirere, in promptu responsio est. Vt enim Christum Dominum singulorum Sacramentorum, non solùm auctorem, se intimum eius præbitorem habemus (nam ipse est qui baptizat, & qui absoluit, & tamen is homines Sacramentorum externos ministros instituit) sic Ecclesiæ, quam ipse intimo Spiritu regit, hominem hæ potestatis Vicarium & ministrum præfecit: Nam cùm visibilis Ecclesia, visibili capite egeat, ita Saluator noster Petrum, uniuersi fidelium generis caput, & Pastorem constituit (cùm illi omes suas pascendas, verbis amplissimis commendauit) vt qui ei successisset, hunc eandem
D planè totius Ecclesiæ regendæ & gubernandæ potestatem habere uoluerit.

Cæterùm non cum capite solùm, sed inter sese quoque hæc unitas est, ad quam significandam, huic articulo fidei, uerba illa adiecta sunt: *Credo communionem Sanctorum.*

Quare eadem Sacramentorum communione Catholici colligantur, participesque fiunt omnium timentium Deum. Ac licet multa sint membra, unum tamen corpus constituunt, in quo singula proprio, non autem omnia eodem munere funguntur. Sic porrò ita apta inter se, & connexa sunt, ut si unum doleat, aut gaudeat, condoleãt & congaudeant reliqua, mutuamque sibi operam præstent, ac denique ad subleuandã aliorum miseriam prompta sint semper, atque parata.

Accedit, Scriptores Sacros mirabiliter in omnibus, quæ ab Ecclesia fuere decreta, consensisse, quamuis diuersissimi illi, temporibus ac linguis, & in locis diuersissimis
E fuerint: quæ res tanquam Diuina à S. Augustino monstratur.

Præterea omnia Conciliorum atque Pontificum Decreta, mirificè in omnibus dogmatibus consentiunt: licet edita sint à diuersis hominibus, varijs in locis, & pro uaris, occasionibus: & contra diuersissimas, imò sæpe contrarias hæreses. Quod ut est apertissimum signum unius & eiusdem Spiritus Sanctam Ecclesiam gubernantis: ita hoc esse uerissimum, ostendit silentium hæreticorum, qui licet omnia diligenter euoluerint, tamen nihil alicuius momenti inuenerunt, quod possent reprehendere.

Quæ omnia si in hæreticorum congregationibus considerentur (qui istam non solum cum capite uisibili, & inter nos, sed inter nos quoque & Ecclesiæ triumphantis cius communionem negant) nulla apparet unitas, nulla Sanctorum communio, quare nec

Leo ser. in die anniuersario assumpt. sue.

1. Ioan. 3. Ephes. 4.

Iren. lib. 3. c. 3. Hiero. com. Iouin. in medio. & Epist. ad Damasi.

Cur visibilis caput sit necessarium. *Ioan. 21.*

Ecclesia una est ob unam Sanctorũ cõmunionem.

Aug. lib. 18. de Ciu. Dei c 41.

Cõcordia in dogmatibus Cõciliorum, & Pontificũ.

Hæretici nullam inter se unitatem habent.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00329

nec vlla inter eos Ecclesia est. Quot enim hæreses, & antiquo tempore, & etiam hoc nostro ex scipicipiti illa hydra Lutherana enatæ sunt, quę de fundamentis fidei; deq; ipso Christo, de Sacramentis; de perionis ipsius Sanctissimæ Trinitatis, mirificè dissident, plus notum est, quàm vt diei queat; proinde Schismatici (vt superius mostratum est) nullam Ecclesiam habent, quos cum ramis, riuulis, & radijs, ab arbore, fonte, sole, præcilis, apertissimè collatos, Optatus ait esse protentos de mendacio, non de radice veritatis. *Non ergo*, ait S. Augustinus, *insultent Hæretici per partes concisi: non se exultent, qui dicunt Ecclesiæ: hic est Christus, eccellhic. Qui dicunt ecce hic, ecce illhic, ad partes inducunt. Vnitatem promittit Deus. Reges in vnum collecti sunt, non per Schismata dispapati. Sed forte* (subdit) *ista Ciuitas, quæ mundum tenuit, aliquando cuerterur? absit, Deus fundauit eam in æternum. Quid times ne cadat firmamentum?* Iam igitur vnam certissimam Ecclesiæ proprietatem habes, ex qua item intellige, non missi esse, si qui populos ab Ecclesia separarunt, eos tam auidè & à Regibus tertæ tandem Regna diuellere, atque Ciuitates, & omnia præcipiti casu diripere, misericordissimo autem Dei iudicio esse factum, vt ipsi intet seie semper diuiderentur, vt Scriptura impleretur, quæ ait: *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt*: & *omne Regnum in se diuisum desolabitur*. Quod an omnibus Hæreticis, Schismaticisque euenerit, ipsa res clamat.

Osee. 10. Luc. 11.

Sanctitas altera Ecclesiæ proprietas.

Catholici Rom. Ecclesiæ cur sancta dicatur. 1. Cor. 1.

ECclesia dicitur Sancta, quia tanquam corpus cum suo capite Christo totius sanctitatis fonte coniungitur, à quo sanctificatur, & eius Sanguine abluitur, sacraque legitimum sacrificij cultum, saluatrem que Sacramentorum vium habet, per quæ tanquam efficacia Diuinæ gratiæ instrumenta, Deus veram sanctitatem efficit. Nec tamen, quoniam Sancta est, peccatores non habet: Apostolus enim Corinthios *Sanctificatos*, & *Sanctos* vocat, in quibus nonnullos fuisse perspicuum est, quos vt carnales, & grauioribus etiam nominibus acriter obiurgat. Hi enim quamdiu à corpore Ecclesiæ abscisi non sunt, mortua licet membra sint, iuuantur tamen à reliquo corpore, vt charitatis defluxum accipiant.

Ecclesiæ religio & doctrina sancta. Psal. 18.

Sancta item Ecclesia est, quia religio quam profitetur, nihil falsi in doctrina fidei, nihil falsi, aut inusti in doctrina morum vnquam admisit. *Lex Domini* (inquit Dauid) *immaculata, testimonium Domini fidele, præceptum Domini lucidum*. At Gentium, & Hæreticorum sectę omnes absurdę, pugnantes, leues, inconstantes, libertatem carnis, & sexcenta alia monstra continent, nec Lutherani, & recentiores alij Hæretici sanctitatem quidem ullam in Sacramentis agnoscunt, nec merito Christi, & libertati, qua nos donauit, tantùm tribuunt, vt ueram nobis & inhærentem iustitiam sit imper titus, ac tanquam præcursores Antichristi iuge Christi sacrificium omni conatu abolere nituntur.

Psal. 18. Ecclesia Catholica manũ ad Christum conuertit.

Sancta præterea est Ecclesia, quia doctrina eius est efficax, atque *conuertens animas*, vt ait Scriptura. Itaque sola Ecclesia Catholica, vbique fidei fundamenta iecit, & Christo annuntiato, nullis armis, nulla vi, nulla eloquentia, sed virtute Spiritus, homines non ad delitias & carnis libertatem, sed ad perfectissimam vitam, ad cruces atque angustias pro Christo perferendas, conuertit: sicq; falso dęmonum cultu sublato, veram religionem constituit. Quod ut antiquitus in omnibus Prouincijs accidit, ita hoc ęculo in Nouj Mundi, atque Orientis, & Occidentis Indiarum conuersione euidentissimum est. Verùm neque Philosophi quantumuis celeberrimi, unquam populos ad uirtutes solidas conuerterunt, neque Hæretici unquam alicubi integra fidei Orthodoxę fundamenta iecere. *Hoc enim* (vt inquit Tertullianus) *negotium est illis, non Ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi: nostra fossediunt vt sua ædificent*. Quare Dominus de pseudoprophetis dixit; *Venient ad vos*. Sed cum de veris Apostolis, legitimisque Ecclesię Pastoribus locutus est, dixit. *Exibunt in omnem terram, incipientes ab Hierusalem, prædicantes pœnitentiam in remissionem peccatorum, & populum, qui erat dispersus, congregantes in vnum*.

Matth. 7. Psal. 18. Luc. 24. Ioan. 21. Ecclesię Dei fundatus in ęternum. Ecclesia in quibus lucrat.

Deinde sancta est Ecclesia, quoniam in ea primùm Patriarchę atque Prophetę, postea

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00330

A postea Apostoli & Euangelistę, Doctores item, qui aduersus singulas hæreses fortissimè dimicarunt; atque in institutores Ordinum Religiosorum, adeo sancti, casti, pij, & sobrij fuere, prorsus vt in his nihil habeant aduersarij, quod mordeant, nisi nimiã sanctitatẽ; quemadmodũ de Monachis, ac de Doctoribus sui temporis fecisse Hęreti eos, refert S. Augustinus. Quam sanctitatem, quia numquam in aliquibus ex suis ostendere potuerunt, seque (vt inquit Apostolus) *desperantes tradiderunt impudicitiæ*: mirum non est, si non solùm peccent, sed peccando nunquam se peccasse fateantur, superbiam colentes; quæ una omnium hæresium mater eos genuit. *Ephes 4.*

Superbia hęretum mater.

Accedunt miracula, quibus Ecclesia semper vsque ad hęc sæcula, suę doctrinę vim, atque sanctitatem restata est. Quamobrem necessaria fuisse miracula, vt mundus crederet, S. Augustinus dixit: ac plura fuo quoque tempore ad memorias, reliquiasque.

Miracula. *Aug lib de Civ. Dei 22. cap. 8.*

B Martyrum contigisse scribit, quæ neque Lutherani Centuriatores diffiteri ausi sunt: sed veriti, ne tantis testimonijs eorum fallacia commenta ruerent (sicut Pharisæi & Scribæ) potentiæ Christi splendorem, Satanæ potius quàm Deo, perfidè blasphemantes tribuerunt. Ac verò præter miracula, lumen Propheratum fuit in fola Ecclesia Catholica: qua item proprietate, sanctitatem Ecclesiæ à Spiritu sancto traditam Dominus sæpè indicauit. Agabus enim, & Philippi filiæ, quarum mentio fit in Actis Apostolorum; B. Antonius, de quo S. Athanasius in eius vitæ; Abbas Ioannes, de quo S. Augustinus: ac reliqui innumeri, de quibus SS. Hieronymus, & Gregorius, & grauissimi alij testes & Historici, testimonium ferunt, multa diuinitus prædixerunt, quod neque Ethnici, nec Hæretici unquam feceres: quia nulla apud eos Ecclesia est, cùm in hac Sancta & Catholica sola Ecclesia, dispertiatur gratias suas Deus.

Lumen Propheticum in sola Ecclesia Catholica. *Aug. ibi.*

C Itaque tot præsidijs à Christo munita Ecclesia deficere, atque errare nunquam potuit, ac ne poterit quidem.

Primum quoniam verax est Deus, cuius uerbo & merito, & instituto, non humanis præsidijs ipsa nititur: [a] *Cælum enim ac terra transibunt, verba autem Christi non præteribunt.* Et verba Christi sane sunt hęc: [b] *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam.* Et [c] *ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*: Et [d] *Spiritus veritatis suggeret vobis omnem veritatem*: & [e] *tu Petre confirma fratres tuos.* Ac rursus per Apostolum Ecclesia *[f] quæ est Domus Dei vivi, firmamentum & columna veritatis*: vt nemo nisi perfidus impię fe inde subducat, vnde omnem ueritatem orbi Christiano suppeditauit, & suppeditaturus est Deus. Verùm hanc sanctitatem, id est, firmitatem, atque soliditatem, Propheræ quoque prius decla

a *Matth. 24.* b *Matth. 16.* c *Matth. 28.* d *Ioan. 16.* e *Luc. 22.* f *1. Tim. 3.*

D mauere, cùm scriptum sit, [g] de sponsandam à Christo in fide Ecclesiam, [h] foreque vt is eam teneret, nec dimitteret: & [i] Dominum electurum *esse Sion in habitationem sibi. Hæc enim* (inquit) *requies mea in sæculum sæculi*. [k] Cumque in æternum Deus præparatus esset semen Dauidis, quod est Christus, & Christi Regnum futurum esset in æternum, quoniam Deus fundauit terram super firmamentum eius: *merito* (inquit Sanctus Augustinus) *firmata non inclinabimur in sæculum sæculi. Nihil enim firmius illo fundamento: Infirmus fueras, sed firmum fundamentum te portat. In te firmus esse non poteras, firmus eris semper, si huic fundamento non recedas. Non inclinabimur in sæculum sæculi: ipsa est prædestinata columna, & firmamentum veritatis.*

g *Osee 2.* h *Isa 54.* i *Psal. 131.* k *Psal. 88.*

Iam verò Christus perpetua testificatione istam Ecclesiæ firmitatem commendauit; cùm & in primis illis peracerbis Iudæorum oppugnationibus, deinde irruentibus persecutionibus Imperatorum per totos 300. annos, quibus etiam Pontifices plerique; Maximi, ceruices pro Christi fide dederunt: posteriorè à ducentis uarijs hæresiarchis circumquaque pulsata, atque cribrata Ecclesia, non solùm permanserit, verùm etiam creuerit: sicut vineæ (inquit Iustinus Martyr) ad vberiorem putationem prouocantur. Id quod præsenti sæculo etiam manifestissimè patuit. Neque enim tam citò Luthe-

Ecclesiæ firmitas qualis & quanta.

rus cœpit hæresibus Ecclesiam uelle labefactare, cùm eodem momento Deus in Indias, populosque frequentissimos (vbi una Ciuitas plus hominum, quàm integrum a'i quod Regnum, continet) fidem Catholicam inuexit, quæ in dies longè, latèque propagatur.

Hæretici omnes antiquauerunt.

At contra, omnes hæreses à Christo passo (summos licet Imperatores ac Reges fautores

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00331

fautores habuerint) sic euanuere, vt neque vlla scripta, ac ne nomina quidem ipsa A
hæreticorum iam extarent, nisi hæc à Catholicis, qui eos redarguerunt, memoriæ man-
Psal. 57. data fuissent. Quamobrem & qui nos hoc tempore exercent Hæretici, *ad nihilum* (vt Dauid prophetauit) *deuenient, tanquam aqua decurrens. Non ergo vos* (inquit S. Augustinus) *terreant, fratres; quid am fiunt, qui dicuntur torrentes: decurrit aqua ad tempus, perit repti, mox esse sibit: diu stare non possunt: multæ hæreses iam emortuæ sunt; cucurrerunt in tantis suis, quantum potuerunt, decurrerunt, siccati sunt riui, vix eorum memoria reperitur, & quis fuerint.* Hæc ille. Veruntamen neque solùm Sancta hæc Ecclesia Hæreticos, quique eis fauerunt, uirtute diuina in nihilum redegit, terra morte eladeque afficiens Iudæos, Herodem, Pilatum (qui seipsum interfecit) Neronem, Domitianum, ceteroſque Imperatores, vnà cum Hæresiarchis, qui Catholicos persecuti sunt; sed & Imperia Regnaque Imperatorum eorum roborauit, & auxit, qui de Catho- B
Vide Bullar- minum. licæ Ecclesiæ ex animo fuere addicti: quales fuerunt Constantinus Magnus, Theodosius senior, Martianus, Honorius, Theodosius iunior, Iustinianus, & Heraclius, (donec hi duo Catholicam Religionem tenuerunt) Carolus Magnus, S. Ludouicus Galliæ Rex, atque alij, qui ex Deo regnarunt.

Vniuersalitas, tertia Ecclesiæ proprietas.

Ecclesia cur Catholica dicatur & sit. *Apoc. 5.* ECclesiæ Christianæ tertia proprietas est, vt Catholica sit, hoc est vniuersalis, nullo scilicet hominum, locorum, temporum genere definita, aut circumscripta. *Redemisti nos Deo in sanguine tuo* (inquit per S. Ioann. ipsamet Ecclesia) *ex omni tribu, & lingua & populo & natione, & fecisti nos Deo nostro Regnum.* Ad quod Re- C
Ephes. 2. 2. Cor. 5. gnum, etiam quicunque in Christum credentes, Christum præcessere, idcirco pertinent, quoniam in eo *angulari lapide, qui fecit vtraque vnum, & pacem ys, qui, prope, & qui longe annunciauit* (cùm ipse sit primarium fundamentum) constituti, atque fundati fuere Prophetæ & Apostoli.

Gen. 7. & 8. Catholica item dicitur, propter vniuersalem atque communem fidem, quam omnes, qui salutem æternam cupiunt, complecti debent, alioquin errorum diluuio submergendi, quemadmodum contigit ijs omnibus, qui extra arcam Noe fuere.

Augustin. de Symb. lib. 1. cap. 1. Catholica deinde, & quòd sola contra omnes errores semper pugnauerit, ac pugnat, à nullo autem errore expugnatur. *Credamus* (inquit S. Augustinus) *Ecclesiam Catholicam: ipsa est Ecclesia sancta, Ecclesia vna, Ecclesia vera, Ecclesia Catholica, contra omnes hæreses pugnans, oppugnari potest, expugnari non potest: Hæreses omnes de illa exie- D
runt, tanquam sarmenta inutilia de vite præcisa: Ipsa autem manet in radice sua, portæ inferi non vincent eam.* Hæc ille.

Ecclesia quo hæreses expugnarit, & errores disputerit. An verò contra omnes errores sola semper pugnauerit Ecclesia Catholica, inde euidentissimum est, quòd cùm primùm aliqua hæresis sese exeruit, statim signo dato se in Synodis tanquam in acie castrorum ordinata coegit, eamque hæresim anathemate percussit. Sic Patres scriptis, predicatione, ac sanguine, hæreses oēs euellere curarūt. Quod autem ipsa contra hæreses fecit, idipsum contra errores omnes præstitit. Quamobrem quacunque aditus patuit, imperterrita per maria, per ignem, ad omnes barbaras nationes penetrauit, ac continenter penetrat: vt extirpato idolorum, ac uitiorum cultu, ibi simulachrorum fana in Christianorum templa conuertat, Crucisque trophyum passim excitet. Quę una res, tam illustrem hanc Catholicę Ecclesię no- E
tam reddit, vt cùm ea tanquam Sol radios suos, & in universum terrarum orbem, iuxta Propheta rum prædictiones, semper diffuderit: Lutheranas quoque & Caluinianas atque alias sordes latitantes in suis angulis & tenebris, patefaciat omnibus, quicunque uident istos, qui sese iactitantes Euangelicos, neque inter barbaros, neque ultra maria, ad inferendum Euangelij lumen libenter nauigant, & uerò ex Ecclesię Catholicę ruina, sibi suisque mulierum turbis antrum constituerunt, unde fœtores sub uerbi Dei prętextu exhalant.

Iam si omnia sęcula percurramus, non aliundè Prouincias ad Christum fuisse adiunctas cernemus, quam ab ijs, qui ex Catholica Ecclesia prodierunt. Nam vbi Apostolicus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00332 ...

A ſtolicus ſonus in uniuerſo orbe terrarum inauditus eſt, Ducibus illis primis vbique bellum aduerſus Mundum, Carnem, Satanam indicentibus, Catholica Romanorum fides, ſicut ijs Apoſtolus gratulatur, paſſim ad omnes peruaſit: quæ poſtea tanquam vitis adhuc latius palmites extendens ſparſa eſt: quemadmodum per omnes Regiones nunc cognitas, ipſi ſuo tempore, id eſt, ante mille circiter quadringentos annos Sanctus Irenæus, & Tertullianus teſtari ſunt. Clemens autem ipſe Alexandrinus cum Orientis peragraſſet Eccleſias, vt antiquarum Apoſtolicarum traditionum veſtigia cerneret, eandem vbique reperit. *Rom. 1.*

Ire. lib. 1. c. 3. Tertullia. lib. cont. Iud. c. 1. Cypr. lib. de vnitate Eccleſiæ. Athan. de Incarnat. verbi. Chryſoſt. & Hier. in cap. 24. Matth. Aug. in Epiſt. 78. & 80. ad Hieſychi. Theod. lib. de legib. Leo ſer. 1. de Nat. Petri & Paulo.

At Sãctorum Cypriani, Athanaſij, Chryſoſtomi, Hieronymi, Auguſtini, Theodoreti, Leonis primi conſecuta ſunt tempora, quibus ipſi Catholicam Eccleſiam vbique viguiſſe docuerunt. *Per ſacram* (inquit Leo) *Beati Petri Sedem, caput vrbis effecta, latius præſides Religione Diuina, quàm dominatione terrena: quamuis enim multis ſancta triumphis, tùs Imperij tui terra maneque protulerit, minus tamen eſt, quod tibi bellicus labor ſubdidit, quam quod pax Chriſtiana ſubiecit.* Ceterum Sancti alij Pontifices, Hilarius, Simplicius, Symmachus, Hormiſda, & alij, vſque ad S. Gregorium Magnum, & poſt hunc multi Sancti Pontifices, aliique percelebres Doctores ſecuti ſunt, quorum ſæcuris tuidemus eandem Catholicam Eccleſiam ſemper manſiſſe; Id quod ipſi qui varijs in Prouincijs erant, primùm re ipſa, & doctrina, & loco deinde litteris quas per vniuerſum orbem ſcribebant, planiſſimum faciunt, præter ipſas Generales Synodos, quæ ex omnibus omnium orbis partium Epiſcopis collectæ, idem manifeſtiſſimè comprobant. At & hoc dilucidius fit, primò, ſi quæ Patres antiquiſſimi ſcripſere de moribus Eccleſiæ Catholicæ, ea conferantur cum noſtris temporibus. Eadem enim in ijs B

C proſus videbunt extitiſſe, quæ apud nos (vt ſupra diximus) & manent, & alio propagantur: Tu verò Rex, lege S. Auguſtinum de moribus Eccleſiæ Catholicæ, eiuſq; Epiſtolas ad Ianuarium, Epi. 118. & 119. Patres item veteſtiores vſque ad Beatum Dionyſium Areopagitam: ac deinde Apoſtolorum Acta, & ipſa Euangelias facileque & verbum Dei ſcripturn, & quidquid Spiritusſanctus promiſſæ veritatis ſuggeſſit ſempe: Eccleſiæ, agnoſces.

Deinde cogita (vt antiquiora ſæcula omittam, de quibus nulla controuerſia eſt) Anglos Paganos, tempore S. Gregorij Magni miſſis à Pontifice ad eos Monachis, fuiſſe ad Chriſtum adiunctos: ſequenti ſæculo, per S. Chilianum à Summo Pontifice miſſum, Francones Chriſtianos factos: poſteriore ſæculo ingentem Germaniæ partem acceſſiſſe ad Chriſtum per Sanctum Bonifacium Epiſcopum & Martyrem, ad D

eam à Zacharia Pontifice Maximo miſſum. Poſtea à Corbeienſibus Monachis Vandalos, ab aliis autem Sueços, deinde Bulgaros, Slauos, Danos, Morauos fuiſſe conuerſos. Ita poſtea S. Adalberti Boemiæ, ac Methodij Moraviæ Præſulum opera, plures populos, ac deinceps Hungaros, per alios à Pontifice Maximo miſſos, ſe ad Chriſtianam Catholicam Eccleſiam aggregaſſe. Quod ſuccedentibus temporibus, cùm multis Sæculorum millibus, Sancto Vincentio concionante; & in vniuerſo eam nouo terrarum orbe, ad Occaſum, ad Meridiem, ad Orientem, noſtro hoc ſæculo factã fuiſſe, atque continenter effici à ſola (vt diximus) Eccleſia (Catholica, nunquam verò ab Hæreticis, clariſſimum eſt. Quamobrem, ecciſſimè Beatus Auguſtinus compa- E

rat Hæreticos, non ſolùm cum ſarmentis præciſis, quæ vbi cadunt, cum præciduntur, ibi manent: verùm etiam cum perdicibus, quæ congregant pullos, quos non pepererunt: cùm econtrario Eccleſia ſit fœcundiſsima columba, quæ nouos pullos quotidie parit.

Rom. 1.

Quot quantique populi ad fidem Cathol. à monachis conuerſi.

D. Aug. 3 p. lib. 20. c. 3. & 5. 4.

Leb. 13. cont. Fauſt. 12.

Præſentis ergo ſæculi hæreſes, non ſolùm quia nullos vnquam populos ad Eccleſiam Catholicam adiunxerunt: verumetiam, quia neque omni ſæculo, neque vbique, nec inter omnes gentes cognitæ, receptæve fuerunt, Eccleſiam nullam habent. Quod ſi Septentrionalis huiuſce tractus angulum occuparunt, illico item in varias Sectas erupere, nullum vt ferè oppidum ſit (ne dicam domus) quod idem omnino in Religione ſentiat. Sin verò aliæ quondam hæreſes, varijs in locis eodem tempore exortę ſunt; & hæ quoque ſuis diſſidijs, vel inuitæ monſtrarunt, quàm eſſet vinculum Eccleſiæ Catholicę indiſſolubile, vniuerſaque & communis Chriſtianorum verorum fides inuicta.

Hæreſes præſentis ſæculi nullã Eccleſiam faciunt.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00333

Aug. lib. de Pastor. 3.

inuicta. *Ecclesia enim* (ait S. Augustinus) *vna & eadem vbique, hæreses autem non eadē, sed diuersissimæ, quæ se inuicem non nouerunt, ac proinde nulla earum Catholica dici potest Ecclesia.* Quare vt hoc Catholicum nomen in eadem Ecclesia eundem Patrem Augustinum constanter retinebat; ita Hæretici (præterquam quòd ipso testante, illud Catholicæ nomen sibi nunquam vendicare potuerunt) etiam nostra hac tempestate sic exhorteruntur, vt è communi Christianorum Symbolo vocem ipsam (Catholicæ) sustulerunt. A

Cont. Ep. fund. c. 4.

Lutheri & sectionū ipsius vanitas.

Verum enim verò, vt plebi faceret fucum, Lutherus ipse initio sui Euangelij, bien nij spatio, Papatum abolitum iri, cæterique eius assecłæ; hæreses suas vniuersum orbem non ita multum post occupaturas dictitarunt. Sed hi omnes tanquam plumbum demersi sunt in aquis vehementibus. Romanus autem Pontificatus stetit, ac Christo non mentiente, vsque ad consummationem sæculi stabit. Cùm illud interim cogitare sit absurdissimum; Ecclesiam Catholicam, post sex decim sæcula, à VVittembergensibus, aut Genuensibus in vniuersum terrarum orbem, in quem olim Apostolorum sonus exiit, esse diffundendam: Qua de re post annos tantum à Christo nato quadringentos, Donatistarum idem de se gloriantium stolidiratem S. Augustinus irrisit atque redarguit. B

Quid sit Catholicum.

In vsque itaque Ecclesia Catholica (sapienter docet Vincentius Lirinensis) *ad quam non vna natio, non vnus angulus, sed maris multitudo conuertitur, ad tenendum; quod ab vbique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. Hoc est enim vere proprieque Catholicum, quod ipsa vis nominis ratioq; declarat: quæ omnia hac vere & minime falsitas complectitur.*

Quæ cum ita sint, illi est versus, germanissimæ Catholicæ quæ quotquot vniuersaliter amant quitus Ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit, ad solum tenendum, credendumque decernit, quicquid vero ab aliquo deinceps non prater omnes, sed contra omnes, tenuum & inanidinum subindicè senserit, id non ad Religionem, sed ad tentationem pastus intellegit peruenire. Et hæc Lirinensis. C

Origo ab Apostolis & successio, quarta Ecclesiæ proprietas, & Nota.

Apostolica cur dicatur Ecclesia.

NEque verò solùm ob successiones Episcoporum ab Apostolis, verùm & propter doctrinæ consanguinitatem (vt verbis Tertulliani vtar) vera Ecclesia vocatur Apostolica. Itaque in Symbolo Patres diuinitus addidere *Apostolicam*; vt fidei nostræ origine cognita, iam nunc eam primùm haud nasci, neque esse recentem eam, nec vero per aliud ministrorum genus, quam per Apostolicum à Spiritu sancto regi intelligeremus: qui cùm ei præsideat, fuit quidem initio datus Apostolis, sed deinde summa Dei benignitate semper in Ecclesia permansit. D

Tertul. lib. de præscr.

Sicut autem in populo Dei, qui per carnalem generationem tempore veteris Testamenti propagabatur, nulli concedebantur, nisi qui originem ducebant à duodecim filijs Iacob; nec vllis habebantur Sacerdotes, nisi qui descendebant à Leui per Aaron, (quamobrem diligentissimè successiones tunc seruabantur:) Ita in populo Noui Testamenti, qui spirituali generatione multiplicatur, nulli sunt Christiani, nisi per Apostolos, vel eorum successiones, aut ab alijs missos conuersi; nullique Episcopi, nisi qui eiidem legitimè succedunt. Quare Patres ita diligenter Episcoporum successiones adnotarunt, quoniam per eas Catholicæ fidei claritas (inquit Epiphanius) ostenditur, & hæresum ob curitas producitur. *Edant* (inquit Tertullianus) *origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum ita per successionem ab initio decurren tem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris habuerit auctorem, & antecessorem. Sic enim Romanorum Ecclesia Clementem a Petro ordinatum refert. Confingant sale aliquid Hæretici.* Hæc ille. E

Carchisi. Rom. episcoporū successiones quare patres studiose notarint. Epiph. 27. hæres. cont. Carp. Tert. lib. præscript.

Irenæus ante mille circiter quadringentos plus minus annos, successionem Episcoporum Romanorum à Petro usque ad Eleutherium, Eusebius, Hieronymus, & Prosper, qui Chronicon Eusebij continuarunt: Epiphanius aduersus Carpocratitas: Optatus Mileuitanus contra Parmenianum, à Petro usque ad Syricium: S. Augustinus ab eodem usque ad Anastasium, qui tunc sedebat, & alij diligenter enumerarunt. *Quamobrem*

Irenæ. lib. 2. capit. 6. In Chron. Hier. 27. Lib. 2.

A *Quamobrem aduersus Manicheos* (inquit) *In Ecclesia Catholica tenet me ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum.* Quæ successio si tanti ponderis ad fidem adstruendam apud eos erat, quod in Cathedra Apostolica duodecim aut viginti, vel quadraginta tantum Pontifices Maximi, vsque ad ea tempora sedissent: quantinam si nunc viuerent, momenti fuissent, pluiquam ducenti Pontifices sibi succedentes, quos Ecclesiam scimus administrasse præsertim cum Sedes aliæ defecerint plures; Imperij autē Romani forma in ipsa urbe Roma toties immutata sit, tū Cęsaribus, aut interdū Regib. Gothorūs tū Græcorū Exarchis, aliquando vero Cōsulibus, siue iustē siue iniustē dominantibus? Accedit ad hæc omnia, q cūm ipsa Verba non semel euersa, torque Pontifices ense fue-

B rint percussi, innumeras q hæreses (vt diximus) tanquā hostiles acies, Schismaticosq; acerrimos aduersarios passa sit, nunquam tamen eius successio defecerit: quæ omnia non nisi Diuino consilio facta fuisse, quod nunquam diffolui potest, exploratissimū est.

Iam verò quòd aliqui vel Hæretici, vel Hæreticorum libros tantùm tractantes, ali quando schismate, vel muliere, nefcio qua utilem sexum mentiente, fuisse interruptā istam successionem dicunt, id prorsus mendacij, calumniæque cum imperitia mixtæ plenum est. Etsi enim aliquando schismatici nomen Pontificis sibi vsurparunt, qua re & Antipapæ, uocabantur, non defuerunt tamen ijsdem temporibus, qui legitimè creati Pontificatu fungerentur. Itaque & Antipapæ coacti sunt falsa Pontificatus insignia deponere; & ii quis legitimus Pontificatu ob quierem, aut pacem se abdicaturit, is ipse alterum in sui locum legitima potestate fuffecit. Quòd autem Hæretici

C blaterant de Eugenio deiecto à Concilio Constantiensi, vel etiam Basileēsi, noluerūt cæci lumen videre. Nam & ipsamet Concilia, quæ Pontificis Legato, plurimisque Episcopis absentibus, priuata aliquorum Sacerdotum (quod nunquam contigerat) auctoritate aliquandiu manserunt; tandem legitimè iterum conuocata, quod temerè decreuerant, rescinderunt, seseque errore agnito, Pontificis Maximi potestati, iudicioque subdidere; sicut Lausannensis Synodus, quæ continuatio quædam fuit Basileensis Concilij Nicolao Quinto, qui tunc sedebat, se subiecit.

Ad quod de Ioanne quodam inquiunt, qui cùm esset fœmina sexum mentita in Pō-

D tificatum irrepsit, id etiam blasphemum est. Quod autem Platina hoc mutuatus à quodam Martino Polono, vel Sigeberto scripserit; id cùm ijdem ipsi pro certo non asserant, sed dicant (vt fertur, vel ut aiunt) ostendit iam tunc ab ijs quoque tanquam commentitium id habitum fuisse. Ceterùm Anastasius Bibliothecarius, qui uitas Romanorum Pontificum usque ad Nicolaum I. Benedicti III. successorem scripsit, florebat eo tempore, & electionibus Pontificum, Sergij II. Leonis IV. Adriani II. & Ioannis IIX. interfuit, nec vllam tamen Ioannis illius fœminæ mentionem fecit. Sed quibus aliis solidis auctoritatibus & rationibus afficum istud mēdacium prodatur, cernì potest in dialogis Alani Copi, & in aliis eiusmodi Auctoribus, ad denique fusius in Francisci Turriani 3. lib. de dogmaticis characteribus: Postea verò in secundo libro, quem de Ecclesia & ordinationibus ministrorum Ecclesiæ edidit ad uersus Andream Freyhubium fallum ministrum Academiæ Lipsiensis.

E Nunc autem (vt redeam ad id, vnde digressus sum) scitendum est, veteres Patres non aliorum Episcoporum æquè ac Cathedræ Romanæ successores enumerasse, quo niam ex illa tanquam vniuersalis Ecclesiæ Pastoris, argumentum aduersus Hæreticos inuictum afferebant. Itaque & propria Episcopalium sedium nomina omittebant; quemadmodum Augustinus, Optatus, & ante eos Cyprianus & Irenæus fecerunt: quòd Cathedræ Petri dignitas, vt in eminentiore specula constituta, ita perpetuo successionis promisso à Christo fuerat munita.

In Romana Ecclesia, inquit S. Augustinus, *semper viguit Apostolica Cathedræ Principa-*

tus: quamobrem nouorū Episcopatuum institutio, ad neminem vnquam particularē Episcopum spectauit (par enim non agit in parem) sed ad eū, qui toti præest Ecclesiæ, quales fuerunt omnes Apostoli. Petrus quidem ex officio, ceteri verò ex delegatione: quare qui per ostium hoc ad regendam Ecclesiam non intrauerit, is est fur, & latro.

Cùm verò ab Apostolis aliquem Episcopum originem duxisse dicimus, vna cum

August. epist. 105. ad Gen. & in Psalmo cont. Donat. cap. 4.

Successio Pōtificum Romanorū quā ti momenti sit.

Schismatici Papæ nō indigent legitimam successionem.

De Ioanne fœmina Pōtificecommētum destruitur.

Cur patres porius Rom. Eccl. Pontifices eos quā alios enumerent.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00335

Act. 13. Chrys. hic. 2. Tim. 4.

Quo Hæretici se ab Apostolis successionem non habere ostendant.

successione, legitima ordinatio intelligenda est, quæ sine duo rum vel trium legitimè ordinatorum consecratione nunquam est facta. Quod in Paulo, licet nec ab hominibus, neque per homines uocato, in Timotheo item cum impositione manuum Presbyterij, (Presbyterium enim ibi intelligitur Episcoporum aliquis numerus) in Apostolicis Canonibus, in Iacobo ordinato Hierosolymæ à Petro, Iacobo, & Ioanne, In Concilio Nicæno, & Carthaginiensi, perspicuum est. Inde autem ueteres Hæretici, quò facilius populis imponerent, similarum more eâdem ordinationis formam vsurparunt. Sed utrumque in Hæreticis nostri temporis deest, primus enim VVitemberge Lutherus Episcopus dictus est: Basileę Occolampadius, vt adhuc in eius sepulchro extat: Tiguri Zuinglius: Genevæ Caluinus. Quamobrem ex hoc ipso Apostolicam Ecclesiam nunquam ante se fuisse crediderunt, aut se credere ostenderunt. Quippe nullos antea ijs in Ciuitatibus fuisse Episcopos, suo illo (si Deo placet) primatu testati sunt. Neque uerò ab Episcopis ullis ordinati sunt, aut ullam habuere manuum impositionem, per quam ipsi Timotheo gratiam fuisse collatam in consecratione diserè docet Apostolus. Quamobrem iam tandem Septentrionales, oculos aperiant, & uideant, num (quod & initio tibi, Rex, dixi, ac nunc iterum vrgeo) in istos illud

In resp. ad Cypr. de sim. Prælator.

B. Cypriani quadret: *His sunt (inquit) qui se vltro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione proficiunt, qui se præpositos sine vlla ordinationis lege constituunt, qui nemine Episcopatum dante Episcopi nomen assumunt.*

Quo Hæretici doctrinâ ab Apostolis traditâ fateantur.

Atqui apud Hæreticos fuit doctrina eadem, quæ fuit antiquis; si enim (quod antea obiter attigi) Catholicam cum Hæretica Doctrina conferas; Patres omnes à nobis stare eo magis constat, quod ipsi Lutherani, & Sacramentarij, licet inter sese dissidentes, toti antiquitati se dicant aduersari, eique idololatriam impiam obijciant, iacentes blasphemias aduersus Christum, quasi promissis non steterit, aut per mille quingentos annos falsum in sua Ecclesia cultum tolerauerit. Centuriatores autem Magdeburgenses omni prope sæculo nascętis Ecclesiæ, eadem apud Patres fuisse dogmata, quæ Catholici retinent (uelint nolint) veritatem coacti confitentur; quæ illi nouos Patrum, nouelli censores vocant. Quare quod quidam Apostata dixit; apud Catholicos fidem defecisse, vel quod alij Hæretici, post S. Gregorium Magnum irrepsisse errores in Catholicam Ecclesiam commenti sunt: hi vel nihil legerunt in Patribus; uel sordes, quas ex farragine istorum hauserunt, euomunt, nescientes quæ loquãtur, aut de quibus affirment. Sed illud absurdissimum est, quod idem Brentius somniat, quoniam nempe Apostoli à Caipha ordinati non sunt, & tamen Episcopi fuerunt; ita quoque Lutheranis hoc licere. Nesciunt enim, aut præcordis cæcitate reminisci ille non potuit, Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech institutum, à Christo incepisse, cuius Sacerdotij, non autem Aaronici primitię fuerunt Apostoli.

Apostoli fuerunt Sacerdotes nõ Aaronici, sed secundum ordinem Melchisedech.

INTERROGATIO XII.

Quid tertur est, quod Lutherani, atque alij, verbum Dei, & Sacramentorum administrationem, proprietates ac notas Ecclesię esse dicunt?

RESPONSIO.

Ecclesiæ notas non esse Verbum Dei & Sacramentorum administrationes.

Si eę tam certę essent proprietates Ecclesię, ut qui Verbum Dei & Sacramenta tractaret, Ecclesiam habere dicendus esset; certè nec Spiritus sanctus in Symbolo (quod est certa credentium tessera) istas proprietates retexuisset. Nec uerò ubi Verbũ Dei, & Sacramenta quilibet profiterentur, ullum esse dissidium posset. Sed cum Anabaptistæ à Lutheranis, & Caluinianis, in baptismo, ac plerisque aliis Christianæ Doctrinę capitibus; Lutherani à Sacramentarijs in Eucharistię negotio, ut missa alia faciã: atque ideo ipsi inter sese Lutherani de numero Sacramẽtorum, deque Verbo Dei ministicè dissideant: quanam ratione fidelis, per Verbum Dei, & Sacramentorum administrationem, ueritatem dignoscet? scilicet eò tandem ueniendum est, ut credamus Christum Dominum, Ecclesiam tanquã tribunal certissimis illis notis sapientissimè constituisse, in qua Spiritussanctus per legitimos Doctores veritatẽ omnem doceret; Lutheranos autem & Sacramẽtarios, ceteros que Hæreticos, atq; Scismaticos, quantũliber Verbum Dei (vt & Satanam fecisse scimus) ac Sacramenta iactent, Ecclesiam tamen nullam habere, quamdiu in una, Sancta, Catholica, & Apostolica non sunt.

INTER-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00336

INTERROGATIO XIII.

Catechy. Romanus.

An vt in Deum, ita in Ecclesiam credendum est?

Cur Sãctam Ecclesiã credimus nõ in Sanctã Ecclesiam.

RESPONSIO.

Ipsa Romana Ecclesia, suo nos Cathechismo docet, sic inquiens: *Tres Trinitatis personas, Patrem & Filium & Spiritum sanctum ita credimus: vt in eis fidem nostram collocemus. Nunc autem mutata dicendi forma, Sanctam (non in Sanctam) profitemur, vt hoc etiam diuersa loquendi ratione, Deus omnium effector à creatis rebus distinguatur, præclaraque illa omnia, quæ in Ecclesiam collata sunt, beneficia Diuinæ bonitati accepta referantur.*

INTERROGATO XIIII.

Cum iam tot certissimis argumentis hic de Ecclesiæ fidei articulus constet, quanam sunt causse, quæ retinent homines in hæresi, nec vero citissime tanto se laqueo exuant, antequam mors, quæ singulis horis imminet, nos capiat?

RESPONSIO.

Cur homines ad Ecclesiam Catholicam omnes non accedãt.

Psal. 1.

Cauſſæ sunt non omnium eædem, quæ tamen sunt, vel timor offensionis suorum, vel obdurata consuetudo, vel torpor quærendæ Catholicæ veritatis; vel metus, ne quis obstrepat, vel falsa persuasio, quasi nihil interfit, in qua quisque parte sit Christianus: ac denique dubitatio fluxæ dignitatis, & vsurparorum bonorum amittendorum; vitæ item licentia, qui item suppliciorum timor. *Ac beatus, qui in consilio impiorum non abyit, nec in cathedra pestilentiæ, atque tristorum stetit:* aut si steterit, quàm primum istis nocentissimis laqueis exutis, resipiscat, & ranquam è somno letargico excitatus sanguine etiam ipso pro veritate profuso, euigilet.

Tom. 2. epist. 48. ad Vincē. prope medium.

Audi verò, ô Rex, B. Auguſtinum nonnullas earumdem cauſſarum de sui temporis Hæreticis afferentem. *Alia* (inquit) *sententia multa mihi nominatim commemorabatur, vt ipse rebus agnoscerem, etiam in hac causa recte intelligi posse, quod scriptum est. Quam multi enim (quod certò scimus) iam volebant esse Catholici manifestissima veritate cõmoti, & offensionem suorum reuerendo, quotidie differebant? Quam multos non veritas (in qua nunquam præsumpserunt) sed obdurata consuetudinis graue vinculum colligabat, vt in ys compleretur Dtuina illa sententia: Verbis non emendabitur seruus durus: Si enim & intellexerit, non obedit? Quam multi propterea putabant veram Ecclesiam esse partem Donati, quia eos ad cognoscendam Catholicam veritatem securitas torpidos, faſtidiosos, pigrosq; faciebat? Quam multis aditum intrandi obserabant rumores maledicorum, qui nescio quid aliud nos in Altari Dei ponere iactitabant? quam multi nihil interesse credentes, in qua quisque parte Christianus sit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde discedere, atque ad Catholicam nemo transire cogebat? His omnibus harum legum terror, quibus promulgatis Reges seruiunt Domino in timore, ita profuit, vt nunc alij dicant. Iam hoc volebamus; sed Deo gratias, qui nobis occasionem præbuit, timque facienti, & dilationum moras amputanti. Alij dicunt, hoc esse verum iam scimus, sed nescio qua consuetudine tenebamur: gratias Domino qui vinculo nostra disrupit, & nos ad pacis vinculum transtulit. Alij dicunt, nescimus hic esse veritatem, nec eam discere volebamus, sed nos ad eam cogno scendam mecum fecit attentos, qui timuimus, ne forte sine vllis rerum æternarum lucris, damno rerum temporalium feriremur: gratias Domino, qui negligentiam nostram stimulo terroris excussit, vt ea saltem sollicitè quæreremus, quod seruos nunquam nosse curauimus. Alij dicunt, nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nescieramus, si non intraremus; nec intraremus, nisi cogeremur: gratias Domino, qui trepidationem nostram flagello abſtulit, expertos docuit, quam vana & inania de Ecclesia sua mendax fama tacitauerit: hic iam credimus, & illa falsa esse, qua auctores huius hæresis criminati sunt, quando pastores eorum tam falsa, & petore finxerunt. Alij dicunt, putabamus omnem nihil interesse, vbi fidem Christi teneremus: Sed gratias Domino, qui nos à diuisione collegit, & hoc vnu Deo congerne re, vt in vnitate celatur, ostendit.* Et paulò post: *Seruiant Reges terræ Christo etiam leges ferendo pro Christo.*

Prou. 29. iuxta 70.

Leges cõtra Hæreticos latæ ipsos iuuant.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00337

INTERROGATIONES ALIAE

ET RESPONSIONES

DE PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI A PATRE & Filio, desumpte, ac breuiore & dilucidiore ordine digestæ, ex libro Gennadij Scholarij Patriarchæ Constantinopolitani: In gratiam & vtilitatem Rutenorum.

A

DISCIPVLVS.

Ioan. 15. Ioan. 16. Ioan. 17.

EX SCRIPTVRAE Diuinæ potest ostendi, Spiritum sanctum mitti à Patre & Filio, hoc est, ab vtroque procedere?

B

MAGISTER.

Potest Dominus enim IESVS dixit: *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre:* Et; *Si abiero, mittam eum ad vos:* Et, *Quæcunque audiet loquetur:* Et; *Quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.* Et, *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis:* Et; *Omnia quæcunque habet Pater mea sunt:* Et; *Pater, mea omnia tua sunt.* Præterea, Spiritus sanctus, Spiritus Christi dicitur, *ac Spiritus veritatis.* Et; *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius:* Et; *Misit Pater Spiritum Filij sui in corda nostra clamantem Abba Pater.*

Rom. 8. Gal. 4.

DISCIPVLVS.

C

Sanctissimè Patres Græci, ex istis S. Scripturæ locis processionem Spiritus S. ex Patre & Filio crediderunt, & scriptis suis testati sunt?

MAGISTER.

In symbolo S. Athanasij. In 17. Ioan. Ioan. 16.

Sanctus Athanasius ait: *Spiritus sanctus à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.*

Sanctus Cyrillus Alexandrinus: *Quoniam consubstantialis est Filio, & ex eo, vt Deum decet, procedit, omnem suam in omnibus perfectissimam operationem habens: ideo dicit De meo accipiet.*

In Epistola aduersus Nestorium. In 2. Thesaurorum. In 7. aduer. Hær. & in Ioann. 7

Et rursus: *Nam Spiritus veritatis nominatur: & Christus est veritas, & ab eo prosiuit, quemadmodum vtique a Deo Patre.*

D

Et alibi: *Quod igitur Spiritus sanctus qui in nobis est, nos esse Dei conformes ostendit, procedit autem ex Patre & Filio; apertum est diuinæ est essentiæ, essentialiter in ea, & ex ea procedentem.*

Vide etiam in 5. aduers. Hermo. S. Basilium 3. aduers. Eunom. & 17. c. ad Amphiloch.

Ac rursus alibi ait: *Infundi, & ex propria nobis scaturire natura à Filio.*

Sanctus Basilius: *Qua necessitas vrget, si auctoritate, & ordine tertius est Spiritus; cum natura etiam tertium esse? Quod auctoritate quidem secundus à Filio sit, & ab eo habeat esse, & ab eo accipiat & annuntiet nobis, & in summa, ab ea dependeat causa Religionis ratio tradit.*

Gregorius Nissenus, lib. 3. super Pater noster. Patrem in lib. cont. Eunom. & in ser. ad Abla-bium. S. Cyrill. Hymn de incarn. Dom.

Gregorius Nissenus: *Filius neque Spiritus est, neque dicitur, neque hec relatiua consequentia concurritur: sed Spiritus Filij dicitur, quia ab eo accipit, ab eoq. procedit, & ex eo est, quemadmodum ex Patre Spiritum suscepit.*

E

Sanctus Ioannes Chrysostomus: *Venit Christus ad nos, dedit nobis descendentem ex eo Spiritum, & corpus nostrum suscepit.*

Epiphanius. *Si Christus ex Patre creditur Deus ex Deo & Spiritus ex Christo, vel ab vtroque: ni Christus dicit:* Qui à Patre procedit: *Et,* Hic, de meo accipiet. *At dicet quis: Ergo duo dicimus esse Filios: & quomodo vnigenitus? Sane quidem, tu quis es, qui Deo contradicis? Nam vocat ex eo Filium, Spiritum vero sanctum ex vtroque, quæ fide tantum à luce data, lucidum nim habeat.*

Epiphanius in Ancora. In eodem Ancora.

Et rursus: *Spiritus sanctus, Spiritus veritatis est, lumen tertium, a Patre & Filio est, num intellexisti illud ab vtroque? Spiritus veritatis est à Patre et Filio, quid demonstrat? Animaduerte*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00338

A uerte diligenter: & intelliges. Nam nihil fortuitum, & cõrum, quæ fiunt in continuo fluxu, circa hæc uersatur, sed anima.

Et rursus: Quomodo nemo nouit Patrem, nisi Filius, neque Filium, nisi Pater: sic audeo dicere, quod neque Spiritum, nisi Pater & Filius, ex quo procedit, & à quo accipit: neque Filium & Patrem, nisi Spiritus sanctus qui uere glorificat, qui docet omnia, qui ex Patre & Filio est, & à quo procedit, & à quo accipit. Cum autem dicit, quod est à Patre & Filio, nondum intelligitis uerbum. Est, quod est substantiuum, & esse significat illius, de quo dicitur, quod est. *Ibidem.*

Et in eodem libro: Ergo Pater semper fuit, & Filius semper fuit, & Spiritus ex Patre & Filio spirat, id est, tuxta modum Spiritui conuenientem procedit.

Quinetiam Spiritus sanctus non confratres, sed ex eadem substantia Patris & Filij; nam & ipse ex utrigenitus dicit: Spiritus Patris, & qui ex patre procedit. Et: de meo accipiet:

B ne dixerim à Patre putaretur, neque à Filio.

S. Hilarius: Credimus in Sanctum Trinitatem, id est, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, unum Deum omnipotentem, unius essentiæ, unius substantiæ, unius poteſtatis, omnium creaturarum opificem, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: Patrem à se, non ab alio, Filium ex Patre genitum: Deum uerum, de Deo uero Lumen uerum de lumine uero: non tamen duo lumina, sed unum lumen. Spiritum sanctum æqualitet à Patre & Filio procedentem. *S. Hilar. qui fuit anno ex 318. Patribus in Nicæno Concil. in Ser. post Pent. to scito Sancto Trinitatis.*

Sanctus Ioannes Damascenus: Omnia quæcunque habet Pater, in generando tradidit Filio, præterquam esse Patrem.

Et rursus: Ipse quidem mens est, Pater uidelicet Filij abyssus, Filij genitor, & per Filium manifestatur Spiritus productor. Et paulò post: Spiritus uerò Sanctus, manifestatus ac cultæ diuinitatis potentia Patris, ex Patre per Filium procedit, utique scit. Et in historia *Cap. Theologi carum rerum 13.*

C Barlaam, & Iosaphat: unum scias Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedentem: Deum perfectum & uiuificantem, & sanctificationis largitorem.

Magnus Anastasius Antiochiæ Patriarcha: Sic & spiritus oris eius, id est, Dei, Spiritus sanctus, Filius dicitur, cum os sit uirgenitus, & Spiritus rursus ex eo procedens: nec solum à Patre, sed & à Filio missus. Ac paulò post: Atqui Dominus à semet esse ostendens, discipulis insufflans dicebat: Accipite Spiritum sanctum. *Hic ille est qui à Nicæno Synod. doctus. Pide natus. de rectis dogmat. verstatis ad nos pertinen. ad Mart. Cyp. Presbyterum.*

S. Maximus: Synodalium Actorum Sanctissimi Papæ nostri, non in tot, quot scripsistis capitibus Regia Vrbis homines comprehenderunt, sed duobus tantum: quorum alterum est de Theologia, quia dicis: & ex Filio Spiritum sanctum procedere: alterum de Diuina Incarnatione, ubi scripsit Dominum sine originali peccato esse, ut hominem. Et in hoc Romanorum Patrum expositiones consentire demonstrarunt. Quinetiam & Cyrillum Alexandriæ Epi

D scopum, & eius sacro tractatu compositis in S. Ioannem Euangelistam: ex quibus se non facere Filium principium Spiritus ostenderunt. Nam unum tantum Filij & Spiritus principium nouerunt illius secundum generationem; huius secundum processionem. sed ut processionem per eum declararent, & hac ratione coniunctionem, & identitatem essentiæ comprobarent.

DISCIPVLVS.

Ergo etiam Patres antiqui Græci, qui sacris Concilijs interfuerunt, idem senserũt.

MAGISTER.

Vtique, nam S. Athanasius, & Hilarius Nicænę, & D. Cyrillus Ephesinę Synodis intererant. Atque in Actis primę Synodi scriptum est: Spiritum sanctum ex Patre *Vbi sup. in actis 1. Synodi.*

E procedere, proprium autem eum esse Filij & ab eo scaturire:

Et sexta & septima Oecumenicę Synodi, anathematis subijcijunt reijcientes Sanctorum Patrum, non solùm Græcorum, uerùmetiam Latinorum sententias, pro dogmatibus DEI Ecclesię constituendis, promulgatas, Athanasij, Hilarij, Basilij, Cyrilli, Augustini, Theophili, Ioannis Constantinopolitani, Leonis Sanctissimi Pontificis, Procli, Amphilochij, Magni Anastasij Antiochię Patriarchę, ac similium. *6. & 7. Synodi.*

DISCIPVLVS.

Cùm Patres Latini Occidentis, & Africę idem ipsum senserint, loca saltem aliquorum, ad hanc ueritatem spectantia, nosse desidero.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00339

MAGISTER. A

Primum quattuor sanctissimorum Pontificum, quos uel ipsi Græci uenerantur, deinde aliquorum aliorum loca breuissimè indicabo.

S. Dam. in confes. Cathol. fidei ad Paulin. Episc. Antioch.

S. Damasus is, qui Constantinopolitanam Synodum secundam indixit, ac confirmauit, sic ait: *Spiritum verò Paracletum neque Patrem esse, neque Filium, sed ex Patre procedentem & Filio: est igitur ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus Paracletus, sed ex Patre procedens & Filio.*

S. Hormisda in Ep. ad Iust. Imp. ad Nestor. & Eutychis blasphe.

S. Hormisda *Certum est, proprium Patris esse, Filium generare; proprium Filij Dei, æqualem Patri generari: proprium Spiritussancti, ex Patre procedere & Filio, sub vna deitatis essentia.*

S. Leo P. Sermone in Pentecoste.

S. Leo, qui Chalcedonensem Synodum indixit, & confirmauit, inquit: *Cùmque in personarum proprietatibus alius sit Pater, alius sit Filius, alius sit Spiritussanctus: non tamen alia Deitas, neque diuersa Natura est: siquidem, cùm de Patre sit Filius vnigenitus, & Spiritussanctus Patris Filijque sit Spiritus: non sicut quæcunque creatura, quæ & Patris, & Filij est, sed sicut cum vtroque viuens & potens, & sempiternus, & ex eo, quod est Pater, Filiusque subsistit.* B

S. Gregorius in fi. 2. Dialogi.

Vide item lib. 30. Moral. c. 8. & in sua confes. fidei & hom. 26.

S. Gregorius Magnus, qui & à Græcis Dialogus dicitur: *Cùm enim constet, quia Paracletus Spiritus à Patre semper procedat & Filio: cur se Filius recessurum dicit, vt ille veniat, qui à Filio nunquam recedit? Sed quia discipuli Dominum in carne cernentes, spiritualiter quoque videre sitiebant, rectè eis dicitur:* Si ego non abiero, Paracletus von veniet: *ac si apertè diceretur: Si corpus non subtraho, quis sit amor Spiritus non ostendo: & nisi me desieritis carnaliter cernere, nunquam scietis me spiritualiter amare.* C

S. Amb. ad Gratia. Imp. 1. lib. c. 10. de Spiritu S.

S. Ambrosius: *Spiritus quoque sanctus, cùm ex Patre procedit, & Filio, non separatur à Patre, non separatur à Filio, quomodo enim separari potest à Patre, qui Spiritus eius oris est?*

S. Aug. lib. 4. ca. 20. de Tr. & lib. 5. cap. 14. Vide & li. 15. c. 17. de Trin. & c. 26. eiusdem lib. Ac de fide ad Pet. c. 2. & lib. soliloqu. c. 32. et ad Orosium & aduersus Maxim. lib. 3. & 13. ca. 14. vbi pulcherrimè de hac veritate disseruit. An. 1438.

S. Augustinus: *Et sicut Spiritui sancto donum Dei esse, est à Patre procedere: ita mitti, est cognosci, quod ab illo procedat: nec possumus dicere, quod Spiritussanctus non & à Filio procedat: neque frustra idem Spiritus, & Patris, & Filij Spiritus dicitur: nec video, quid aliud significare voluerit, cùm sufflans in faciem Discipulorum ait;* Accipite Spiritumsanctum. *Neque enim flatus ille corporeus cum sensu corporaliter tangendi, procedens ex corpore, substantia Spiritussancti fuit: sed demonstratio per congruam significationem, non tantum à Patre, sed & à Filio procedere Spiritumsanctum. Quis enim dementissimus dixerit, alium fuisse Spiritum, quem sufflans dedit: & alium quem post ascensionem suam misit?*

DISCIPVLVS. D

Sed num sequentibus sæculis postea vnquam conuenere cum Occidentalibus Orientales, aut hanc ueritatem ex eadem Diuina Scriptura & Patribus antiquis unanimi consensu admiserunt?

MAGISTER.

Sanè. Nam & superiore sæculo ante annos centum quadraginta Constantinopolitanus Patriarcha cum ipso Græcorum Imperatore Ioanne Paleologo, cumque reliquis Orientis Episcopis, & præstantissimis Theologis, in Florentina Synodo sub Eugenio IIII. Pont. Max. eandem ueritatem, ijsdem Patrum auctoritatibus, & uerbo Dei, atque alijs efficacibus argumentis coacti agnouerunt, ac testati sunt. Quãobrem & vnio inter Græcos, atque Occidentales est consecuta. E

DISCIPVLVS.

Quænam illa alia fuere argumenta quibus coacti sunt.

MAGISTER.

Rationes quæ probant Spiritum S. procedere à Filio.

Primùm, quod nullibi apud Sacram Scripturam, neque apud Doctores dictum inuenitur, ex solo Patre procedere Spiritumsanctum.

Deinde, cùm producere Spiritumsanctum, Patris operatio notionalis sit, eaque non origine prima & immediata, sed per primam, quę generatio uocatur, necesse est etiam Filium, qui per generationem producitur, huius productiones esse consortem, & per eum Spiritumsanctum procedere.

Præterea,

A Præterea, cùm apud omnes Doctores in confesso sit, Spiritum sanctum prodire ex Filio, omnino prodeat naturaliter necesse est. Nihil enim in Deo aut præter naturã, aut aduentitium est. Nam creaturarum est, non prodire ex Deo natura. Si ergo secundum naturam ex Filio prodit Spiritus, processionem verò secundum naturam in diuinis dupliciter oportet esse, vel per generationem, vel per processionem: per generationem autem non prodit ex eo (profectò enim esset Filius Filij etiam Spiritus) prodit ergo per processionem: itaque Spiritus ex Filio processio erit, tanquam eius, qui procedit ex eo.

Amplius, Spiritum sanctum ex substantia Patris esse, & Filij, omnes Doctores Orientales pariter & Occidentales clamant: sed quod in Trinitate ex essentia alicuius est, etiam ex hypostasi eius est. Cùm ergo Spiritus sanctus dicatur esse ex substantia
B Filij, est etiam ex ipsius hypostasi. Quod si quis dicere audeat ea, propter esse consubstantiale, prolata fuisse, ac vt Spiritus eiusdem essentiæ ostendatur esse cum Patre & Filio, id quidem verum est, tanto magis adiuuat nos: Nam sic magis est consubstantia lis Patri & Filio Spiritus, quasi ex eorum essentia, & ex ijs prodiens, siue procedens: quasi si consubstantialitatem simpliciter denotat, vt ipsi volunt, necesse esset etiam Patrem ex essentia Filij, & Spiritus, & Filium ex essentia Spiritus dici. Sed id hucusque nemo dicere ausus est, neque audebit, si Christianus esse voluerit.

Adhuc, à magno Basilio, & plerisque Sanctis dicitur Filius imago Patris, Spiritus imago Filij, & Filius operatio Patris, Spiritus operatio Filij: & Filius Patris verbum, Spiritus Filij eloquium: & Filius fragantia Patris, Spiritus fragantia Filij: Sed Filius dicitur esse hæc omnia Patris, quia ex eo procedit. Ergo & Spiritus sanctus dicetur es-
C se hæc omnia Filij, eo quod ex illo procedat.

Accedit, Quòd si Spiritus ex Filio non esset, ab eo nunquam personaliter distingue retur. Cùm enim personæ diuinæ non distinguantur per absoluras proprietates, sed per relationes originis, certè si Spiritus sanctus non oriretur à Filio, non haberet relationem originis ad illum, atque adeò neque ab eo distingueretur, quod absurdissimum dictu est. Trinitas enim ita in dualitatem verteretur.

Item: Dicit Christus discipulis: *Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis:* Et *Ioan. 16.*
si abiero mittam eum ad vos: quare mitti in Deo, à caussa esse demonstrat, ut Græci loquuntur, vel à principio, vt Latini. Testis est D. Chrysostomus ad Arianos, qui dubitabant, quomodo eiusdem essentiæ sit qui mittit, & qui mittitur. Is enim 29. Hom. di-
D cit: *Rursus ad humana orationem traducis, nec intelligis omnia hæc ob nihil aliud dicta esse, nisi vt causssam scisamus, neque in Sabelly morbum incidamus:* Sed Spiritus à Filio mittitur: ex eo ergo est.

Ad hæc, In Deo illa persona, quæ est eiusdem naturæ cum altera, & insuper dicitur esse illius, necesse est, vt ab illa procedat: vt Pater in Filio, respectu Patris: sed Spiritus sanctus, est persona eiusdem substantiæ cum illo, & insuper in Scripturis dicitur esse Spiritus Filij, igitur necessariò ab illo procedit.

Item: Spiritus sanctus est relationum ad Filium, sicut ad Patrem: vnde & dicitur Spiritus Filij, sicut & Patris: ergo refertur ad Filium tanquam ad spirantem, & producentem, sicut & refertur ad Patrem. Est ergo Spiritus sanctus ex Patre, & Filio, tãquam spirantibus & producentibus eum. Denique Spiritus sanctus à Filio accipitis
E enim dicit: *De meo accipiet.* Quod autem accipit, essentia eius est, neque aliud est essentia eius, aliud quod accipit: esset enim sanè compositum, sed est in summo simplicitatis excessu tanquam Deus. Essentiam ergo suam, & esse accipit etiam ex Filio.

DISCIPVLVS.

Quid ergo tam expresso Dei verbo, tot sanctissimis Patribus, tam efficacibus argumentis, habent Orientales, quod obijciant?

MAGISTER.

Nihil sanè habent ueri, sed quemadmodum Hæretici (vt inquit D. Chysostomus) conuincuntur, sed non sanantur, ita Schismatici refelluntur quidem, & superantur ab Ecclesia Catholica, sed quandiu à radice, siue ab arbore præcisi manent, nec spiritum vitalem, nec veritatem percipiunt.

DISCI-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00341

DISCIPVLVS. A

Quid? si qui ex simplicitate, ignorantiave, aut quoniam istam veritatem nunquam à Catholicis edoctiſuerunt, uellent eam addiscere, nonnè operę pretium esset illos docere ?

MAGISTER.

Non solum esset operæ pretium, sed operę premium æternum. Nihil autem efficacius orauit Dominus IESVS, *quam vt essemus vnum, sicut & Pater, & ille vnum* Ioan. 17. *sint*. Quamobrem qui hæc docuerit, sentiet à Spiritu sancto maxima dona sibi impartiri.

DISCIPVLVS.

Doce igitur me, quibus rationibus eorum obiectiones dilui possent, qui ueritatem adeò lucidam obducere errorum tenebris in suam perniciem tentarunt ? B

MAGISTER.

Faciam, si tu ordine ipsas obiectiones proposueris.

DISCIPVLVS.

Diluuntur Græcor. obiectiones. In Scriptura Diuina non est expressum, Spiritum sanctum à Filio procedere, sed mitti.

MAGISTER.

Cùm quoties in eadem Scriptura legimus Spiritum sanctum à Patre mitti, nihil ambigimus, quin id significet à Patre procedere: cur cùm legimus à Filio eundem mitti, non intelligamus id ipsum esse, quod procedere?

Galat. 4. Ioan. 16. 1. Ioan. 4. Galat. 4. Præterea cùm de Filio dicatur, *Misit Deus Filium suum factum ex muliere*. Et ipse Saluator: *Ego à Patre exiui, & ueni*. Ac rursus alibi: *Pater misit Filium Saluatorem mundi*: quæ omnia generationem Filij ex Patre demonstrant: sic & de Spiritu sancto, quoniam Spiritum Patris audimus, Spiritum ex patre intelligimus: Et Spiritum Filij, Spiritum ex Filio percipimus. C

DISCIPVLVS.

At dicunt, Spiritum sanctum, non quia à Filio procedit, sed quoniam consubstantialis est Filio, dici Spiritum Filij.

MAGISTER.

Supra responsum est, sed & iterum respondeo, si res ut isti uolunt, ita se haberet, se queretur, Filium quoque dici Spiritus sancti: Patremque Filij quoque ac Spiritus sancti Filium, propter consubstantialitatem. Verùm hoc nunquam reperietur, ac uel cogitatu est perabsurdum. D

DISCIPVLVS.

Ioan. 16. Cur Dominus dicens: *Spiritum veritatis, qui ex Patre procedit*, non addidit item *seipsum* ?

MAGISTER.

Satis quidem addidit *seipsum*, ut ex Diuinę Scripturę locis initio citatis constat: uerumtamen & illud addo, nec negasse de se, quin à se ipso procederet Spiritus sanctus: licet ita loqueretur, ut Patrem sui, & Spiritus sancti ingenitum, ac primarium fontē indicarer. Sed neque satis id est, quod obiciunt ad suum errorem comprobandum. Matth. 24. Ioan. 8. *Nam de die & hora illa* (inquit Dominus) *nemo scit, neque Angeli, neque Filius, nisi solus Pater*. Ac rursus: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris*. Et tamen nos recta ratione contrarium credimus, diemque illum & horam sic aperte ab eo sciri, sicut E à Patre: doctrinamque eius super omnia esse, cum que ipsum immensam esse sapientiā non dubitamus. Si ergo manifestè (ut uidetur,) negauit, nos cum laude contraria credimus: qui non item hic, quę non negauit, piè credemus?

DISCIPVLVS.

A Græcis Patribus interdum dicitur Spiritus sanctus per Filium produci: non autem ex eo procedere?

MAGISTER.

A Græcis item Patribus (uti ostensum est supra) dicitur Spiritus S. ex Patre & Filio prodire, procedere, profluere, &c. sed & dictio illa, *per*, significat sæpe causſam, seu princi-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00342

A principium, ita ut tantundem desiguer, ac si diceretur: Ex * Filio. Iam cùm scriptum sit, *omnia per ipsum facta sunt*, nemo non intelligit, Filium creaturæ causſam fuisse. Et alibi, cùm ab Eua dictum sit. *Possedi hominem per Deum*, idem utique est, ac si diceretur ex Deo: sicut Diuus Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, obseruarunt.

* *Ioan. 1. Genes. 4. Basil. in expo. fer. Gen. & ad Amphiloc. Chrysost. in c. 13. ad Heb. Cyril. in Ephe. ad Nestor.*

DISCIPVLVS.

Sed Damascæni uerba sunt hęc: *Ex Filio Spiritum non dicimus*.

MAGISTER.

Non dixit, non esse, sed non dici, ut uiderentur eo tempore impia hæresis Eunomij, asserentis ex solo Filio Spiritum esse. *Ex Filio* (inquit) *Spiritum non dicimus, neque ex Spiritu*; Sic idem ipse Damascenus *Christi genitricem* (ait) *Virginem sanctam non dici-*
B *mus*. Et alibi: *Ideo Dei genitricem Virginem sanctam prædicamus, perinde ac Deum, propriè, & verè incarnatum ex eo genuerit: Nam Christum peperisse non ignoramus, quia Christum genuit: sed quia impius Nestorius ad execrandum id verbum, quo etiam Deum peperisse exprimimus ea dictione abusus est*. Porrò Damascenus in eo loco præpositionem (ex) soli Patri attribuit: vt significaret illum esse primam in Trinitate personam, & qui à nullo producendi virtutem accipiat: præpositionem verò (per) Filio accommodauit: vt ostenderet, illum esse ordine originis secundam in Trinitate personam, & quæ vim spirandi à Patre accipiat. Adde, quod, vt supra diximus, Damascenus in Historia Barlaam apertè dicit Spiritum sanctum à Patre procedere.

DISCIPVLVS.

C At nonne etiam Patres aliqui nonnunquam vitarunt illam dictionem, ex, ne Filiũ principium facerent, siquè non crederetur Spiritus S. duo esse principia?

MAGISTER.

Cyrillus Alexandrinus dixit, se vnum tantum Filij & Spiritus S. principium facere, ad identitatem essentiæ comprobandam. Quod verò dixit, se non facere Filiũ principium, minimè, quod non sit ex eo, sed esse magis ostendit. Dicit enim, se non facere principium, videlicet principale, vt illa impia hæresis vitaretur, asserens Filium ex solo Patre, Spiritum sanctum ex solo Filio procedere. Idcirco sancti illi Patres ex Patre, vel Filio dicere interdum cauerunt: id est, neque ex Patre solo, neque ex Filio solo, sed ex Patre per Filium: Et tamen per eum, & ex eo dicunt Spiritum sanctum prodire, pro fluere, producere.

Cur Græci Patres Patrẽ principiũ Spiritus S. uocarint nõ filiũ.

D DISCIPVLVS.

Verùm obijciunt rursus dicentes, si quis ex ambabus personis, Spiritum sanctum dixerit procedere, nonne coniungentur in vnam personam Pater & Filius?

MAGISTER.

Quia personæ Patris constitutiua proprietas dicta est esse Paternitas, & generatio: spirare verò proprietas est, siue notio, quæ sequitur personam constitutam ipsius, nulla necessitas est eum, qui communem cum illo habet eam proprietatem, quæ personæ eius constitutiua non est, vnam esse cum eo personam. Nam sicuti communicans cum Patre Filius, in eo scilicet, quod est, Spiritum eius esse, quemadmodum & Patris, & mitti ab eo, quemadmodum & à Patre, tamen non cum eo persona communicat, quia
E spiritum dici Patris, vel ab eo mitti, non est paternæ personæ constitutiuum; sic neque qui spirationem cum Patre communem habet, in vnam personam coniungitur, quia spirare non est personæ paternæ constitutiuum, quamobrem quouisque ostensum nõ fuerit spirare esse personæ paternæ constitutiuum; neque coniunctionem personarum posse demonstrare.

DISCIPVLVS.

Et tamen illis, qui Diuina mysteria sensu carnali metiebantur, mirum videbatur duo principia, vel duas causſas non constitui, cùm Spiritus S. ex Patre, & Filio procedere diceretur?

MAGI-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00343

MAGISTER. A

Patet & Filius quomodo vnus sint principium Spiritus sancti &c.

Si mirum videbatur duas personas vnum esse principium, ac non coniungi; magis debebat mirum videri, tres personas vnum esse rerum creararum principium, neque coniungi. Nec Latini vnquam duo principia dixerunt, vel primum, vel secundum principium, vel vnum ex duobus constans principium, imò qui ita senserunt, hos anathemati subiecerunt. Sicut autem cùm Gregorius Theologus dixit, principium de principio, ac Deum de Deo, non duos proprerea Deos intelligimus, sic neque duo principia, cùm Spiritum sanctum ex vtroque procedere asserimus.

DISCIPVLVS.

Cùm Latinorum Patrum mentionem feceris, die obsecro, quibus vicibus ipsi ista pronuntiant?

MAGISTER. B

Vide lib. 5 de Trinit. c. 14.

D. Augustinus, Patrem & Filium ostendit non duo esse principia Spiritus sancti, sed ambo vnum principium eius, neque quatenus duo, producunt Spiritum sanctum, nec quatenus duo, Spiritus S. principia sunt: sicuti creaturæ non tria principia, Pater, Filius & Spiritus S. sed unum eius principium Trinitas Deus est.

Præterea quia una, & eadem numero virtute ipsi creant, & vna, & eadem omnino niter Deitate producunt, iccirco iure vnus Deus, & auctor dicitur vnus, non tres. Quia ergo una & eadem virtute simul Pater & Filius, Spiritum producunt, & quia à Patre accipit Filius hanc virtutem processionis causfatiuam, ideo proprie, & verè vna causfa, seu vnum principium est processionis Spiritus sancti.

DISCIPVLVS. C

Vtinam ista errantes audire, aut discere voluissent. Sed age, quonam modo respondum est iis, qui alio illo argumento fidem oppugnant, dicentes: vel perfecta est ex Patre processio, & inanis ea, quæ est ex Filio, vel si necessaria ea est, quæ ex Filio, imperfecta ea quæ est ex Patre?

MAGISTER.

Sicut perfecta est ex Patre mundi creatio, entiumque productio, & si eadem numero Filij, & Spiritus sancti ad ea producenda operatio sit. Nec alia illius est, alia horum: sic perfecta est, & magis quàm perfecta, ex Patre Spiritus sancti processio, etiamsi una & eadem numero sit cum ea, quæ est ex Filio processio, non alia, & alia: Nec interdum ea, quæ est ex Filio, interdum ea, quæ est ex Patre, sed simul, & eadem æque, cum una, & eadem numero potestate, vterque producat.

DISCIPVLVS. D

Sed & ex D. Dionysio illud obijciunt: *Solus fons supereſſentialis Deitatis Pater est*: Itaque (aiunt) ex eo solo procedit Spiritus sanctus.

MAGISTER.

9. Athanas. in lib. aduers. Arian. Vsal 35. S. Basilius 2. lib. aduers. Eunom.

S. Athanasius enarrans illud Psalmi: *Apud te est fons vitæ: videbimus* (inquit) *Patrem, ut-delices apud se habens filium fontem Spiritus*.

S. Basilius: *Quid igitur* (inquit) *nos quamodo ingenitum Patrem, genitum Filium confitendo, secundum ipsum esse contradictionem nitabimus? Quid dicemus? Quod boni Patris bonus est Filius, ex lumine vero ingenito lumen effulsit sempiternum: & ex vere vita, viuificans profluxit fons: & ex virtute, quæ per se est, Dei virtus desumpta est. Ac rursus: Idem fons vitæ Filius inquit. Nam & Patrem dicit Dauid: apud te est fons vitæ: Et rursus alter* Propheta, de Iudæis dicit: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Viua vero aqua Spiritus sanctus appellatur*.

Psal. 35. * Ierem. 11. E

Vide pulcherrima de hoc fonte vita apud D. Aug. ad Max libro 3. cap 14.

Deinde neque nos Filium dicimus fontem esse principalem vel ex se ipso habere, vt fons sit, sed ex Patre. Pater enim fons est supereſſentialis Deitatis, quia ex alio fon te non prosluit, quippe qui ex alio non habet, ut fons sit: quia prima ei nulla causfa est, ut fons sit: sed Filio Pater est, ac Pater fons est, vt genitor, & vt productor. Inde Pater simpliciter emanantis Deitatis fons est: Filius ipsius Spiritus sancti tantùm.

DISCIPVLVS.

Matth. 3. Ioan. 1.

Sed nunquã illud audisti, quod dicunt, vt adhuc semeripsos fallant? sic enim aiunt: Ioannes Baptista mysteriorum peritus conspexit Spiritum, quasi columbam in Christum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00344

A stum descendentem, ergo quod non habuit, accipiebat, tantùm abest, ut Spiritus sanctus ex eo procedere dici debeat ? *Ioan 3.*

MAGISTER.

Respondeat isti cæcitati, ne dicam ineptiæ S. Athanasius. *Ne credat quis* (inquit,) *quod non habebat, accipiebat: is enim superne demittebat, ut Deus: & infernè eum suscipiebat, ut homo. Ex eo igitur in eum descendebat, ex eius Deitate in humanitatem ipsius.* Hæc ille. Qui igitur in Iordane baptizabatur, verè Filius Dei erat, & omnia quæcunque habet Pater, ut Deus habebat, & habet: & quanquam ut homo in Iordane confiteret, paternum tamen thronum non reliquerat. *S. Athan. de incarnatione Verbi.*

DISCIPVLVS.

Cum Græci dicant, nos in anathema incurrisse, quòd Symbolum fidei immutauerimus,

B verba illa addentes Constantinopolitanæ, aliarumùe Synodorum quarundam Symbolo, *secundum Scripturas*, & *Filioq*, quid istis respondendum est ?

MAGISTER.

Si quid veritati in illis Synodis edoctæ iudicassent eam uerborum declarationem, siue additionem aduersari: nunquam illi ipsi Pontifices Maximi, uel alij quoque sanctiss. Patres Græci, qui Synodos illas approbarunt, aut ijsdem interfuerunt, eandem in suis scriptis inseruissent. Et quidem anathemati subijcimur, qui aliter sentiant, aut doceant, quàm senserit Ecclesia illa, quæ eadem est cum præsente Catholica. Aliter autem senserunt Macedonius, & Eunomius, alijque eiusmodi, aduersùs quos anathema illud est latum. Quin verò non ipsi tantùm ijnter Patres, verùm & Concilium ipsum Ephesinum, vnum è quattuor illis celeberrimis habitum apud Græcos, diserte testatur, Spiritum sanctũ

C à Filio quoque procedere. Quamobrem Græci cùm sese sæpius errasse animaduertissent: sæpius item, hoc est, quater decies, variis temporibus cum Ecclesia Occidentali consensse runt, sicuti etiã ante plusquã trecentos annos in Oecumenica seu Generali Synodo Lugdunensi sub Gregorio X. factum est, cùm Græci Episcopi eò venientes, tam reliquorum Orientalium, quàm Imperatoris nomine publicè professi sunt, Spiritum sanctum æternaliter ex Patre, & Filio, non tamquam ex duobus principijs, sed tanquam ex vno principio, non duabus spirationibus, sed vna spiratione procedere: idq; coram toto Concilio illo ter Græcè, ac ter Latinè, cùm ijs verbis, *secundum scripturas, Filioq;* similiter decantarũt. *De Sum. Trinitate & fide Catholica. in 6. tan. fidei.*

Porrò cùm, sicut S. Augustinus dixit, salubertima semper fuerit vniuersalium Concilio rum auctoritas, malè cum sequentibus seculorum Christianis actum fuisset, si quæ priores

D Synodi docuerunt, ea posteriores Synodi, aut qui Ecclesiæ præsunt, nouis errorib. emergentibus declarare non potuissent. Quod quidem cùm fiat in Verbo Dei, quotiescunque opus est, nec tamen aliter, quàm Spiritus sanctus sentiat, Catholici Doctores illud expo nant, cur non fiet in ijsdem Concilijs, quæ ab eodem Spiritu sancto proficiscuntur ?

Imò in hac ipsa secunda Synodo, quam nobis obijciunt, hoc ipsum factum uidemus: si quidem Patres huius Synodi addiderunt Nicæno Symbolo verba illa, *Spiritum Sanctum Dominum & uiuificantem*, &c. Cùm tamen in Nicæna Synodo statutum fuerit, ne quid ultra adderetur Symbolo, quod ibi editum fuit.

DISCIPVLVS.

O Catholicæ Ecclesiæ ueritatem immobilem. Et ò miserrimam Schismaticorum cæcitatem, blasphemantium quæ nunquam didicerunt, nec discere uoluerunt.

E MAGISTER.

Ergo Diuinæ bonitati, quę te ista docuit, non uerbis tantùm, sed & moribus Christiano Dignis, gratias age: Deinde uerò cogita, id quod te Spiritus sanctus docuit, nunc à te requirere, ut etiam idem alios doceas: tic enim facilè intelligent ex hoc uno, maximis rationibus, ac ipsa ueritate Catholicos ad credenda reliqua adduci, sicque & ipsi fortassis æterna Catholica dogmata uerissima esse credent, & amplectentur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00345

ΟΜΟΛΟΓΙΑ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΙΣΤΕΩΝ ΤΗΣ ΓΡΑΙΚΩΝ ΠΟΙΗΘΗΣΟΜΕΝΗ, προσφώνημα τῶ ἁγιωτάτῳ κυρίῳ Γρηγορίῳ Πάπᾳ ιγ'. ἐκδοθεῖσα.

A

Εὐαγγελιζόμεθα ὑμῖν τὸν ἕνα ὁμολογοῦντες ἅπαντα, καὶ καθ' ἕνωσιν τὰ περιεχόμενα ἐν τῷ συμβόλῳ τῶν τριῶν, ὅτιπερ ὁ ἁγία ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία κηρύττει, ὅτι

Πιστεύομεν ἓνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ. τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. ταφησθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς. καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιοῦν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον. τὸ σὺν πατρὶ, καὶ υἱῷ συνπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον. τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν, καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ὁμολογοῦμεν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἀμήν.

B

Ἔτι πιστεύομεν καὶ καθ' ὁμοίωσιν καὶ ὁμολογοῦμεν πάντα τὰ ὑπὸ τῆς ἱερᾶς οἰκουμενικῆς σὺν θρονιᾷ συνόδου φερόμενα δογματικὰ ἐκκλησίας ὑπάρχοντα ὁρισθέντα τε ἐν ἁγίῳ πνεύματι, ὅμοια, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ ἀϊδίως ἔζη, καὶ τῶν ἑαυτοῦ οὐσιῶν, ὃ τὸ ὑπαρκτικὸν αὐτοῦ εἶναι ἔχει ἐκ τοῦ πατρὸς ἅμα καὶ τοῦ υἱοῦ. καὶ ἐξ αἰωνοτήτων ἀϊδίως, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ἓν μονὰδικὸν προβολῆς ἐκπορευόμενον, ἀπεὶ ὑπῆρχε τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν ἀϊδιότητι λέγωμεν, εἰς ταυτὸν φέρει τὴν ὕπαρξιν. ὡς ὁ ἐξ οὗτος δηλοῦσθαι καὶ τοῦτο· ὅτιπερ ἓν μόνον τὸ ῥηματικὸν αἴτιον, καθὸ ἐκ τοῦτο λεγόμενον ἁγγέλων τῶς τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπάρξεως, ὡς ὑπὸ τοῦ πατρὸς. καὶ ὑπὸ πάντα ὡσαύτως ἐξ ἑνὸς τοῦ πατρὸς, αὐτὸς ὁ πατὴρ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ διδάσκει, πᾶλιν τοῦ ἑνὸς πατέρα. τοῦτο αὐτὸ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, αὐτὸς ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἔχει, ἀφ' οὗ ἀϊδίως ὁ γεγέννηται. καὶ τῶν ἰδίων ῥημάτων κείμενον αὐτὸ ἐν τῷ υἱῷ, χάριν τοῦ τῶν ἀλλοθεῶν σκεβωσθῆναι, ὃ αὖαγ ἂν τοτὲ δὴ κειμένων, θεωτέον τε καὶ δόξῃ σε τῷ συμβόλῳ προστεθῆναι.

C

Ἔτι ἐπαγόμεθα ἐπὶ ζυμοῦ ἄρτου πίπτειν τὸ χριστὸν σῶμα τελεσθῆναι ἀληθῶς, τοῦτ τὸ ἱερεῖς ἐν Σατέρῳ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τὸ λεῖν ὀφείλειν, ἐπαγόμεθα δὲ καὶ τοῦτ τὸν τῶν ἰδίως ἐκκλησίας, ἐπὶ ἀζύμοις ἐν ἀνατολικοῖς σωθῆναι.

D

Ἔτι ἐπάγομεν ἀληθῶς μεταποιήσαντες βαπτίσωσιν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἁγάπῃ, πρὸς τοῦς ἀξίους τῆς μεταποιήσεως παρεῖναι ἐκατοντόσεως ἀφεῖ τῆς ἐμαρτημένων ὁμοῦ καὶ ἀμελημένων, τὰς τούτων ψυχὰς καθαρτικαῖς τιμωρίαις καθαίρεσθαι μετὰ θάνατον. ὡς δὲ Χαπκοφίζεσθαι, αὐτὰς ἔφ τοιούτων τιμωρίων, λυτιτελῶν αὐτὰς τὰς τῆ ζώντων πιστῶν δύνασθαι, ἢ πλουσίοις τὰς ἰσους Συσίας ἐ δῶρας καὶ ἐλεημοσύνας, καὶ τ' ἄλλα τὰς δουβιάς ἔρχα, ἅτινα σαφῶς τῆ πιστῶν ὑπὲρ ἀλλων πιστῶν ὑμῶν γίγνεσθαι καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐβέβαγματα. ἐκείνων δὲ ταῖς ψυχαῖς οἱ τινες μετὰ τὸ βαπτίσθηναι μὲ μιᾶδιος τῆς ἁμαρτίας κηλῖδ' ὑπάντεσεν, ἢν ὅτε τὰς μετὰ τὸ τελειωσασθῆναι τῶν τῆς ἁμαρτίας κηλῖδ', εἴτε εἰ τοῖς αὐτῆ σώμασι, εἴτε μετὰ τὸ τὰ σώματα καθύσασθαι, ὡς προείρηται, καθαιρεθῆσαι, εἰς οὐρανὸν δῶρυς προπαμβάνεσθαι, καὶ καθαρῶς θεωρεῖν αὐτὸν τὸν ὄνα καὶ τρισυτοσατον θεὸν καθὼς ἔζιν. ὕτιοον μὴ τοι ἐτίμη τὰ λαῦτεσο κατὰ τῶν ἢ βλεπομένων ἀξίων. τὰς δὲ ψυχὰς ἢ τὰ βασιλεῖαν ἁμαρτίᾳ τὴ κατ' ἐξοχὴν, ἢ κηῖ οὐ μόνη τὴ πραπεζῆσαι καθρίωσιν, δῶδιος καθαβαίνειν εἰς ᾅδ ον, Τιμοῦμεν ὁ μοις αὐτοῖς τιμωρηθησόμενας.

E

Ἐπὶ πᾶν ἁγιων καθολικὴ καθιέρας, Ἐ τὸν ῥωμαϊκὸν ἀρχηρία εἶς πᾶσαν τῶν οἰκουμένων τὸ πρωτεῖον κατέχειν αὐτοῦ τε τὸν ῥωμαϊκὸν ἀρχιερέα ἐξῆς ὄντα τῶ μακαρίᾳ πέτρᾳ τὰκα ῥηθεῖν τῆ σωτῆρος, καὶ ἀληθῆ ποτισεπτεῖν τοῦ χριστοῦ, καὶ πάσας τὰς ἐκκλησίας κεφαλὴν, καὶ πάντων τῆ χριστιανῶν πατέρα τε καὶ διδάσκαλον ὑπάρχειν. καὶ αὐτῷ τὸν μακαρίῳ Πέτρῳ τοῦ ποιμαφεῖν, ἐπιδοθέν, καὶ κυβερνᾶν τῶν καθολικῶν ἐκκλησίαν ὑπὸ τὸ κυρίου ἡμῶν

PROFESSIO ORTODOXAE FIDEI A GRAECIS FACIENDA,

Iussu Gregorij XIII. Pont. Max. edita.

EGo firma fide credo & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet.

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem patri; per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine; & Homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos, & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem: qui ex Patre, Filioq. procedit. Qui cum Patre, & Filio, simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Propheras. Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi amen.

Credo etiam, suscipio, atque profiteor ea omnia, quæ sacra Oecumenica Synodus Florentina super vnione Occidentalis, & Orientalis Ecclesiæ diffiniuit & declarauit, ut dicit, quòd Spiritus Sanctus à Patre, & Filio æternaliter est, & essentiam suam, suumq. esse subsistens habet ex Patre simul & Filio; & ex utroque æternaliter, tanquam ab unico principio, & vnica spiratione procedit. Cum id quod Sancti Doctores & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendat: vt per hoc significetur Filium quoque esse, secundum Græcos quidem causam, secundū Latinos verò principium subsistentiæ Spiritus Sancti sicut & Patrem. Cumque omnia quæ Patris sunt, ipse Pater vnigenito Filio suo gignendo dederit, præter esse Patrem; hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiam genitus est. Illamq. verborum illorum, Filioq. explicationem, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc necessitate, licitè ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

Item in azymo siue fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici: Sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, vnumquemq. scilicet iuxta suæ Ecclesiæ, siue Occidentalis, siue Orientalis consuetudinem.

Item si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint, & omissis, eorum animas pœnis Purgatorij post mortē purgari: & ut à pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueuerunt, secundum Ecclesiæ instituta. Illorumque animas qui post Baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem extractæ corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & vnum sicuti est, meritorum tamen diuersitate aliam alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas.

Item Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in Vniuersum Orbem tenere Primatum; & ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere; & ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00347

ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ πλήρη ἐξουσίαν παραδεδόσθαι, καθ᾽ ὃν τρόπον καὶ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κανόσιν διαλαμβάνεται.

Προσέτι ὁμολογῶ καὶ προσδέχομαι τ᾽ ἄλλα πάντα, ἅτινα ἐκ τῶν δογμάτων τῆς ἱερᾶς καὶ οἰκουμενικῆς τριδεντίνης συνόδου, ἡ ἁγία καὶ ἱερὰ ῥωμαϊκὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία πρὸς τοῖς ἐν τῷ ἐπάνω εἰρημένῳ συμβόλῳ κατεχομένοις, ὁμολογηθῆναι καὶ ἀποδεχθῆναι προέθηκε καὶ διώρισεν, ὡς ἕπεται.

Τὰς ἀποστολικὰς καὶ ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις, καὶ τὰς λοιπὰς τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας διατηρήσεις καὶ διαταγὰς ἰσχυρότατα ἀποδέχομαι καὶ ἀσπάζομαι.

Ἔτι τὴν θείαν γραφὴν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν νοῦν, ὃν ἐκράτησε καὶ κρατεῖ ἡ ἁγία μήτηρ ἐκκλησία, ἧς τινός ἐστι διακρίναι περὶ τῆς ἀληθινῆς ἐννοίας καὶ ἑρμηνείας τῶν θείων γραφῶν, ἀποδέχομαι. καὶ αὐτὴν οὐδέποτε εἰ μὴ κατὰ τὴν ὁμόθυμον συμφωνίαν τῶν πατέρων λήψομαί τε καὶ ἑρμηνεύσω. B

Καὶ πάλιν ὁμολογῶ ἑπτὰ εἶναι ὄντως καὶ ἰδίως τὰ τοῦ καινοῦ νόμου μυστήρια τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ διατεταγμένα, καὶ εἰς σωτηρίαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, κἂν οὐ πάντα πᾶσι ἑκάστοις ἀναγκαῖα, οἷον τὸ βάπτισμα, τὸ χρίσμα, τὴν εὐχαριστίαν, τὴν μετάνοιαν, τὴν ἐσχάτην χρίσιν, τὴν χειροτονίαν, καὶ τὸν γάμον. καὶ ταῦτα χάριν παρέχειν. τούτων δὲ τὸ βάπτισμα, τὸ χρίσμα, καὶ τὴν χειροτονίαν χωρὶς ἱεροσυλίας δευτερῶσαι οὐ θέμις.

Ἔτι τοὺς ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀποδεχθέντας καὶ ἐπικυρωθέντας θεσμοὺς, ἐν τῇ πάντων τῶν προλεχθέντων μυστηρίων ἑορταστικῇ τελετῇ προσίεμαι καὶ ἀποδέχομαι.

Ἅπαντα καὶ καθέκαστα τὰ περὶ τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας, καὶ δικαιώσεως, ἐν τῇ ἱερᾷ καὶ ἁγίᾳ τριδεντίνῃ συνόδῳ διορισθέντα καὶ σαφηνισθέντα, δέχομαι καὶ ἀσπάζομαι.

Ὁμοίως ὁμολογῶ ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ προσφέρεσθαι τῷ θεῷ τὴν ἀληθινὴν, καὶ οἰκείαν, καὶ ἱλαστήριον θυσίαν ὑπὲρ ζώντων καὶ νεκρῶν. καὶ ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ τῆς εὐχαριστίας μυστηρίῳ ὑπάρχειν ἀληθῶς, ὄντως, καὶ οὐσιωδῶς τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα μετὰ τῆς ψυχῆς καὶ θεότητος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. καὶ ὅλην μὲν τὴν τοῦ ἄρτου οὐσίαν εἰς τὸ σῶμα, ὅλην δὲ τὴν τοῦ οἴνου οὐσίαν εἰς τὸ αἷμα μεταβάλλεσθαι, ἣν μεταβολὴν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία μετουσίωσιν ὀνομάζει. C

Καὶ πάλιν ὁμολογῶ ἐπὶ θατέρῳ μόνον εἴδει ὅλον καὶ τέλειον τὸν χριστὸν, καὶ τὸ ἀληθινὸν μυστήριον λαμβάνεσθαι.

Βεβαίως κρατῶ τὸ πῦρ τὸ καθαρτήριον ὑπάρχειν, καὶ τὰς ψυχὰς τὰς ἐν αὐτῷ κατεχομένας ταῖς τῶν πιστῶν ἐπικουρίαις ὠφελεῖσθαι. καὶ ὁμοίως τοὺς ἁγίους μετὰ τοῦ χριστοῦ βασιλεύοντας, τιμητέους τε καὶ ἐπικλητέους. αὐτοὺς τε ὑπὲρ ἡμῶν εὐχὰς τῷ θεῷ προσφέρειν. τά τε αὐτῶν λείψανα, τιμῆς ἄξια.

Ἰσχυρότατα διϊσχυρίζομαι χρῆναι τὰς τοῦ χριστοῦ καὶ τῆς ἀειπαρθένου θεοτόκου καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων εἰκόνας ἔχειν καὶ κατέχειν. καὶ ταύταις τὴν προσήκουσαν τιμὴν καὶ θεραπείαν ἀπονέμειν. D

Τὴν τῶν ἀφέσεων ἁμαρτιῶν, ἰνδουλγεντιῶν λεγομένων ἐξουσίαν, ἀπὸ τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἀφεθῆναι, καὶ τὴν αὐτῶν χρῆσιν τῷ χριστιανῷ λαῷ σωτηριωτάτην εἶναι καταφημι.

Τὴν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν, πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν μητέρα καὶ διδάσκαλον ἐπιγινώσκω. καὶ τῷ ῥωμαϊκῷ ἀρχιερεῖ, τῷ τοῦ ἁγίου πέτρου τῶν ἀποστόλων κορυφαίου διαδόχῳ, καὶ τὸν χριστοῦ τοποτηρητῇ, ἀληθινὴν ὑπακοὴν ὑπισχνοῦμαι καὶ ὄμνυμι.

Ὁμοίως καὶ τ᾽ ἄλλα πάντα τὰ ἀπὸ τῶν θείων κανόνων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ μάλιστα ἀπὸ τῆς ἱερᾶς καὶ ἁγίας τριδεντίνης συνόδου παραδοθέντα, διορισθέντα, καὶ διασαφηνισθέντα, ἀναμφιβόλως ἀποδέχομαι καὶ ὁμολογῶ. καὶ ὁμοῦ τὰ ἐναντία πάντα, καὶ τὰς αἱρέσεις οἱασδηποτοῦν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας καταδικασθείσας, καὶ ἀποβληθείσας, καὶ ἀναθεματισθείσας, κἀγὼ ὁμοίως καταδικάζω, ἀποβάλλω, καὶ ἀναθεματίζω. E

Ταύτην τὴν ἀληθινὴν καθολικὴν πίστιν, ἧς ἔξωθεν οὐδεὶς σώζεσθαι δύναται, ἣν ἐν τῷ παρόντι ἑκουσίως ὁμολογῶ καὶ ἀληθῶς κρατῶ, τὴν αὐτὴν τέλειον καὶ ἀμώμητον ἕως τῆς ὑστάτης τοῦ βίου ἀναπνοῆς, βεβαιότατα, θεοῦ συνεργοῦντος, κατέχειν καὶ ὁμολογεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν ἐμοὶ ὑποταγμένων, ἢ ἐκείνων ὧν ἐν τῷ ἔργῳ μου ἐπιμελεῖσθαι με δεήσει, κρατεῖσθαι, διδάσκεσθαι, καὶ κηρύττεσθαι, ὅσον ἐπ᾽ ἐμοὶ, σπουδάσειν ἐγὼ ὁ αὐτὸς

ἐπαγγέλλομαι, εὔχομαι, καὶ ἐπόμνυμι. οὕτως ἔστω μοι ὁ θεὸς βοηθὸς, καὶ ταῦτα ἅγια τοῦ θεοῦ εὐαγγέλια.

A nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in Actis Oecumenicorum Conciliorum, & in sacris Canonibus continetur.

Insuper profiteor ac recipio alia omnia, quæ ex Decretis Sacræ Oecumenicę Generalis Synodi Tridentinæ, Sacrosanctæ Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ etiam vltra cõtenta in supradicto fidei Symbolo, profitenda ac recipienda proposuit atque præscripsit, vt sequitur.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq. eiusdem Ecclesię obseruationes & constitutiones firmissimè admitto & amplector.

Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione Sacrarum Scripturarum, ad-
B mitto, nec eam vnquam nisi iuxta vnanimem consensum patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoq. septem esse uerè & propriè Sacramenta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro institura, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationẽ, Eucharistiam, Penitentiam, Extremã vnctionẽ, Ordinem, & Matrimonium, illaq. gratiã conferre: & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine Sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto.

Omnia, & singula, quæ de peccato Originali, & de Iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo uerum, & proprium, & propitiatorium Sacri-
C ficium pro viuis & defunctis atque in Sanctissimo Eucharistię Sacramento esse uerè, realiter & substantialiter Corpus, & Sanguinem, vnà cum anima, & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi; fieriq. conuersionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ uini in Sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, uerumq. Sacramentum sumi.

Constanter teneo purgatorium esse, animasq. ibi detentas fidelium suffragijs iuuari. Similiter, & Sanctos unà cum Christo regnantes, venerandos atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse uenerandas.

Firmissimè asero imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum
D Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac uenerationẽ impartiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem, à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq; usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarũ matrem & magistram agnosco, Romanoque Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario ueram obedientiam spondeo ac iuro.

Cetera item omnia à sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè à Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio
E atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia dãnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo.

Hanc ueram Catholicam Fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam usque ad extremum uitæ spiritum, constantissimè, Deo adiuuante, retinere, & confiteri, atque à meis subditis, uel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem.

Spondeo,

Voueo, ac iuro: Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00349

ARGVMENTVM
SEPTIMI LIBRI.

NON solum erga Catholicos, atque eos, qui à Catholica Ecclesia quadantenus alieni sunt, necesse est, vt exerat se Christiani Sacerdotis virtus, & opera, verum etiam potissimum erga eos, qui sunt Religionis hostes infensissimi. Quorum cum insidias præsosse, ac damna anteuertere conati sint enixè omni sæculo Ecclesiæ columnæ viri sanctissimi, & ipsa Synodi salutares, sanè nobis, in quos fines sæculorum deuenerunt, hoc eo faciendum alacrius est, quanto non tam circumquaque, quam in ipsis quoque visceribus Christianus sorbis ab hæresibus obsidetur. Propterea qua methodo agendum sit, vt operarij ad hanc vtilissimam concertationem instituantur; Quinè potissimum Auctores habendi sint ad manum, ne teratur tempus, hoc libro ostendimus, cuius capitum inscriptiones præstat, vt his studijs sese daturi primo legant.

ANTO-

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE.

Liber Septimus

DE IVVANDIS HAERETICIS.

Methodus necessaria ad Hæreses expugnandas. Caput I.

C QVAMVIS Theologia, quæ de controuersijs Christianæ Fidei agit, non tam ex altera, quàm ex vtraque parte Scholasticæ Theologiæ respondeat: quoniã tamen hæc latius patet, atque vniuersum corpus Diuinarum, & humanarũ actionũ, quatenus in Deum referuntur, amplectitur, ac deniique peculiari quadã ratione tradit ; idcirco de Methodo tractandarum controuersiarum aduersus Fidei hostes, qui hoc seculo uexant Ecclesiam, hoc tanquam proprio loco agendum est. Et necessitas enim propagandę Fidei inter gentes, quę hoc seculo in nouo terrarum orbe apparuerunt, hoc requirit: & frequens cũ hæreticis pugna expeditiorẽ exigit uiã, qua Religionis Catholicę firmitas ostenſa, impetus illorum omnes quàm aptissimè frãgar. Nec porrò omnes nostri Scholastícæ Theologię ita uacarunt, vel uacare potuerunt, vt simul sint assecuti, quomodo intelligi possint ab ijs, quibus Fidei nostræ reddenda est aliqua ratio. Neque verò Hæretici capere Scholasticorũ argumẽta queunt, argutum D hoc disputandi genus aspernantes, aut quasi inauditum, ac perdifficile reprobantes : præterquam quòd cùm necesse sit, ut Regibus, & principibus in Republ. Viris Fidei Christianæ, ac dogmatum Ecclesiæ Dei Veritas quadantenus innotescat; quanam ratione hęc propugnanda sit, aut insinuanda, expedit maximè, vt ab ijsdem (quatenus satis sit) pro captu eorum, percipiatur. Quod sanè plures antiquitus magna cũ laude effecerũt, ipsis etiã Ethnicis Imperatoribus libros hac de re scribentes: ficuti fecere Quadratus, & Aristides Athenienſis Christiani Philosophi ad Adrianum Imperatorem; Athenagoras ad Marcum Aurelium Antoninum, & ad Commodum Romanos Principes, ut & antea Iustinus Martyr, & alij. Atqui Lactantius Firmianus alios con futauit, quod & Græci eo tempore, aut paullò antè, & paullò post, Clemens Alexandrinus, Eusebius Cæsarienſis, Theodoretus, & reliqui præstiterunt; licet in Lactantio E Firmiano Hieronymus optauerit, ut quantùm in alienis refutandis præstitit, tantùm præstitisset in nostris statuendis. Quod cùm postea plerique omnes Theologi celebrio res omnibus penè seculis perfecissent, suus huic seculo relictus est labor, cõ illustrior, quò uel plures, quã vnquam antea, hæreses cũ Atheismo pullulaturit; vel eodem tempore uni Catholicę Ecclesię in omnib. orbis Terrarum partib. dimicandũ fuit de Religione. Nam Schismatici, Hæretici, Iudęi, Pagani, Christiani item, qui Christianam fidem eiurarunt, quasi in unũ conglobati irruerunt in Ecclesiam, si quo tandem cuniculo Satanas, qui modicũ sibi tempus intelligit superesse, firmamenta Religionis Catholicę posset euellere. At eodem hoc tempore mirum est quam constanter, atque intrepidè uiri doctissimi scripta, & pectora istorum assultibus obiecerint.

Necessitashuius Methodi.

Antiqui ad Impp. scripserũt in defensiõe Christianę Fidei. Quadratus. Aristides Athenienſis, Athenagoras. Iustinus Martyr.

Lactãtius Firmianus, & alij.

In Lactantio quid Hieronymus desideraverit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00351

Quinam hoc seculo pro Christiana Religione scripserint. Cap. II.

A

Alij igitur è Catholicis aliquos errores præcipuos hæreticorum, alij penè omnes qui hoc seculo emerserunt; reliqui & paganorum, & cæterorum, qui absunt à Christiana Ecclesia oppugnarunt. Inter istos (vt mittam nunc Scholasticos Theologos, qui tum S. Thomam interpretati sunt, tum proprias Tractationes hisce de rebus scripserunt) Ioannes Ludouicus Viues, cum ad finem vitæ peruenisset, libros quinque de veritate Fidei reliquit: in quibus de Religionis nostræ funda
Io. Ludouic. Viues. mentis, aduersus Ethnicos, Iudæos, Agatenos, & peruersos Christianos accuratè, & erudite conatus est agere. Alteram vero methodum inijt Hieronymus Sauonarola tũ
Hieronymus Sauonarola. Marsilius Ficinus. Michael Medina. libello, qui inscriptus est *Triumphus Crucis*, tum eo, quem *de Christiana simplicitate* conscripsit, vtroque certè vtilissimo & efficacissimo. Aliam Marsilius Ficinus, libro B de Religione Christiana, vnico, docto, & pio. Aliam Michael Medina septem libris de recta in Deum fide, in quibus Orthodoxæ fidei origines, & causæ proponuntur, ac simul eius excolendæ, nutriendæ, & propagandæ ratio proponitur, atque argumenta
Gregorius de Valentia. soluuntur, quibus infideles, aut hæretici eam impetere solent hoc seculo. Aliam Gregorius de Valentia Societatis nostræ Theologus, opere, quod Analysin fidei Catholicæ inscripsit, sex est Rationem Methodicam, qua in vniuersum fidem ex certis principijs probat, quam sancta Romana Ecclesia aduersus multiplices sectatiorum errores profiterur. Aliam Melchior Canus libris Locorum communium duodecim (quæ-
Melchior Canus. uis 14. pollicearur) quibus ratio ostenditur refellendi vniuersos Christianæ fidei hostes: & vero modi confirmandi sacra dogmata, ac pene omnia, quæ hoc tempore in C controuersiam cadunt, examinantur. Nimirum & alij siue aute ipsum, siue ijsdem pe nè annis Communes locos ad confutandas hæreses dispseuerant, quemadmodum in primis fuo fecit Enchiridio Ioannes Eckius, qui Lutheranam hæresim à plurib. anis. Io. Eckius. mis ea ratione percõmodè auertit, sed Canus profundius, vt & eleganter, rem aggressus magni vir ingenij opus suum absoluit.

Thom. Vualdensis quantum conferit ili qui contra hæreticos scripserunt. Andreas Vega. Quæst. 4.

Antecesserat tamen hos omnes Thomas Vualdensis Anglicus Carmelita, qui Doctrinale antiquitatũ fidei Ecclesiæ Catholicæ emisit in lucem in tres tomos distributum. In quorum primo de DEO CHRISTO, Petro, Ecclesia, & Religiosis: In secundo de Sacramentis: In tertio de Sacramentalibus disseruit aduersus Vuiteleuitas, Hussitas, eorumq. recentiores asseclas: Quod opus non immerito Andreas Vega Minorita, fontem esse asseruit, ex quo postea plerique omnes, qui contra nouos hæreD siarchas scripserint, hauserunt.

Thomas Stapletonus quomodo huius seculi hæreses euerterit. Cap. III.

Sed vt postea illustria multorum scripta hoc de scriptionis genere extitere; sic (quod ad refellendos potissimum Hæreticos & Schismaticos nostri huius seculi spectat) certè duo fuere, qui palmam retulerunt, ipsa hæresum fundamenta machinis validissimis euertentes: Alter fuit Thomas Stapletonus Anglus, qui opera duo conscripsit: Primum Principiorum fidei doctrinalium demonstrationẽ methodicam, per controuersias septem in libris duodecim tradidam. In quibus ad omnes de religione controuersias diiudicandas sola, & certissima norma, & ad easdem fuiendas sola, & suprema in terris auctoritas, via, & ratio demonstrantur. Secundum, vniuersam Iustificationis doctrinam hodie controuersam, libris duodecim expositam; in qui E bus Christi gratia, & hoc ipsum, quo Christiani sumus (iustitia nostra corã Deo) contra varias horum temporum hæreses solidè defenditur, & ordine explicatur.

Duæ scaturigines hæresũ huius seculi.

Quippe vir sapiens animaduerterat, controuersiarum, quæ tam variæ, & tãm graues Christianum hoc tempore orbem perturbant, duo principia, seu scaturigines. Vnum commune, quod & remotius: alterum proprium, atque propinquius. Commune illud. Extra Scripturas nihil esse recipiendum, & ipsarum Scripturarũ sensum (sicut & reliqua dogmata) ex dono Spiritus, non ex auctoritate Ecclesiæ esse petendum. Nam ex hoc vno principio complures manarunt hæreses, aut propagatæ, ac defensæ fuerunt. Contra hoc igitur priorem machinam Stapletonus admouit: opus ui-

delicet,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00352

A delicet, quo planissimè probat, quæ sit uera Ecclesia; in quibus sit eius potestas; qualis illa potestas sit; quàm latè pateat, nempe ad Scripturas ipsas, & recipiendas, & exponendas, deniq; etiam ad dogmata non scripta suscipienda. Alterum principium est. Originalis peccati natura perperam tradita, & effectus malè explicati. Nam vt doctrina (inquit) ista omnibus sæculis philosophis prorsus incognita, solis fidelibus est propria, ex eaq; naturæ humanæ morbo bene perspecto remedium tutò quæritur: sic è conuerso, morbo non bene intellecto, sed vel neglecto, & extenuato, vt olim à Pelagianis: vel temerè exaggerato, vt à nostri temporis Hæreticis, remedium ip sum non benè quæsitum est: sed à Pelagianis vana præsumptione; à nostris hodie sce lerata desperatione, pernicios issimè erratum est; illis de libero arbitrio confidentibus, istis vires gratiæ negantibus: Nam nostri hodie ob vnum peccatum originale

Doctrina de peccato originali præsimè ab Hæreticis tradita.

B perperam traditum, nimisque exaggeratum, præter naturæ corruptionem penitus in fanabilem, ipsam quoque concupiscentiam, in renatis, veri nominis peccatum esse, grauissimo errore docuerunt. Propter illud peccatum manentis concupiscentiæ, & naturæ corruptionem non iustatam, non solùm omnium infidelium opera peccata esse, sed etiam semper in omni bono opere peccare iustum, vel certè immunda, & imperfecta esse omnium iustorum bona opera, ideoque nullam esse, iustitiam operũ, nisi imputatiuam, nullum peccatorum discrimen, nullum hominis liberum arbitrium, ex prædestinantis Dei lege omnia fieri, adeoq; ipsius peccati auctorem esse Deum: propterea quoque obseruationem legis non esse aliam, quàm ciuilem, aut moralem: quin etiam esse impossibilem: In sola fide iustitiam consistere, & hoc esse discrimen legis, & Euangelij: hanc quoque fidem, specialem quandam fiduciam esse cum certitudine

Errores quot & quanti ex doctrina de peccato originali Hæreticorum pullularint.

C gratiæ coniunctam, quæ opera non requirat: nam cum iustitia fidei, operum iustitiam consistere non posse: hinc etiam non solùm bonorum operum (vt ieiunij, orationis, eleemosynæ, ac similium) nulla esse merita, sed in vniuersum omnibus Sacramentis, sanctificandi, & iustificandi uim negandam esse: fublata Sacramentorum uirtute, Sacrificij quoque ordinem sacrum, templa, altaria, & quidquid eò pertinet, pariter è medio tollenda esse, perfidè dixerunt. Sic igitur ex hoc altero principio ingentem blasphemiarum catenam texuere, in eum sanè finem, vt vniuersa iustificationis nostræ, & salutis in Christo doctrina subuerteretur: atque ita ad Antichristum latisimam uia complanaretur. Stapletonus ergo & alterum illud de Iustificatione opus edidit, vt esset aduersus ista venena præsentissimum remedium. Ceterum, qui legerit

D duas Stapletoni præfationes in duo hæc, quæ diximus, opera, magnam hauriet lucem ad controuersias aduersus Hæreticos pertractandas.

Robertus Card. Bellarminus contra Hæreticos qua methodo scripserit. Cap. IIII.

ALter fuit Robertus Card. Bellarminus, Societatis nostræ Theologus, qui cum sex Louanij in Belgio, vndecim Romæ annos Theologiam hanc controuersiam continenter docuisset, tribus tomis eam comprehendit, quos Di sputationes inscripsit de controuersijs Christianæ fidei aduersus huius temporis Hæ

E reticos, opus certè (vt initio diximus) absolutissimum, quod controuersiarum fermè omnium corpus dici queat. Rationem porrò, quàm secutus est, declarat in præfatione, quam priori tomo præposuit: In ea enim, postquam Satanæ conatus expoluit, qui superioribus sæculis, oppugnata identidem per Hæreticos Ecclesia, Sanctissimæ Trinitatis personas, CHRISTI Domini incarnationem, nec non passionis, Resurrectionis, atque adventus ad iudicium mysteria diuersis quidem, & contrarijs inter se artibus euellere nitebantur, adiecit, quid postea idem Satanas uersutissimus hostis (videns se parum in articulis conuellendis proficere, qui ad ipsas diuinas personas attinebant) pertentauerit, dum totum se ad eos articulos commouendos, & destruendos conuertit, qui spectant ad Ecclesiam & Sacramenta. *Hos enim* (inquit *duos articulos, Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam. Sanctorum Communionem, Remiss. fionem peccatorum, ab anno millesimo nonagesimo hinc diem sæpius mutatis, auctus, renouatis exercitibus, per Berengarianos, Petrobrusianos, Waldenses, Albigenses, Wiclenistas, Hussitas,*

Methodus Bellarmini.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00353

ras, Lutheranos, Zuinglianos, & Caluinianos, Confessionistas, & Anabaptistas omni arte atque industria, & omnibus totius Inferni viribus euertere conatus est, & hodie conatur; Cùm igitur hæreses huius temporis propriè circa hos duos articulos Symboli Apostolici nonum, & decimum pene omnes versentur, ipse etiam Bellarminus controuersias omnes ad eosdem duos articulos retulit. Ac cùm intio de S. Ecclesia fuisset disserè- A

Tomus primus Bellarmini quid contineat.

dum, egit primo de ipso Christo, qui caput est, ac princeps Ecclesiæ universæ: deinde de ea Ecclesiæ parte, quæ militat in terris, necnon de Capite eius visibili Summo Pontifice, deque omnibus eius membris, idest, Clericis, Monachis, Laicis: tum de altera Ecclesiæ parte, quæ in locis Purgatorijs expiatur: postremo de illa, quæ iam cũ Christo Domino beata in Cælis triumphat, vbi de cultu, & inuocatione Sanctorum, de reliquijs, & imaginibus, alijsque similibus rebus disputauit. Quibus absolutis, ad Sacra-

Secundo tomo quid agatur & tertio.

mentorum tractationem accessit, in qua tot sunt capita controuersiarum, quot Sa- B
cramenta. Nam quidquid ferè Theologi de Sacramentis affirmant, id totum hæretici huius temporis negant. Sequitur postrema. De remissione peccatorum, ad quam eę pertinent quæstiones, quę sunt de gratia primi hominis, de gratię amissione, de vulneribus ex peccato relictis, de gratię reparatione, de libero arbitrio, de iustificatione, de meritis bonorum operum. Quin & postremo opuscula aliquot adiecit, quę fecerunt vt in quattuor Tomos eius opera diuiderentur, cum antea tres tantum tomi prodijssent. Quę omnia cùm idem Card. Bellarminus agere decreuisset, sapienter omnibus quæstionibus (vt idem ipse ait) præposuit magnum quoddam prœemium, hoc est Cõtrouersiam de Verbo Dei: Neque enim (subdit) disputari poterat, nisi prius in aliquo communi principio cum aduersarijs conueniamus: conuenit autem inter nos, &

Controuersia de verbo Dei cæterarum fundamentum.

omnes omnino hæreticos, Verbum Dei esse regulam fidei, ex qua de dogmatibus iu- C
dicandum sit; idque esse commune principium ab omnibus conceissum, vnde argumenta ducuntur: denique esse gladium spiritalem, qui in hoc certamine recusari nequeat. Alij enim solùm internum Dei Verbum recipiunt; alij externum, sed scriptum, alij partim scriptum, partim uoce traditum. Rursum, alij illos pro verbo Dei habent: alij hac editione, alij illa utendum censent; alij Scripturam clarissimam esse per se, alij obscuram, & interprete indigere contendunt, denique alij sensum Scripturarum à Spiritu sancto interno reuelante, alij ab Ecclesia, cuiusque Summo Pastore petendum docent: quę omnes quæstiones principio erant exponendę, vt haberetur, vnde de ceteris statueretur. Sic igitur illę ex cuius librorum, & capitum partitione, ac modo disputandi methodus ipsa rectissima unicuique paullo eruditiori con-

Prælectiones Controuersiarum quales esse debeant.

stabit. Quamobrem qui de controuersijs hæreticorum acturi sunt in scholis, inde sa- D
tis argumentorum, & vię petere poterunt, ad eiusmodi materias excutiendas, nisi quod, ut cuique licet abundare in suo sensu, præsertim ubi solida fidei doctrina traditur, id fiue copiosius, siue præsius pro captu auditorum, & otio expediet, vt fiat.

Prælegenda Controuersia ad confutandas hæreses. Cap. V.

AT quoniam, quamuis perneccssaria sit controuersiarum istarum tractatio, tamen neque omnium locorum, nec ingeniorum est; idcirco quę periti in hac re viri cõsuluere dicendum est. Ac primo quod ad Prælectores, atque ad Moderatores istorum studiorum pertinet, ij sanè esse debere uideruntur, qui non tantum ea ex Patribus, atque adeo ex Theologia ipsa Scholastica perceperunt, verum etiam E
usum disputandi cum hæreticis re ipsa sint assecuti: Mirum enim est, quantopere hinc profecerint, si quasi praxim hanc ad theoriam adhibuere. Callidi enim & uersipelles hæretici, ubi cognouerunt (id quod ipsa consuetudine, atque congressu denique fit, si quis attentè eorum technas obseruet) ingentem uelint, nolint, aperiunt fenestram ad suas ipsorum nequitias manifestandas.

Quales auditores controuersiarum esse deceat.

Porrò quòd ad discentium ingenia spectat, elatiore qui sunt ingenio, uix apti sunt his studijs, nisi quis eiusmodi fuerit, de quo spes concipi queat, ut ex ipsa rerum notitia spiritus deponat. Dociles itaque, ac qui studio propagandę, aut tuandę Religio

nis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00354

A nis Catholicę syncero feruntur, hi sunt aptissimi. Primùm autem animi confessione Sacramentali expiandi essent, ac hæresum pernicies esset attentè consideranda, ex Bellarmini, & Medinæ præfationibus in suos libros, ac præcipuè ex oratione Stapletoni, quam adiecit ad finem libri sui, principiorum Fidei Doctrinalium, qua oratione agit de hęresis in genere grauitate, & horum temporum hæresis multiplici enormitate. Deinde intelligant, nihil Diuinæ sapientię gratius esse posse, quàm, vt qui ad eius imaginem conditi sunt, veritatem, & amorem Diuini cultus, tanquam Angeli in Ecclesia annuncient. Aderit autem huiusmodi ingenijs Spiritus sancti gratia, quæ crescet cre scente pietate, atque diligentia.

Rationem autem controuersias interpretandi hanc esse perutilem Theologi sunt
B experti: Vt primò explicentur hæreses de re, qua de agitur, idque valdè fideliter; nec diu Professores immorentur in earum origine, vel Auctoribus conquirendis, sed promant id, quod certius habent. Hæc verò, præter Epiphanium, Theodoretum, Augustinum, cùm extent apud Alphonsum Castrium, & Præoleum, qui hæresum origines collegerunt: Bellarminus deinceps pluśquam satis exposuit. Controuersiæ qualiter exponendæ

Hęreticorum præterea exaggerationes, scommata, & alia, atque adeo vix ipsorum verba, non referant, sed tantùm nudam sententiam. Deinde Catholicam veritatẽ exponant; cùm hæc intellecta magnam per se faciat fidem, minusque calumnijs pateat hæreticorum, quas nobis imponunt; cùm pleraq; non doceant Catholici, quæ ipsis hæretici affingunt. Præterea, sint contenti duobus, vel tribus Scripturæ locis valde manifestis, quos corroborent ex linguarum proprietate, collatione antecedentium, &
C consequentium, citatione locorum aliorum, & Patrum interpretatione.

Expendantur item Ecclesiæ Decreta, & Patrum sententiæ: quæ præsertim afferantur illustres, ac tantùm notatis locis. At hęreticorum subterfugia non aceruentur, sed neque omittantur, ea videlicet, quæ vim aliquam habent. Sic enim vix rationibus erit locus, nisi pauciśimis, & illustribus. Sin hęretici dissentiunt, vel à seipsis, vel ab alijs, id ferè non est curandum. Hoc namq; ipsi fatentur; nec pugnandum cum obsoletis hęresibus, sed cùm ijs, qui hoc ęculo vigent, ac quotidie pullulant quarum catalogus haberi potest ad manus, cui, si quà subnascitur alia, subinde potest adscribi. Cum absoletis hęresibus non pugnandum.

Porrò hęreticorum obiectiones initio haud pronunciandę sunt, sed in fine, nec cum amplificatione, nec sine stomacho, ac statim cuilibet propositæ sua solutio annecten
da. Ad extremum, nulla digressio facienda est in scholasticas quæstiones, vel dubitaD tiones: sed his prætermissis, ea tantùm, quę sunt Fidei, seu proxima Fidei, constabilien da. Non enim est huius loci, quicquid in re proposita difficultatis est, persequi; sed eam tantùm partem, de qua conuenit inter Catholicos, atque cum Hęreticis dumtaxat controuertitur: Quòd ficubi controuersiarum lectio ægrè posset admitti, certè vbi Scholastica Theologia docteretur proprijs in locis B. Thomę, quę huc facerent, prætaret hęrere, & argumenta potius Hęreticorum soluere, quàm quæstionibus subtilioribus immorari. Quo tractandæ Hæretici tis rationes.

Alteram docendarum controuersiarum rationem esse breuiorem, & qualem. Cap. VI.

E EX ijs autem Theologis, qui uitam in his materijs disputandis inter Hæreticos consumpserunt, scio, qui biẽnio curriculum illarum pene omnem absoluit magno cum fructu: cùm enim expendissent, quid longior controuersiarum ratio docendarum conferret ijs, qui Theologia Scholastica destituerentur, animaduertere visus est, haud magnopere prodesse ijs, qui Concionibus, & huiusmodi alijs addicuntur. Et incommodam quidem eam esse, quoniam vt in generalia capita, ne penitus dissoluta sit, redigatur, necesse est materias partim confundi, partim discerpi, partim mutilari. idque pro docentis capite, vel captu: nec sic tamen omnes huius temporis controuersias, quemque posse complecti: parum autem discentibus utilem, quoniam etsi in controuersijs eos instituet, in reliqua tamen Ecclesiæ doctrina eosdem relinquet ignaros; Vnde contigit, ut ubi extra controuersias esset dicendum, hallucinarentur, & in errores contra Ecclesię doctrinam periculosè impingerent. His autem

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00355

tem malis plures, vt aliqua ratione mederentur, concionibus describendis sese pro- A
pè eneca rint, cùm tamen innumerę apud Patres, alios item sequentium seculorum ce
lebres auctores extent, quibus laborem illum vitare poterant. His itaque incommo-
Methodi al- tenuis datio. dis ut occurreretur, simul item ne doctrina, quę erat tradenda, Auditorum captum ex-
cederet, ac ne prolixitate obrueretur, primò certam sibi Methodum proposuit, quam
ad extremum usque seruare conatus est, vt singulę doctrinę sectiones à discipulis faci-
lè in tabulas conijcerentur, deinde à singulis materijs ea fecernerentur, quę ad scholas
ticos spectant, spinosioraque uiderentur, quàm uel ad suggestum popularium, uel ad
domesticas cum Hæreticis disputationes afferri possent: deinde semota sunt omnia,
quæ ad Pastoralem officium attinent, quæve peculiarem habent doctrinam, quæ suo lo-
co tradi potest, vt quarto libro monstrauimus. Controuersias igitur suis locis in hūc
Controuer- sias qua ra- tione quis tra- ctare debeat, en posit. modum tractauit, vt, vbi contrarias hæreses proposuisset: totam rei doctrinam ex Ec B
clesiæ sententia quàm planissimè, ac pauissimis uerbis illico exponeret, ita tamen ad-
uersus Hæreticorum argumenta munitam, ac proprijs roboratam principijs, vt ne ad-
uersariorum insidiæ progressum retardarent: Loca interim Diuinæ Scripturę nota-
ta potius fuere, quàm omnino recitata. Quæ autem Hæreticorum argumenta solui
ex doctrina ipsa non expediebat, raro ex proposito tractabantur, sed præcipua per oc
cupationem diluebantur, aut plura (quod non difficulter effici potest) vnica generali
ratione remouebantur: leuiora disputationibus, ac repetitionibus relinquebantur. Sic
itaque vniuersa illa prælectio iucunda Auditoribus accidit, & facilis; Qui cùm ple-
nam Ecclesiæ doctrinam perciperent, nullæque controuersiæ illos fugerent, quin fal-
tem attingerentur, aduersus nouas, quas comminisci studuissent Nouatores, commu-
niti, ad Sanctæ Scripturæ, Synodorum, & Patrum lectionem aptabantur; atque ex ip C
sa methodo, ac doctrina rationem locorum communium addiscentes, ad eosdem quę-
cunque uel legissent, vel posthac legerent, tum referre possent, tum inde, cùm opus
esset, facillimè depromerent.

Ceterùm huc quoque spectant quę diximus, cùm de Positiua Theologia, uel ipsa
scholastica, quin etiam quæ in Sacro Apparatu de SS. Thomæ, & Augustini operi-
bus dicentur summatim; Quæve supra de Patrum scriptis legendis attigimus: sen-
Lib. 4. & 12. Bibliotheca Sanctæ. sus enim ex D. Scriptura quomodo eruendi sint, ac quænam regulæ seu Tychonij,
siue aliorum adhibendæ, quæve quæstionum species tanquam vitiosæ, ac fraudæ reij-
ciendæ sint, conati sumus in medium proferre, nisi quòd & huc adtexendum est, quod
alibi quadantenus etiam exposuimus. D

Quæstionibus Hæreticorum quenam modo respondendum. Cap. VII.

Christus re- primus Ma- gister hære- ticos reuellen dam. Matth. 22. QVi acutius inspicier in ipsam Summi omnium Magistri rationem Christi Do-
mini, qua in reuellendis aliquorum erroribus, aut interrogationibus utebatur,
id efficiet, quod Gregorius Nazianzenus eiusdem exempla Domini obser-
uans pertissimum animaduertit. *Christus enim*, inquit, *quæ dam quæstiones soluere, at-
que explicare iubet, quædam comprimere, atque obliterare. Cum ex eo quæritur*, in qua po-
testate hęc facis, *propter interrogantium accordiam, & ineptam curiositatem ipse quoque inter-
rogat*: Baptismus Ioannis, & cælo erat, an ex hominibus? *atque ita rursus ne interrogan-
tes sua premat, at q; constringat. Vnde etiam nobis nonnunquam ad Domini imitationem,
eos qui curiosa disputatione nos lacessunt comprimere, quæstionem q; absurditatem absurdis
uerbis interrogationibus soluere licet, nam ipsi quoque in rebus vanis interdum famus, vt in his
quæ sunt insipientię glorier. At cum quæstionem ratiocinatione indigentem uidet, tum uerò
ea, à quibus interrogatur, prudenter responsione quatenus indignos censet.* E

Prudens ra- tio disputan di cum Hæ- reticis. Atqui experti sumus, vt Hæretici in circuitu ambulant, sic eorum æstum retundi,
cum Diuinum uerbum ijs obijetur, vnaque in quæstione coguntur consistere: cùm
etiam penitrile sit perlegisse Augustini disceptationes, quas præsentibus testibus hā-
buit cum Ecclesię aduersarijs: quasve nostri temporis insigniores Theologi ha-
buere vel Parisijs, uti Claudius Sanctes, qui postea Ebroicensis Episcopus, & Vi-
goreus deinde Narbonensis Archiepiscopus cum Caluinianis: vel in Germania, vti
Eckius,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00356

A Eckius, Cochleus, ac nouissimè Io. Pistorius cum Lutheranis: vel in Polonia, vti Petricouiæ factum est cum Arianis, & alijs, vel alibi à reliquis cum cęteris Ecclesijs. Mores postea eorumdem Hæreticorum prænoscere, ex Augustini scriptis, quæ in Methodum redegit Hieronimus Torrensis in Cõfessione Augustiniana, atque è paruulo Vincentij Litinensis libello, ac item è libro Tertulliani de Præscriptionibus aduersus Hæreticos, maximi erit momenti. Mores Hæreticorũ prænoscere cuius momenti sit ad disputandum.

Rursus siue ad disputationum, siue ad prælectionum methodum vtilissimum illud est, quod Societatis nostræ Patres non ita multos ante annos fructuosissimè facere cęperunt. Nempè vt peculiares controuersiæ per theses eruditione fœcundas, breuitate gratas, disputandæ proponerentur: disputatę ederentur in lucem tamquam opti mi certè Commentarij. Mogunttini enim, Ingolstadienses, Dilingani, Viennenses, B Græcenses, Posnanienses, Vilnenses, Tranyluani, præter alios, magna id cum laude præstitere. Et hoíce quidem nominare libuit, vt pateret omnibus, vnde earundem disputationum libri confici possint, aut comparari. Disputationes per Theses.

Petri Fabri vitus è decem Societatis Iesu fundatoribus Epistola de modo Agendi cum Hæreticis. Cap. VIII.

INterea no quid reliceam, quod ad ædificationem piorum ingeniorum spectare possit, extat apud aliquos è nostra Societate Epistola Petri Fabri ad Iacobum Lainez, qui eiusdem Societatis fuit Præpositus Generalis, vterque autem prima C tiæ Ordinis nostri columnæ, cum Faber passim in Europæ Prouincijs, ac præcipuè in Germania Sanctitatis, & doctrinæ edidisset etiam inter ipsos Hæreticos exempla. Eius igitur Epistola hæc, quę sequitur, fuit de curandis Hæreticis. Petrus Faber quis fuerit.

Gratia, & pax Christi Redemptoris nostri mentes nostras inhabitet. Amen:

*Missis ad me subinde litteris ex flagitauerat, vt certos tibi statuerem Canones, & documenta, quibus Diuini Verbi Ministri vti possent ad extirpandos ex animis Hæreticorum errores, & inueteratos illorum morbos curandos, sine propriæ salutis iactura. Huic ergo pettioni, mihi huc usque respondi, nunc, temporis causatus angustias, nunc inquietudinem, quæ me domi habebat iucundas: nec minus honeste titulo mercari modo silentium possem, infirmam humanæ molestudinem prone adducens. Verùm illud me potissimum purgat, quod rationes quales iu desiderasadire, mihi nullæ succurrunt: dicam tamen nonnullas, quales sunt, citato scribendi calamo obuenerint. Atque illud quidem primo loco nouendi sunt, qui talem animarum sitientes ad nostræ tempestatis Hæreticos commeant, vt charitatis intimæ nisce ra erga illos gerantis sincere, atque ardenter illos amẽt, nullas fouentes animo cogitationes, quæ illos contẽptui dignos suadeant. Accedit huc secundus Canon, vt illos nobis concemur benevolos assi, propitios reddere, vt recte de nobis & sentiant, & iudicent intra se. Hoc autem consequi, non facile difficile est comitet illos alloquamur, nihil tentio discrepantes, aut cõtrouertẽtes, fed de ijs rebus tantum instituatur sermo, qua nobis cum illis conueniunt. Fugienda igitur imprimis controuersia, vbi altera pars videatur alteram deprimere, prius enim communicandum est in his, qua sentiunt, quam in ijs, qua diuersitatem sensuum ostendere videantur. At verò quoniam hæc Lutheranorum Secta filiorum est fabricatiuis in perditionem: ac prius in eis perijt bene agendorum sensus, quam credendorum fides, Medicina ordo agritudinis ordinem sequi debet. Progrediendum igitur cum illis est, ab ijs quæ faciunt ad bene sentiendum secundum affectus, ad ea quæ sunt & faciunt ad recte credendum. Erat enim sanè olim in Ecclesia nascentis primordijs contrarius ordo ad auertendum ab infidelitate Hominem. Hinc siquidem credendus primum erat intellectus, ac præceptis nostræ fidei imbuendus. hæc enim fides ex auditu est: deinde ad recte sentiendam de moribus, qui sunt secundum fidem acceptam, paulatim producebantur. At Lutherani si ad bonos mores redire suadeas, facile ad sanam fidem mentemque renocaueris. Sicigitur in hominem incidas, cuius non salum doctrina impia sit, & perniciosa, sed vita etiam moribus corruptis perdita, vt hic Epistola Iacobi Fabri ad Iacobũ Lainez. De curatione Hæreticorum. Charitatis miscra gręda & quomodo ergà Hæreticos. Secundus Canonus nobis benuolos & propitios reddere. In Hæreticis perijt prius agendorũ sẽsus, quàm credẽdorum fides. Quinam in primitiua Ecclesia ordo auertendis ab infidelitate hominib. *Rom.* 10. ager

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00357

A

egere reluctetur, necessarium est colloquij huius vnde quæsitis finem à moribus prauis deterreri, neque est antea vllum verbum de erroribus in die facto dum.

Exemplum hominis ab hæresi ad fidem Catholicam conuersi.

Exortus ego ipse sum aliquando: Cum enim vir quidam me rogasset, vt hominem, qui pertinaciter acquiescerat Lutheri erroribus, eximerem è laqueo, si possem; cum præsertim dubitaret vllo de conuictu Sacerdotum morbicus teneret, ego illico hominis mores nosse pertentaui; protraxi itaque sermonem, atque ex familiari colloquio, vtram eius deprehendi vitiorum sordibus labefactatam: Asseuerat enim me vtericis amoribus, multis retro annis. illue igitur appuli animum, vt amores impudicos radicitus è corde auellerem, nihil interim de fide sana apud illum memorans. Factus vati compos, nihil ultra necesse habui laborare. Sed ipse qui curabatur Domini gratia, aperuit animi oculos, & errorum tenebras diffugere cæpit; quippe qui ex amorum pruritate & errorum habuerat & incrementum. Sed quia plerique omnes Liberi Scholæ in humanorum operum meritis excludendis miserè errant, oportebit primum ope vacuæ illi contemnum it abolire, deinde ad faciendam fidem gradus facere, ea semper apud illos loquendo, quæ mirabilem virtutum amorem, & desiderium in ipsorum animis excitent, quod vt fiat illustrius, manifesto exemplo ostendam. Dicet tibi hæreticorum aliquis, Ecclesiam neque ad perfoluendum horarias preces, nec ad audiendum Missæ factum, nec ad similia posse adigere, proposita capitali pœna transgressoribus: Iniuis tamenim animum permoueas oportet, vt orationi, & Missæ libenter vacet, talem siquidem deuotionem orationis & Missæ, temporibus statutis habendæ, qui primum excludit, vere fidei ultimum fecit naufragium. Erit autem magnum operæpretium animaduertere, quibus nam erroribus præcipue inuitantur Lutheranorum capita, & Harefiarchæ. Hi nimirum in præcipia, sanctissimæque Ecclesiæ, ac sanctissimis Patrum accerbe insultant. Ac hoc quidam eis, nisi exiguas ac pene exhaustas in scitres ingaudere, ad hæc obrempendum, & ad laborem toleradum cum posse deperant, vt noues Canones, præter quæ Ecclesiæ abrupit, quæ obseruentur. Sunt igitur prædicationes, horum quæ à pusillanimitate spiritus, qua subnascuntur, erigendi, reficiendi, animandi, & confirmandi, vt sibi de se ipsis polliceantur (in Domini virtute seu dignis, non solum quæ iubentur se præstaturos, verum multo maioribus rebus sufficturos. De sanctissimæ diuinæ doctrinæ efficacitate, & dote spiritus Lutherus persuaderetur ex obrempendæ voluntate omnia sua alicno arbitrio subiecanda concedere; ac Religiosus colamq; non concedendi, resumere, hoc ingenium, si persuaderetur, Lutherus & facere eadem opera. Haereticus esse desinere sine diu deliberatione, aut conuersione. Nec negauerim tamen ingenti rubore spiritus, illustrationeq; diuina ac insummatione eos dis non tepida Luthero opus fore, ad tantum firmitatem in bono, & humilitatem, & solerantiam, ac ad quas virtutes consequendas. Sunt enim haud dubie omnes necessaria huiusmodi, ex tanta miseria & lubnersione in statum felicissimum migrature. Vnde, colligimus non esse datum humanæ prudentiæ sibi pollicere certam hæreticum non reducti onem, difficile enim, ne dicam impossibile est ad respiciendum euolliri homines subnersos, nisi Dei digitus in homine, per hominem diuinitus operetur. Si quis etiam apud illos argumentiuum ignarus, aut certè negligens loqueretur de vita honestate, de virtutum ornamentis, de orationis fructu, de mortis agone, de inferni cruciatibus, aut huiusmodi alijs, quæ vel Ethnicos permouerent ad vitæ frugalorem, hic nimirum multo plus prodesset Hæreticis, quam aliquotiens auctoritatibus, & locis argumentorum omnibus, ad eiuncendum. Et, vt semel omnia dicam, hæc genus admonitionibus, exhortationibusque suadenda est ad mores corrigendos, Deique amore ac timore frenanda est. Sic enim fiet, vt pusillanimitates exuant, ad iuum Diuinorum abyciant, mentis dinagationem sistant, & alia multa compescant, quæ necessaria non prius intellectum oppugnarunt, aut lasserunt, quàm manus, pedesque um corporis tum animi. Christus Redemptor omnium, spiritus sui Diuini ope eadem sustinuit, & lapsos erigit; nouat enim opus me verbum suum libris scripsum non sufficere. Fiucm fecero, si te prius rogem, memineris me hæc scripsisse gratia obsequendi Sancto spiritui soli, quise ad hoc pusillanimis impulit. Si locum meditationi, mentique intimè dedisses, plura fortasse occurrerent in rem præsentem; sed, vt mihi persuadeo, omnia dirigi possunt ad Canones prædictos, Vale.

Virtutum opera quomodo hæreticis suadenda.

Missum qui spondet naufragium deinquæ fides faciunt.

Auxilio Dei magno opus esse ad conuertendos hæreticos.

Sermo de virtutibus, & de merito ac de Inferno quando virtutibus cum Hæreticis, quam Argumenta.

Cum

A

Cum quibus Hæreticis mitius est agendum. Cap. IX.

HÆc quidem Faber: quę tandem eatenus vsurpanda sunt, quatenus negotium est cum popularibus, aut etiã magistratibus ijs, vel nobilibus, quibus altius in corde peruertitas non hæsit: quamquam & ex ijs, qui verbi ministri apud Hæreticos dicuntur, posint esse quidam, quibus quoniam Patrum, & Synodorum legitimarum doctrina non innotuit, ij potius seducti, quàm seductores sint dicendi. Quare & cum istis mitius agendum est, ac ipsa cum verbo Dei scripto, & tradito doctrina Patrum insinuanda, quam commodè ipsi per se legant, mox item priuatim cũ ijs agatur, nam ita multi ad cor redierunt, Fidemque Catholicam deinceps egregiè propugnarunt. Quòd si cum peruersissimis agendum sit, quales plerunque sunt

B Caluiniani, & aliarum hæresum sectarij, hi qui post vnam, vel alteram correctionem moniti haud resipiscant, *nulla cum talibus* (inquit Cyprianus) *conuersatio celebretur, nulla conuiuia, vel colloquia misceantur, simulque ab eis tam separata, quam sint ipsi de Ecclesia profugi.* Sic Athanasius viperea Hæreticorum dicit esse vitanda colloquia, nihil ut nobis sit commune cum ijs, qui Catholicæ aduersantes Fidei, solo sunt nomine Christiani. Inde illud Apostoli tam sæpe, & tam serio de Hæreticis loquens. *Et hos deuita.* Sic notissimum est, quod S. Ioannes Apostolus, & Euangelista fecit, qui posteros, suo monens exemplo, de baleno, in quod erat ingressus, mox exiliuit, vbi Hæreticum Cherintum ibi esse cognouit. Sanè à populo derelictum esse ipsum, qui in hæresim incidisset, ac neminem in balneo, quòd introierat, voluisse lauari, nisi prius aqua omni euecta, & noua tursum infusa; & pueros ipsos, quorum iusoria pila

C pedem in foro contigerat iumenti, quo Episcopus vehebatur, continuò exclamasse omnes, & magno in ipso foro accenso igne in eum pilam coniecisse, Ecclesiasticis historijs est traditum. Quę volui huc adscribere, quòd non desint, qui specie recti decipi queant, claudicantiumque nescio quorundam opinationem sectentur, qui Hæreticos cum Catholicis miscere, & cuique quam velint opinionem amplecti sine noxa licere arbitrantur. Sed qualescumque demum Hæretici fuerint, meminerit qui cum eis aget, expedire quàm maximè, ita in lectione Euangeliorum, & scriptorum Apostolicorum esse versatum, vt loci præcipui sint noti, quibus ex ipso Dei verbo scripto Hæretici conuincantur. Et verò, cùm hoc vnum ipsi vrgeant, anteuertenda illorum est fraus, ac dicendum, nolle nos, nisi vt ex verbo Dei exprefsè agat nobiscum. Inde enim

D fiet, vt quoties aliquem ex suis Hæresiarchis attulerint, vel ex proprio Marte enunciauerint, id ipsum ruat per se fe, ac illorum astus in ipsorum recidat caput.

Epistola 3. lib. 1. Cum Hæreticis non habenda commertica.

Athanasius Serm. de Passione.

Theodoret. lib. 4. Hist. ca. pit. 16.

Notas falsorum ac verorum Magistrorum, & Causas Hæresum præuertendas. Cap. X.

Qui libri ad Hæreticosco gnoscendos vtiles.

ATquoniam attigimus supra hæreticorum ingenia è Patribus vtiliter esse agnoscenda, reliquum est, vt, vnde hoc peti certius possit, ostendamus. Post Patres igitur, Fridericus Staphylus aureo libello, quem de trimembri Lutheri Theologia; reliquis item, quos deinceps scripsit aduersus Melanchthonem & alios, cum quibus vixerat, eorumque hæresim aliquandiu hauserat; magnam afferet lucem. Est item Stapletoni oratio ad finem libri demonstrabilium principiorum adie

E cta in postrema editione (nam in prima non extat) qua oratione utilissima proprias hæresium caussas ob oculos ponit, quibus causis coguitis, vix quisquam tam fuerit hebes, quin remedia intelligat extinguendis hæresibus præsentiora. Stanislaus item Socolouius, ea concione, qua à fructibus Hæreticorum eos esse cognoscendos expositi, planissimè ista docet: Id quod & in alijs operibus facit, de quibus suo loco dicemus; Sed & nobis, cùm non tam ex libris, quàm è uarijs Prouincijs hæresi infectis, ipsæ hæresum radices, ac demum impietates incurrerent in oculos, eorum Arheismos cuulgauimus, qui Hæreticorum ingenia satis exprimunt. Quintus autem liber Michaelis Medinæ inter septem de recta in Deum fide, copiosè, atque efficacissimè hæc commonstrat; *Nimirum* (ait) *est inter Christianos multiplex ordo: sunt qui & intelle-*

Fridericus Staphylus. Stapleton⁹.

Stanislaus Socolouius.

Atheismi hæreticorũ.

Michael Medina.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00359

ctus acumine, & Sanctarum Scripturarum cognitione, non modo in generali, sed in particulari A
quoque Hæreticas technas deprehendere norunt; atque ijs quidem nihil scribimus: sunt &
qui mediocrem tum ab ipsa natura, tum à literario exercitio nacti sunt eruditionem, quibus
regulas quasdam tradimus: ad quas, quasi ad quadam ipsius Fidei Axiomata, ac prima prin-
cipia, quæcunque proponuntur, dirigere possunt: ac quasi lapide Lydio vera Fidei aurum à chi-
mico illo Hæreticorum cupro, prudenti attactu, solerter discernant. Sunt demum, qui & in-
à vera Fidei professione desiliunt, sed sola maiorum auctoritate ducuntur, quibus non re-
gulas, & generalia principia, ex quibus verum esse, aut falsum, quod offertur sibi rationali-
ter constet perspiciant, sed notas quasdam ac signa dabimus, quibus falsos Magistros, ac vera
Fidei corruptores, à veris, & Euangelica doctrina cultoribus, prudenter dignoscant; vt iuxta B
Matth. 10. Christi præceptum, cum columbina simplicitate, ad Hæreticos dolos deprehendendos, prudentia quoque serpentina proficiant. Quicunque vero & hi sunt plures, & præsentiore Antidoto
pro sui matoris discrimine indigent, hos prius, deinde illis nostra in hac parte commentatio de-
Delectus ve- seruiet. Trademus ita (inquit) hoc libro, auctore Deo, quæ de delegendis vera doctrinæ Ma-
storum Magi- gistris falsa nota esse potuissent: deinde quæ sint tilla nota, aut signa, quibus bonos Catholicos
strorum vi- quasi certissimis vti debeat, tandem certissimam methodum quandam discernendi hæretica, &
de habeda. Catholica dogmata; que non solum mediocribus, sed etiam plebi possint esse vtilis, exhibebimus:
nam exactiores, Catholici, & hæretica doctrina discernendi rationes, & qua amplectem eru
Anno 1583. ditionem requirunt, sequentibus libris reservabimus. Hæc Medina. Ad quæ si quis prax-
im Inquisitorum iudiciariam Vmberti Locati Episcopi Balneoregiensis Ordinis Prædicatorum adiunxerit, quæ (postrema præsertim editione) Venetijs prodijt à Da-
miano Zenario; erit vnde tamquam in speculo latuæ hæreticorum maculæ statim C
apparant.

Num expediat, vt quemadmodum Ecclesiæ permissi leguntur libri nonnullorum Antiquorum Patrum, qui in errores aliquos inciderunt, sic & Hæreticorum libri volentur. Cap. XI.

Lib. 6. c. 6. EXtat etiam Conradi Bruni viri prudentis, ac docti liber de Hæreticis dignoscendis, quo egit; *Num qua libertate Patrum aliquot scripta ab Ecclesia non approbata leguntur, eadem Hæretici libri legendi sint?* Respondet igitur ipse, aliam esse conditionem aliorum scriptorum, in quibus & ipsis ueris falsa quædam permisceantur, cuiusmodi sunt quædam Ecclesiasticorum Scriptorum, vt Irenæi, Tertulliani, O- D
Quæ vitanda sint in Cypriano, Origene, & aliis Doctoribus. rigenis, Cypriani, Epiphanij, & aliorum. Neque enim, quia quædam illi Patres scripserunt, quæ à Catholica Ecclesia postea reprobata sunt, ideo etiam libri tori, in quibus ea continentur, reprobati intelliguntur. Immò in his, quæ reprobata non sunt, integra eorum lectio manet, Sicut Cypriani omnia legimus, & tantùm declinamus, quæ de Baptismo Hæreticorum iterando scripsit.

Origenis omnia legimus, ea verò tantùm non amplectimur, quæ vitanda esse Hieronymus docuit. Et Gelasius Papa inter apocrypha numerauit.

In Irenæo, & Lactantio Firmiano omnia legimus; ea tantùm fugimus, quæ cum Catholicæ Ecclesiæ sententia non consentiunt.

Alia est ratio de libris Hæreticorum. Sed quid obstat, inquis, cur non ad eundem etiam modum Hæreticorum libri legantur, vt scilicet vera legamus, falsa repudiemus. E

Respondeo, Hæreticos ab Ecclesia ita abscissos esse, vt nulla in re cum Catholicis communicare, immò ne Catholicorum quidem nomen habere mereantur.

Ideoque vt in disputationibus Catholicis nulla eorum mentio fieri debet, ne honorem aliquem in Ecclesia habere videantur, aut eorum commemoratione Catholicorum venerandi contentus offendantur, (vt Theodosius, & Valentinianus cõstitue runt) ita nec veritas ipsa profitiuenda est, vt sub improbis illis (ait Conradus) Hereti corũ nominibus, & libris enuntietur. *Contra vero Catholici, essi quædam in eorum scriptis reperiuntur à sententia Catholicæ Ecclesiæ aliena, tamen ea non ille suo arbitrio inducere volent, nec sectam aliquam confingere, & eligere; quippe semper parati, si Ecclesia*

Catholica

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00360

A *Catholica aliud desiuerit, intellectum suum in ipsius obsequium captiuare. Vnde, & ex nobis his fuerunt, nec vnquam ex nobis exierunt, sed semper nobiscum manserunt.* Vnde, sicut humanitus errarunt, Ecclesia, eorum erroribus correctis, quos & ipsi correctos esse voluerunt, in ceteris integra eorum scripta esse voluit, nec ob errores aliquos, sanam eorum & Catholicam doctrinam repudiandam.

Alia mente sunt Catholici vbertàr, quã sunt hæretici.

Sed & libros Gentilium eo modo legimus, vt quę in his vera sunt pro confirmanda veritare, & confutandis Gentilium erroribus recipiamus, reliqua abiiciamus. Sicut & Paulus de paganorũ libris aliqua tamẽ in suas epistolas transtulit, nec tamẽ cũcta, quæ ab his pariter scripta sunt, excepit. Hoc inter Catholicorum, & Ethnicorum scripta interest: quòd illis nullam auctoritatem tribuimus, etiam in his, quę uera sunt;

1. Cor. 15. 10. Libri Gentilium cur legantur. Tit. 1. Act. 17.

B hæc uerò auctoritate etiam aliqua tanquam ab his, qui docendi munere funguntur, proficiscentia dignamur. Nam, vt Hieronymus ait: *Si quid veri Sybilla, & Orpheus, aliique Gentilium vates, aut Philosophi prædixisse perhibentur, quales quidem ad reuincendam paganorum vanitatem, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam.*

Iis, qui Theologiam alte non degustarunt, quinam libri percommodi ad Hæreses ingulandas. Cap. XII.

Catechismꝰ Petri Canisij.

QVoniam verò non solùm sapientibus debitores sumus, ideo dicendum est, quinam libri usu futuri sint iis, qui in scholis publicè non leguntur. Primo itaque Doctrina Christiana, siue Catechismus Petri Canisij ab ipsis legatur, qui tã

Catechismꝰ Romanus.

C quam compendium est uniuersæ Theologię, cuius docendi, atque audiendi necessitatem, vtilitatem, ac rationem Epistola ea ostendit, quam ad Tarterium Trecensem Decanum scripsimus. Deinde Catechismus iussu Tridentini Concilij emissus in lucem à Pio Quinto, qui quasi commentarius est Catholicorum omnium Catechismorum. In eo enim tota Theologia traditur, quanta satis est imbuendis Parochis, & populis docendis, siue quæ ad fidei articulos, siue quæ ad mandata Decalogi, Sacramenta, rationem orandi Deum attinent. Si quis uerò Cyrilli Hierosolymitani Catecheses, aut libros (vti quarto libro diximus) de catechizandis rudibus ab Augustino scriptos addiderit, eum non pœnitebit. Sin prolixiores optauerit, legat libellum nostri Edmundi Campiani martyris, qui ea fidei Catholicæ argumenta, & rationes continet, quas Academiæ Oxoniensi paucos ante annos, summatim (sed elegantissimè) pro-

Cyrillus Hierosolymitanus.

Edmundi Campiani aureus libell⁹.

D posuit. Earum uerò explicationes, ac definitiones suo tempore quilibet cernere potterit in libro ampliore, quem aduersus Hæreticum Vuittracherum Anglum Ioannes Duræus Scotus aptissimè scripsit. Præter istos autem, summa compendiaria Vitarum sanctorum virorum percurrator, ac vix vnquam de manibus deponatur. Magnum enim hę momentum habent ad insinuandam omnium Ecclesię temporum notitiam, ac pietatem illam, & cultum, cuius exemplo tam viuido, ipsa Hæreticorum & doctrina, & uita uel concidat, uel certè emendetur, necesse est. Atque ut hoc nunc addam, illud pro comperto, & certo habendum est: si quis quantumlibet Hæreticus, eo adigi posset ut Diuinam lucem precaretur ex animo sibi infundi ad eorundem Sanctorum Patrum Vitas non tam percurrendas, quàm attentè legendas, uix fieri posse,

Summa vitarum sanctorum.

Hæretici si fenio Sãctorum vitas legerent conuerti possẽt.

E tem Catholici libri Hispanica, Gallica, Italica, Polonica lingua editi, ab ijs legendi, qui Latinè non norunt, quemadmodum liquebit ad calcem huius operis ex Catalogo auctorum, qui contra Hæreticos scripserunt. Quos item Auctores è Catholicis Theologis cognoscere poterit. At omnino tam docti, quàm non ita docti perlegant obsecro, quæ cap. 39. huius Libri è Giberto Genebrardo attulimus.

Cum Hussitis, & eiusmodi aliis quonam modo agendum. Cap. XIII.

Schisma quo sit hæresi gradus.

SChisma cum hæresi iunctum, esse tantò deterius simplici hæresi, quantò plus retinet latuę, qua pietatem præ se fert, ac eorum penè rituum, & Sacramentorum speciem, quam Catholica Ecclesia seruat, non tam uerum est, quàm uerisimum. Quamobrem huc seculò incumbendum est, ut de eiusmodi hominibus ad Dei

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00361

gloriam reportetur victoria: Sanè igitur eos ad aliquam animi submissionem deducere, summopere conducet. Cùm enim hæresis & Schisma non sit primum peccatum, sed pœna peccati: superbiaque sit ipsissima hæreseos mater, nutrix, & fomes; nullum erit præsentius Antidotum, quàm ipsa virtus humilitatis: Quare primò expediret agere de hortendo superbiæ vitio, sic sensim, vt ne ad sese traducendos illi suspicarentur hoc fieri.

Radix hæresis superbia.

Cùm verò Hussitæ in eo arcem suæ pertinaciæ collocauerint, vt sub vtraque specie Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum laicis quoque sumendum esse asserant, videat qui velit laborem nostrum ad finem libri, quem inscripsimus Retectionem Impostturarum Dauidis Chytræi, vbi agitur hac de tota materia quàm breuissimè. Ex ijs autem, qui de vtraque specie an danda sint Laicis, scripserunt, sequentium auctorum libri capita hæc continent.

Ioannes Host Episcopus Misnensis peculiari libro tempore Concilij Constantiensis aduersus Bohemos conscripto, id ipsum pertractat, atque hic Venetijs anno 1561. iterum editus est.

Ioannes Eckius in suo Enchiridio breuissimè, sed efficaciter id ipsum ostendit, post sanctum Martyrem Ioannem Rossensem.

Ioannes Hessels Theologus Louaniensis post alios multos, libro suo de vtraque specie, aduersus quendam consultorem, qui se pacificatorē Ecclesiæ iactitabat, sequentia pertractat.

Ex Scriptura omnibus locis, quæ aduersarij solēt citare, nullum extare præceptum de sumendo à Laicis calice.

Ex Patribus Ecclesiam ueterem nulla ratione sēsisse communionem vtriusque speciei esse præceptam à Christo Laicis.

Non plus spiritualis fructus ex vtraque sacramēti specie sumpta percipi, quàm ex una.

Non licere cuiquam superiori illis annuere vsum calicis, qui eum ex errore petunt.

Edmundus Augerius Theologus Societatis Iesu in libro suo de Sacramentis Gallicè conscripto, & Parisijs edito, agit de hac ipsa materia eruditè. Atque ex Ecclesiæ Africanæ, Orientalis, & Occidentalis praxi eandem, quæ alia methodo ab alijs Theologis tractantur, veritatem comprobat.

Claudius Sanctes Episcopus Ebroicensis libro decimo suarum repetitionum de Eucharistia fusè hac de re agit, cùm ibi multa quæ item attigerat Ioannes Hessels, pene ad verbum ex eo referat.

Gulielmus Alanus Anglus Cardinalis, libro de Sacramentis capite secundo, & sequentibus, hac ipsa de materia, alia licet methodo, perdocte & profundè agit; totam nempe rationem, seu significationem Sacramenti sub una tantum specie esse. 2. Totam Sacramenti gratiam una specie acquiri. 3. Nec institutionem nec præceptum, nec exemplum Christi efficere, vt vtraque species cuilibet communicanti sit necessaria. 4. Et pro unius speciei communione, & exemplum Christi & Apostolorum extare. Præsertim Ecclesiæ post Apostolorum tēpora pro indifferētia utriusque uel unius speciei. 5. Asseruationem in unica specie panis multò communiorem inuenturi, quæ ad Sanctissimi Sacramenti reuerentiam semper est uisa cōmodior. 6. Quæ ex decreto Gelasij obijciuntur diluciderè, & planissimè declarantur.

Præter hæc sunt editæ Assertiones Theologicæ de Communione Sanctissimæ Eucharistiæ sub una specie, defensæ publicè Viennæ anno 1580. à Georgio Seckrade à Pyrnice Moravo, è quibus breuiter, & succinctè rationes, & loca Diuini verbi, atque patrum, Impostturæque Hæreticorum, ac Schismaticorum percipiuntur.

Henricus Blyssemius Theologus Societatis Iesu hanc nouissimè materiam diligenter ac doctè enucleatam proprio libro excudit.

Robertus denique Bellarminus Card. optimè.

Artes Hæreticorum deteguntur. Cap. XIIII.

HÆc cùm ita sint, præstat, vt ex adiuncta epistola, quam Ioanni Tertio Sueciæ Regi scripseram, cùm ei dicassem Refutationem meam aduersus Dauidem Chytræum, intelligantur quænam obijci ab alijs Hæreticis soleant contra Catholicos: quæ ve ad illa refellenda possint aptissima adhiberi. Epistola autē hæc est.

Auctoris epistola ad Ioan. III. Sueciæ Regem, qua artes Hæreticorum deteguntur.

Errores Dauidis Chytræi, atque eorum qui (vt ait Tertullianus) ex Euangelio Hæretici esse voluerunt, ab optimis viris impulsus aperueram, cùm ille, ne prorsus detexisse videretur, nouam mendaciorum farraginem ex Magdeburgensium Centuriis, & Melanchthone contra me corrasam, ausus est V.R.M. dicare. Quamobrem plerique & isthinc, & aliundè, me hortati sunt, ne silentio meo paterer hominem inani triumpho exultare inter eos, quibus auctores, quos citat neq; vnquā innotuerunt, & ne innotescerent, iamdiu eos Lutherus, & huius male nata soboles de medio sustulit. Ego verò, licet illū ab omni antiquitate, & ab hoc sęculo proscriptū sciebā, duas tamē ob

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00362

A ob causas lubens hoc scribendi onus iterum suscepi: quarum fuit prior illa, quę meos qualescunque labores, atq; itinera isti interiori Septentrionali tractui aliquot abhinc annis addixit: posterior autem, quæ ex colloquijs ijs extitit, quæ de ineunda inter Catholicos & Protestantes concordia tum in Transyluania, & in superiore Hungaria, tum in Saxonia penè ipso tempore habueram, quo responsum Chytræi ad manus meas peruenit. Itaque cum illo primo ad V.R. Maiestatem, deinde ad verbum Dei scriptum, & ad veteres Græcos Patres, mox ad quattuor Oecumenicas, ac deinceps ad alias quasdam Synodos, denique (si Deo placet) ad Confessionem Augustanam tanquam ad legitima tribunalia prouocasset, quædam uerò de Picardica secta, & de Erasmo interserens, tandem quorundam eminentium Principum nomine in re fidei abusus fuisset, faciendum mihi putaui, ut ei responderem. Eadem enim opera uidebam

B cordatis hominibus me posse satisfacere, qui cùm de me eam de qua dixit, rationem concordiæ de Religione perquisiuissent, habituri hoc libro essent ob oculos, quæ cupiebant, si ferio consultum saluti suæ voluissent.

In primis igitur notas, & characteres Diuini uerbi, cùm (id quod res ferebat) distri buissem in institum, traditum, scriptum, ostendi nullum prorsus esse, aut fuisse apud istos, qui sese Euangelicos venditant. Inde cùm ad quattuor Oecumenicarum Synodorum tractationem descendissem, quid illis contineretur, summatim exposui. Nempe dogmata de fide Sanctissimæ Trinitatis: Decretum de Pascha emendando, & ritè celebrando: & Canones ac diatyposes, seu constitutiones quasdam Nicænę Synodi: quę nunquam (quod sciam) Græcè editæ, ut ederentur hoc libro, meis additis annotationibus, operam dedi. Qua in re latius patuit campus, in quo fides ipsa, & facies, siue

C hierarchia Ecclesiæ Apostolicæ, quasi explicari, & sub ipsum aspectũ oculorum subijci potuit. Ac percommodè item est factum, vt quę dogmata ad plerosque Apostolici Symboli articulos spectant, ea planissimè monstrari potuerint fuisse à Luthero, Melanchthone, Caluino, Beza, ab Vbiquitarijs, Anabaptistis, Puritanis, Picardis, nouis Arianis, Samosatenis, & id genus pestibus, uel præsertim negata, uel atheismis inuoluta. Neque verò minus commodè ostensum est, quàm iustas ob causas Decretum Nicænæ Synodi de Pascha corrigendo reuocauerit ad usum Gregerius XIII. vt Sanctissimæ memoriæ Pontifex Maximus, sic ipsius gentis amantissimus parens.

Adieci Canonum interpretationem, notasque Chytræi impostoras retexi, quibus alias priores suas cumulauit, dum falsos Canones pro ueris, & neterum SS. Patrum exemplaria subdolè detorsit ad hæreses, contra cœlibatum, & uisibilem in terris Eccle-

D siæ Principatum, ac Sacrofanctam Eucharistiam, & inuocationem Sanctorum, atque aduersus alia pleraque omnia contegendas.

Etenim (vt è pluribus aliquid afferam, quod in ipso opere firmiſsimis argumentis refutatum est) cùm ille contra cœlibatum Sacerdotum tertium Canonem Synodi Nicænę exponit, & quemdam alterum Synodi (ut ille oppinatur) sextę supponit, nec illum bona fide interpretatur, neque in hoc suæ artis obliuiscitur, quippe qui non retulerit, nunquam Synodi sextę Canonem ipsum in Ecclesię Catholica fuisse receptũ: In Trullo quidem fuisse propositum, sed nunquam approbatum, Synodum uerò illã, seu conuentum, qui legitimè non fuerat habitus, vocatum fuisse Quinisextum, quasi vtriusque supplementum, cùm neutrius Synodi fuisse uerè dici potuerit. Atqui & bo-

E nus iste noster deprehenditur, quàm semper similis sit sui, dum partem eiusdem ipsius Canonis citat, partem supprimit, taceat uerò Canonem, qui eundem præcedit, aduersari superiori, quo decernitur, ut Africana, & reliqua Occidentis Ecclesia seruet in Sacerdotibus cœlibatum, quem antiquitus obseruauit à tempore Apostolorum.

Obijcit autem alias Synodos, sed & interea reticet, quæ satis apertè priore meo libro ea de re scripseram, quibus eas obliquè citantium dolus manifestius euaderet. Præterquam quòd haud expositis causis, & perisiasibus rerum, confusisque sequentibus cum præcedentibus Canonibus, eas trahit ad cœlibatum euertendum, cùm nihil minus ij Patres cogitassent, qui Eusthathij hæreses, & alia quædam tollentes, sese ab Ecclesia subducebant. Quare Canones ipsos Græcos, ac cetera ex Patribus loca una cum incorrupta uersione Latina, ubicunque fuit opus, attuli, ut qui etiam alient

Ad quosnam prouocet Heretici callide.

Hretici sese venditant Euangelicos.

Synodi Nicęnæ præcipua capita.

Greg. XIII. laus.

De cœlibatu Sacerdotum.

Trullanam Synodũ non fuisse approbatam.

Eusthathij hæreses.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00363

Parentes Gregorij Nazianzeni, & Basilij ante Episcopatū legitimos genuere filios. Synesius 92

sunt à fide Orthodoxa, nisi sanari voluerint, certè conuinci facile possint. A

Cùm verò Chytræus parentes SS. Gregorij Nazianzeni, & Basilij, atque alios Episcopos scribat genuisse filios, tacet tamen hos ante adeptum Episcopatum ab illis fuisse progenitos.

Synesium affert scribentem, se Episcopum velle filios gignere, & cupere plures bonos è matrimonio sibi procreari. At fatet eum neque Episcopum, nec Sacerdotem, nec adeò Christianum omnino fuisse, dum illa ad Euopium fratrem scriberet.

Italarius.

Vt de Hilario similem nectat dolum, affert carmina ex Baptista Mantuano Carmelita. Verumtamen tacet, ea Carmelitam non tanquam ex se, sed ex alijs Ecclesiæ Christi obijcientibus scripsisse. Quapropter idem Carmelita S. Hilarium paulò post egregiè collaudat, quod Sacerdos iam, & Episcopus continentissimè uixerit: atque, tum uxorem, quam ante Sacerdotium duxerat, tum filiam virginem, quā ex ea, priusquam sacris initaretur, susceperat, oratione ad cælum præmiserit. B

Sacrificij Christiani oblatio, consecratio, manducatio, Res ipsa.

Iam quæ attinent ad visibilem Ecclesiæ in terris primatum, atque ad Cælitum erga nos charitatem, nostramque cum ijs communionem, (quæ quidem omnia Chytræus blasphemè subsannat) Sic ijsdem Synodis, ad quas videri voluit prouocasse, comprobata sunt, vt se impium, ac nullam habentem communionem cum Christo, aut cum Sanctis eius, planissimè prodat. Nam quòd pertinet ad sacrificij nostri Christiani oblationem, consecrationem, remque ipsam (quæ est Christus Dominus) vsum item & ritus, ac fructus pro anima & corpore, atque pro hac, & futura uita, ac deniq; ad omnia quæ Apostolorum erant tempore, id omne olim aduersus Caluinianos ostenderam, quare & illinc peti poterit, si quid isthuc spectare posse videatur.

De Augustana Confessione, & Picardica. C

Atqui cùm ille Confessionem Augustanam, & Picardicam sectam commendasset, ego verò earundem ortus, variationem, portenta ex uerissimis historijs, & Archiuis deprompta breuiter proprio libro consecripserim, ad eas, & Chytræum & reliquos ablegatos uelim.

Ratio certa finiendarum controuersiarū inter Catholicos, & protestantes. D

Ceterùm cùm res ipsa clamat nunquam aliquid consensionis consequi potuisse ex variis eiusdem Confessionis Augustanæ editionibus, aut ex consarcinato quodam Lutheri corpore doctrinæ, vel ex Philippi examine, aut denique ex concordia Iacobi Andreæ, siue ex quibuscunque aliorum Hæreticorum conciliabulis, certè unicam istam aspectabilis Ecclesiæ Apostolicę faciem, quæ hoc libro proponitur, Christi promisso, & viuo eius uerbo nixam, & ad omnes Satanæ insidias roboratam tot testibus, vnicum antidotum esse, sanandis tot morbis, qui alioquin quotidie inualescunt, sapienter V. R. M. pridem intellexit. Cùm enim symbola, & regulam fidei (quā Catholici antiquissimè amplexi sunt) Protestantes ipsi in suis templis publicè recitent, nulla vtique certior, neque pacatior finiendarum cōtrouersiarum methodus iniri unquam poterit, quàm vt interpretes eiusdem regulę fidei adhibeantur, qui eam ipsam unanimes plenissimo quasi Ecclesię Christi theatro (& quidem ijs orbi Christiano imperrantibus, qui fuererunt oculatissimi & summi viri) ex Diuini codicis verissimo intellectu, atque ex Apostolorum doctrina condiderunt. Quinā enim aptius uim legum declauerint, quàm qui fuerunt earundē legillatores, ac nō iniuria dicū tur animę legū?

Idem de alijs rebus, seu etiam ritibus dicendum est. Equem enim testem alium, vel grauiorem, vel propriorem prioribus sęculis, uel uita sanctiorem, uel remotiorem ab effectu horum temporum, uel denique in quem cadat minor suspicio, (cum præsertim prioribus Ecclesię sęculis, & quidem in Oriente (non Romę) quattuor illę priores Synodi habitæ sint) affequi aliquis possit? Quod si quis de Latina earum uersione ambigeret, extant Græca exemplaria, quę uel ex Græcia peti possent uetustissima: quāquam ferè omnia meliora, uti depositum aliquod, Deus in Ecclesię Catholicę, ac in ipsius Apostolicę Romanę sedis sinum, tanquā ad munitiorem locum transfuchi uoluit. Quę quidem, quando non essent à Catholicis conuersa fideliter, certè ad ipsū Ptolemæi Regis Ægypti exemplū uerti à pluribus possent, qui eodē tempore uarijs in locis distributi idipsū de Synodis facerent, unde omnis fraus præcaueretur. Quod si his repudiatis, nunc ille, modo alter, postea nescio quis alius, qui desertis Ecclesiæ castris huc illuc omni uēto circūferatur, Synodis illis Oecumenicis prælatus fuerit, nemo nō E

intel-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00364

A intelligit meritò fieri, vt singulo nouilunio noua erumpat hæresis, vel atheismus: ac tandem opus sit, vt cerdones, & futores in Rebuspublicis decreta de religionis dissidijs, quam nunquam nouerunt, sanciant, quemadmodum his ipsis mensibus in hac citeriore Balthici maris ora contigit.

Haber R.M.V. quæ me causæ mouerūt ad scribendum, quid ve hoc opere continea tur, quæ denique ratio concordiæ ineundæ certissima sit. Quæ omnia relicto illo conci so scribendi genere, quod alijs tractationibus meis libenter adhibebam, paulò fusius exposui. Primùm quidem: quòd cùm hoc in gratiam eorum scripserim, apud quos vix vlli veterum libri integri, aut ipsa Scriptura incorrupta reperiatur, necessarium erat, vt ex fontibus ea proponerem, ne hac illac eadem quærirantes, nec inuenientes, dubij essent, quid crederent. Deinde quod fciebam, ex istis ministrorum dissidijs, &

B blasphemijs (ne dicam summa imperitia) factum iam esse, ut plerique omnem ueterem ac veram Ecclesiam, & Patrum antiquorum doctrinam quotidie auidius cupiant. Vestram autem R.M. non solere pati, vt aduersus eos aliquis blatereret: multò uerò minus passuram, ut istorum commenta pro Dei verbo, ac vitra pro margaritis, Regnis istis venditentur. In qua nouit optimè, neque meliores quàm auitæ Ecclesiæ merces inuchi posse, nec aliud magis regium effici posse, quàm vt per veritatis lucem ad cultum Dei stabilem, ac certum populi reducantur. Optandum certè est, quàm quod maximè, ut quem adhuc cultum memoria, & corde plurimi isthic retinent, eum fouere liberè possint, ac tantus fidei thesaurus, qui Deo miserante non obscura sui splendoris indicia exerit, tanquam candelabrum (vt Christus docuit) super mensa positum omnibus illucescat. Deus in cuius manu corda sunt Regum V.R.M. donis cælestib. au-

C dam incolumem diutissimè seruet.

Iudicium de Augustana Confessione, cuius variatio & pene, antequam prodiret in apertum interitus examinantur. Cap. V.

Num vlla fidei confessio Augustan. vn quam re ipsa fuerit, ac fi fuit, quænam illa censenda sit.

Argentina. Kolfinitz.

Memingen Lindau. Vide Confessio de ijs præparatoris ad concordiam.

Luthe contr. Amb. Catharinum de pōtificatu, & de Imperio, & de potestate seculari.

De Capt. Babilon.

De Confess. ad Francisc. contra duo Cæsarea mādata.

In lib. contr. epist. Regis Angliæ.

De iudicio Christianæ congreg. Cōfessio Augustana Christianæ est cōfessionis negatio.

EFsi nomine Confessionis Augustanæ aures Septentrionalium ita personant, ut nemini ferè venire possit in dubium, ea ne fuerit aliquid; rectissimè tamen ambigi. ac quæri potest, an quidquam re vera fuerit? Primum enim, si qua fidei Augustana Confessio vnquam fuisse, dicenda sit, eam fuisse, ac dicendā esse, quæ Catholica fuerit, necesse est: quam quidem ij, qui Christianum in Germania, promulgarunt Euangelium, initio inuexere: quam ve adhuc & Augustanus Episcopatus, & Ecclesiæ Catholicæ prædicationis certissima uestigia testantur. Sin verò eam accipimus, quā hæretici anno superioris seculi trigesimo Augustæ Carolo Quinto, & ordinib. obtulerunt, ea non una, sed plures fuerunt, & quidem dissidentes inter sese, nec ab ipsīs auctoribus profectæ, ut planè quid ista sit ignoretur. Ei Principum quidem quorundam nescio cui Cōfessioni subscripsere Norimbergenses, ac Reutlingenses; verum quę ab alijs quattuor Imperij ciuitatibus oblata est, alia erat, nec ille inter sese conuenire potuerūt. Zuingliani enim nomine earum ipsarum quattuor, suam & ipsi Augustę Cōfessionem eodem tempore per Gasparem Hædionem proposuerunt, quę à reliquis erat alienissima: sed & cum triplex non uerbis solum, verum etiam sententijs, variatio exemplatium vnus & eiusdem confessionis Protestantium prodijsset, incertum est, ex quibus lineamentis certa ipsius facies agnosci possit. Eadem quidem omnibus erat inscriptio, qualis procurantibus Luthero, & Melanchthone, Carolo Quinto tradita

E fuerat. At exemplaria nec eādem erant, & inter sese pugnabant, ut diximus. Ac cū prior decem & septem, secunda triginti octo articulos comprehenderit, Lutherus autem plures alios sub eiusdem pallij nomine texerit; & quasi aliud agens multa insinuauerit, quibus religionis & Imperij publicę pacis iugulum petebat, mirificè nutarunt, qui in re tam lubrica, pedem figere uoluerunt. Accedit quod statim enata, plures annos delituit; ut ubinam gentium esset, ac quibus in archiuis iaceret, ne posset quidem sciri: Quò uerò tota res altius occulteretur, varia suppositæ sunt, vt Apologia Melanchthonis, & alia. Quamobrem non Confessio, sed indefinitio, atque negatio Euangelicæ, auitæ, Christianę, ac uerę Augustanę fidei iure optimo uocanda est.

Varia-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00365

Variationem eiusdem Confessionis Augustanæ ab ipsismet hæreticis agnitam, atque ab eorum plerisque eandem Confessionem fuisse receptam. Cap. XVI.

Chytræus f. 30.31.f.321. 227.in histo. de Cœfessio. Aug.

ET plures quidem Protestantiũ Diuino iudicio cogente, non uno loco fassi sunt, eandem Cõfessionẽ spe fuisse mutatam, renouatam, ac redditam incertam. Et Melãchthõ ann. 30. superioris seculi die 22. Maij, Luthero in hæc uerba scripsit: *Quotidie multa mutamus: Articuli enim fidei subinde mutandi sunt, atq. ad occasionem accommodandi.* Itaque uerõ certè, quoniã calcei uestri ad pedes uestrorũ, non uestri pedes ad calceos Ecclesiæ aptandi erant. Sed ea mutatio cũ euidentior fieret, quãm ut posset abscondi, eminentiores quidam, in Augustanis aliis Comitijs, ne, quasi per nasum abducti ab uno, uel altero Apostata prorsus erubescerent, dixerunt sese Augustanam anno trigesimo editam Cõfessionem (quam uidelicet sapientissimi nec uiderant, nec quo astu conscripta fuisset cognouerant) nunquam defertura. Ac Genuenses, Magdeburgenses, Mansfeldenses, Ratisbonenses, una cum Flaccianis, odio actiadueršus Melanchthonem, & Vittembergenses, idem testati sunt. Quamobrem articulos Schmalcaldicos, Catechismum Lutheri, & Saxonicarum Ecclesiarum Cõfessionem in unum colligentes, corpus (quod rectiùs dixiſsent cadauer) doctrinæ nominarunt, & Philippum Melanchthonem accusarunt, tanquam impium, & proditorem, qui Cõfessionem Augustanam mutilauerit, auxerit, mutauerit. Inter eos uerò Ioannes Sturmius est, de quo Schmidelinus sic loquitur: *Sturmius librum ediderat, ne Concordiæ consentiretur. Quare si quod Philippus ea damnetur. Fateor, & perspectum est omnibus, nostram de Sacramentis doctrinam farciminis loco duxisse, & quod grauius est, condemnasse. Fatendum quidem non esse, at negare non possum. Dolo certè, sed dicere cogor. Philippum nostram doctrinam ariolatricem iudicasse.* Hęc Schmidelinus. Qui cùm interesset Colloquio Confessionistarum non multos ante annos, manifestissimo testimonio Melãchthonem fuisse Sacramentarium comprobauit: eo inter alia nimirum argumẽto, quòd Philippus ad Fridericũ Rheni Principem Palatinum litteras dedisset, quibus Lutheri doctrinam refpuebat, affirmans nec in pane Christi corpus, neque sub panis speciebus contineri, sed nuda esse corporis signa, Quæ ut uera esse constaret, ipsas litteras Schmidelinus deprompsit, & ijs, qui aderant ostendit.

Nota Protestantium originem Euangelij. NOTA.

Nora Schmidelini de Melchthone testimonium. Doctrina Lutheranorum de Sacramentis loco farciminis habita.

Sturmius de Melanchthone.

Sturmius autem: *Philippus* (inquit) *ad Caluinum frequentes litteras misit, quarum in ijs Reuerendissimum semper Dominum, & fratrem compellat: quibus uerbis manifestauit, quã sibi Confessionis Augustanæ præcipuus artifex constitit.*

Peucerus de Melanchthone.

Peucerus item, ab nullo se unquam homine ita in Caluinismo, quemadmodum à socero suo Philippo confirmatum fuisse testatus est.

Alij de eodẽ.

Heshusius quoque, & Vigandus, ac Kirchamer Lutheranæ hæreseos buccinatores, librum ediderunt, quo Philippum propria epistola uerbis eius Altenburgi exaratis Caluinianæ prauitatis condemnant. Sed ut id, quod uerissimum est, dicam, non tam Caluinianus fuit Melanchthon, quàm regula quædam Lesbia, siue potius obliquitas impia, quæ dum sese ad omnes hæreses studebat aptare, sæpe item Catholicam fidẽ iterum amplecti uelle indicabat, & dum omnes suspensos tenebat, ab omnibus interim haberi singularis mediator, siue potius arbiter, artificiosa & latente superbia seduló curabat, spargens ísterim proprium virus, & libros, ac scholas quáquauersum in Septentrione excitans, ut *in* ijs nil penè aliud, quàm eius libri prælegerentur. Vt verò ad Cõfessionem Augustanam reuertamur, Flacciani (vt semper in deterius labuntur hæreses) eam reijcere cęperunt: quippe quam ab uno Luthero, & Philippo conflatam, ac præterea mutatam atque corruptam, indignam esse dixerunt, quæ nominaretur *Forma sere Religionis*: quare & diserte protestati sunt, sese illam non recipere, & sua illa protestatione uiginti rationes, cur id non facerent attulerunt. Neq. enim Illyricus tacuerat, cùm aduersus Melanchthonem scriberet, Articulos Confessionis Augustanæ, ab eo, non tam oppugnatos, quàm omnes penè fuisse deletos.

Regula Lesbia Melanchthonis.

Flacciani reijciunt Confessionẽ Augustanam.

Bohemi cur reiecerit Cõfess Augusta nam.

Bohemi quoque qui vocantur Fratres, inter alias causſas cur Augustanam Confessionem, quæ anno quadragesimo primo edita est, haud recipiant, eam adscribunt, quod eius articu-

li, tanta

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00366

A li, tanta arte conscripti sunt, vt quilibet ad suum sensum illos facilè detorqueat, si velit. Sed Heidelbergenses contra Schmidelianæ Cœcordiæ librum, Lutherum nec suis se Prophetam, nec Apostolum, nec ulla miracula edidisse dicentes, ostendunt etiam pluribus in rebus eiusdem Cœsessionis Augustanæ eundem ipsum Lutherum sibi contradixisse. Id quod paucissimos ante menses fecit, ut edicto omnes ministri Lutherani, ex Palatinatu Rhenano solum uertere coacti sint. Quod eò dicere uelim, ne Daniel Tusanus hæreticus nescio quis effrons Caluinianus multùm glorietur, quòd in eo solum subsistantiam Cœsessionis Augustanæ sitam potissimum esse dixerit, ut Pontificia (quemadmodum ille blasphemat) abominatio tollatur. Eodem scilicet argumento dixisset, perfidos quosque quoniam Catholicam Religionem non admittant, pallio Cœsessionis Augustanæ contegi posse. Heidelbergē ses.

B Iam de corpore doctrinæ Lutheranæ idem paullò post accidit, quod de confessione Augustana contigerat. Nam cùm alterum Corpus primò Vittembergæ editum fuisset, mox alterum prorsus diuersum prodijt. Vnde inter Lutheranos crudæ illæ controuersiæ; atq; ad rauim vsq; clamores excitati, fecerũt, vt Mansfeldensis quidam concionator rentauerit, num duobus istis cadueribus informans aliquis spiritus infpiraret, quo fierent in aliquam animam viuentem: fed otiosè, & fruſtra omnia. Quo modo enim simul cohærent duo sibi contradicentia? Aut eequid monstrosum non erit, cui, cum duo aduersæ speciei capita, & corpora fuerint, id ab vna tantùm anima regi posse credatur? Sed hæc structores illi egregij destruentes se, & he illius tam reformatæ religionis fuere priores formę, ac symbola incertissima. Quę tamen pro sua uidelicet sapientia uel hæretici, vel pseudopolitici quidam existimarunt in summam C Christi iniuriam, pacandis animis esse posse remedia. Lib. fuæ confolationis. Item de Augustana. Corpus doctrinæ Lutheranę quomodo iuratum Ovtio buccinator Mansfeldensis.

Nihil verum, aut Euangelicum esse in Augustana Confessione. Cap. XVII.

Quam una fit Augustana confessio.

D ILlud verò euidentissimum est aduersus Augustanam Cœsessionem argumentũ, atque iudicium; quòd cum uniuersæ antiquitati repugnauerit, nihil eam ueritatis, aut Euangelicum sapere certissimum sit. Vt enim mittam, ipsquam terrarum eiusce modi dogmata habita fuisse, aut prædicata pro veris, atque Catholicis: nul Iam Natione, nullam Ciuitatem, nullũ Doctorem, Scriptorem nullum, nullũ Principem, aut Imperatorem, vel ñ egem, nullum omnino hominem fuisse, qui antea unquã omnia illa crediderit, vel docuerit, quæ ista malè conciliata chimæra prodidit, nullum denique vsquam templum, nullum facellum extare, vbi antequam Lutherus aduersus Christi Ecclesiam ierumpere conaretur, eius doctrina proposita fuerit: certè & illius, & Melãchthonis, & Protestantium omnium testimonium nimis aperte contra eam clamat, quę omnium seculorum Patribus non minus impiè, quàm impudenter detractit. Et poterat uerò quicquam arrogantius, aut magis blasphemum quisquam prolo qui, quàm quod fecit Lutherus, cum Hieronymum inquit, Fidei, & verę religionis, ne semel quidem in suis scriptis meminisse: Origenem iam olim abs se fuisse excommunicatum; Chrysostomum nullo se loco habere: Nihil esse, nisi loquaculum; Basilium nihil planè ualere, totum esse monachum, se ne pili quidem illum facere; Apologium Philippi superare omnes Doctores Ecclesiæ, & ipsum Augustinum? *Quin te Hieronyme* (alibi ait) *conculcamus cum tua Bethlem, cucullo, & deserto*. Ac præter alia pestilentissima dicere audet, *Patres tot seculorum plane excutysse, impertissimos fuisse Sacrarum literarum, tota vita errasse, & nisi ante mortem resipuissent, neque Sanctos fuisse, neque ad Ecclesiam pertinere*. Quæ quidem conuitia, & à Melanchthone, & ab alijs, ut tanquam aspides è uiperis illis venenum exfuxisse uiderentur, aduersus Antiquitatem, (vt sic loquar) uenerandam Ecclesiæ canitiem iacta sunt. Quamobrem aut nunquam ullam Ecclesiam fuisse dicendum est, aut quod est ueri similimum, nec Catholicã, neque Apostolicam, nec Christianam fuisse Cœsessionem istam Augustanam planissimum est. Sed & oĩtensum est alibi, Synodos sanctissimas pari impudentia ab istis carpi solitas fuisse, Quamobrem efficitur, Cœsessionem istam merito esse dicendam nouã, (uti nec diffiteur ipse Lutherus) ac proinde, quę à fugitiuo monacho temerè est excogi- Lib. de collo qu. mensalibus apud authores. Nota modestiã Lutheri. Lutherus in Genes. c. 12. p. 219. Lib. de seruo arbitrio. In Responsione ad artic. Bauar. & in r. ad Corin. 5. Vid. Lauinium. cap. 12. sect. 9. Magdeburgens. cap. 4. circa fin. Chytræus. lib. de Theologia dio inchoan do. Vide Auctoris alterũ Libellũ cõtra Chytræũ Lutheranis inc. ò pendiaria cõfessione sacramenti.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00367

excogitata, hanc sapienter à cordatis Catholicis esse reijciendam: tantùm abest, ut ad eam sit pronocandum. A

Damnationem eius, dem Confessionis Augustanæ ab omnibus esse argumentum, eandem Confessionem nihil esse. Cap. XVIII.

Confessio Augustana Patrago omnium impietatum.

ET ipsa orbis Christiani penè omni seculo lata sententia aduersus eosdem errores Augustanæ Confessionis, validissimum argumentum est, eam esse omnium veterum hæresum, atque impietatum farraginem. De Synodis. & aliorum seculorum iudicibus iam constat. De hoc seculo age ostendant hæretici, an Synodus Oecumenica Tridentina, ad quam usi prouocare, posita pedem recepérit, an inquâ, reliquæ Prouinciales Synodi, quæ à Christianis Episcopis celebratæ sunt, an Academiæ vllæ Catholicæ illam admiserint: Imò verò, an ipsemet hæretici ipsam admiserint? Certè in præfatione eiusdem Confessionis, cùm, quo primùm tempore, in Augustanis Comitijs ea de re actum est, omne desiderium pacis, & beneuolentiæ Catholicis Antesignani Protestantiũ pollicii essent; ac verò nisi concordia de omnib. fuisset confecuta, ad Concilium generale liberè prouocassent, apud quod sese ipsos doctrinæ suæ rationem reddituros promittebãt, id consilij Carolo V. & Ordinibus uehementer probatum est, & delecti sunt utrinque qui eam rem agerent, qui & cum nostris pene de omnibus conuenirent: Extat verò de ijs præparatoriis ad concordiam, Iodoci Cochlæi (qui ex Catholicis Carolo V. mandante disputationi interfuit) ad Norimbergenses liber, in quo hæc inter alia continentur. B

Chytræus hist. de conf. Augustana.

Iodocus Cochlæus ad Norimbergẽ.

Via V. præparatoria ad cõcordiam.

Vt concordata quæ Augustæ habeantur.

Etenim (ait Cochlæus) *serenus Reuerendus & Magnificus D. V. ante annos decem in celeberrimo conuentu Imperali Augustæ habito, factum fuisse delectum septenarum ex vtraque parte personarum, qua amicè tractaut, & colloquio quærerent piam & Christianam super exhibita protestantium Principum, & Ciuitatum Confessione redintegrandæ vnitatis, pacis, & concordiæ viam. Id quod ab illis satis diligenter est factum, adeo vt sedula partium diligentiâ, & amica interpretatione dictorum ad multorum confessionis articulorum vnanimem sensum, & concordiam partium perueniũm fuerit. Petimus igitur, vt nunc quoque placeat parti aduersæ, quod tunc ei placuisse constat. Est enim antiqua, & trita honestatis regula, vt quod semel placuit, amplius displicere non debeat, & quod tunc pro vero habuerunt, nunc quoque pro vero habeant. Non enim ætas, aut fortuna, neque ab auctoritate, aut voluntate hominum, neque à longitudine, aut mutatione temporum, sed ab eo, quod res est, vel non est, oratio vera aut falsa dicitur. Si ergo hanc, à parte aduersa petitionem (quæ non nisi æqua & honesta, atque etiam pro temporis breuitate necessaria videri potest) nunc obtinebimus (licet enim Serenissi. Rex Romanorum, Hagenoæ à Legatis, & Oratoribus aduersæ partis super obtinere non potuerit) optatum habebimus ex vtraque parte compendium, breuiorem q. methodum ad tauendendam diu iam ab omnibus pro desideratam concordiam. Nã cum sint tantum 28. articuli Confessionis in eo Tractatu, super 16. articulis plenè, in multis vero aliis semiplene* (ut sic loquamur) *concordatum fuisse constat:* Hæc Cochlæus, qui posteà pergit. C

Articuli concord. è Augustanis excellentiores.

Concordata de peccato originali.

Etenim in primo articulo, qui est de Trinitate personarum, & unitate essentiæ Diuinæ, concordatum est, similiter & in tertio, qui de duabus naturis, & vna persona in Christo, & qui dem absque omni disputatione, aut contradictione. In secundo autem, qui est de peccato Originali, post nonnullam disceptationem in hæc verba concordatum est, quod peccatum Originale sit carentia originalis iustitiæ, quæ exigit fidem, fiduciamq. & timorẽ Dei, quodque concupiscentia ex peccato originali orta, remaneat in homine: Culpa uerò originalis peccati per baptismum tollatur. Id est, quòd peccatum originale tollatur, quoad formale, sed maneat quoad materiale. In quarto deinde, quinto, & sexto articulis ita concordatum est, vt omitti debeat hæc nox sola, quando de fide iustificatione loquimur, ne de cetero dicatur, nos sola fide iustificari. In septimo posita, & octauo articulis iterum concordatum est, per declarationem huius verbi sanctorum, quod vtraque pars fatetur debeat: In Ecclesia, in hac vita esse etiam malos & peccatores. In nono, qui de Baptismo est, & in decimo, qui est de Eucharistia, plene concordatum est. Adiecto nouo verbo, Realiter, quando dicitur in Eucharistia corpus & sanguinem Christi vere adesse. Additum est, contra Sacramenta- D E

De fide iustificante.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00368

A mentariorum fraudulentias, Realiter, Teutonicè. *Mesondtlich. Stc & in 13.14.16.17.18.& 19. pie ac benigne concordatum fuit, tta ut nullus in eiusmodi articulis remaneret inter nos dissensionis scrupulus. In cæteris vero, & si non per omnia concordare potuerimus, opere tamen precium videtur nobis, Reuerendis & Magnificis D.V. commemorare, quibusnã in punctis ipse suis propriis scriptis, & attestationibus consentiant nobis.*

Etenim circa xcv. Articuli examen, hanc nobis dederunt suam in hac verba scripturam. & sententiam. Non recusamus tres partes Pœnitentiæ ponere, scilicet contritionem, quæ significat terrores incussos conscientiæ, agnito peccato. Confessionem, sed in hoc oportet respicere ad absolutionem, & illi credere. Non enim remittitur peccatum, nisi credatur, quod propter meritum passionis Christi remittatur. Tertia pars est satisfactio, videlicet digni fructus pœnitentiæ. Sed propter satisfactiones concorditer sentimus, non remitti peccatum, quòd ad culpam. Verùm de hoc nondum conuenit, verum necessariæ sint satisfactiones ad remissionem peccati, quoad pœnam. De trib. partib. pœnitentiæ sententia hæreticorum.

B

Et circa articulum 21. admiserunt nobis, quòd omnes Angeli & Sancti Dei, in Cælo orant. & interdum pro nobis, quodq. vsus Ecclesiæ, quo sanctorum commemoratio nes, & festa celebrat, Deumq. orat, vt sanctorum nos intercessio adiuuet, pie, Christianè, & rectè seruatur. *Et circa sequentes articulos in scripto quidam Jhoc Tenhonico conscripsit sunt, & admiserunt, vt sequitur.* De cultu sanctorum.

Nempe circa Articulum xxv. qui est de utraque specie Sacramenti Eucharistiæ, consentiet nobis isti, dixerunt, Sacramentum illud non debere simi absque confessione præparatia. *Et rursus in scripto quodam suo amplius mentem suam nobis declarauit, ita dixerit:* Indicauimus vobis, non esse partis nostræ opinionem, aut sententiam, quòd prædecessores nostri defuncti, aut alij Christiani in alijs terris, & nationibus degentes, qui sub vna tantùm specie vniuersale Sacramentum corporis, & sanguinis Christi sumperunt, aut sumunt sint damnandi. Hanc enim vobis *(inquiunt)* informationem in scheda quadam fecimus, quod institutio quidem Christi & ad Sacerdotes, & ad Laicos pertineat, verum tamen sit ceremoniale præceptum, dispensabile in quibusdam casibus necessitatis. Idcirco existimatur, ac minimè dubitatur, quòd multi defuncti, & viuentes in Christianitate, qui sic sub vna tantùm specie sumpserunt, & adhuc sumunt, non sint propterea damnandi, sicut & nos ob id eos nequaquam damnamus. *Hæc ibi. Sed & in hoc concordarunt, quod nobiscum credant, verum Christum, verum Deũ & hominem cum corpore & sanguine esse sub vtraque specie, & sub qualibet. Imo & hoc in antea illa disputatione admiserunt nobis, quod non existiment eos, qui sub vna tantùm specie communicant, peccare.* Hactenus Coclæus. De utraque specie.

C

D

Sed videamus, an fidem datam uel in consensu retinendo, uel alijs promissis præstiterint. Lutherus enim ista inaudiens, *Nec placet (inquit) nec placere potest pacis conditio, aut ferueo, ira pene diffumpor.* Philippum deinde monuit, *vt domum rediret, rediret, inquam, celerrime, sine clam, sine palam effugeret.* Vide furentis & omnem compositionem auersantis cacodæmonis rabiem. Sic itaque illi abierunt retrorsum, & Norimbergen ses conquesti Melanchthonem nimium descendisse, ad eum scripserunt, *Monasteria & ceremonias admittere, quid aliud est, quam missam tolerare? Pœnitentiam rursum parsimoniam tolerasti, & confirmasti: intercessionem Angelorum, & Sanctorum, quod non oportebat, admisisti: & ista Episcopis concedis, Lutherí dogmata deprauis.* Præterea commonefecere Lutherum, caueret diligentissimè, ne sua doctrina euerteretur. Ex quo uides, quòd uitulum Samaritæ sibi conflarunt, conflatum excitarunt, excitatum adorauerunt, & Christi loco adorent adhuc. Atqui astum quoque Saranæ, ac Lutheri eius in eo perspice, quòd hic ad Generale Concilium prouocans, nihil minus, quàm hoc cogitabat: Epistolam enim Tomus Germanicus Ienensis continet, quæ est quinta ad Philippũ Melanchthonem scripta anno 30. die S. Margaritæ sacra. *Verumtamen postea quam (ait) ijs hoc mendacissima diabolorum capita ludunt in permittendo Concilium liberum, sic volo, & ego cum eis ludere, voloq. ab eorum somnijs appellare ad illud ipsum Concilium, quod tamẽ nunquam futurum est, vt ego interea in pace agam.* Hæc ille. In quibus uides, quorsũ spectanerit. Nempè ut latiores progressus hæreses suæ impune facerent. Coacta est enim Oecumenica Synodus Tridenti, in libera Ciuitate. Interfuere Principum penè omnium Luther. quomodo animè fit pacē auer fatus.

Notate ò uiri, quibus est cor.

E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00369

Trident. Cõcilium quale Hæretici postularunt celebratum.

omnium Christianorum Legati: fides publica data; Iudices ijdem, & assessores fuere, qui ab Apostolorum seculo & semper fuerunt, & quos ipsi Hæretici Augustæ legitimos esse confessi fuerant. Si quis Tridentum aduenit ex Protestantibus, impunè abijt, licet persisterit in sua pertinacia. Ex omnibus interim partibus concurrerunt intrepidi Episcopi per media maria, & Regna, quæ non minus bellis, quàm illa fluctibus & pyratis excurrentibus feruebant. Soli Apostatæ demorantes cum suis monialibus non venere: sed interim mouerunt bella, ciuitates ademerunt Imperio: cœnobia erasere: fœtus hæresium multiplices pepererunt, uiam ad atheismos spacio sam, & latam complanarunt: & cece Confessionis Augustanæ, atque Euangelicæ istius doctrinę præclarissima trophea. A

Cõfessio Augustana ubique damnata.

An verò Academiæ vllæ Gallicæ, Hispaniæ, Italicæ, Germanicæ, Belgicæ, eandem confessionem approbauerint, nemo non nescit. Confutatam enim, & damnatam unanimes, & oculatissimi omnes Theologi reiecerunt, & anathemate confoderunt. B

Carolus V. ne uoluit quidem attingere scripturam hæreticam.

Carolus autem Quintus, ad quem tanquam ad iudicem uisi sunt Cõfessionis artifices primò prouocasse, si quo modo ad suas partes Christianissimum Principem illicere potuissent, ne illam quidem, cùm sibi fuisset oblata, attingere uoluit. Testati sũt id Saxonici ipsi ministri in Colloquio Altenburgẽsi 22. Decembris, fol. 143. cum scripta reliquerũt hęc verba. *Ita mucẽtissimo Imperatori Carolo Augustana Cõfessio displicuit, ut neque nomen illius audire æquo animo posset.* Germanicè illi sic.

Nachdem dem grosmechtigen Keyser Carolo V. die Augspurgische Confession so verleidet vnd zuwider gewesen, das er auch dieselbe nicht hatt nennen horen moegen. C

Lib. 3. epist. à Procero ex tabulario Vittemberg. 1570. pag. 468.

Et Melanchthon ad Ioannem Obernburgerum, qui erat à secretis Caroli V. *In Comitijs Augustanis* (inquit) *tristi, ac atroci sententia damnati sumus.*

Sed in recessu Imperiali Augustæ, Carolus Quintus hęc ipsa uerba scribi iussit. *Et licet doctissimorum diuersarum nationum virorum ea* (Confessio Augustana) *fortissimis Sacri Euangelij, & Sanctæ Scripturæ argumentis refutata sit, & reiecta, non tamen hoc ab illis obtinere potuimus, ut cum nostris Principibus, aliisq; ciuitatum tum multarum ordinibus de omnibus articulis fidei consentirent.* Germanicè ille sic -

Vnd wewol wir nach gehalten vnd bestendigen rath furtrefflicher gelerter Theologen aus vielen Nationen solcher Auspurgische Confession mit dem H. Euangelion, vnnd der H. schrifft guten grundt wider legen vnd ableinen lassen, sohatt dochsolchs beyvnnen sowel nicht vermocht, das sie sich mit vns Fursten, vnd andern gemeinen standen in allen artichlen vergleichen hetten. D

Quæ cùm ita sint, anne adhuc intelligunt, rem vndique damnatam, haud esse legitimum tribunal, ac neque aliquid ex quo sententiarum ullam meritò pros se ferant, aut hæreses suas fulcire possint? Certè putidissimum est, & magni defectus fidei indicium cuidens, cùm eam coniungendam esse cum Religione Catholica aliqui putent.

Ex Lutheri missione, qui Confessionem Augustanam primus texuit, effici hanc à diabolo fuisse, ac proinde ad illam non esse confugiendum. Cap. XIX.

Lutheri missio qualis.

SEd & ipsa Lutheri aduersus Ecclesiam irruptio (non missio) cum de eclo non fuerit, & si isti, qui sunt extra omnem ordinem, extraordinariam illã esse olim commiscebantur, certissimum est signum, cur confessio ista undique unà cũ aliys hæresibus explodenda sit. Licet (ut ipsimet, Deo urgente, esse in dies magis produnt) & hanc, & Caluinianam deinceps, mox pleraq; alias explodunt: dum apud eos tragicę istius fabulæ scena *non soliun quinto* (ut iubet ille) *verum & centesimo fit productior actu.* At quod non à Deo, sed à Cacodæmone Lutherus in istam palæstrã descenderit, cetera qui dem, quæ hactenus scripsi cestantur, veruntamen & quę sequũtur, liquidius adhuc rem ipsam ob oculos ponunt. Primũ igitur esto diaboliçe missionis signum blasphemiæ spiritus, qui aliquot annos hominẽ pessimè habuit, dum Satanas illius sic volentis ingeniũ formabat ad Christi scindendam Ecclesiam. *Ego autẽ* (inquit) *qui me, vtcunq; monachus irreprehensibilis viuebam, sentirem coram Deo esse peccatorem,*

Horat. in Poet.

Lutherus à diabolo missus.

In præfat. to. 1.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00370

A *iouem inquietissimæ conscientiæ, nec mea satisfactione placatum confidere possem, non amabã, immo oderam iustum, & punientem peccatores Deum: tacitasq; sinon blasphemia, certè ingenti murmuratione indignabar Deo, dicens: Quasi verò non satis sit miseros peccatores, & æternaliter perditos peccato originali, omni genere calamitatis oppressos esse per legem Decalogi, nisi Deus per Euangelium dolorem dolori adderet; & etiam per Euangelium nobis instituam, & iram suam intentaret: furebam itaque sæua, & perturbata conscientia.* Ac non ira multò post. *Igitur quanto odio vocabulũ* (Iustitia Dei) *oderam ante, tanto amore dulcissimũ mihi vocabulum extolleham: ita mihi iste locus Pauli fuit verè porta paradisi: postea legebam Augustinum de spiritu & litera, vbi prater spem offendi, quod & ipse Iustitiam Dei similiter interpretatur, qua nos Deus induit, dum nos iustificat. Et quanquam imperfecte hoc adhuc dictum sit, ac de imputatione non clarè omnia explicet, placuit tamen iustitiam Dei docere, qua nos iustificemur.* Hæc Lutherus .

In præfat. tomo 1. Lutherus monachus non amabat Dei iustitiam.

B Ex quibus dum nutantem hominis animum, & fæuam, ac perturbatam (ut ille suã uocat) conscientiam intelligimus, non difficili negotio quisque spiritualis vir cernit, & Satanę vias, & Apostatę illius præcipitem mentem, atque omnium hæreticorum lapsus. Dum enim Lutherus in Catholica Ecclesia nimia trepidatione diuinę iustitiæ, ac scrupulis agereturi (nempe quòd latebat aliquis serpens in herba) à seniore quodã monacho (qui putabat hominem ad spem meliorem erigere posse) persuasus, ut non solùm, remissionem peccatorum in genere daram iuxta Symboli tenorẽ, uerum etiã firmissimè crederet sibi esse remissa peccata, atque hunc esse illius articuli sensum; excepit lutulentum uas, quę fibi à dęmone infundebantur, atque alterum extremum præcipitatus monstrosa illa dogmata euomuit, de sola & speciali fide iustificante, de imputata iustitia, de Christiana quadam inaudita libertate, ac de pluribus alijs quondam damnatis hæresibus, seq. in cœnum omnium uoluptatum prouoluit. Qui sanè si perpendisset, dum timore Diuinę iustitię (licet nimis seruili) tenebatur, tuxisse se tamen & monachum, & (vt ipsemet ait) irreprehensibilem; profectò agno uisset astutias Satanę amantis extrema, scrupulosq. & cuiices hominibus proponentis, ut eos primò colantes, tędio denique uirtutis afficiantur, sicq. in omnem licentiam effusi camelos degluriant. De iustitia uerò Diuina fic in bonitate sensisset, ut & illã unà cum Diuina misericordia posse fiare credidisset, nec detorsisset Apostolum ad instanos mentis sue fluctus, in quibus fidei naufragium fecit, neque Dei uerbo sensum ademisset, ut impia cuiusdam solius fidei uoce suppositæ constantem Ecclesię, ac quidem etiam ipsius Augustini doctrinam euerteret. Qui unus inter alios pluribus locis D euidentissimè, quęnam iustitia fidei sit, exposuit. *Et hanc* (inquit) *iustitiam* (nempe nõ qua Deus iustus est, sed qua iustos nos facit) *non in præcepto legis, quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiæ Christi, ad quam solam vsiutter legis nebuli pedagogi timor ducit, constituam esse, qui intelligit, ipse intelligit, quare sit Christianus.*

Prædictus interpretę Augustini Nam iustitia, qua nos Deus induit, est uera iustitia inhærens.

Melanchthõ in præfat. in 10. Lopeum Lutheri.

Satanæ astus, quibus Lutherus nõ cauit.

Aug. de natura & gratia, cap. 1.

Sed alterum fuit Satanicæ Lutheri missionis indicium: Priuatæ nempe Missæ diabolico (vt ipsemet ait) instinctu abs se procurata abrogatio. Neque enim si Missa res mala fuisset, eam Satanas omnibi malorum cupiditissimus Lutheri abrogare docuisset.

Missę abrogatio Lutheri à diabolo missum offedit. Lib. de missa priuata.

Tertium est finis, quo totam istam tragœdiam excitans præcipuè spectauit. Non enim Deum id agere testatus est idem Lutherus, & in disputatione Lipsica monitus ab optimi Georgij Ducis Consiliarijs, nihil ut per iram, fed omnia modestè ageret; *Non propter Deum* (inquit) *hæc res cæpta est, nec propter Deum finietur.*

Finis, quo ad inuocandam religionẽ Lutherus est ex citatus.

E Hieronym. Emsperus, & Cochlæus in actis Lutheri. Luthe. To. 7. epist. ad Argent. c. 8. tit. confessi parua retrah. admonit. ad Cœcon. In præfat. in cirea fin. In præfat. Tomo 1.

Quartum: Perturbatio animi, tum ex odio, erga Pontificem Maximum; quamobrẽ vel Carolstadio in ueritate Eucharistię perneganda assentire extensis (inquit) omnibus neruis cupiebat: *Perspiciebam enim* (ait) *hac de re Papatui cum primis me valde incommodare posse*: Tum ex inuidia, qua contra Indulgentias disputauit, iniquè ferens earum promulgationem à suis Augustinianis ad Terzelium Dominicanum fuisse delatam. Orta tamen controuersia fatetur se non fuisse progressurum longius, si aduersarium suum Terzelinum compressisset.

Ad odium verò, & inuidiam accessit falsæ gloriæ cupiditas, qua se incensum fuisse in controuersia de Indulgentijs perfequenda testatur. *Et fouebat me, nescimquæ* (in-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00371

Tigurini in respō. ad Lu therum. Lutheri superbiæ arguunt Tigurini.

Luthenus se profitetur in doctum. In prefat. Tom. 1. Prefat. to 1. & prefat. ad propositiones suas de tumbus hominis. Matth. 18. Notare protestantes & eruditiores. 2. Tim. 3.

quit) *aura ista popularis, quòd inuisa iam essent omnibus artes, & Romanationes illa.* Quod sanè superbiæ signum vel ipsi hæretici Tigurini in eo notarunt, cùm pro Zuinglio scribentes dixerunt: *Prophetæ & Apostoli, Dei gloriæ, non priuato honori, non sua pertinaciæ, & superbiæ studebant. Lutherus autem sua quæsiit, pertinax est, insolentia nimia afferitur, & in omnibus correptionibus suis plurimum habet malignæ spiritus, quàm ut cum amicis, & pares animi habere deprehendatur.* Hæc illi. A

Quintum: animi impotentia, æstusq. philautiæ, qua vniuersam Ecclesiæ vnitatem scindere maluit, quàm vel minimum de sententia sua decedere, licet de sua doctrina dubitaret. *Ego vero*, ait, *tam confidens, & certus non fui: multa enim ignorabam, quæ nunc scio. Denique de Indulgentijs quid essent, prorsus nihil sciebam.*

Sextum: irruptio temeraria & casu, non voluntate, nec studio (quantò minus assistu Diuino) facta, ad grauissimas de rebus fidei controuersias pertractandas. *Solus* (inquit) *primo eram, & certè ad tantas res tractandas inexpertissimus, & indoctissimus: casu enim, non voluntate, nec studio in has turbas incidi. Deum ipsum testor.* hæc ille. Quod si solus initio fuerat Lutherus, ergo tunc in nulla erat Ecclesia. Ethnicus igitur, & Publicanus Christo ipso iudice, ac suo ipsius iudicio condemnatus fuit. B

Septimum: Apostasiæ ipsius initium eodem signo consignatum, quo hæreticos eō signatum iri Apostolus docuit, inquiens: *Et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis.* Nam & ipse sacra virgine incesto fibi connubio copulata, ac bello virginitati, ac omnis continentiæ votis indicto, Euangelici pudoris septa reseruit, & infernalis impudicitiæ gurgitem scelleratissimus oppleuit. Nam & inde pronunciauit illud infelix verbum: *Ideo ex conditus à Deo, ut sis maritus, aut uxor, & alibi. si non vult uxor, ueniat ancilla.*

In 6.30. Genes. pag. 55. Lutherus in fide dubitat. In commen. in Genes. Luth. cap. 7. in Genes. to. 6. pag. 101. & in cap. 41. pag. 464. C

Lutherus quod fecit reclamante cōscientia sua fecit. To. 2. lib. de seruo arbitrio, & in postilla super Epistolas suis de tumb. hominis to. 1.

Obstinatum: Perpetua in articulis fidei dubitatio. Id quod cum de illius Atheismis liquidò alibi monstrauimus, tum paßim ipse suis scriptis ostendit. De Noe enim disserens. *Ac profectò insignis* (inquit) fuit *Noachi fides, qui huic Dei uoci potuit credere. Ego profectò* (ait) *non credidissem.* Et alibi. *Ego* (inquit) *circiter trigima annos legi Bibliæ sum mo studio, & diligentia, tamen nondum ita sanctus sum, ut plena fiducia acquiescere queam remedijs diuinitus ostensa.*

Lib. contra Henric. Anglię Regem, epist. ad Argentinen. Lib. admonitor. ad lib. concor. Bergen. Lutheri doctrinæ cōfutatio. In Postilla munere sup Dūcā 1. Adu. pāt. pa. & c. In epist. Gal. & ca. 22. in Gen. pag. 137. & Schmidelin. cōcione quadā fest. 21 Pet. 2. 2. Tim. 3. Cyprian. lib. epistlo. 2. D

Nonum: Quod reclamante conscientia decennium (ut ipse de se fatetur) aduersus Ecclesiam pugnauerit, ac proinde in hæresi perstiterit. *Vltra decennium* (inquit) *au thoritate, conscientia, multitudine Martyrum, Episcoporum, Pontificum, Conciliorum & Academiarum sic motus sum, vt incredibile esset hanc Troiam tanto tempore tot bellis impetā posse aliquando capi.* Et alio loco: *Cum omnia argumenta superassem per Scripturas, hoc vnum cum summa difficultate, & anguitia tandem (Christo fauente,)* (immo diabolo instigante) *vix superani:* Ecclesiam esse audiendam.

Reliqua sunt. In primis: Maledicentissima illa insolentia, qua & seipsum Euangelistam paßim uocat, & omnes alios præ se despicit, cùm & scripserit: *Certus sum, me habere mea dogmata de cælo. Neque ego*, ait, *quæ quid Ambrosius, Augustinus, Concilia, & usus seculorum dicunt.*

Deinde sordidissima uerba, quę ubique uel dixit, uel suis scriptis inspersit, de quibus cùm libellus cuiusdam Flacsi nomine paucos ante annos euulgatus fuisset, Lutherani quidam ex operibus Lutheri easdem sordes magno labore eludere conati sunt, quæ etsi ita detonsa in lucem ediderunt, tantò tamen impudentiùs mendacium apparuit, quantò pleniora sunt omnia Germaniæ loca librorum Lutheri sepius emissorum, quibus illa continentur. E

Præterea cessatio penè subita ipsius doctrinæ Lutheranæ. Quæ enim cepit anno su perioris seculi decimo septimo, ea uigesimo quinto à Zuinglianis ita labefactata est, atque diuulsa, ut omnes ipsius sectarij, uel ad Zuinglij sordes, uel ad Caroltadij fæces, uel ad Caluinianas fraudes sese aggregauerint, uel alijs hæresum uariarum, aut deniq; (quod nunc inter istos paßim fit) Atheismorum magistris sese totos addixerint. Quare hæreticos D. Petrus uocat *Magistros mendaces, inducentes sibi celerem perditionem*, & Apostolus *ultra non profecturos* dicit. Et S. Cypr. eos ait *semper inter initia, feruere,*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00372

A *fernere, incrementa verò habere non posse, sed statim cum prana sua emulatione defecere.* Ac B. Augustinus monet, *ne nos terreant fluuij, qui dicuntur torrentes: decurrit* (inquit) *aqua ad tempus, perstrepit, mox cessabit, diu stare non possunt.* Aug. in psal. 17. Athanas. Sermone contra omnes hæreses.

Mitto verò deprauationem Sacrarum literarum, quòd dq. hæreses omnes Lutheri omnium Conciliorum, & Patrum confensione damnatæ, per illum ab inferis excitatę fuerint. Denique quòd ille non ad Ethnicos, vel Indos ad Christi Ecclesiam adiungendos, sed ad Christianos solùm peruertendos omnem conatum adhibuit. Nimirũ Deo sapientissimè prouidente, vt & illud Euangelicum agnoscereturr: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Homines enim ex Lutheri prædicatione (vel ipso testante) pessimi effecti sunt: & vt verissimum id esse constaret, quod tot ante secula Tertullianus de hę Matth. 7.

B reticis adnotauit. *Quibus* (ait) *negocium est non Ethnicos conuertendi, sed nostra euertendi, nostra* (inquit) *effodiunt, vt sua ædificent.* Cernitis, qui Confessionem Augustanã pro Christiana eẽtis amplexi, quodnam par idolorum, uel uitiulorum, Lutherum nem pè & Melanchthonem, quos coleretis vobis excitaſtis? Qui si quid sapitis, & iustum Dei iudicium, quod est præ foribus, exhorrescitis, fanè ad Catholicam Ecclesiam properè festinabitis.

HISTORICI ET THEOLOGI HVIVS SECVLI, qui Confessionis Augustanæ variationes & impofturas vel retexerunt, vel euidentissimis rationibus ex Dei verbo petitis refutarunt. Cap. XX.

C CEterum, ne hic longum faciam, quòd hu ius loci non est proprium: & verò ut bonis mentibus Septentrionalium pateat, unde Confessionis Augustanę articuli omnes cognoſci, & refutari possint, addamus hęc pauca. Legant igitur primò librum non adeo magnum, cuius hæc est in fronte inscriptio.

De quadruplici Concordia ratione & confideratione super Confessione Augustana Protestantium quorundam Romani Imperij Principum, ac Status Cæsareæ Maiestati Augustæ exhibita.

Quo libro Ingolstadij quadragesimo tertio superioris seculi anno edito Auctore Ioanne Cochlæo, & ex parte Arnoldo Vesaliensi, hæc continentur. 1. Breuis ad singula pũcta Confessionis responsio Augustæ priuatim scripta Anno trigesimo. 2. Compendiosa explicatio actorum Augustæ in septenorum tractatu Hagenoæ, Serenissimo Regi Romanorum, &c. tradita, Anno Quadragesimo. 3. Septem uiæ præparatorię ad ineundã per Colloquium concordiam Vormacię ad Præsidentes Colloquij scriptę Anno quadragesimo. 4. Discussio omnium Confessionis, & Apologiæ Augustanæ articulorum, quidnam in eis possit, & quid non possit à Catholicis approbari, ac recipi, Ratisbonę elucubrata Anno quadragesimo primo.

D Deinde legant Fridericum Staphylum de Trimembri Theologia, & successione discipulorum Lutheri. Qui vnus Staphylus pro sexcentis sufficit.

Georgium Craderum Olomucensem.

Harmoniam Confessionis Augustanæ ab Andrea Fabricio Leodio editam, in qua & iudicium, & condemnatio à Carolo V. Cæsare, & omnium in ea articulorum cõfutatio collecta est, tum ex ipso Fabricio, tum ex Ioanne Cochlæo, Alphonso Virueso Episcopo Canariensi, Ioanne à Dauentria. Ioanne Hoffmeistero Theologis doctrina, & morũ honestate præstantibus.

Ruardum Tapperum, & Iacobum Latomum, Theologos Louanienses. Ioannem Fabrũ, qui & libellum conscripsit de Antilogijs Lutheri.

Ioannem Cochlæum, Fontanum, Surium, Genebrardum, Lutheranorum actorum historias scribentes.

Guilemum Damasi Lindanum Ruremundensem Episcopum, tam in Apologetico ad Germanos pro Religionis Catholicæ pace, atque solida Ecclesiarum in uero Christi Iesu Euangelio concordia, quàm de concordia discordi Saxonica.

Felicianum Ninoguardam.

Georgium Ederum Cæsaris Consiliarium.

Thomę Stapletoni secundam editionem librorum de principijs demonstrabilibus, & de iustificatione.

E Laurentium Faunteum Artum, qui aduersus quendam hęreticum Autonitã adeò ferì scripsit præter alia peruerditum ac utilissimum librum de Christi in terris Ecclesia, uarijs in locis, sed potissimum cap. 30.

Et ipsam in primis Sacrosanctam Tridentinam Synodum.

Et si autem quicunque de fide dogmatibus scripserunt huc referendi sint, ex his tamen præcipua fundamenta peti possunt, quę aduersus Confessionem Augustanam faciunt. Præterea legantur Caroli V. Imperatoris Edicta duo aduersus doctrinam omnem Lutheri.

Et Passim Robertus Card. Bellarminus.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00373

Examen Picardica secta, quæ mixta est ex Lutheranis, Caluinianis, & Anabaptisticis hæresibus. Cap. XXI.

De Secta Picardica.

ETsi Picardica Secta radices in Bohemiæ Regno, atq; in Moravia satis altas egit, non erat tamen ita omnibus (ne ipsis quidem Bohemis) cognita, sed Venceslaus Sturmius Societatis nostræ Theologus, cùm Litomisly, quæ Bohemiæ civitas est, patria lingua librum de illa satis grandem atque eruditum edi curasset, incõstantiam, & impietatem eius sectæ patefecit, ac mirificè perstrinxit. Ex eo igitur potissimùm, deinde & ex ipsis Regum Bohemiæ edictis, quorum autographa uidimus, ea quæ hùc spectant, paucis attingam.

Picardi sæpe in fide uarijs.

Picardi Vualdenses, quos in Boemia Boles lauienses fratres appellant, de suis dogmatibus persæpe secum ipsi pugnarunt: quæ vna res satis ostendit, à Deo, qui unus, & cuius una Ecclesia, & vna fides est, Picardicam sectam haud esse profectam.

Etenim cùm scriptis & Confessionibus quasi supplices continenter rogent, ut sibi certior, & magis salutaris Doctrina ostendatur, quam libenter, inquiunt, sunt amplexuri, conuincuntur ad fanam doctrinam nunquam peruenisse; & verò ista hypocrisi Catholicam fidem tanquam iugum excutere, atque hæreses alias omnes (id quòd fa ciunt) præ sua despicere.

Picardi sunt indoctissimi.

Portò inter Picardos ij doctiores habentur, qui Lubanczium (sic uocant) oppidum Moraviæ incolunt, quos constat ne Latinè quidem nouisse, atque originem suam, ut ab hominibus à fide Catholica, sic ab omni pietate alienis duxisse. Neque enim ipsimet diffitentur se initio à Rokizana Bohemo Parocho, atque ab eius assecla Sacerdo

Vide pag. 70. & 71. Sturmij.

tibus, grauissimis erroribus, de quibus solicitam (vt aiunt) fi Deo placet, conscientiam gerebant, fuisse liberatos: nempe cùm ex ipsius Rokizanæ consilio, libros, & scripta Petri Kelsicensis attentè legissent.

Sturmius pag. 44.

Atqui postea Rokizanam hoc ornant elogio, quòd homo superbus sibi in doctrina non constiterit, ne propter veritatem Dei persecutionem pateretur; eiusque opera factum esse aiunt, ut fraudulenter Taboritæ homines sancti, & pij (sic eos vocant) fundi

Fol. 81. Notate Principes. Errores Picardorum.

tus extirpati fuerint. Præterea & ipse Petrus Kelsicensis quem Ducem in religione cõstituerunt, sequentes errores immanes decuit. I. Nullus Christianis Magistratus esse gerendos in Republica. II. Non esse ad profanos Magistratus ob sui defectionem confugiendum. III. Nec fures, neque latrones in vincula conijciendos, aut plectendos esse. IIII. A Christianis nec pendenda tributa, neque opèras Dominis esse præstandas. Præterea damnauit omnes leges humanas, Imperatorum, Regum, Prouinciarum, & Ciuitatum. Denique spreuit omnes ordines Patricios, & Equestres, ac quoscunque nobiles, quorum etiam imagines contemptim variis additis ludibrijs, qui cum fecuti sunt, pinguntur. V. Pernicioßissimè uerò ijdem cum illo docent infantes ad futuram fidem, & ad futuram remissionem peccatorum esse baptizandos; Quasi uerò dum baptismus confertur, non conferatur eodem tempore, & peccatorum remissio, & fidei donum. Præterea blasphemant. Baptismum infantibus illis, quibus fides propria, & aliena ferre non potest auxilium, nequaquam prodesse. Ex quo per ipsos efficitur, infantes (licet baptizatos) reuera tamen per baptismum nec esse partiepes Christi, neque ex sancto Spiritu renasci, nec peccati originalis culpę siue reatus remissionem assequi. Quare ecquа istis sine baptismo erit uia salutis? sed & ipsimet Picardi

De baptismo variè errores.

negant hominem Baptismo verum Christianum efficij quamobrè eos, qui ante vsum rationis, atque (vt ipsi loquuntur) ante annum duodecimum moriuntur, damnari putant. Item infantem credunt in hæresi natum esse rebaptizandum. Et ad eas redacti sunt insanias, ut neque per baptismum, nec alia Sacramenta, sed per propriam fidē quis iustificetur. Hinc igitur Christi & sapientiæ, & instituto, & merito palsionis, maxima infertur iniuria.

Fol. Eccl. 7. & 4. & 5. & clarius fol. K. & 7. & ad 2. K 4. K 6.

Quod si quis de ijs quæratur, cur igitur ipsi baptizent infantes? Respondent. Vt obligentur parentes, & adscisceantur Susceptores, qui baptizatos in fide, & bonis moribus ad annos usque discretionis instituant, donec propriam fidem, per quam iustificentur,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00374

A stificentur, profiteri queant. Sic isti nouam Susceptorum, & baptismi adhibitionem peperierunt, non ad regenerationem, sicut Christus instituit.

Illud autem aduertendū est (ut sibi nunquam falsitas constat) plures iam fateri sese ab illorū suorum Apostolorum orbita, seu potiùs cæcitate deflexisse. Recenti enim Confessione edita errorē de Baptismo retractārunt. Fatentur enim se ex Scripturis denique intellexisse iterationem Baptismi in Ecclesia non esse necessariam. At sanè potuissent ante 1500. annos ab Ecclesia Catholica hanc ueritatem docēri. Et ut potuerant edoceri, ita corrigere apertè deberent istum de Baptismo infantum errorem, nisi cùm iam illud non docerent, & tamen callidè occultent, subdolèque alios in suorum malorum pedicas incautos trahunt.

Sturmius pag. 320. cum 321.
Sturm. pa. 10. 206 310. 311.
Anno 1574. art. 12.
Mutant fuā de baptismo hæresim.

B *Confessio Picardorum. Anno 1574. edita. pag. 6. Cap. XXII.*

QVod uerò adhuc in eodem errore uersentur, testatur præfatio eiusdem nouæ illorum Confessionis, cùm suę sectę originem scribunt. *Hi enim sunt* (inquiūt) *nostri Principes, Auctores, & maiores, quorum doctrinam, & pia studia hactenus imitamur.* Hęc illi. Et liquidius in Confessione Regi Ladislao oblata affirmant, Baptismū maiore cum certitudine esse in hominibus ratione utentibus. Verum enim uerò Ecclesia & credit, & credendū præcipit omnes infantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti aqua salutari ablutos, si in illa innocentia, antequam mortaliter peccare possint, ex hac uita decesserint, certissimè uitam consequi æternā. Præterea eadem Confessione Picardi, omnes homines in peccato concipi, & nasci, & natura filios iræ fieri dicunt, & eius peccati fructum esse æternam damnationem. Quòd autem Sacramenta, nihil (ut blasphemant) in hominibus operentur, ac propterea opus sit ante baptisma iustificari, extat eotum scriptum, quod ita habet. *Fratres nostri iudicent quod Sacramenta per se, & seipsis, sen externo illo opere*, (portectione videlicet, & acceptatione, uel uti) *nulli, qui non sit prius per Spiritum Sanctum iustificatus, & qui (ut dicunt) bonos motus in se non habeat, præbeant gratiam, neque iustificantē, neque iustificantem fidem, atque ita non iustificetur in spiritu, neque regeneretur. Itaque & nunc fi dísse/erint ante annos dijcretionis esse damnandum opinantur.*

Anno 1570. pag.
Anno 1574. art. 4 pag. 12. & 13.
De hoc uide art. 11. de sacram. in com muni pa. 5.

Addunt impium, & pestilentissimum errorem aduersus Sanctissimam Trinitatem. Dei enim opera ita ad extra secundū distinctas personas diuidunt, & opus creationis autumant adeo peculiare esse Dei Patris, ut id neque ad filium Dei, neque ad Spiritū D Sanctum latenus spectet: Ex quo efficitur, tribus Sanctissimę Trinitatis personis, non eandem esse Deitatem, non eandem naturā, non eandem potestatem, non eandem sapientiā, non eandem cœternam Maiestatem; si quidem distinctas formas, & naturas habeant necesse est, quorum operationes, & actus diuersi sint. Eequid autem isti aliud agunt, quàm quod Filium Dei & Spiritum Sanctum sua Diuinitate spoliant, atque ita latissimè uiam ad Arianismum sternunt? Cæterum Picardi sua Confessione de fide Sanctissimæ Trinitatis apertè hoc, quòd diximus, enunciant. Negant item verum, Corpus & Sanguinē Christi esse in Sanctis. Sacramento altaris. Accedit eorum dubitatio in fide, ipsaq. ignoratio necessariorum ad salutem articulorum. Etenim respō E dentes ad tertium Leliensium scriptum, narrant inter sese ortum esse dissidiū in primis, Num iuramentum à fratribus exigendum sit? Deinde, Num qui Magistratū gerit, locum in Ecclesia, & salutem consequi possit? Neque enim multò antea existima bant barbaros esse, idololatras, ac paganos, qui Rempubl. administrant. Quos errores reliquorum suorum fratrum agnoscit Lucas quidam, respondens scripto alterius, quem sua lingua uocant *Kalencz*, anno superioris seculi. 23. eiq. responsio Bolesla- De Cœna Do mini errores Picardorum.

Error circa S. Trinitat. per totā.
Pag. 170. Anni 1574. artic. 3. fol. 9. pagi. 32.
Fol 70.
Fol 83. & 5. cap. 3.
Fol. 47.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part?image=00375

Fol. 51. tra Lelienses ipsimet recensent. At & fatentur se processisse ab illa Husi parte, in qua Sacerdotes vtramque speciem porrigentes Catholicæ Ecclesiæ ritus, & mysteria celebrant: Ecquis igitur (bone Deus) uno momento tantam rudibus, neque uerò vel Episcopis, uel Sacerdotibus, nec legitimè uocatis tradidit facultatem docendi, & administrandi Sacramenta, atque eos recipiendi, quos Sacerdotes emērito nomine creabant, siue quos ad se ipsos seducebant? Si quis autem ei sectæ se addixisset, hunc iterum esse bapizandū, deinde infantes baptismo initiari in fidem futuram, & remissionem peccatorum futuram, atque alia eiusmodi commenta impia (vt & superius diximus) commenti sunt. A

Anno 1574. art. de numero & differentia Sacramentorum. Cap. XXIII.

Fol.... Num 2. Fol. 287. CVm autem maiores illorum docuissent in Ecclesia esse ab ipso Dei Filio septem instituta Sacramenta (quod ex eorum Confessione edita, & Regi Ladislao oblata liquet) postea respondentes contra Lelienses, duo tantū esse asseruerunt ad salutem necessaria à Christo: cætera uerò quinque ab Ecclesia Sācta ob ministerium multorum singulare constituta, quæ cùm ueritati inseruiant, hæc esse nomine constitutionis humanę non reijcere: Neque uerò hic constiterunt. In decreto enim articulo, ubi quærunt, ecquis instituerit Sacramenta, scripserunt tria à Christo fuisse institutа, reliqua uerò suam ueritatem, & dignitatem ex tribus aliis consequi, Nempe Ordinē Sacrum, Matrimonii, & Extremam Vnctionem, quæ tribus aliis cōtineantur, quæque suo tempore fint necessaria, & ad salutem utilia. Verum illud omittunt, num fuerint à Christo, an ab hominibus instituta. Deinde eodem decreto ubi a- B

Nota. Octo sacramenta facit. gunt de ministerio ad Sacram unctionē octo docent esse Sacramenta: Sic enim aiunt: *Notum sit, quemadmodum rationem de Sacramentis ex Reu. Magistri scripto subiudicentes, nos octo Sacramenta credimus ad extremam unctionem.* Hac uerò (aiunt) se vsos fuisse initio; sed denique omisisse postea uerò ob uarias causas discutiendum iterum suscepisse, an ea uti deberent. Quo iudicio absoluto unctionem tustulere, nisi quis eā necessario cupiuisset, potissimum is qui egeret testimonio remissionis defectuum, qui ratione sensualitatis (ut uocant) corporis prosuxisent. Sic pro sua libidine numerum, efsentiam, usumq. Sacramentorum mutare sunt ausi. At nondum finis; Partio enim Catechismo iam docent *duo tantum esse Sacramenta, Baptismum, & Cœnam ab ipso Christo institutа.* Et olim dicebant malum Sacerdotē Sacramenta polluere, respon- C

Postea duo tantum. Fol. 40. Anni 1550. fol.... N. 3. sione edita aduersus Lelienses. Postea in Confessione tradiderunt res istas ministeriales ex se non conferre sanctitatem; ad quarum administrationem, si malus Sacerdos accesserit, eas pollui dicunt. Verum aduersus hoc rursum hac noua Confessione asserunt, Sacramenta uim suam nunquam amittere, fed semper eā ex Christi instituto retinere, siue probus, siue improbus sit Sacerdos, siue hypocrita, siue occultus peccator. Quamobrē aliquando docent Sacramenta esse uerām nouamq. generationē ex uirtute Dei, & remissionem peccatorum conferre, idque uirtute sibi in Christi sanguine data operari. Quanta autem sit distinctio inter nouę & antiquę legis Sacramenta docent eo scripto, quod contra Lelienses ediderunt. Rursus alibi his contradicunt, Sacramenta, ajentes, nuda esse tantùm signa, inuisibilis gratię, & promissionū Christi, quare & cum circūcisione, ac cum alijs ueteris legis mysterijs cōparant. Quod Art. 21. fo. 70. D

Mirę contradictio. Fol. 44. 92. 206. 259. 288. Anno 1574. art. 21. fo. 54. Fol. ff. L. c. que Sacramenta nihil in homine operentur, neque nouā generationē, neque remissionē peccatorum. Vide nouam eorum Confesionem de Sacramentis in communi. Li- E

Anno 1531. Anno 1574. brum item de iterando Baptismo. Denique in articulo decreto de Sacro Ministerio Baptismi iterando. Accedit ad hæc omnia fraus, & inconstantia in mutilandis, mutandisq. quot subinde aut à maioribus suis libros acceperunt, aut ipsi ediderunt. Vbi gratia. Extat bis de iterando baptismo liber, primò Belæ impensis Vlrici Velensis à Minchouvv. Deinde iterum edirus, fed eui nec tempus, nec locum adscripsere. In utroque autem magnopere uariatum est, tertiamq. partem primi à secundo edito abfciderunt. Ediderunt quoque nouissimè nouam fidei Confessionem, quam tandem habeant ceu testem certissimum, & fidelissimum doctrinę ac fidei illius, quàm à sanctissimis (inquiunt) maioribus suis primis Ecclesię Christi repurgatoribus acceperunt. F

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00376

A perunt? Proinde hanc volunt certissimam esse regulam ac normam, secundum quam intelligantur tum maiorum suorum scripta, quæ uel huc usque ediderunt, vel si qui in posterum edituri sint, hi emendentur, & corrigantur. Attamen & hanc ipsam bis eodem anno cum Bohemicè euulgassent in lucem, variè immutarûr, inuerte runt, auxerunt; id quod tum alibi, tum certè vno articulo, qui est duodecimus de baptismo liquet. Mirâ profectò regula, quæ nunc rectè quicquam ea habet, quippe quod inanem gloriam & lucrum quærunt, non quæ sunt Christi. Itaque ad tempus, & ad rationem personarum sese tantum attemperant.

Picardi quid conati sint, quo suas sordes tegerent. Cap. XXIIII.

B QVæ cum omnia idem Venceslaus Sturmius Theologus copiosè manifestasset, atque optimè confutasset, ij veteribus exemplaribus omissis, & suppressis (quoad eius fieri potuit) alia edidere, erasis, & immutatis, quæ contra sese facerent, Lutheranos, & Caluinianos in hac quoque arte imitati. Quamobrem nec habent quid respondeant, si quis de illis quærat, num Spiritum sanctum, veramque fidem maiores sui habuerint? si enim habuerunt, cur fidem illorum isti non sequuntur? cur è contrario libros, & scripta eorum reformant? cur diuersum ab illis dicunt, & quidem in regula fidei, atque vbi prorsus contradictoria proferuntur? Quod si Spiritum illi sanctum non habuere, cur pro patribus agnoscunt? cur sese illorum discipu los iactant? cur aiunt illos ad Papisticam idololatriam repugandam fuisse missos à Deo? Et ueró hoc magis esset mirandum, nisi Diuino iudicio, sic omnes fererent

C Hæretici eadem prorsus facere, quorum alios arguunt, in quos illud rectissimè quadrat: *Inexcusabilis es, ô homo omnis, qui alium iudicas. Nam in quo alium iudicas, teipsum condemnas.* Sanè contra Leliceníum scripsum vehementer illis indignantur, quod omnes (inquiunt) Communitates, quæ cum illis non consentiunt, sic spernant, & damnent, vt sese solos à Deo missos glorientur. *O miseri* (aiunt) *sentores de Leliez quantum facinus auf esitis? adeo licenter quamlibet factionem, qua vos non audierit, Scriptu raque Sacra uixa vestri mentibus haud satisfaciet, pro Ecclesia Anthchristi ductis, & impie condemnatis?* Quid verò de Luthero dicant, cui nec pareunt, extat in libro edito aduersus VVoitechum à Pernstain. Quo in libro eosdem Leliceníes grauissimè obiurgant, *quod ob sui singularem amorem proprium*, (hoc est superbiam) *illauerint secedere sibi ab omnibus aliis segregatum, & diuidentem. Ac verò temere nouum Sacerdotium excitauerint, quod officijs, confessionibus, sensu* (vt uerbis eorum vtar) *ab aliis prorsus sit diuersum. Quod quidem veluti crimen contra conscientiam grauissimum vehementer exagerant, quippe quod (aiunt) in Ecclesia partas Schismata & dissensiones.* Hæc illi. At cum ipsimet initio secessérint ab Ecclesia Catholica, nouoque ministros, & alia instituerint, ecquid scelleris se patrasse puruerint? Certè in confessione sua fatentur sese ab omnibus alijs secreuisse alio impulsos spiritu, quàm Taboritas: nouamque feciise fe cessionem, quæ quidé quàm absurda, & impia fuerit, Sturmius ipse in Bohemico suo libro accuratè & doctè perfequitur.

Rom.2.

Picardi condemnant alios omnes, qui secùs non sentiunt. Fol.165. Anno 1558. fol.15.52.154.

D *Et tum sibi ab omnibus aliis segregatum, & diuidentem. Ac verò temere nouum Sacerdotium excitauerint, quod officijs, confessionibus, sensu* (vt uerbis eorum vtar) *ab aliis prorsus sit diuersum. Quod quidem veluti crimen contra conscientiam grauissimum vehementer exagerant, quippe quod (aiunt) in Ecclesia partas Schismata & dissensiones.* Hæc illi. At cum ipsimet initio secessérint ab Ecclesia Catholica, nouoque ministros, & alia instituerint, ecquid scelleris se patrasse puruerint? Certè in confessione sua fatentur sese ab omnibus alijs secreuisse alio impulsos spiritu, quàm Taboritas: nouamque feciise fecessionem, quæ quidé quàm absurda, & impia fuerit, Sturmius ipse in Bohemico suo libro accuratè & doctè perfequitur.

Anno 1574. Prolog. fol.6. Pag. 61. 7. & ad 93.

E Atqui Picardi in eo libri Prologo, quem aduersus VVoitechum scripserunt, huic vitio vertunt, quòd cùm neque Sacerdos, neque Theologiæ Doctor creatus sit, Scripturæ tamen interpretandæ, & Ecclesiasticarum rerum administrandarum sibi ius vsurpet. Quæ si à Catholicis obijciantur Picardis, quid dicent? Cæterum nobilis ille uir, cur ad eiusmodi fratres à Religione Catholica secedere noluerit, rationē reddidit fidei suæ, non autem ea sibi usurpauit, quæ Picardi uiro constanti, & probo obie cerunt. Quasi verò fratres isti, cùm sint rudissimi artifices, & operarij, atque à ftiua abstracti, potuerint Sacerdotium, & munus Episcopale, ac ipsam Christi Domini au ctoritatem sibi usurpare, & nouos Apostolos, Episcopos, Sacerdotes, Diaconos, nonam societatem, nouos ritus instituere, ac verò præscribere pseudoepiscopis, & pseudosacerdotibus suis, quanam ratione Scripturam exponere, Sacramenta administrare, & alia id genus facere debeant: Catholico autem uiro non licuerit fidei suæ rationem reddere? Num autem Sacerdotes sint ipsi Picardorum Ministri, iudicium esto

omnium,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00377

Sturmius à pag. 108. vsq. ad 135.

omnium, qui Theologica vel summis labijs degustarunt. Sturmius autem id fusius, & doctè suo libro contrarium ostendit apertissimè. A

Picardi quid de sua Ecclesia sentiant. Cap. XXV.

VErumtamen enimuerò, quando hæc non essent, quibus ista secta à Satana pro secta esse manifestò deprehenditur; vel unum sat esset, cùm dicunt sese credere, sentire, docere, quod docent, sentiunt, & credunt omnes Ecclesiæ, quæ post Lutheri tempora ab vnitate Ecclesiæ Catholicæ sese subduxerunt: cùm tamen notissimum sit tot sectas inter sese dissectas planèque inuicem oppositas, cùm anathematibus sese mutuo confodiant, à solo Satana agi. Quod autem ita senserint, & locuti sint, extant eodem in libro aduersus Voitechum ipsorum aduersus seipsos testimonia. Aiunt enim *se credere Ecclesiam Catholicam vniuersitatem esse omnem Christianitatem sub toto Cælo, suam verò vnitatem esse tantum partem illius, vclut & Romanam, Bohemicam, Lutheranam, Zuinglianam, Caluinianam, & aliasid genus.* Et confessione anni 1574. articulo octauo de Ecclesia sancta sic habent. *Interim docent fratres nostri de sua congregatione, vel vnitate sentire id, quod de aliis Christianis paruis, vel magnis vnitatibus sentire decet, quòd ea non sit sola Ecclesia, sed tantum pars eius veluti fuit Corinthiaca.* B

Pag. 15.

Anni 1574. Art. 8. pag. 40.

Pag. 6.

Ac tamen cùm hæc dixissent, rursus scripto suo contra Lelienses contrarium pronunciarunt. *Nempe memoratos Hæreticos inter se nec sensu, nec doctrina, neque interpretatione eius Sacræ Scripturæ esse concordes. Qualibet enim (aiunt) vnitas Christiana, scripturis sacris, prout optimè norit, vtitur: Nec vlla ex his sectis moueri se sinit, aut docerit, vel Sacræ Scripturæ expositionem recipere audet, timens ne hac tanta de Religione discordia deciuiantur ab aliquo.* C

Qui ergo fieri potest, vt inter has, quæ non solùm inuicem, sed inter sese (vt ostensum est) sunt diuisæ, sit aliquis ordo, vnanimitas, concordia, Charitas, & inprimis vnus Deus, vna fides, vnus vertus Sacræ Scripturæ sit intellectus? Quem ergo habebunt sapientiæ, int ellectus, consilij?

Taboritarũ, & Pragensiũ & Christi corpore concertatio. Anno 1443.

Cùm olim Taboritæ cum Sacerdotibus, & Magistris Pragensibus (præter alios artículos fidei) potissimùm de corpore Christi in venerabilissimo Sacramento conuenire nequiuissent, grauisque inter eos dissensio per multos annos exitisset, mutua ité bella inter eos orirentur, omnes Regni Boemiæ ordines sub vtraque specie communicantes, nullis laboribus, vigilijs, & sumptibus pepercerunt, vt eos ad concordiam D adducerent, nec tamen quicquam effecerunt. Tandem Pragæ conuenientes statuerunt, ut Sabbatho post festum Sancti Procopij tam Taboritarum, quam Pragensium Sacerdotes conuenirent, deque articulis, qui controuertebantur, colloquerentur. In quibus autem consentire inuicem non possent, eos proximis comitijs post trium Regum festum celebrandis scriptos proponerent. Ac quidquid in ijs secundum Scripturas, & Sanctos Patres in Scripturis legitimè fundatos esset probatum id omnes vnanimes admitterent, crederent, docerent, neque verò alios Sacerdotes, Parochos, aut Concionatores in suis dittionibus ferrent. Idque sub grauissima pœna: nimirum amissione ipsius causæ, atque adeo ipsius honoris (vt dicunt) & famæ. Quæ omnia pactis, conuentis, litteris, iuramentis, ac propriorum sigillorum appressione, atque appensione se seruaturos inuiolabiliter mutuò promiserunt. Quod tamen postea in ritum cessit: Valdensibus & reliquis, per talia conciliabula, iterum, atque identidem pacem quærentibus, & non inuenientibus. Iam de Hypocrisi, de baculo, & pera, de uoce exili, de externa demissionis & humilitatis larua, quibus antea usi sunt, do nec erumperent, superuacaneum est loqui. Hæc enim iam ita sese prodierunt, ut aliæ quoque hæreses à Picardica metuant. Itaque hinc videtur omnes quibus Picardica secta sapere incepit, quàm temerè eam commendent, aut ad eam prouocent, eam certè Synodis omnibus legitimis, hoc est Apostolicæ doctrinæ, quam una ipsa Catholica Ecclesia semper tenuit, anteponere, aut delirum, aut perfidum caput sapit. E

Anno 1444.

Rationes

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00378

Rationes decem quibus Iesus, certamen aduersarys obtulit in causa Fidei, Edmundus Campianus, Societatis IESV Presbyter: Allegata ad Anglicos Academicos. Cap. XXVI.

COgnita hæresum orgine & qualitate, quę Germaniam primò, deinde reliquas Europæ nobiles partes infecerant, Rationes aliquę breuissimę, at validę erãt adiungendæ, quibus ab ijs quoque qui Reipub. operam nauant, aut Principem obtinent locum, respondeti Aduersarijs Fidei Catholicæ, vel offerri quoque eer tamen in causa fidei posset. Hoc verò cùm aptissimè præstiterit Edmundus Campianus Societatis nostræ, qui postea martyr in Anglia fuit insignis, Rationes decem illius compendiosissimas, fed fœcundas, hùc adtexuimus: Epistolamque ipsius ad Academi cos Anglos præposuimus: tum ne pereat libellus, siue potius gemma, quam de medio tollere, ac sepelire Caluiniani Hæretici omni conatu studuerunt.

Edmundus Campianus, Academicis Oxonij florentibus, & Cantabrigiæ, S. P. cupit.

Anno præterito, cùm ex instituto vitæ meæ, iussus in hanc Insulam remeassem, *Anno 1580.*
Clarissimi viri, offendi sanè fluctus haud paulò sæuiores in Anglicano littore, quàm quos in Oceano Britannico recens à tergo reliqueram. Mox interiorem in Angliam vbi penetrassem, nihil vidi familiarius, quàm inusitata supplicia: nihil certius, quàm incerta pericula. Collegi me, vt potui, memor cauæ, memor temporum, Ac ne priius fortè corriperer, quã auditus à quopiam fuissem, scripto protinus mãdaui consilium meum, qui venissem, quid quærerem, quod bellum, & quibus indicere cogitarẽ. Autographum apud me habui, vt mecum, si caperer, caperetur: Exemplum eius apud amicum deposui, quod, me quidem nesciente, pluribus communicatum est. Aduersarij publicatam schedulam atrociter acceperunt, cùm cetera, tum illud inuidiosissimè criminantes, quòd vnus omnibus in hoc Religionis negotio certamen obtulisse, quanquam solus in acie non eram futurus, si fide publica disputassem. Respondentur postulatis meis, *Haumerus, & Carcus.* Quid tandem? Otiosè omnia. Nullum enim responsum præter vnum honestè dabunt, quod nunquam dabunt. *Conditiones amplectimur, Regina spondet, admota.* Interea clamant isti: *Sodalitium tuum, seditiones, tuas, arrogantiam tuam, proditorem, sine dubio proditorem.* Ridiculè. Operam, & oleum, & famam homines non insipientissimi cur profundunt? Verùm his duobus (quorum prior animi causa meam chartam delegit, in quam incurreret: alter malitio sius totam rem conuoluit) præbitus nuper est libellus admodum luculentus, qui quãtum oportuit, tantùm & de Societate nostra, & de horum iniurijs, & de Prouincia, quam sustinemus, edisserit. Mihi supererat, (quoniam, vt video, tormenta non scho las parant antistites) rationem facti mei vobis vt probarem: capita rerum, quæ mihi tantùm fidentiæ pepererunt, quasi digito fontes ostenderem: Vos etiam hortarer, quorum interest præter cæteros, incumbatis in hanc curam, quàm à vobis Christus, Ecclesia, Respublica, & vestra salus exigunt. Ego si fretus ingenio, literis, arte, lectione, memoria, peritissimum quemque aduersarium prouocaui, fui vanissimus, & superbissimus, qui neque me, neque illos inspexerim: Sin causam intuitus, existimaui satis me valentem esse, qui docerem hunc solem meridie lucere, debetis mihi ferueré illum concedere, quem honor IESV CHRISTI Regis mei, & iniuĉta veritas imperarunt. Scitis, M. Tullium in Quintiana, cùm ei Roscius victoriam adpromitteret, si efficeret argumentis, septingenta millia passuum non esse decursa biduo, nõ modò nihil veritum articulos, & neruos Hortensij, sed ne grandiores quidem Hortensio, Philippos, & Cottas, & Antonios, & Crassos, quibus maximam dicendi gloriã tribuebat, metuere potuisse. Est enim quædam veritas tam illustris, & perspicua, vt eam nullæ verborum rerumve præstigiæ possint obiuere. Porrò certius est, quod nos agimus, quàm illa fuit Hypothesis Rosciana. Nam si hocpræstitero, Cæles esse, Sanctos esse, fidem esse, Christum esse, causam obtinui. Hic ego non sim animosus?

Scriptum Campianj, quo petit cum Hæreticis de fide disputare.

Ministri qui huic scripto respondẽrũt.

Liber pro Societate Iesu in Anglia editus.

Suã ipse prædicit mortẽ. Protestatio inculentissima.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00379

Egregia animi fiducia.

mosus? Equidem occidi possum, superari non possum. Iis enim Doctoribus insisto, quos ille Spiritus erudijt, qui nec fallitur, nec, vincitur. Quæso à vobis, vt salui esse velitis; A quibus si hoc impetraro, reliqua minimè dubitanter expectò. Date modò vos huic solicitudini, Christum obrestamini, industriam adiungite, profectò sentietis id, quod res est, & aduersarios desperare, & nos tam solidè fundatos quieto, mãguoque animo hanc arenam expetere oportere. Breuior hic sum, quòd reliquo sermone vos alloquor. Valete.

RATIONVM CAPITA.

1 Sacræ Literæ,
2 Sacrarvm Literarum sententia.
3 Natvra Ecclesiæ.
4 Concilia.
5 Patres.
6 Firmamenta Patrum.
7 Historia. B
8 Paradoxa.
9 Sophismata.
10 Omne genus telium.

Rationes oblati certaminis reddita Academicis Anglicæ.

SACRÆ LITERÆ. Hieronimi cum Sacros libros omnes nó recipiunt.

a Aug. lib. 18 cit. Faust. cap. 5. & de ciuit. cap. 43. Matth. 1. Act. 8. b Iren. lib. 1. cap. 26. Eusebius in 6 hist. Dionysius presbyter. c Præfat. in epist. Iudæ & lib. 16 cit. & cap. Ba bylas. Conc. Mogunt. pag. 58. d Iac. 2. e Bibl. Gen. f Tob. 12. g Eccl. 15. h 2. Macha. 15. i 2. Macha. 15. † Et sunt, Baruch. Tobiæ. Iudith. Sapientiæ Ecclesiast. duo Mach. † Et non Testam. Esdr. Iacobi. Ebrij et Ieiuni. Epist. Iudæ. Epist. 2. Pet. Epist. 2. & 3. Ioan. K Itaque sunt Lutet. Præf. Mogunt. cent. 1. lib. 2. c. 1. Item in ex 2. Cone Trident. Sess. 4. l De doct. Christ. lib. 2. c. 8. m Vide Mel. Cano lib. 2. de loc. Theo. cap. 10. 11.

PRIMA RATIO. CAP. XXVII.

CVm multa sint, quæ aduersariorum diffidentiam in causa loquuntur: tum nihil eque, atque Sanctorum Maiestas Bibliorum fœdissimè violata. Etenim qui, postea quàm religionum testium voces, & suffragia contempserunt, eò sunt redacti nihilo secius, vt stare nequeant, nisi diuinis ipsis codicibus vim, & manus intulerint: Ij se profectò declarant extrema fortuna configere, & rebus iam despera tis, ac perditis, experiri durissima velle, atque vltima. *a* Manichæis quid causæ fuit, vt Euangelium Matthæi, & Acta refigerent Apostolica? Desperatio. His enim vo luminibus cruciabantur, & qui Christum negauerant prognatum de Virgine, & qui spiritum Christianis tum primò cælitus illapsum fiuxerant, quum ipsorum Paracletus, Persa nequissimus, eruppisset. *b* Quid Ebionæis, vt omnes Pauli repudiarent epistolas? Desperatio. His enim suam dignitatem retinentibus, antiquata circumcisio est, quam isti renouarant.

Quid *c* Lutherò, vt epistolam Iacobi *contentiosam, tumidam, aridam, stramineam*, flagitiosus Apostata nominaret, & *indignam spiritu* censeret *Apostolico*? Desperatio. Hoc enim *d* scripto confossus miser, atque diruptus est, cùm in sola fide iustitiam constituerat. Quid *e* Lutheri catulis, ut Tobiam, Ecclesiasticum, Machabæos, & horum odio complures alios, eadem calumnia comprehensos, & syncero Canone repente dispungerent? Desperatio. His enim Oraculis disertissimè coarguuntur, *f* quoties de Angelorum patrocinio, *g* quoties de arbitrij libertate, *h* quoties de fidelibus vita defunctis, *i* quoties de Sanctorum hominum intercessione disputant. Itane uerò? Tantùm peruertitaris, tantùm audaciæ? Cùm Ecclesiam, Concilia, Cathedras, Patres, Martyres, Imperia, Populos, Leges, Academias, Historias, omnia uetustatis & sanctitatis uestigia conculcassent, scripto Dei uerbo tantùm controuersias uelle dirimere proclamassent, illud ipsum uerbum, quod solum restiterat, exsectis è toto corpore tam multis, tam bonis, tam speciosis partibus, delumbasse? † Septem enim ipsos de ueteri testamento codices, ut minuta difsimulem, Caluiniani præciderunt: † Lutherani Cuerò etiam Epistolam Iacobi, & huius inuidia, quinque alias, de quibus ali quando fuerat & alicubi controuersum. His quoque libellum Hesteris, & tria penè capita Danielis annumerant nouissimi Geneuenses, qui quidem Anabaptistæ ipsorum condiscipuli tam primdem damnauerant, atque deriserant. Quantò modestius *j* Angustinus, qui sacrosanctum Catalogum pertexens, non sibi, neque Alphabetum Hebraicum, ut Iudæi, neque priuatum spiritum, ut sectarij, pro regula posuit: sed illum spiritum, quo totum corpus Ecclesiæ Christus animat? quæ quidem Ecclesia custos huius depositi, non magistra, quod Hæretici cauillantur, thesaurum hunc uniuersum quem *m* Tridentina Synodus est amplexa, uetustissimis olim Cõcilijs publicitus uẽdicauit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00380 ...

A cauit. Idem *Augustinus de vna scripturarum particula speciatim differens, inducere in animum non potest librum Sapientiæ, qui iam tum, Ecclesiæ calculo, temporum serie, prisco rum testimonio, instinctione fidelium, vt firmus & Canonicus robust obtinuerat, cuiusquam temeritate vel susurro, extrudi extra Canonem oportere. Quid ille nunc diceret, si viueret in terris, & Lutheros Caluinosque concerneret opifices Bibliorum; qui sua lima politula & elegantula, uetus nouumque Testamentum raserint, neque Sapientiam tantùm, sed & alia permulta de Canonicorum librorum ordine segregauerint: ut quidquid ex horum officina non prodierit, illud ab omnibus, phrenetico decreto, tanquam incultum & horridum conspuatur? Ad hoc tam drum & execrabile perfugium qui descenderint, ij certè, licet in ore suorum asseclarum uolitent, Sacerdotia nundinentur, declamitent in concione, ferrum in Catholicos, e-

B quuleum, crucemque conscisc ant, tamen victi, abiecti, squalidi prostrati sunt: quando quidem arrepta virgula censoria, velut arbitri sedentes honorarij, diuinas ipsas tabulas, si quæ ad Itomachum non feciſſent, obliterant. Ecquis est, vel mediocriter institutus, qui talium cuniculos hostium reformidet? qui hostes, quamprimùm in coro na uestra eruditorum hominum, ad eiusmodi veteratorias artes tanquam ad familiarem dæmonem curreerant, non aurium conuitio, sed stirpitus pedum exciperentur.

Quærerem ab illis, verbi gratia, quo iure corpus Biblicum detruncent atque diripiant. Respondent, *non se veras Scripturas excindere, sed excernere supposititias*, quo iudice? *Spiritu sancto*. Hoc enim responsum à Caluino præscribitur, vt Ecclesię iudicium, quo spiritus examinantur, fabefugiat. Cur igitur alias alij lanciantas, cùm omnes eodem spiritu glorientur? Caluinianorum spiritus recipit sex epistolas, quę spi-

C rituì non placent Lutheranoì: freti tamen utrique sancto Spiritu. Anabaptistæ, histo riam Iobi *fabulam appellant, tragicis, & comicis legibus intermixtam*. Qui scisunt? Spiritu docente. Castalio, mysticum illud Salomonis Canticum, quod ut paradysum animæ, ut manna recondítum, vt opiparas in Christo delicias Catholici admirantur, *nihilo plusis, quam cantilenam de amicula, & eum pediſequis aulæ colloquium amatorium, Veereus furesfer æstimauit*. Vnde hausit à Spiritu.

In Apocalypsi Ioannis, cuius omnes apices excelsum aliquid & magnificum sonare confirmat Hieronymus; tamen Lutherus, & Brentius, & Kemnitius quidam, nescio quid, difficiles Aristarchi desiderant, eò scilicet propendentes, vt exaucstoretur. quem percontati? Spiritum. Quattuor Euangelia ferunt præpostero Lutherus inter se committit, & prioribus tribus Epistolas Pauli longè præferens, vnicum dein-

D ceps Euangelium Ioannis, pulchrum, uerum, præcipuum decernit esse nominandum quippe qui, quòd in ipso fuit, libêter etiam Apostolos suarum rixarum socios adsciſciſſet. quo doctore? Spiritu. Quin etiam iste fraterculus non dubitauit Euangelium Lucę petulanti stylo perstringere, quòd in eo crebrius bona nobis uirtutum opera cõmendentur. quem interrogauit? Spiritum. Theodorus Beza uerbum illud arcanum ex Lucę vigesimosecundo capite, *Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui* (calix) *pro vobis funditur*: ausus est, vt corruptum iutiatumque traducere, quòd hęc oratio nullam expositionem nisi de uino calicis conuerso in uerum Christi Sanguinem patiatur. quis indicauit? Spiritus. Denique eum omnia credant suo quisque spiritui, nomen Sancti Spiritus horribili blasphemia mentiuntur. Quic sic agunt,

E nonne se prodent? nonne facile refutantur? none in consesu talium virorum, quales ciuis, Academici, tenentur, ac minimo negotio consterninguntur? Cum his ego timeam pro fide Catholica disputare, qui pessima fide uoces non humanas, sed æthereas tractauere?

Nihil hic dico, quę uertendo peruerterint, quamuis intolerabilia sint, quę accusem. Gregorio Martino scientissimo linguarum, college meo, qui doctius & plenius hoc prestabit, nihil præripio, nec alijs, quibus id laboris esse iam pręmanibus intelle-

xi. Facinorosius crimen est, ac tetrius, quod nunc persequor: Inuentos esse Doctorculos, qui temulento quodam impetu in ipsum chirographum inuolarint: idipsum pluribus locis, vt maculatum, vt mancum, ut falsum, ut surreptitium condemnarint: eius partes aliquas correxerint, aliquas corroserint, aliquas euulserint: Huic, omne

a De Prædic. Sanct. cap. 14.

Quam sint flocciſacienda Hæreticorum doli.

Interrogatio aduersarios plane cõuincens.

Instit. l. 1. c. penult.

Stat. Sen. li. 7. Epist. ad. Pau li.

Præfat. Cant. Beza idem fa cit in ipsius interpretatio ne, vide Genebr. in præfatione in Cãt.

Lutherani quamuis sacris libris detrahant.

Præfat. in Apoc. Præfat. in nou. Test.

Item de Dom. & Pasch. in Luc. 22. ubi uerbum negotij parat.

Beza impia correctio.

Hæretici mala fide sacras Scripturas peruertunt.

Temeritas Hæreticorũ maxima.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00381

omne propugnaculum, quo muniebatur, in Lutheranos spiritus, tanquam in valla A
phantasmatum, pistosque parietes commutarint: ne prorsus obmutescerent, quum
in Scripturas erroribus suis infestas impingerent, quas nihilo commodius expedire,
quàm forbere faucibus, aut saxa mandere potuissent.

Hęc ergo mihi prima ratio vehemens & iusta fuit, quæ vbi partes aduersarias vm-
braticas, & fractas ostendisset, animum sanè addidit Christiano, & viro, & in his stu-
dijs exercitato, pro sempiterni Regis diplomate aduersus reliquias profligatorum ho
stium decertandi.

SECVNDA RATIO. CAP. XXVIII.

II. Sacrarum literarum sententia. Hereticiquâ ratione in expositione Sacræ Scripturę hal lucinentur. *Matth.26. Marc. 14. Luc.22. Luth. in epist. ad Argent. Matth.8. Mar.1. Luc. 12. Matth.26.*

ALterum est, quod me quidem ad congressum incitarit, & horum apud me eo
piolas eleuarit, aduersarij perpetuum in Scripturis exponendis ingenium,
plenum fraudis, inanę prudentiæ. Statim hæc Philosophi tangerecis. Itaque B
uos auditores expecti.

Scisciteмur ab aduersarijs, exempli gratia, quidnam sequuti nouam sectam intri-
uerint, qua Christus excluditur è cœna mystica. Si nominâr Euangelia, accurrimus. A
nobis verba sunt, *Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus.* Qui fermo visus est ipsi Lu-
thero tam potens, vt cùm etiam discuperet fieri Zuinghianus, quòd ea re plurimùm
incommodare Pontifici potuisset: captus tamen & vinctus apertissimo contextu ce-
deret, neque minus inuitus Christum uerè præsentem in Sacramento Sanctissimo fa-
teretur, quàm olim dæmones victi miraculis Christum Dei filium vociferati sunt.
Agedum pagella scripta superiores sumus, de sententia scripti contenditur. Hanc
peruestigemus ex verbis adiacentibus. *Corpus meum, quod pro vobis datur. Sanguis
meus, qui pro multis effunditur.* Adhuc durissimæ partes Caluini sunt, nostrę faciles, C
& expleatæ. Quid amplius? *Conferte Scripturas*, inquit. Maximè. Consipirant
Euangelia, Paulus ad Ispiularur. Voces, clausulæ, tota connexio, panem viuum, in-
signe miraculum, cęleste pabulum, carnem corpus, Sanguinem, reuerenter ingemi-
nat. Nihil enigmaticum, nihil offusum caligine loquendi. Tamen perstane aduer-
sarij, neque ullum finem faciunt altercandi. Quid agimus? Opinor, audiatur antiqui-
tas, & quod nos alteris alteri suspecti non possumus, illud omnium sęculorum vene-
randa canicies, Christo propior, ab hac lite remotior, decidat arbitrio. Non ferunt,
prodi se aiunt, *Deo verbum purum putum inclamant, hominum commentaries auersantur.*
Insidiosè, inepte. Dei verbum perurgemus: obscurant Sanctos restamur interpre-
tes: obsistunt. In summa, fię institutum, nisi reorum iudicio steteris, nullum iudicium
fore. Atque ita se gerunt in omni, quam exercemus, controuersia. De infusa gra- D
tia, de inhęrentę iustitia, de Ecclesia conspicua, de necessitate baptismatis, & Sacra-
mentis, & de Sacrificio, de piorum meritis, de spe & timore, de peccatis imparibus,
de auctoritate Petri, de claubus, de votis, de Conciliis Euangelicis, de cęteris, Scriptu
ras neque paucas, & ponderosas Catholici passim in libris, in colloquijs, in tęplis,
in schola citauimus atque discussimus: eluerunt. Veterum scholia Grecorum & La-
tinorum admouimus: abnuerunt. Quid tum denique? Doctor Martinus Lutherus,
aut uero Philippus, aut certè Zuinglius, aut sine dubio Caluinus, & Beza fideliter e-
narrarunt. Egone quenquam uestrum existimen tam esse mucosis naribus, qui hoc
artificium monitus non persentiscat? Quare fateor me scholas Academicas cupidè
requirere, ut inspectantibus uobis calamistratos istos milites in solem & puluerem
è suis umbraculis euocatos, non meis uiribus, qui cum nostris, cenre sima parte, non E
sum conferendus, sed ualentissima causa, & certissima ueritate debilitem.

Hereticiquo se gerant in omni contro uersia.

III. Natura Eccle siæ. *a Apoc 22. b Psal. 79. c Isa. 2. et 35. d Cant. 6. e Matth 13. f Eph 5. g 1. Cor 12. h 1. Tim 3. i 1a. 14.*

TERTIA RATIO. CAP. XXIX.

AVdito Ecclesię nomine, hostis expalluit. Sed tamẽ excogitauit quiddã, quòd
à nobis animaduerti nolo, ut falsi ruinam, & inopiam cognoscatis. Senserat
in Scripturis tũ Propheticis, tum Apostolicis, ubique honorificam Ecclesię
fieri mentionem, uocari [a] Ciuitatem Sanctam, [b] fructiferam uineam, [c] montem excel
sum, directam uiam, [d] columbam unicam [e] Regnum Cæli, [f] sponsam, [g] & corpus Chri
sti, [h] firmamentum ueri, multitudinem illam, [i] cui spiritus promissus insisteret ofa salu
taria,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00382

A tariæ illam, [a] in quam vniuersam nullæ sunt vnquam fauces diaboli morsum lethi-
rum impacturæ illam, [b] cui quicunque repugnet, quantumuis ore Christum prædi-
cet non magis Christo, quàm publicanus aut Ethnicus, potiatur. Non est ausus cõtra-
uenire sonitu, uideri noluit Ecclesiæ, quam toties Scripturæ commemorant, refragari,
nomẽ callidè retinuit, tam ipsâ fundituus definiendo susstulit. His enim propositarubus
delineauit Ecclesiam, quæ penitus ipsam occulant, & dimotam à sensibus, tanquam
Ideam Platonicam, secretis obtutibus hominum perpaucorum subijciant, eorum tã-
tummodò, qui singulariter afflati, corpus hoc aerium intelligentia cõprehende-
rent, & huiusce sodalitatis participes subtili quodam oculo lustrarent. Vbi candor?
Vbi simplicitas? Quæ Scripturæ, quæ sensa, qui patres, hoc penicillo depingunt Eccle
siam? sunt Christi [c] ad Asiaticas Ecclesias, sunt Petri, Pauli Ioannis, aliorum ad diuer-
B sas Epistolæ frequentes in Actis [d] Apostolicis inchoantur & progruuntur Ecclesiæ.
Quid istæ? num soli Deo & Sanctis hominibus, an Christianis etiam cuiuscunque ge
neris manifestæ? Sed profectò, durum telum necessitas est. Ignoscite. Nam qui
sæculis omnino quindecim, non oppidum, non uillam, non domum reperiunt imbu-
tam doctrina sua, donec [e] infelix monachus incesto connubio voram Deo Virginem
funestasset, aut [f] Heluetius gladiator in patriam coniurasset, aut [g] stigmaticus perfu-
ga Geneuam occupasset: Ij cognitur Ecclesiam, si quam volent, in latebris vendita-
re, & eos parentes asserere, quos nec ipsi nouerint, neque mortalium quisquam aspe-
xerit. Nisi forte gaudent maioribus illis, quos Hæreticos fuisse liquet, ut Ario, Ioui
niano, Vigilantio, Heluidio. Iconomachis, Berengario, Vvaldensibus, Lolhar-
do Vvicleso, Hussio, à quibus pestifera quædam fragmenta dogmatum cuiusdicuntur.
C Nolite mirari si fumulos istos non pertimui, quos modò ad meridianam lucem te-
nero, minimè fuerit laboriosum dispellere. Hęc est enim nostra semiotinatio. Dic
mihi, subscribis Ecclesiæ quæ sæculis anteactis viguit? *omnino*. obeamus ergo terras
& tempora: cuiꝰ *eatui fidelium*, quorum? *nomina nescimtur, sed constat plurimos exti-
tisse*. constat? quibus constat? *Deo*. quis dicit? *nos, qui diuinitus edocti sumus*. fabule.
qui credam? *si arderes fide tam fortes hoc quam tenuere*.

Spectatum admissi risum teneatis.

Iuberi [h] Christianos omnes adiungere se Ecclesiæ, [i] cauere ne spiritali gladio tru
cidentur, [k] in domo Dei pacem colere, huic [l] animas credere columini veritatis,
isthic [m] querelas omnes deponere, [n] hinc electos habere pro Ethnichis, neiscire
tot centenis tot homines, vbi nam illa sit, quive huc pertineant? Vnum illud cre-
D pare in tenebris, *vbi vbi sit Ecclesia, tantummodo Sanctos, & in æthera destinatos ea contai-
neri*. Ex quo fit, vt si quis imperium sui prætulis detrectare uelit, scelere soluatur,
dummodò sibi persuadeat presbyterum in crimen incidisse, & ab Ecclesia protinus
excidisse. Cùm ferè aduersarios talia comminisci, quod nullius ætatis Ecclesiæ cõsuef
sent, & orbatos tota re, velle tamen inter angustias uocabulum possidere, lolabar me
vestro acumine, arq; adeo mihi pollicebar fore, ut quamprimum huiusmodi technas
ex ipsorum confessione cerneretis, statim homines ingenui, & cordati stultas argutias
in vestram intextas perniciem discinderetis.

QVARTA RATIO. 4ª AP. XXX.

E Grauis, Ecclesia nascente, quæstio de legitimis cæremonijs, quę credentium a-
nimos disturbauit coacto Apostolorum & seniorum Concilio, soluta est.
Credidere parentibus filij, pastoribus oues, in hęc uerba mandantibus: *Placet
Spiritui sancto & nobis*. Sequuta sunt ad extirpandam hæresim, quæ uaria qui-
busque sęculis pullulauit, Oecumenica uererum Concilia quattuor, tantę firmitudi-
nis, ut ijs, ante annos mille singularis honos tanquam diuinis vocibus haberetur. Nõ
abibo longius. Etiam domi nostrę, Comitijs regni, eadem Concilia pristinum ius in-
uiolatamque dignitatem obtinent. Hęc citabo, teque ipsam, Anglia dulcissima Pa-
tria contestabor. Si quemadmodum prę te fers, quattuor ista Concilia reuerebere,
summum honorem [o] primę sedis Episcopo, id est, Petro deferes? Incruentum corpo

[a] *Matth. 16.*
[b] *Matth. 18.* Ecclesia ejus ab Hæreticis credi-bilitas.
Cat. Iuel. lib. 4. c. 1. num. 2. §3.
[c] *Apoc. 1. 2. 3.*
[d] *Act. 8. 10. 11. & seq.*
Ecclesiam inuisibilem curiatretici fingunt.
[e] *Lutherus.*
[f] *Zuinglius.*
[g] *Caluinus.*
Hæreticorũ maiores qui.
[h] *Ioan. 10.*
[i] *1. Cor. 15.*
1. Cor. 5.
[k] *1. Cor. 11.*
[l] *1. Tim. 3.*
[m] *Matth. 18.*
[n] *Ibid.*
Horat. in arte.

IIII. Concilia. *Act. 15.* Concilia ge nealia primo quattuor. *Greg. lib. 1. Epist. 24.* Anglî Concilia hęc ad admittenda. *Act. 1. Eulych. c. Nic. 1. can. 6. Cal. Act. 4. & 16.*
[o] *Conf. c. 5.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00383

a Eph. cap. Epist. ad Ne-storium. b Niceen. can. 14. Chal. act. 11. Nic. Conc. a pud Eus. lib. 1. c. 8. Vide Chal. Can. 4 15.23.

ris, & Sanguinis Christi Sacrificium in altari recognoscere: a Beatos Martyres San- A
ctosque omnes cælites, vt pro te Christo supplicent, obsecrabis: b Mulieroſos apoſta
tas ab infando concubitu & incestu publico coercebis: multa facies, quę demoliris,
multa quę facis, infecta uoles. Porrò Synodos aliorum temporum, nominatim verò
Tridentinam, eiusdem auctoritatis, ac fidei eam primis illis fuisse, quando usus uene
rit, demonstraturum me spondeo, atque recipio. Auctus igitur Conciliorum omnium
valido & exquisito præsidio, cur non ingrediar in hanc palæstram animo tranquillo,
& præsenti, obseruaturus aduersarium, quo se propipiat? Nam & euidentissima pro-
ducã, quę distorqueare non poterit, & probatissima, quę respuere non audebit. For-
tasse uerbosius obloquendo diem extrahere conabitur: sed ab intentis hominibus, si
vos ego bene noui, nec aures, nec oculos compilabit. Quòd si quis erit omnino tam
demens, qui se vnum opponat Senatoribus orbis terrę, & ijs quidem omni exceptio- B
ne maioribus, Sanctioribus, Doctioribus, vetustioribus, libenter aspiciam illud os,
quod vbi vobis ostendero, reliqua cogitationibus vestris relinquam. Interim hoc
monebo. Qui pleno Concilio ritè, atque ordine con summato momentum & pon-
dus abrogat, videri mihi nullo consilio, nullo cerebro, neque solùm in Theologis tar
dum, sed etiam in Politicis inconsultum. Si vnquam Dei Spiritus illuxit Ecclesiæ, cer
tè illud est tempus immittendi numinis, quum omnis Ecclesiarum quæ sunt in terris
patentissimæ, religio, maturitas, scientia, sapientia, dignitas vnam in vrbem cõfluxerint,
adhibitisque modis omnibus, diuinis & humanis, quibus indagari veritas possit, pro-
missum implorent Spiritum, quo salutarter, & prudenter sanciant. Profiliae nunc
aliquis factionis hæreticę magistellus, attollat supercilia, suspendat nasum, frontem
peiricer, iudicesque suos feuriliter ipse iudicet. quos ille ludos, quos iocos dabit? Re C
pertus est Lutherus qui diceret, *antesserre se Concilijs, duorum suffragia hominum & eru-*
ditorum hominum (putatore suum, & Philippi) *si quando in Christi nomine conscripsissent.*

Quanta fir mentitas Cõ ciliorum de creris aduer sari.

Ecclesię Cõ ciliijs quantũ sit credendũ.

Matth. 18. Ioan. 14.

Lib. de capti. Bab.

Martini Kẽ nitij examen Conc. Trid.

Tridentini Concilij encomium.

O circulos! Repertus est Kemnitius, qui Concilium Tridentinum ad suos vertiginis
importunæ calculos exegerit. quid hoc erratus? infamiam. Dum ille, ni cauerit, spelæ-
tur cum Ario, Tridentina Synodus, quò magis inuerecatser, eò magis indies, eoque
perennius efflorescet. Bone Deus, quæ gentium uarietas, qui delectus Episcoporum
totius orbis, qui Regum, & Rerum publicarum splendor, quę medulla Theologorum,
quæ sanctitas, quæ lacrymę, quæ ieiunia, qui flores Academici, quæ linguę, quanta sub
tilitas, quantus labor, quam infinita lectio, quantæ uirtutum & studiorum diuitię, Au
gustum illud sacrarium impleuerunt? Audiui ego Pontifices exultantes, & in his An
tonium Archiepiscopum Pragensem, à quo sum creatus Presbyter, amplissimos & D
prudentissimos viros, quòd ea schola hæsiſſent aliquot annis: vt nullum Ferdinandi
Cæsaris, cui multùm debuerant, regalius, & vberius in se beneficium colerent, quàm
hoc fuit, quod in Tridentino Gymnasio legati ex Pannonia confecdissent. Intellexit
hoc Cæsar, qui reuersus ita gratulatus est, *Aliunus vester schola optima.*

Hæretici ad Concilij Tridentinum in unitati uenire noluerũt.

Io. Husius & Praga in Cõcilio Cõstantiensi cremati.

Hieronym. Prag.

Hæreticis fides data Catholicis lata est. Anno 1318.

Huc inuitati fide publica, cur non properarunt aduersarij, vt eos palam refelleret,
in quos ranunculi coaxant è cauernulis? *Husius & Hieronymo fregere fidem*, inquiunt
falsum est, nullam enim dedere. Sed nec in Husium tamen animaduertsum fuisset, nisi
homo perfidiosus & pestilens, retractus ex fuga, quam ei Sigismundus Imperator periculo capitis interdixerat; violatis etiam conditionibus, quas scripto pepige-
rat cum Cæsare, vim omnem illius diplomatis enerualset. Fefellit Husium præci-
pitata malitia. Iussus enim, cùm barbaras in sua Boemia tragœdias excitaſſet, semet E
ipsum sistere Constantię, despexit prærogatiuam Concilij, securitatem perijt à Cę-
sare. Cæsar obsignauit, Christianus orbis resignauit maior Cæsare; redire ad men-
tem hæresiarcha noluit, perijt. Hieronymus verò Pragensis furtim uenit Constan-
tiam, protectus à nemine, deprehensus comparuit, perorauit, habitus est per-
benignè, liber abijt, quo voluit, fanatus est, hęresim eiurauit, relapsus est, exu
stus est.

Quid toties unum exemplum de sexcentis exagitant? Reperant annales suos. Mar-
tinus ipse Lutherus odium Dei & hominum Augustę positus coram Cardinale Caie
tano, nonne, quod potuit, eructauit, & Maximiliani litteris communitus excesit? Idẽ
accitus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?page=00384

A dcitus VVormatiam, cùm & Cæsarem, & plerosque Imperij principes habèret infensos, nonne Cæsaris verbo tutus fuit? Postremò Lutheranorum & Zuinglianorum capita, præsente Carolo quinto Hæreticorum hoste, victore, domino, nonne datis in diuersis Confessiones suas toties innouatas exhibuere Comitijs Augustanis, & sospites abiere? Haud secus litteræ Tridentinę locupletissimas aduersario cautiones prouidere vti noluit. Nimirum fe iactat in angulis, in quibus vbi tria verba Græca sonuerit, sapere videatur: abhorret à luce, quæ literatorem in numero poneret, & ad honesta subsellia deuocaret. Catholicis Anglis tale chirographum impunitatis impetrent, si diligunt salutem animarum: Nos Huffium non causabimur, in curiam, verbo Principis inmixi, conuolabimus.

Anno 1531. Augustana confessio. Vide Acta Conc. Trid.

Sed, vt vnde sum egressus eò regrediar, Concilia generalia mea sunt, primum, vl-
B timum, media. his pugnabo. Hastam expecter aduersarius amentatam, quam euelle re nunquam poterit. prosternatur in eo Satanas: Christus viuat.

QVINTA RATIO. CAP. XXXI.

V.

ANtiochiæ, qua primùm a in vrbe Christianorum nobile cognomentum increbruit, b Doctores, id est eminentes Theologi, & Prophetæ, idest, concionatores perquàm celebres floruerunt. Huiusce generis *Scribas & sapientes doctos in Regno Dei, noua promentes & vetera*, Christum callentes, & Moysen Dominus ipse futuro gregi prospexerat. Hos ingentis beneficij loco donatos explodere, quanti maleficij est? explosit aduersarius. quid ita? quia ftantibus illis concidisset. Id ego cùm
C pro certissimo comperissem, pugnam simpliciter exoptaui, non illam iocularem, qua turbę velitantur in compitis, sed illam seueram & acrem, qua congredimur in vestris Philosophorum spaciis,

Pede pes, densusque viro vir.

Ad Patres si quando licebit accedere, confectum est prælium. tam sunt nostri, quã Gregorius ipse decimus tertius, filiorum Ecclesiæ Pater amantissimus. Nam vt omittam loca sparsa, quæ ex monimentis veterum conquisita nostram fidem appositè, affirmateque propugnant, tenemus horum integra volumina, quæ de industria Religio nem, quam tuemur, Euangelicam distinctè, copioseque dilucidant. Duplex Hierarchia Martyris Dionysij, quas classes, quæ sacra, quos ritus edocet? Pupugit ea res Lu-
D cherum tam valdè, ut huius opera *simillima somnia, necnon pernitiosissima* iudicaret. Imitatus parentem Causeus, nescio quis terræ filius ex Gallia, non est ueritus hunc Dionysium, inclytæ gentis Apostolum uocitare *delirum senem*. Centuriatores uehementer offendit Ignatius, offendit & Calixtus, ut in eius epistolis *deformes mores, & putides mentes* hominum quispiam iuuialiæ notarint. Censoribus illis *fanaticum quiddam* Irenęus edidit: Clemens, Auctor Stromatum, *Tzizania foecundę* protulit: reliqui patres huius æui, sanè Apostolici uiri, *blasphemias & monstra posterorum reliquerunt*. In Tertulliano rapiunt auidè, quod à nobis edocti nobiscum communiter detestentur: fed meminerint, libellum de præscriptionibus, qui nostri temporis sectarios tam insigniter perculit, nunquam fuisse reprehensum. Hippolytus Portuensis Episcopus, quàm bellè, quàm clarè, Antichristi nerum, Lutherana tempora præmonstrauit? Eum pterea, *scriptorem infantissimum, & laruam* nominant. Cyprianum, delicias & decus
E Africę, Gallicanus ille criticus, & Magdeburgici, *stupidum & destitutum Deo, & depranatorem pœnitentiæ* nuncuparunt. Quid admisit? Scripsit enim de uirginibus, de lapsis, de unitate Ecclesię tractationes eiusmodi, eas etiam Epistolas Cornelio Romano Pontifici, vt nisi fides huic martyri detrahatur, Petrus Martyr Vermilius, omnesque cum eo fœderati, peiores adulteris & sacrilegis habeantur. Ac ne singulis insistam diutius, Patres huius seculi damnantur omnes, *quippe qui doctrinam de pœnitentia mirè depranarint*. quo pactorãa austeritas Canonũ, quę uiguit ea tẽpestate, maiorẽ in modum displicet huic fœtę plausibili, quę triclinijs aptior, quàm templis, noluptatibus aures titillare, & puluillos omni cubito folet affuere. Quid ætas proxima, quid peccauit? Chrysostomus & ij Patres *iustitiam fidei facile obscurarunt*. Nazianzenus,

a Act. 11.
b Act. 13.
1. Cor. 12.
Ephes. 4. 1. Cor. 14. & Matth. 13. & 23.
Vide Lib. 12. Aeu. 8. Dion. Areopag. de quo vide Adon. Tr. in Martyrol.
Adon. Turo. Sanct. Acta. Comment. in 13. 17. Dent. Iren. in capit. Bab. Dialog. 5. & 11.
Dionysius Areopagita Francis. Apo Bolus. Cent. 2. capit. 10.
Inst. lib. 1. ca. 13. num. 20.
Cent. 2. cap. 5. Vide cen. 3. lib. 2. cap. Lib. de præscript. contr. hær.
Orat. de consc. scia.
Iuel. &c.
Cyprianus qualis, & quantus Doctor.
Clau. dia. 2. & 11.
Cen. 3. cap. 4. Cent. 3. c. 6. Canones Pœnitentiales, veteres.
Ecseb. 33. Præfat. in Cent. 5.

Parres.
a Act. 11.
b Act. 13.
1. Cor. 12.
Ephes. 4. 1. Cor. 14. & Matth. 13. & 23.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00385

Dial. 6. 7. 8. Dicta in Act. Apost. c. 23. Stancha. lib. de Trin. Lib. contra Henr. & Reg. Angl.

quem honoris causa, Theologum veteres appellarunt, Causeo iudice, *Fabulatur, quid* A
effirmaret, nescijt. Ambrosius *à Cacodæmone fascinatus est, aque damnatus atque Diabo*
lus: tutoriosus Apostolo, blasphemus, sceleratus, impius. Vnus Gregorio Massonio *plures*
sunt Caluinus, quam centum Augustini: parum est centum. Lutherus *nihil fecit aduer-*
sus Caluinus, quam centum Augustinus, mille Cyprianos, mille Ecclesias, Longius tem deducere supertua
caneum puto. Nam in hos qui bacchantur, quis miretur in Optatum, Athanasium,
Hilarium, Cyrillos, Epiphanium, Basilium, Vincentium, Fulgentium, Leonem, Gre
gorium que Romanum fuisse procacissimos?

Cur Hæretici tantopere patres detestentur.

Quamquam si datur vlla rebus iniustis iusta defensio, non inficior habere Patres,
vbicunque incideris, quod isti, dum sibi consentiunt, necessario stomachentur.
Etenim qui odere stata ieiunia, quo animo oportet esse in Basilium, Nazianzenū, B
Leonem, Chrysostomū, qui de quadragesima & indictis ieiuniorum ferijs, tamquam
de rebus iam vsitatis, conciones egregias publicarunt?

Qui suas animas auro, libidine, crapula, & ambitiosis conspectibus vendiderunt,
possunt ne nō esse inimicissimi Basilio, Chrysostomō, Hieronymo, Augustino, quoū
excellentes libri de Monachorum instituto, regula, virtutibus reruntur?

Lib. 22. de Ciuit. Dei. c. 8. & serm. de diuers. 34. & 39.

Qui captiuam hominis uoluntatem inuexere, qui Christiana funebria fustulere,
qui sanctorum reliquias incendere, sintne placebiles Augustino, qui de Libero arbi-
trio libros tres: De cura pro mortuis, vnum: De Miraculis ad Basilicas & memorias
martyrum, prolixum caput nobilissimi operis, & conciones aliquas exaruit.

Conc. Epiſto. Man. quæ vocant fundamenti. c. 4. Lib. 1. cont. Faustum. Leo 2. Lib. 3. Lib. 6. ang. lib. 2. cont. Iulian. De nuptiis & concup. lib. 3. ad Cornel. c. 20. Iulian. lib. 2. ad Bonif. 2. c. 8. & de pecc. mer. lib. 2. c. 37. ad Ant. Epi. 2. Fulgent. ad Monim. lib. 2. c. 12. & de fide ad Petr. cap. 41.

Qui fidem suis captiuenulis metiuntur, nonne succenseant Augustino ex insigni
Epistola contra Manichæum, qua se profitetur Antiquitati, Consensioni, Successio- C
ni perpetuæ, & Ecclesiæ, quæ sola inter tot hæreses Catholicæ nomen vsucapione
vendicat, assentire.

Optatus Milcuitanus Episcopus Donatianam partem reuincit ex communione
Catholica, nequitiam accusat ex decreto Melchiadis, hæresim refutat ex ordine Ro-
manorum Pontificum, insaniam patefacit ex Eucharistia & Chrismate cōmanata,
sacrilegum horret, ex diffractis altaribus, *tu quibus Christi membra portasti sanct*, pol-
lutisque calicibus, *quæ Christi Sanguinem tenuerunt.* De Optato quid sentiant auco
ſcire, quem Augustinus Vt Venerabilem & Catholicum Episcopum, Ambrosio pa-
rem, & Cypriano, quem Fulgentius ut sanctum, & fidelem Pauli interpretem, Augu
stini similem, & Ambrosij, memineruntt.

Athanasij Symbolum in templis concinunt. Num fauent ei? qui Antonium Ere- D
mitam Aegyptium grauis auctor accusato libello diluduauerit, quique cum Alexan-
drina Synodo iudicium sedis Apostolicæ, d'ni Petri, suppliciter appellarit? Prudent-
tius in hymnis quoties precatur martyres quos decantat? quoties ad eorum cineres,
& ossa regem martyrum uenerantur? Num hunc probabunt.

Hieronymus pro sanctorum reliquijs, & honoribus scribit in Vigilantium: In Io
uinianum, pro Virginitatis gradu. Hunccine patiemur?

Ambrosius tutores suos Gernasium & Prorasiū celebritate notissima in Arianam
ignominiam honestauit: cui facto diuinissimi Patres encomion tribuere: quod factū
Deus non uno prodigio decorauit. Num beneuoli sunt Ambrosio futuri.

Greg. Turo. lib. 10. de gle. Mart. cap. 26. Metaph. Isidor. lib. 1. c. 11. num. 5.

Gregorius Magnus nostrer Apostolus, planissimè nosterest, eoq; nomine nostris
aduersarijs odiosus, quem Caluini rabies negat in schola Sanctī spiritus educatum, E
propterea quod sacras imagines illiteratorum libros appellasset.

Patres quan tum hæreſes noſtri tem poris impu gnent.

Dies me desieeret numerantem Epistolas, conciones, homilias, orationes, opuscu
la, disceptationes Patrū, in quibus ex apparato grauiter & ornatè nostra Catholico-
rum dogmata roborarunt. Quām diu apud bibliopolas ista uenierint, tā diu frustra no
strorū codices prohibentur: frustra seruātur aditus, oreq; maritimè: frustra domus, ar-
ces, fernia, capsulę disquirūntur: frustra tot portis minaces tabulæ suffiguntur. Nullus
enim Hardingus, nec Sanderus, nec Alanus, nec Stapletonus, nec Bristolius hæc no-
na somnia vehementius, quām hi, quos recensui, Patres insectantur. Talia cogitanti
accreuit animus & defideriū pugnæ, in qua, quoquo se mouerit aduersarius, nisi gloriā
Deo cesserit, ferat incommodum. Patres admiserit; captus est: excluserit: nullus est.

Adole-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00386

A Adolescentibus nobis ita contigit. Ioannes Iuellus antrefigananus Caluinianorum Angliæ, Catholicos ad Diui Pauli Londinensium incredibili iactantia lacessiuit, inuocatis per Hypocrisim & imploratis Patribus, quicunque intra salutis annum sexcentesimum claruissent. Accipiunt conditionem memorabiles viri, qui tum exulabant Louanij, summis licet difficultatibus propter iniquitatem suorum temporum circumsepti. Ausim dicere, tanto popularibus nostris bono fuisse illam Iuelli astutiam, inscitiam, improbitatem, impudentiam, quas ij scriptores feliciter expanderunt, vt vix aliud quidquam, memoria mea, prouenerit Anglorum Ecclesiæ laboranti fructuosius. Edictum continuo valuis appenditur, ne qui codices illiusmodi legerentur, neve haberentur, quum tantis clamoribus propemodum extorti prodissent, didicere quicunque negotium attigissent, Patres fuisse Catholicos, id est, nostros. Ioannis Iuelli Caluiniani Angli impudentia.

B Neque hoc sibi, fuisque vultus insticium Laurentius Humfredus tacuit: qui cum alte Iuellum quoad cætera sustulisset, vnam ei notam aspersit inconsiderantiæ, quòd Patrum calculos recepisset: quibuscum sibi nihil esse commercij, nec fore sine ulla circuitione proloquitur. *Lib. de vita Iuel.*

Pertentauimus etiam familiariter aliquando Tobiam Matthæum, qui nunc in conclonibus dominatur, vt responderet ingenuè, posseetne, qui Patres assiduus lectitaret, istarum esse partium, quas ille suaserat, retulit, *non posse, si partes eos legeret, ij sque credere.* Verissimum hoc uerbum est, neque aliter aut eum nunc, aut Matthæum Huttenum, qui vir nominatus in paucis, versare Patres dicitur, aut reliquos aduersarios, qui hoc faciunt, sentire arbitror. Patres qui assidue legit, nõ potest Hæreticus esse.

Hactenus ergo secutus in hãc aciem potui descendere, bellaturus cum ijs, qui quasi C auribus lupum teneant, æternam causę maculam cogantur inurere, siue recusent Patres, siue deposcant. Nam in altero fugam adornant, in altero suffocantur.

SEXTA RATIO. CAP. XXXII. VI.

SI quibus vmquam cordi, curæque fuit id, (quod maximopere nostris fuit, & esse debet,) *scrutamina Scripturas:* Facilè principes & palmares in hoc genere Sanctissimi Patres extitere. Horum opera sumptuque, tot gentibus, & linguis transcripta Biblia, & importata sunt: Horum periculis, & cruciatibus erepta de flammis hostilibus & vastitate: horum laboribus & vigilijs omnem in partem enucleata studiosissimè. die noctuque sacras literas imbibere, de suggestis omnibus sacras literas edidere, immensa volumina sacris literis ditauere, fidelissimis commentarijs sacras literas explieauere, cibos & inediam sacris literis condiere, occupati denique sacris in literis ad senectutem decrepitam peruenere. Firmamenta Patrum. *Ioan. 5.*

D Quòd si frequentes ipsi quoque ab Auctoritate Maiorum, ab Ecclesiæ Praxi, à Successione Pontificum, à Conciliis Oecumenicis, à Traditionibus Apostolicis, à Cruore Martyrum, à Scitis Præsulum, à Visis euentisque mirabilibus argumentati sunt: tamen omnium maximè & libentissimè Sanctarum Literarum testimonia dense conglobant, hæc premunt, in his habitant, hinc *armatura fortium*, duces robustissimi sarta recta Ciuitatis Dei contra nefarios impetus quotidie munientes, optimo iure primas partes honoratissimasque portigunt. S. Patres ex S. Patres ex S. Scriptura potissimùm argumentantur. *Cant. 4.*

Quò magis demiror illam exceptionem aduersarij superbam, & fatuam, qui velut aquam in profluente queritans, sic in Scripturis confertissimis Scripturarum penuriam obiectat. *Tantisper se Patribus assensurum dicit, dum Sacris Literis adhærescat.* Num loquitur ex animo? Fatua Hæreticorum exceptio, cum Patrum sententia prænotat.

Curabo igitur, procedant armati, atq; stipati Christo, Prophetis, Apostolis, atque omni apparatu Biblico celeberrimi Auctores, antiquissimi Patres, Sanctissimi Viri, Dionysius, Cyprianus, Athanasius, Basilius, Nazianzenus, Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Latinusque Gregorius. Regnet in Anglia fides illa, vtinam regnet, quam hi Patres amicissimi Scripturarum ex Scripturis extruunt. Quas afferunt, afferemus: quas conferunt, conferemus: quod inferunt, inferemus, placet? exscrea. dic sodes. *Minime vero*, inquis, *nisi recte exponant.* Quid est hoc ipsum, *recte? Arbitratu* tuo. Nihilne pudet Labyrinthi?

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00387

Ergo cùm sperem in Academijs florentissimis consociatum iri bene multos, qui non pingui Minerua, sed acuto iudicio in has controuersias inspecturi sint, & horum responsa nugatoria libraturi, lætus hunc diem campi præstolabor, vt qui contra syluestres tumultus mendiculorum inermium, nobilitatem & robur Ecclesiæ Christi cogitem educere. A

VII. SEPTIMA RATIO. CAP. XXXIII.

Historia. Generales Historici.

PRistinam Ecclesiæ faciem historia prisca reregit. Huc prouoco. Certè antiquiores Historici, quos etiam vsurpant aduersarij, ferè numerantur, Eusebius, Damasus, Hieronymus, Ruffinus, Orosius, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Cassiodorus, Gregorius Turonensis, Vsuardus, Regino, Marianus, Sigibertus, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus. Quid narrant? Nostrorum laudes, progressus, vicissitudinem, hostes. Immò verò, quòd obseruies diligenter, illi qui diffident à nobis odio capirali, Philippus, Pantaleon, Funccius, Magdeburgici; quum se ad scribendam uel Chronologiam Ecclesiæ, vel historiam appulissent, nisi nostrorum gesta colligerent, ac inimicorum Ecclesiæ nostræ fraudes, & scelera coaceruarent, mille quingentos annos argumento vacui prætermitterent. B

Hæreticorũ Chronica & historiæ.

Historici certaũ gentiũ.

Cùm his confidera peculiares certarum Historiographos Regionum, qui vnius actæ cuiusq; populi curiosius operosiusq; scrutati sunt. Iq; quasi Spartam adepti quam locupletare modis omnibus & perpolire cuperent, qui ne conuiuia quidem lautiora, aut manicatas tunicas, aut pugionum capulos, aut inaurata calcaria, talesq; minutias, si nouitatem saperent, tacuere; profectò si quid in Religione mutatũ, aut à primis degeneratum sæculis inaudisset, frequentes memorassent, si non frequentes, saltem ali qui: si non aliqui, vnus aliquis absque dubio. Nullus omnino, neque beneuolus nobis, neque maleuolus, non modò quicquam tale prodidit, sed nec significauit. C

Romana Ecclesia nihil unquam in Religione innouauit.

Verbi gratia. Dant nobis aduersarij, nec aliter possunt, fuisse Romanam Ecclesiam aliquando Sanctã, Catholicam, Apostolicã, tum cùm hæc à Dino Paulo promeruisset elogia: [a] *Vestra fides annunciatur in vniuerso mundo:* [b] *Vnus intermissione memoriam vestri facio.* [c] *Scio quomodo ventens ad vos in abundantia benedictionis Christi veniam:* [d] *Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi. Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est.* Tum, cùm ibi [e] Paulus in libera custodia dissemineret Euangelium: Tum, cùm in ea quondam *Babylone collectam Ecclesiam* Petrus regeret: Tum cùm ille Clemens apprimè [f] laudatus ab Apostolo sederet ad ipsa gubernacula: Tum cùm profani Cæsares, vt Nero, Domitianus, Traianus, Antoninus Romanos Pontifices laniarent. Tum etiam, vel Caluino teste, [g] cùm Damasus, Siricius, Anastasius, Innocentius, claum tenerent Apostolicum. Hoc enim sæculo nihil adhuc, præsertim Romæ, digressos ab Euange lica doctrina liberaliter ille concedit. D

a *Rom. 1.*
b *Rom. 1.*
c *Rom. 15.*
d *Rom. 16.*
e *Act. 28.*
f *1. Pet. 5. Hier. in cat. script. Eccles. & Petrus in Pud. Euseb. l. hist. 3.*
g *Ibidem. Iren. li. 3 c. 3. & hæc sit. 4. c. 2. num. 1. ad 10. ep. ad Sadol. Vide Coch in anno 1323.*

Quando igitur hanc fidem tantopere celebratam Roma perdidit? quando esse desijt, quod ante fuit? Quo tempore, quo Pontifice, qua via, qua vi, quibus incrementis Vrbem & Orbẽ religio pertulit aliena? quas voces, quas turbas, quæ lamenta progenuit? Omnes orbe reliquo fopiti funt, dum Roma, Roma inquam, noua Sacramenta, nouum Sacrificium, nouum Religionis dogma procuderet? Nullus extitit Historicus, neque Latinus, neque Græcus, neque remotus, neque citimus, qui rem tantam vel obscurè iaceret in Commentarios? E

Ergo perspicuum hoc quidem est, si, quæ nos credimus, historia multa, & varia, nuncia uetustatis, vita memoriæ loquitur, ac repetit assuenter: quæ isti obtrudunt, nulla narratio post homines natos in Ecclesia valuisse cõmeminit: & Historicos esse meos, & incursiones aduersarias esse frigidissimas, quæ nihil mouere possint, nisi prius receptum sit, omnes omnium temporum Christianos in spissam perfidiam atq; in Gehennę uoraginem corruisse, donec Lutherus Boram constupraſſet.

OCTA-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00388

OCTAVA RATIO. Cap. XXXIIII.

EGO verò, præstantissimi uiri, cùm de multis hæresibus, quędam apud me opinosissimorum portenta reputo, quæ mihi venient expugnanda, meipsum inertię, vecordięq. condemnem, si cuiusquam in experiundo facultatem, aut uires extimescierem. Sit ingeniosus, sit omnium librorum helluo, tamen aridus & balbus appareat, necesse est, cum hęc tam *adnouæ* sustentabit. Disputabitur enim, si fortè nobis annuent, De Deo, De Christo: De Homine, De Peccato, De Iustitia, De Sacramentis, De Moribus. Videro, an ausint assueurare, quę sentiunt, quęq. rebus additi necessarijs diuulgant in scriptiunculis. Faxo, norint ista suorum axiomata:

Deus [a] *est auctor & causa peccati valens, suggerens, efficiens, iubens, operans, & in hoc im-*
pium scelerata consilia gubernans. [b] *Proprium Deiopus fuit, ut nocatio Pauli, sic adulte-*
rium Dauidis, Iudæ, proditioris impietas. Monstrum hoc cuius Philippum aliquando puduit, Lutherus tamen, à quo Philippus hauserat, quasi oraculum cæleste miris extol lit laudibus, & alumnum suum eo nomine tantùm non exæquat Apostolo Paulo. Percontabor etiam quid animi Lutherus fuerit, quem [c] Angli Caluiniani *verum diuinitus datum ab orbem illuminandum* prouuntiant, cùm hunc uersum demeret supplicatio nibus Ecclesiæ, [d] *Sanctæ Trinitas unus Deus miserere nobis.*

Mox ad personam Christi progrediar. Quæram ista sibi quid velint. Christus Dei Filius, Deus de Deo, Caluino, [e] *Deus ex ęse.* Bezæ, *Non est genitus de Patris essentia.* Item. [f] *Duæ constituuntur in Christo uniones hypostatica, altera Animæ cum carne, Di-*
uinitatis cum humanitate altera. Locus apud [g] Ioannem, *Ego & Pater unum sumus, Non*
ostendit Christum Deum ὁμοούσιον Deo Patri. Sed & *anima mea*, inquit Lutherus, [h] *odit hoc verbum ὁμοούσιον Pergite, κ Christus ab infantia non fuit gratia consummatus, sed animi doctibus velut cæteri homines adoleuit, usu factus quotidie sapientior, sta ut puerilus ignorantia laborarit.* Quod perinde est, ac si diceremt, originis labe & uitio fordida tum. Sed cognoscite diriora. *Christus cùm orans in horto, sudoribus aquæ manarei, & sanguinis, sensu damnationis æternæ cohorruit, vocem edidit sine ratione, sine spiritu, vocem doloris impetu repentinam, quam, vt non satis meditatam, celeriter castigaut.* Estne aliquid amplius? Attendite. [m] *Christus cum actus in crucem exclamaret, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? accensus est flammis inferni, desperationis uocem emisit, non aliter affectus quàm si peccandum ei foret intercessione sempiterna.* His etiam si quid posfunt, addant: [n] *Christus*, inquiunt, *descendit ad inferos*, id est, *mortuus, Gehennam gustauit, nihilominus quàm Animæ damnatorum, nisi quod sibi restituendus erat. Quandoquidem enim morte corporea nihil nobis profuisset, Anima quoque luctari cum morte debuit æterna, atque hoc modo nostrum scelus supplicium q. dependere.* Ac ne quis fortè suspicetur illud Caluino per ineuriam obrepisse, idem Caluinus omnes nos, *si qua doctrina ejusdem solutis plenam exagitastis, perditos* appellat *nebulones.* Tempora, tempora, cuiusmodi manstrum aluistis? Cruor ille delicatus, & regius, qui de innocentis Agni corpore laceratio, fissoq. scaturijt, cuius eruoris ima quæuis guttula, propter dignitatem Hostiæ, mille mundos redimere potuisset, nihil humano generi profecit, nisi [o] *mediator Dei & hominum homo Christus Iesus* à *mortem* quoque *secundam*, mortem animæ, mortę gratię, peccati solius, & exitiabilis blasphemiæ fociam pertulisset? Præ hac insania modestus uidebitur Bucerus, [p] quanquam est impudens, qui infernum in symbolo, *sepulchrum accepit*, per epexegesim ualdè præposteram, ac potius rautologiam ineptã, atque stolidam. Anglicani sectarij, pars Caluino Idolo suo, pars Bucero magno Magistro solent accedere: pars etiam submurmurant in hunc articulum, ne quid facesſat vltra molestię, quemadmodum sine tumultu penitus eximatur de symbolo. Id uerò, etiam fuisse tentatum in conuenticulo quodam Londinensi, memini narrare mihi, qui interfuit, Richardum Chenium, misertrimum senem, male multatum à latronibus foris, neque tamen ingressum in paternam domum. Hactenus de Christo.

VIII. Paradox. De Deo. [a] Cal. Inſtit. lib. 1. c. 18. Lib. 2. ca. 4. li. 3. c. 23 & 24. Pet. Mart. in 1. Sam. [b] Melanth. ann. in c. ad Romn. 8. Piscat. 1574. Sic dicet Lutherus in epist. 30. ea in re ſcripsit. [c] Ita Anglicani in Confeſſione Fidei. [d] Vide evolu. Pra. an. 1549. De Chriſto. [e] Inſt. lib. 1. c. 13. nu. 25. 24. [f] Bez. in Confeſſione. [g] Schmidel. lib. de tota hypoſta. duæ. in Chriſt. nat. [h] Cal. in Iſai. 10. [i] Cont. Lutet. Bucer. Luc. 2. [k] Cal. in Iſai. 53. Lutherus Lu. Exod. Mol. in Exod. dom. 3. poſt Epiph. Morl. in Matth. 26. [l] Cal. in Har. Euang. Brent. 1. Tad. p. 2. hom 65. [m] in Catech. ann. 1551. & in hom. 54. [n] Cal. in Iſai. in Luc. 16. Lut. in Nat. Schmidel. contr. de paſſ. Chr. dam. Aſſentur eam ſententiam. [o] Cal. Inſt. li. 2. c. 16. Brent. in catech. in Symb. [p] 1. Tim. 2. Apoc. 2. Bucer. Matt. c. 26. De Homine. [q] Lippi. in reply. ad. ep. [r] Cal. Inſt. lib. 2. c. 1. Sarcer. de cauſa Eccl.

De homine quid? *Imago Dei penitus in homine deleta est, nulla boni scintilla superstite, & tota natura quoad omnes Animæ partes ita funditus euersa, ut ne renatus quidem, & sanctus quicquam sit aliud intrinseci, nisi mera corruptio atque contagio.* Quorsum ista?

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00389

Aegid. Lim. & Pet. Sanct. Kemn. contra Cent. Col. De Peccato. a Illyr. in var. Ed. de pecc. orig. Vide Heshus. in epist. ad Il. lyr. An peccata sint substantia. b Calu. in Admon. Ca Trid. Matri Dorc. Guisi gnales. Idem docuer. Paris. sect. apud Pamid. lib. 2. de Sacra. c. 15. & de gratia. c Lamb. in ep. contra Lan. d Bucer. in Ie. 5. Pamb. in mat. Christi, Brer. Rom. 11. in 1. Cor. 5. & c. De Iustitia e Matth. 22. Luc. 11. & Iustit. lib. 3. cap. 24. & Lib. de cap. Babil. De Sacramentis. h Cal. Instit. lib. 4. cap. 15. Cent. 1. lib. 2. cap. 10. Luth. lib. de ca pt. Bab. i Cent. 2. & 3. cap. 4. k Luth. ad questi. Cochl. Item cap. 11. ad Melanth. 20. & in epist. ad Gal. 4. chap. Iapoc. 13. De Meritis. Ser. de Mart. Lib. de no. ct. & aff. c. 16. Li. 2. de Euan. Li. de no. ct.

vt qui sola fide gloriam rapturi sunt, in omnium turpitudinum cœno uolutati, natu- A
ram accusent, virtutem deperent, præcepta deonerent.

Huc [a] Illyricus Magdeburgensium primipilus illud suum adiecit immane placi- 1
tum de originis peccato, quod esse vult *intimam substantiam Animarum*, quippe quæ, *post Adami lapsum, diabolus ipse procreet, & in se transformet*. Hoc quoque tritum est in hac fece, [b] *omnia peccata esse paria: sed ita* (ne Stoici reuiuiscant) *si Deo iudice ponderentur*. Ac si Deus, æquissimus iudex, oneri nostro cumulum potius, quàm leuamentum faceret, & id quod non est in re, quum sit ipse iustissimus, exaggeraret. Hac etiam, non leuius in Deum feuerissimè iudicantem deliquerit ille caupo, qui gallum gallinaceum, quando non est opus, occiderit, quàm infamis ille sicarius, qui plenus Beza, Gallum Heroa Guisium, admirabili virtute principem, dissolsa fistula clanculum interemit, quo factinore nihil vidit orbis noster ætate nostra funestius, nihil luctuosius. B

Sed fortasse, qui tam fuit in peccati conditione tetrici, magnifice philosophantur de diuina gratia, quæ huic malo succurrere, ac mederi possit. Præclaras uero illi partes assignant gratiæ, [c] quam neque insulam corporibus nostris, neque ad resistendum sceleribus validam esse latrant, *sed extra nos tu solo Dei fauore collocant: qui fauor non emēdet impios, nec purget, nec illuminet, nec dilet, sed veterem illam sentinam adhuc manentem, &c. foetentem, ne deformis, & odiosa pateat, Deo conniuente, dissimulet*. Quo fuo plasmate tantopere delectantur, ut ne Christus quidem [d] aliter apud illos *gratia plenus & veritate dicatur, quam quod ei Deus Pater mirandum in modum fauerit*.

Quæ res ergo iustitia est? *Relatio*. Non enim ex Theologicis concinnata uirtutibus fide, spe, charitate, quæ animam suo nitore conuestiant, sed tantum *occultato delicti*, C
quam qui sola fide prehenderit, ille tam de salute certus est, ac si iampridem interminato cæli gaudio frueretur.

Age somniet hoc, fed vnde constare poterit de futura perseuerātia, qua qui caruit, exiuit infelicissimus, licet ad tempus purè pieq; iustitiam coluisset? *Imo vero hæc tua fides*, Caluinus ait, *nisi tu eo tibi perfuerāsiam firmè promuniret, ut hallucinari nequeas, tanquam insanus & languida sperneretur*. Agnosco discipulum Lutheri, *a Christianus*, inquit ille, *etiam nolens non potest salutem perdere, nisi nolit credere*.

Ad Sacramenta festino. Nullum nullum, non duo, non unum, ò sancte Christe, reliquerunt. Ipsorum quippe panis, venenum est. Baptismus, etsi adhuc uerus est, tamē ipsorū iudicio nihil est unda salutaris, non est canalis gratię, non deriuat in nos Christi merita, sed significatio dumtaxat salutis est. Itaque [b] *nihilo plures Baptismum Christi quoad naturam rei, quam Ioannis fecere ceremoniam. Si habeas, recte: si carcas, nihil dam*- D
ni: credo, salues ea, antequam abluare. Quid ergo parueli, qui nisi iuuenturi uirtute Sacramenti, sua fide miseli nihil affequuntur? *Potius quàm Sacramento Baptismatis quiequam tribuamus*, inquiunt [c] Magdeburgici *demus ineptè fidem ipsis infantibus, qua seruentur, cuius fidei pulsus quosdam adultos intelligant ipsi*, qui vitant, nec ne, nondum intelligunt. Durum. Si hoc adeo durum est, Lutheri pharmacum auditote. [k] *Profitat*, inquit, *omittere, quandoquidem misereday infans, ne quicquam lauatur*. Hæc illi quidem ancipites animo, quidnam enuncient categoricè. Ergo Baltasar Pacimontanus, diribi tor interueniat: qui parentes Anabaptistrarum, cùm parunlis motum fidei non posset affingere, Lutheri cautiunculam approbauit, & pœdobaptismum eijciens è templis, neminem nisi adultum fonte sacro decreuit abluere. Ad reliqua Sacramenta quod at tinet, quamuis illa [l] *bestia* multiceps horrendas eiectet contumelias, tamen quia quo E
tidianæ iam sunt, & callum auribus obduxerunt, hic prætereo.

Restant hæreticorum de uita & moribus fruſta nocentissima, quæ Lutherus enumuit in chartas, ut ex unius pectoris impuro gurgustio pestem lectoribus inhalaret. Audite patienter, & erubescite, & mihi date ueniam recitanti. [m] *Si nolet vxor, aut non possit, veniat ancilla. Siquidem res vxoria tam est cuiq; necessaria, quàm esca, potus, somnus. Matrimonium est virginitate multo præstantius. Eam Christus, eam Paulus dissuerunt hominibus Christianis*. [n] Sed hęc fortasse propria Lutheri sunt. Non sunt. Etiam nuper à meo Charco, sed miserè timideq; defenduntur. Vultis ne plura? Quid ni? [o] *Quanto sceleratior es, inquit, tanto victimior gratiæ. Omnes actiones bonæ peccata sunt. Desinite, meritoria:*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part-00390

A mortifera: Deo propitio leuiuscula. Nemo malum suapte voluntate cogitat, Decalogus nihil ad Christianos. Opera nostra Deus nequaquam curat. Soli rectè participant cœna dominica, qui tristes, afflictas, perturbatas, confusas, erraticas apportant confitentias. Confitenda crimina sunt, sed cuilibet, qui sit vel toto absoluerit, modo credideris, absolutus es. Legere preces horarias non est sacerdotum, sed Laicorum. Christiani liberi sunt à statutis hominum. Satis superq. lacunam istam commosse videor. Iam finio. Nec verò putetis iniquiorem esse me, qui Lutheranos, & Zuinglianos promiscuè coarguerim. Nam isti memores, à quo profesminati sint, inter se fratres & amici volunt esse, adeoq; grauem interpretantur iniuriam, cùm in vlla re præter vnam, discriminantur.

Chares. 1 in Ci ceron. sonum. Lut. sermo. de epist. Pet. esser. 12. Lo. de Ser. ar. bitr. Ser. de Missa Lib. de capt. Bab. Aphrag. Eccl. Angl.

Equidem non sum tanti, ut uel mediocrem locum mihi fumam in selectis Theologis, qui hodie bellum hæreſibus indixere: sed hoc scio, quantuluscunque sum, periclitari me non posse, dum Christi gratia fultus, aduersum talia commenta tam inuisa, tam insulsa, tam bruta, cælo terraq; inuantibus, præliabor.

B

NONA RATIO. Cap. XXXV.

Sophismata.

SCitum est inter cæcos luscum regnare posse. Apud rudes valet sæpe fucata disputatio, quam Schola philosophorum exsibilat. Multa peccat aduersarius in hoc genere: sed quattuor fallacijs plerumque confuitur, quas in Academia ma lim, quàm in triuio retexere.

Schismachia. 1. Cor. 7.

Primum vitium *Schismachia* est, quæ auras & vmbras magno conatu diuerberat. Hoc pacto contra cœlibes iurato, & votos in castimoniam, quòd *nuptiæ bona sint, cùr ginitas melior*, afferuntur Scripturæ loquentes honorificè de coniugio. Quê ferunt? Contra meritum hominis Christiani, tinctum Christi sanguine, alioqui nullum, pronuntur testimonia, quibus iubemur, nec naturæ, nec legi, sed sanguini Christi fidere. Quem refellunt? In eos qui colunt cœlites, vt famulos Christi maximè gratioſos, citantur integræ pagellæ, quæ verant colere multos Deos. Vbinam sunt? Huiusmodi argumentis, quæ apud hæreticos infinita reperio, nobis esse detrimento non potuerunt, nobis esse fastidio poterunt.

C

Hæreticorū tela, quæ in aerem lacium tur, nequitiam formidanda.

Aliud vitium *Logomachia* est, quæ ſenſa deſerens, loquaciter cum verbo litigât. *Inutilis nimis missam*, inquiunt, *aut purgatorium in Scripturis*. Quid ergo? Trinitas, Homoouſios, Perſona, nuſquam sunt in Bibliis, quia voces iſtæ non sunt? Affine est huic peccatum, literarum aucupium, quum neglecta conſuetudine, & mente loquentiū, quæ vita vocabuli est, aduerſus elementa contenditur. Nempe ſic aiunt: *Presbyter nihil est nisi ſentor. Sacramentum, quoduis mysterium*. Cæterum acutè S. Thom. vt omnia, *In vocibus*, inquit, *videndum, non tam ex quo, quàm ad quid, fumantur*.

Logomachia.

Pugna hæreticorum de lana caprina.

D

Homonymia. a Aſter. 1. Vſuard. 48. b Exod. 24. c Ia. 6. d 4. Reg. 19. f Matth. 3. Luc. 3. g Act. 13. Circulatio; petitio principij.

Tertium, *Homonymia* est; longè lateq. patens. Vt: *Quorſum ordo Sacerdotum, cùm Iesuines omnes nos vocauerit a Sacerdotes?* Etiam hoc addidit *Augustinus ſuper terram*. Quos sunt ergo Reges? Item? *Prophetas* celebrat *scriptum ſpirituale, hoc est, ab inuentatis verisimilibus abiit in vanum*. *Valeat ergo eiusmodi delectus & dictum præſcriptio*. Siccine? igitur insanierunt Moyſes, c Dauid, d Helias, e Baptiſtes, f, & Apoſtoli, qui biduo, triduo, vel hebdomadis inediam terminarunt, quæ quidem, vt à crimine, debebat esse perpetua. Hoc quale sit iam uidiſtis. Propero.

E

Quartum his adijcitur, Circulatio: In hunc modum: Da mihi notas, inquam, Eccleſiæ. *Verbum Dei, & puriſſima Sacramenta*. Haecine sunt apud vos? *Quis dubitet?* Ego verò pernego. *Conſule verbum Dei*. Iam conſului, minusq. nobis, quàm ante fa ueo. *Ah, tamen planum est*. Proba mihi. *Quia nos ne latum quidem vnguem diſcedimus à Verbo Dei*. Vbi est acumen tuum? ſemperne capies pro argumento, illud ipſum, quod ponitur in quæſtione? Quoties hoc iam inculco? Non tu cuigilas? Num faces admouendæ sunt? Dico, à te perperam exponi Verbum Dei: teſte hæc habeo quindecim ætates: ſta ſententiæ, non meæ, non tuæ, ſed harum omnium. *Stabo ſententiæ Verbi Dei: ſpiritus vbi vult, ſpirat*. Eccum quos gyros, quas rotas fabricat? Hic nugator, tot verborum, atque ſophiſmatum architectus, neſcio cui formidoloſus esse queat, moleſtus erit fortaſſe. Moleſtiam veſtra prudentia ſubleuabit, formidinē res eripuit.

Ioan 3.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00391

DECIMA RATIO. CAP. XXXVI.

A

Omnes gentes testium. Isai. 33.

HAec erit vobis directa via, ita vt Iudei non errent per eam. Quis enim, quamuis hebes in plebecula, dummodò salutis cupidus parumper attenderit, semitâ Ecclesiæ tam egregiè complanatam non videat, non teneat, vepres & cautes & auia deteſtatus? Erunt hęc etiam rudibus explorata, ſicut Iſaias vaticinatus eſt, vobis igitur, ſi voletis, exploratiſſima.

Theatrum vniuerſitatis rerum ponamus ob oculos: quicquid eſt vſpiam peragremus: omnia nobis ad argumentum ſuppeditant. Eamus in cælum: Roſas, & lilia contemplemur: purpuratos nempe martyrio, candidatos Innocentia, Romanos, inquam, Pontifices tres & triginta continenter occiſos: Paſtores terris omnibus, qui ſuum pro Chriſti nomine ſanguinem oppigneranunt: Greges fidelium, qui Paſtorum veſtigijs inſtitere: Sanctos omnes cælites, qui turbæ hominum puritate, & ſanctimonia prælu xere. Noſtros hinc emigraſſe reperias, noſter fuit, vt paucula delibemus, ille martyrij ſitientiſſimus Ignatius, [a] qui in rebus eccleſiæ neminem, [b] ne regem quidem, æquauit epiſcopo, qui [c] traditiones quaſdã Apoſtolicas, quarũ teſtis ipſe fuerat, ne dilabe rentur, ſcripto mandauit. Noſter Anachoreta [d] Teleſphorus, qui ieiunium Quadrageſimæ ſanctum ab Apoſtolis obſeruari ſeuerius iuſſit. Noſter Irenæus, [e] qui à ſucceſſione, cathedraq. Romana fidem Apoſtolicam declarauit. Noſter Victor Pontifex, qui Aſiam edicto coercuit vniuerſam: quod cùm aliquibus, atque etiam huic Irenæo viro Sacratiſſimo videretur aſperius, nemo tamen attenuauit ut exoticam potẽ ſtatem. Noſter [f] Polycarpus, qui ſuper quæſtione paſcatis Romam adijt, cuius ambu ſtas reliquias Smyrna collegit, anniuerſario die rituq. legitimo ſuum epiſcopum venerata. Noſtri [g] Cornelius & Cyprianus, aureum par martyrum, ambo magni præſules, ſed maior ille, qui Romanus Africanum errorem reſciderat, hic nobilitatus obſeruantia, qua maiorem eſt proſequutus amiciſſimum ſui. Noſter Sixtus, cui ad aram ſolennibus ſacris operanti, miniſtrarunt è clero ſeptem viri. Noſter Laurentius huius archidiaconus, quem aduerſarij de ſuis faſtis eijciunt, quem ante mille ducentos annos vir Conſularis [i] Prudentius ſic orauit.

Quæ ſit poteſtas credita, *Audi & Poetam ruſticum,*
Et muneris quantum eadem, *Cordis fatentem crimina,*
Probant Quiritum gaudia, *Et facta prodentem ſua,*
Quibus rogatus annuis, *Audi benignus ſupplicem*
Hos inter, ô Chriſti decus, *Chriſti reum Prudentium,*

Noſtræ virgines illæ perbeatæ, [k] Cecilia, Agatha, Anaſtaſia, Barbara, [l] Agnes, Lucia, Dorothea, Catharina, quæ decretam pudicitiam aduerſus & hominum & dęmonum tyrannidem firmauerunt. Noſtra Helena [m] vtam Dominicæ crucis inuentio celebrauit. Noſtra [n] Monica, quę moriens orari, & ſacrificari pro ſe mortua ad altare Chriſti religioſiſſimè flagitauit. Noſtra [o] Paula, quę ex urbano palatio & opimis prędijs in ſpeluncam Bethleemiticam tantis itineribus peregrina cucurrit, ut ad Chriſti vagientis cunabula deliteſceret. Noſtri [p] Paulus, Hilarion, [q] Antonius ſeniculi ſolitarij. Noſter Satyrus [r] Ambroſij germanus frater, qui tremendam illam hoſtiam cir cum ſe geſtans in oratio, naufragus inſilijt in Oceanum, & fide pleniſſimus enatauit. Noſtri Nicolaus [s] & Martinus [t] epiſcopi, exerciti vigilijs, paludati cilicijs, ieiunio paſti. Noſter [u] Benedictus tot monachorum pater. Chiliadas iſtas decennio non exe querer. Sed nec illos repeto, quos in Eccleſiæ doctoribus ante poſueram. Memor ſum breuitatis mæ. Petat iſta qui volet, non ſolùm ex abundanti veterum hiſtoria, ſed multo etiam [x] magis ex grauiſſimis auctoribus, qui pene ſinguli Sanctos ſingulos memorię reliquerunt. Renunciet mihi de Chriſtianis illis antiquiſſimis, & beatiſſimis, quid autumet, utrius doctrinę fuerint, Catholicę, an Lutheranę? Teſtor Dei ſolium, & illud tribunal, ad quod ſeabo ratione nationũ harũ, & Dicti facti redditurus, aut nullum cęlum eſſe, aut noſtrorum eſſe. illud execramur, hoc defigimus.

Nunc

Calites Aug. ſerm. 37. de San. Dam. in ser. Pent Rom.

a Hieron. in cat. ſcript.
b In epiſt. ad Smyr.
c Euſ. lib. 3. ca. pit. 32.
d Dam. ser. vit. Teleſph. tom. 1. Conc. & cap. Statuimus ad Hieron. c. 1. in Ion. lib. 3. adu. her. ca. 3.
f Euſ. 4. hiſt. 24.
g Euſ. 3. hiſt. 32. Suidas.
h Euſ. 7. lib. 2. Prudent. in hymn. de S. Laur.
i Vt. ſtag. ſer. 2. de S. Laur. Aſcher. lib. 1. epiſt. 23. Leo ſer. 2. in die S. Laur.
k Metaphr. l Amb. ſerm. 90. to 3. & li. 3. de Virg.
Ado Treu. in martyl.
m Euſ. hiſt. 17. Ruff. li. 1. 8. n Eu. in l. 9. conf. c. 7. 8. 9. & 13.
o Hieron. in epita. Paula.
p Hieron. q Athanaſ.
r Ambroſ. in ora. fu. de Sa tyro.
s Ioan. Diac. t Seu Sulpit. Antophon. u Greg. lib. 1. dial.
x Pet. Sanct. to. 7. Surij.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00392

A Nunc è contrario, si libet, inspiciamus in Tartara. Cremantur incendio sempiternoque: qui? Iudæi, quam Ecclesiam auersati? nostram. qui? Ethnici, quam Ecclesiam crudeliſſimè perſequuti? nostram. qui? Turci, quæ templa demolîti? nostra. qui? Hæretici, cuius Ecclesiæ perduelles? nostræ. Quæ enim Ecclesia præter nostram, omnibus in ferorum portis se opposuit? *Damnati.*

Cùm, pulsis Hebræis, Christiani sueuerecerent Hierosolymis, Deum immortalẽ, qui concursus hominum ad loca sacra fuit, quæ urbis religio, quę sepulchri, quę præsepij, quæ crucis, quę monumentorum omnium, quibus velut exuuijs mariti Ecclesia sponsa delectatur? Hinc manauit in nos Iudæorum odium ferum, & implacabile. Quę ruuntur etiam nunc, maiores nostros maioribus suis exitio fuisse. A Simone Magò, & Lutheranis nullum ictum acceperunt. *Matth. 16. Iudæi. Euſ. 4. hiſt. 5. Iudæi nostros fuit odio immanissimo persecuti.*

B In Ethnicis violentissimi fuere, qui toto Imperio trecentis annis, per interualla temporum, æruminosissima Christianis supplicia machinati sunt. Quibus? Patribus, & filijs nostræ fidei. Cognoscite uocem tyranni, qui Sanctum Laurentium torruit in craticula. *Imperatores qui sunt per secuti Christianos, nostros torserunt.*

Prudent. in Hym. de S. Laur.

Hunc esse vestri Orgijs
Moremq; & artem proditum est:
Hanc disciplinam fideris,
Libent vt auro annuisses.

Exaggeratos obtines,
Nigrantes quos claudis specu.
Hos poscit vsus publicus,
Hoc ſiſcus, hoc ararium,

Sanguis sacerdotum Christianorum sacrificijs est poculũ Eucharistiæ Christi sanguinẽ coniuncti. Opes Romanæ Ecclesiæ sub tyrannis quot & quantę

Argenteis ſcyphis ferunt,
Fumare ſacrum ſanguinem,
Auroque, nocturnis ſacris,
Aditare fixos cereos,

Vt dedita ſtipendijs
Ducem iuuet pecunia.

C *Auroque, nocturnis ſacris,*
Aditare fixos cereos,

Sic dogma veſtrum eſt, audio,
Suum quibuſq. reddito,

Sacræ pecuniæ initiatę *Matt. 22.*

Tunc cura summa est fratribus,
(*Vt ſermo teſtatur loquax*)
Offerre, fundis venditis,
Seſtertiorum millia.

Eu Cæſar agnoſcit ſuum
Numiſma, nùmis inditum

Addictá aurorum prædia
Fœdis ſub auctionibus
Succeſſor exheres gemit,
Sanctis egens parentibus.

Quod Cæſaris ſcis, Cæſari
Da: nempe iuſtum poſtulo.
Ni fallor, haud vllam tuus
Signat Deus pecuniam.
Nec cum veniret, aureos
Secum Philippos detulit,

Hæc occultantur abdita
Eccleſiarum, in angulis:
Et ſummæ pietas creditur
Nudare dulces liberos.

Præcepta ſed verbis dedit
Inanis à marſupio.
Implete dictorum fidem,
Quæ vos per orbem venditis

Christus fuit pauper.

D *Deprime theſauros: malis*
Suadendo quos præſtigys

Nummos libentes reddite,
Eſtote verbis diuites.

Quis videtur? In quos furit? Cuius Ecclesiæ sacra, lychnos, ritus, ornamenta contuellit? Cui patellas aureas, & argenteos calices, & sumptuosa donaria, & opulentam gazam inuidet? Profectò Lutheriza. Quod enim aliud velum suo latrocinio nostri Nemrodes obtenderent, cùm depecularentur Ecclesias, & Christi patrimonium dissiparent? Contrà verò magnus ille Constantinus *Christiomastigon* terror, quam Eccle *Gen. 10.*

E siam tranquillauit? Illam, cui Pontifex Syluester præfuit, quem in Soracte latitantẽ accersijt, vt eius opera nostro baptismate tingeretur. Quibus auspicijs victor? signo crucis. Qua matre gloriosus? Helena. Quibus se Patribus adiunxit? Nicænis. Cuiusmodi? vt Syluestro, vt Marco, vt Iulio, vt Athanasio, vt Nicolao. Cuius se precibus commendauit? Antonij. Quam sellam postulauit in Synodo? vltimam. O quantò regalior hac sede, quàm qui reges titulum non debitum ambierunt? Singula narrare longum est. Sed ex his duobus, altero nobis infestissimo, altero nobis amicissimo, licebit singula conijcere, quæ sunt horum simillima. Etenim, vt nostrorum illa fuit epitasis turbulenta, sic nostrorum hęc euasit diuina catastrophe. *Dam. in Syl. Zonaræ. Euſeb. lib. 3. de vt. Conſt. c. 7. & 9. Sozom. lib. 1. cap. 9. Nomat Hengiſtum VIII. Angliæ regẽ.*

Turcica videamus, Mahometes & Sergius monachus apostata, in profundo barathro *Turci.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00393

thro iacent vlulantes, & suis & posterorum sceleribus onusti. Hæc portentosa & effe- A
rata bella, Saraceni, Turci, nisi a nostris ordinibus militiæ faceræ, nisi à nostris Princi-
pibus & populis accisa fuissent, ac repressa, per Lutherum quidem (cui gratias hoc ho-
mine Solymannus Turcus litteris egisse dicitur) per Lutheranos regulos (quibus
mine Solymannus Turcus litteris egisse dicitur) per Lutheranos regulos (quibus
Turcorum progressio lærabilis exstillmatur) hæc inquam, *Erynnis* furiosa & exitiosa
mortalibus, roram iam depopulaturus & vastaturus Europam, neque indigentiùs alta-
ria & signa crucis, quàm ipse Caluinus euerteret. Ergo nostri hostes illi sunt proprij,
vtpote nostrorum industria à Christianorum iugulis repulsi.

Deinde Magus: Quid ille? Eripiebat hominibus liberam voluntatem: solam fidem per-
crepabat. Mox Nouatianus: Quis? Antipapa Cornelio Pontifici Romano, Hostis
Sacramentorum, Pœnitentiæ & Chrismatis. Deinde Manes Persa: Hic docebat ba- B
ptismum salutem non conferre. Post, Aërius Arrianus preces damnabat pro mor-
tuis, confundebat episcopis Sacerdotes, cognominatus Atheos non minus quàm Lu
cianus. Sequitur Vigilantius, quo Sanctos orari non ferebat: ac Iouinianus, qui vir-
ginitatem & nuptias æquiparabat: denique colluuies vniuersa, Macedonius, Pelagius,
Nestorius, Eutiches, Monorhelitæ, Iconomachi, ceteri, quibus Lutherum & Caluinũ
post eritas aggregabit. Quid ifti? Omnes mali eorũ, eodem ouo geniti, ab Ecclesiæ no
stræ præsulibus descierunt, ab illis eiecti & exinaniti sunt.

Deseramus Auernũ, reddamur terris. Quocunque me oculis & cogitatione cõuerte
ro, siue Patriarchas intueor, & Sedes Apostolicas: siue Antistites ceteratum gentiũ: C
siue laudatos Principes, Reges, Cæsares: siue Christianorum cuiusq. Nationis initia:
siue vllum iudicium vetustatis, aut lumen rationis, aut honestatis decus, nostræ fidei
seruiunt & suffragantur omnia.

Testis successio, *in qua semper Ecclesia*, (vt cum Augustino loquar) *Apostolicæ*
cathedræ viguit principatus. Testes illæ reliquæ Sedes Apostolicæ, in quas hoc no-
men insignirer conuenit, quod ab ipsis Apostolis hortumve auditoribus exædifica-
tæ fuerint.

Testes vbiuis gentium pastores, loco disiti, religione nostra concordes, Ignatius
& Chrysostomus Antiochiæ: Petrus, Alexander, Athanasius, Theophilus Alexan-
drię: Macarius & Cyrillus Hierosolymis: Proclus Constantinopoli: Gregorius & Ba
silius in Capadocia: Thaumaturgus in Ponto: Smyrnæ Polycarpus: Iustinus Athenis:
Dionysius Corinthi: Gregorius Nissæ: Methodius Tyri: Ephræmus in Syria: Cypria
nus, Optatus, Augustinus in Africa: Epiphanius in Cypro: Andreas Cretæ: Ambro- D
sius, Paulinus, Gaudentius, Prosper, Faustinus, Vigilius in Italia: Irenæus, Marti-
nus, Hilarius, Eucherius, Gregorius, Saluianus in Galliis: Vincentius, Orosius, Hilde-
fonsus, Leander, Isidorus in Hispania: In Britannia Fugatius, Damianus, Iustus, Mel
litus, Beda. Denique ne ambitiosius videar in nominibus quecunque vel opera, vel frag-
menta supersunt eorum, qui disiunctissimis terris Euangelium seuerunt, omnia nobis
vna fide exhibent, quã hodie Catholici profitemur. Christe quid causæ tibi afferam,
quo minus me de tuis extermines, si tot luminibus Ecclesiæ tenebricosos homulos,
paucos, indoctos, dissectos, improbos antetulero?

Testes item Principes, Reges, Cæsares, horumq. Respublicæ, quorum & ipsorum
pietas, & diuitiorum populi, & pacis belliq. disciplina se penitus id hac nostra doctrina
Catholica fundauerunt. Hic ego quos ab Oriente Theodosios, quos ab Occidente Ca
rolos, quos Edouardos ex Anglia, Ludouicos è Gallia, Hermingildos ex Hispania, E
Henricos è Saxonia, Vuenceslaos è Boemia, Leopoldos ex Austria, Stephanos ex Vn
garia, Iosaphatos ex India, quos orbe toto Dynastas atque oparchas passim arcessere:
qui exemplo, qui armis, qui legibus, qui solicitudine, qui sumptu nostram Ecclesiã nu
trierunt? Sic enim præcinuit Isaias: *Erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ.*
Audi Elizabeta. Narro tibi: Caluinum & hos Principes vnum cælum capere non
potest. His ergo te Principibus adiunge. Solùm hoc de te molior ego, & moliar quic-
quid me fiet, cui tanquam hosti capitis tui toties iam isti patribulum ominantur. Sal-
ue bona crux. Veniet, Elizabeta, dies ille, ille dies, qui tibi liquidò commonstra-
bit

Zuinglius. Vide Volater. Iouium. de rei. lib. 8. Blond. lib. 9. de decad. Imperij. & præd. pũ. Gualtel. Tyrum. & alios. contin. decen. in 3. p. Chron. cir. an. Dñi. 1500. Cleric. lib. 1. Excerpt. Iren. lib. 1. cap. 8. Cyp. epist. ad Iubaian. & ibi. epist. 31. & Theodor. de Fabulis. & Augu. lib. 59 Epist. hæresi 51. Socr. lib. 1. cap. 31. & Hiero. contra Vigilan. & Aug. hæres. Terra.

Sedes Apostolica. Epist. 162. Vide Tertul. de præscr. Aug. lib. 1. de Doctr. Christ. cap. 8. Dionysius Corinthius. Hier. in cat. script. eccles. & alij.

Principes.

Vide 1. to. Suar. cap.

Vide ad. Societas Iesu nullis est Principibus quamuis hæreticis inimica.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part?image=00394

A bit utri te dilexerint, Societas IESV, an Lutheri progenies. Pergo.

Testes iam omnes oræ, plagæq; mundi, quibus Euangelica tuba post Christum natum insonuit. Parumne hoc fuit Idolis ora claudere, Dei regnum gentibus importare? Christum Lutherus, Catholici Christum loquimur. Num diuisus est Christus? minimè. Aut nos, aut ille falsum Christum loquimur. Quid ergo? Dicam Christus ille sit, & illorum sit, quo Dagon inuectos cernuces fregerit. Noster Christus opera nostrorum vti voluit cum Ioues, Mercurios, Dianas, Phæbades, & illam nocte̅m seculorum atram, Erebumq. tristem è tot populorum cordibus relegatret. Non est otium longinqua perquirere: Finitima tantùm atque domestica speculemur. Hiberni ex Patritio, Scoti ex Palladio, Angli ex Augustino, Romæ sacratis, Roma missis, Romam venerantibus, fidem aut nullam, aut certè nostram, ideſt, Catholicam insu

B xerunt. Res aperta. Curro.

Testes Academiæ, testes legum tabulæ, testes vernàculi mores hominum, testes electio Cæsarum & inauguratio, testes Regum ritus, & inuictio, testes Equitum ordines, ipseq; Chlamydes, testes fenestræ, testes numi, testes vrbanæ portæ, domusq; ciuicæ, testes auorum fructus & vita, testes res omnes & reculæ, nullam in orbe religionem ni si nostram inimis vnquam radicibus insedisse.

Quæ mihi cùm supperierent, & certè sic afficerent meditantem, ut his hominibus nunciim remittere Christianis, & conspiciari cum perditissimis quibusque videretur insolentis insaniæ, non diffiteor, animatus sum, & incensus ad conflictum. Quò mihi sit æquior Charcus, qui me tam immaniter concerpit, si hanc animulam peccatricem, quam tanto Christus emit, vix tutæ, viæ certæ, viæ regiæ malui credere, quàm

C Caluini scopulis dumetisve suspendere.

Nationes ad Corinthum tradita. 1. Corin. 1.

1. Reg. 5.

Cumulus testium.

CONCLVSIO.

HAberis à me, florentes Academici, hoc munusculum contextum operis in itinere succisiuis. Animus fuit, & purgare me vobis de arrogantia, & satisfacere de fiducia, & interim dum ab aduersarijs vnà mecum ad scholas inuitemini, quædam apponere deguſtanda. Si æquum, si tutum, si honestum ducitis haberi Lutherum, aut Caluinum Canonem Scripturæ, Mentem Sancti Spiritus, Normam Ecclesiæ, Conciliorum Patrumq. Pædagogum, omnium denique testium, & seculorum Deum, nihil est quod iperem vobis lectoribus, vel auditoribus: Sin estis

D ij, quos apud animum formaui meum, philosophi, oculati, amatores veri, simplicitatis, modestiæ: hostes temeritatis, nugarum, sophismatum; facile diem in aprico uidebitis, qui dieculam angusta rima dispicitis. Dicam liberè, quod meus in vos amor, & vestrum periculum, & rei magnitudo postulat. Non hoc nescit Diabolus, vos istâ lucem, si quando cœperitis oculos attolere, conspecturos. Cuius enim stuporis fuerit, antiquitati Christianæ Hanmeros & Charcos anteponere? Sed sunt quædam illecebræ Lutheranæ, quibus suum ille regnum amplificat, quibus ille tendiculis hamatus multos iam vestri ordinis inescauit. Quænam? Aurum, gloria, deliciæ, veneres, contemnite. Quid enim aliud ista sunt, nisi terrarum ilia, canorus aer, popina vermium, bella sterquilinia? spernite. Christus

E diues est, qui vos alet, Rex est, qui ornabit: Lautus est, qui satiabit: Speciosus est, qui fœlicitatum omnium cumulos largietur. Huic uos adscribite militanti, ut cum eo triumphos, verè doctissimi, uerèque clarissimi reportetis.

Egregia & planè pathetica peroratio.

Valete. Cosmopoli.
1581.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00395

Giberti Genebrardi aduersus Centuriatores Magdeburgenses succincta, & constans Doctrina Catholicæ per singula sæcula collectio. *Cap. XXXVII.*

ANNVS Dom. Centesimus. Quo Ioannes Euang. Ephesi moritur, & Traianus adit Imperi um.

Hoc primo centenario doctrina sana cui hodie hæretici aduersantur, (nam de alia est notius) promulgatur libris noui testamenti, triplici missa Apostolorum, quę supereſt apud Clementem lib. 8. Const. capit. 16. 17. & sequen. & citatur à Græcis ut Bessarione, Marco Ephesio, Nicolao Methonensi, Iacobi Fratris Domini, Græcè ubique Venali, & in Concil. 6. Oecumenico Constantinop. cap. 32. recepta Matthæi, quæ & in Aethiopica lingua, & Latina inter pretatione proſtat. Traditionibus Apostolicis quas ne è memoria exciderent, in libros retulit Clemens Apostolorum Discipulus, Canones enim Apostolorum ab ipso publicati, non eorum sunt scriptura, sed traditiones sine scripto in Ecclesia ab eis relictę (sic eos appellat Synod. Gangrensis in peroratione.) *Quadragesima*. Canon. Apostolorum 68. & 69. Clemens Constitutio. lib. 5. cap. 13. & lib. 7. cap. 23. Ignat. ad Philippenses. Cetera constant. Vt de ciborum delectu, Monachismo, Precibus pro mortuis, Cerimonijs, Ritibus, Sacris Vestibus ex octo lib. de Constitutionibus Apost. & aliis scriptis Ignatij, Martialis, Hermetis, Dionysij Areopagitæ, Philonis, quantumuis à nobis alieni.

Missam esse Sacrificium. Can. Apost. 3. & 4. Dionys. de Ecclesia, capit. 3. vbi historia Salutaris Martial. ad Burdeg. Ignatius ad Smirnenses, denique in superioribus tribus Liturgijs. Verum illic esse Corpus Christi ibidem, & in nobili illo Ignatij fragmento, quod ex epistol. ad Smirneos profert Sanctus Theodoret. lib. 3. Polymorph. Δυναμιτίας, καὶ προσφορᾶς ἀπὸ ἐχοντας δῆτο μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τοῦ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθόντος ἣν τῇ χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν. *Primatus Petri*, ibidem Dionys. cap. 5. pag. Græca 197.

Ignatius in inscript. Epistolę ad Rom. Clemens sæpius Martyrium magni esse meriti. Ignat. epist. ad Smirnenses Antioc. Polycarpum Ephesios, Virginum institutum. Idem ad Antioch. Heronem Tarsenses. Philo lib. de vita Cont. *Quadragesima & Ieunia*. Idem ad Phil. & in Can. Apost. & in Const. Clem. Hermes Pauli discip. similitud. quem Clemens Alexan. in Strom. citat. *Purgatorium*. ibidem Hermes Visione 3. Dionys. in Ecclesiast. capit. de defunctis. *Diuorum inuocatio*. In liturgijs superioribus. Quin & Angelica Virginis Salutatio nominatim in Iacobi ponitur. Reliqua ijdem & ceteri auctores huius sęculi probant. Quod Centuriatores ipsi agnoscunt, nec se aliter explicant, quam arguendo Apostolos, & Apostolicos, Verbi gratia. Centuria 1. lib. 2. cap. 10. arguunt Ioannem Euang. quod voluntariam paupertatem docerat, & cuidam inculcet. Item quod spatium aliquot dierum proponat ad pœnitentiam. Thomam, quod Diacono caput rotonderit, item septem dierum ieiunia indixerit, & ad omnia Crucis signum expresserit. Quę si ab eo facta sunt, res videri volunt superstitiosas. Andream, qui dies ieiunijs affignasse, & quibusdam peccatoribus proposuisse scribatur. An illud est Apostolicam doctrinam venerari & colere? Matthæum, qui Virgines Deo consecrauerit, Missam Aethiopibus reliquerit. An purum aliquod sęculum, sine (vt loquuntur) Centuriam constituere? Si non parcunt Apostolis, quid de puritate sequentium Centuriarum siue sæculorum ab illis expectare debes? Verum ea suo loco.

ANNVS Domini ducentesimus sub dimidiatum Victoris Pontificatum quando primum post Apostolorum tempora Concilium Cæsariense in Palestina, & Artaxerses Persa, Arthabano Partho necato, Persis gloriam Imperij qua ab Alexandro Magnocarauerant, restituit, vsque ad Saracenos, qui Hormisdam ann. 623. interfecerunt, Heraclio imperante.

Hoc secundo centenario superiores Doctores doctrinam sanam, quam hodie hæretici oppugnant, continuarunt.

Liberum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00396 ...

A *Liberum arbitrium*. Iust. q. 103. Iren. toto c. 72. lib. 4.
Theophilus lib. 2. ad Autoly. Athenag. Clemens Alex. in Parenet. Stromat. lib. 2.
Gratia Dei, Iustificatio, Clemens Strom. lib. 1. 3. 4. In
Pædagogo, & ceteri, qui vbique Christi meritum extollunt.
Opera. Clemens lib. 5. Strom. Gratia saluamur, sed nõ absque bonis operibus, lib. 6. Quando audimus. *Fides tua te saluam fecit*, non accipimus eum dicere absolutè, eos saluos futuros, qui quomodocunque crediderint, nisi facta quoq; consequantur. Theophil. lib. 2. ad Autoly. Tatianus.
Pœnitentia. Clemens Strom. lib. 2. & in Parænetico. Alij vbique. 200.
Aliquem fidem in baptismo prodesse. Iustin. in responsi.
Missam esse sacrificium. Iren. lib. 4. capit. 32. Iust. contra Tripho. Alexand. Pontifex
B in sua Decretali.
B. Virginem esse aduocatam. Iren. lib. 5.
Sanctis. Iust. quæst. 28. Quin & in 2. Apol. apertè fatetur Christianos colere totum exercitum bonorum Angelorum.
Primatus Romani Pontif. Irenæ. lib. 5. Episcopi illius temporis in historia Victoris; apud Eusebium lib. 5. hist. Eccles. & in Concilio Palæstino.
Signum Crucis. Iustin. contra Triphonem, & q. 118.
Martyrium esse magùm meritū. Clemens in lib. Stromat. est expurgatorium peccatorum.
Virginitas. Dionys. Corinthius apud Eus. lib. 4. cap. 23.
C *Missa ritus*. Iust. 2. Apolog. Clemens Strom. lib. 7.
Baptismi, Chrisma, & Ceremoniæ. Iustin. q. 136. Iren. lib. 1. cap. 18.
Prætereo Summorum Pontificum Anacleti, Euaristi, Alexand. Sixti, Telesphori, Higini, Pij, Aniceti, Soteris, Eleuterij, Victoris, qui in hac Centuriam cadunt testimonia, ut hæreticis suspecta, quorum Epistolæ suum habent locum, tom. 1. Concil. & à Turriano doctissimè contra Centuriatores authenticè demonstrantur.
Cetera ab istis improbata, probant omnes superioris seculi auctores, ut non rogati Centuriatores confitentur. Cent. 2. cap. 4. de Doctrina col. 56. & seqq. cap. 6. de Cæremonijs & ritibus, col. 109. & seqq. cap. 10. de Episcopis & Doctoribus col. 196. & sequen. nisi quod ut conscientiæ furias placent, inclinationem doctrinæ, næuos, incommodas opiniones, stipulas, & errores Doctorum huiusmodi fuisse scribunt. Denique qui hac ætate Sacramẽtarios, Simonem Magum, & veteres alios hæreticos refellunt, abundè Caluinitis respondent.
D TERTIO centenario doctrina sic continuatur. *Eucharistiam esse Sacrificium*, Cyprian. ex professo ad Cæcilium lib. 2. epistola 3. vbi verum, & plenum Sacrificium, & de Cœna, Sacrificium perpes, & semper permanens holocaustum. Tert. lib. de cultu fœmin. Origen. homil. decimatertia, in Leuit. *Baptismum conferre gratiam*. Cypr. lib. 1. epistola 12. vbi baptizans Spiritum sanctum confert, & baptizatum intus sanctificat. Orig. passim Tertull. lib. de baptis. quo loco disputat contra eos, qui baptismũ Christi, & Ioannis docent eũdem paris virtutis. Baptismi *Vñctio, & Ceremoniæ*. Cyprian. lib. 1. ep. 12. de duplici Marty. & lib. de Bapt. Cornelius apud Eus. lib. 6. cap. 43. Tertul. de Corona mil. De Resurr. Carnis, & lib. 1. contra Martionem, & lib. de Bapt. *Purgatorium*. Tert. lib. 4. contra Martionem temporale animarum receptaculum. Et lib. de Testim. animæ. *Cui gratiam debes, ossibus, & cineribus eius reſrigerium compecaris, & vt bene requiescat apud Inferos cupis*. Cypr. lib. 4. epist. 2. *Emundari & purgari peccata diuturne*. Origen. multis locis hom. 6. in Exod. hom. 12. in Hiere. 14. in Luc. 2. & 3. in Psal. 36. li. 5. & 6. contra Celsum. Hinc orationes pro defunctis apud Tert. lib. de Corona Milit. de Monog. de Anima, &c. Arnobium sub fin. lib. 4. contra Gentes his verbis: *Cur immanitet nostra connecticula meruerunt diuni? in quibus summus Deus oratur, pax cunctis & venia postulatur, Magistratibus, familiaribus, inimicis adhuc viuam degentibus, & resolutis corporum vinctione. Primatus Petri*, Tert. de Pudicit. & in præscript. & contra Martion. Cyprian. lib. primo, epistol. octaua, lib. tertio, epistol. 11. lib. quarto, epistol. 8.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00397

Vbi nominatim ait, *Romanam Ecclesiam* ab omnibus alijs pro Matrice, & radice Catholicæ Ecclesiæ esse agnoscendam, lib. primo, epistol. 3. et in Tractat. de Simplic. prælatura Principalem ecclesiam vocat Petri Cathedram, à qua Vnitas Sacerdo talis exorta sit, & lib. 1. epistol. 3. lib. 4. epistol. 9. Tractat. de Habit. Virginum, serm. 3. de Bono patientiæ, & epistol. ad Quirinum, super Petrum fundatam esse ecclesiam. Orige. tract. 5. in Matth. homil. 17. in Lucam 20. Denique Patres in historia Marcellini Papæ. *Coniugium est Ecclesiæ Sacramentum*. Verba Tert. de Monog. Pœnitentia. Orig. homil. 1. 1. in Leuit. Cypria. serm. de Oration. & serm. de eleemos. Tert. lib. de Poen. *Vtinc satisfactio pro peccatis*. Ibid. Cypr. & lib. 1. epist. 3. & lib. 3. epist. 14. Tert. lib. de Ieiunio, & pudicitia. Orig. homil. 6. in Exod. hom. 15. in Leuitic. homil. 3. in Iudic. *Contritio, & Confessio*. Tert. lib. de Pœnitentia, vbi Exomologesim pœnitentiæ ministerium vocat. Cypr. serm. 5. de Lapsis lib. 3. epist. 8. 14. 16. 18. lib. 1. epistol. 3. & Orig. hom. 2. & 3. in Leuit. & in Psal. 37. & alij ijsdem locis; *Sanctorum auxilia, Preces, Inuocatio*. Orig. sub finem lib. 2. in Iob, vbi hanc formulam præscribit: *O beate Iob, ora pro nobis miseris*, &c. homil. 16. in Iosue, vbi hoc probat testimonio senioris alicuius Magistri, hom. 1. in Ezech. Potamiena Martyr apud Eus. lib. 6. hist. ca. 5. Cypr. li. 3. epistol. 15. & 18. & Sermo. de Stella & Magis. *Liberum arbitrium* Tert. lib. 2. contra Mattion. & initio libri de Exhor. castitatis, & lib. de Monog. Orig. hom. 9. nu. 12. 20. hom. 6. Iud. & alibi Cypr. lib. 3. epist. 3. & lib. 3. ad Quirinum. Methodius serm. de resurrect. *Iustificatio*. Orig. hom. in Canticum, Ratio fidei. Primus habeatur gradus salutis, vbi duplicem facit, vnam primam fidei, alteram secundam operum, quæ nihil aliud est, quam primæ iustificationis incrementum. Sic Cypr. vbique extollit meritum Christi, propter quod iustificemur, & cæteri huius ætatis.

Opera bona requiri ad salutem. Origen. lib. 1. in Iob, 2. tractat. 32. In Matth. Tert. lib. de Patient. Cypr. lib. 3. epistol. 25. *Disciplina custos spei, retinaculum fidei*. Cetera ab istis impugnata confirmant ijdem, & ceteri superioris seculi Scriptores, ut etiã nõ inuiti confitentur Centuriatores Centur. 3. capit. 4. de Doctrina, colum. 76. & sequent. capit. 6. de Ritibus, & ceremonijs, colum. 120. & sequent. capit. 7. de Gubernatione Ecclesiæ capit. 149. & seq. cap. denique 10. *De Episcopis, & Doctoribus*, columna. 215. & sequent. Nisi quod inclinationem doctrinæ, incommodas opiniones, stipulas, nævos, errores Doctorum huius seculi esse dicunt. Præterea, qui refutarunt hoc seculo Proclum, Nouatianos, Sabellianos, Samosatenos, Manicheos, Donatistas, eadem opera aliquot blasphemias istorum refutarunt.

ANNVS DOM. cccc. quo præfinitè Arcadius, & Honorius adeunt Imperium, Ambrosius moritur. Ioann. Chrysostomus Pontificatum Constant. Augustinus Hipponensem suscipiunt.

Hoc seculo continuatio doctrinę sic habuit *Liberum arbitrium*. Athanas. contra Gent. Basilius lib. 3. contra Eunomium. Nazianz. orat. coram Gregorio patre habita. Epiphan. lib. primo Panarij. *Manifestum est, clarumque ac minime ambiguum, quod liberum arbitrium exhibuit nobis Deus*, &cet. Hieronymus epistol. ad Ctesiphontem, ad Demedriadem in epistol. libro tertio, & alibi, qui tamen contra Pelagianos scripsit. Nisienus libr. peculiari, de Libero Arbitrio, Lactantius, & ceteri.

Iustificationem non excludere præsentem dispositionem, vel futura bona opera. Ephrem, lib. de Vera pœnitentia, Hieronym. lib. 8. comment. in Efaiam, & in quartum Daniel. Hinc bona opera partes iustitię, Nissenus oratio. secunda, De amandis pauperibus nocat. *Præstandum enim aliquid esse ex proprio*. Hilar. capite septimo in Matth. et in Præfat. in Psalmos. Nazianzenus orat. de Pauperum cura. Ambros. epistol. 82. *Bona opera, Caritas, Continentia, Humilitas, Obedientia, cetera que Virtutes animæ pennæ sunt, quibus ad Deum subuolat*. Ephrem, lib. de Beatitud. animæ, capit. secundo, et in lib. de extremo Iudicio, et serm. de Virginitate. Athanas. Apolog. ad Constantinum. Basil. sermo. exhortatorio de Renunciatione huius seculi, et libro de Virginitate, et in Asceticis. Theophilus Alexandrin.

libro

A libr. tertio, Pasc. Denique tota hæc ætas Sanctis operibus plurimum tribuit, *De Pœnitentia partibus Exomologesi, Contritione, Satisfactione*. Ephrem lib. 2. de compunctione cordis, cap. 3. Hilar. in Psal. 118. ad illud exitus lachrimarum transierunt oculi mei, Pacianus ad Sempronianum, Epiph. in Panario, & quotquot scripserunt libros, Serm. Tractatus, Homilias, de Pœnitentia, & aduersus Nouatianos, & Meleti os, qui negabant Sacramentum Pœnitentiæ esse in Ecclesia, Veritas Corporis, & Sanguinis Domini in Eucharistia, & transubstant. Athanas. lib. de Christi imagine. Nilseus in orat. Catechetica, qui & tractatum scripsit de Transmutatione Corporis, & Sanguinis Domini, apud Nicetam lib. 18. Orthodoxiæ, Cyrillus in mystagogicis. Et quotquot illa ætate huius mysterij meminerunt, quorum testimonia Garetius in librum collegit Tonstallus, & plerique alij, *Missam esse Sacrificium*. Nazian. 1. in

B Iulianum, mox sacrificij incruenti oblatio: manus commaculat. Ambr. epist. 33. *Missam facere, offerre, offiere sacrificium*. Item precatione prima præparantis missam. lib. 4. de Sacram. lib. 2. offic cap. 28. Athanas. q. 14. ad Antioc. Eusl. lib. 1. cap. 10. de Dem. Concil. Nicen. 14. can. Hieron. Epist. ad Hedibiam, & ad Euagrium. Tota deni que illa ætas, vt Roffensis, Sanctius, Canisius & alij demonstrarunt. *Missarum solennia & ritus*. In Liturgia Basilij, in Missa Ambrosij, libris eiusdem de Sacram. & de præparat. ad Missam. In Comite D. Hieron. apud Basilium cap. 27. lib. ad Amphiloch. de Spiritu Sancto, quod caput ueteres ecclesiæ traditiones multas complectitur. Cyrill. Hieros. in Mystagogicis, cum cæteris, quorum sententias collegerunt docti viri, & alij. Mar-

C tianus in fine orat. in Laudem Basilij, & orat. in Cyprianum, vbi & Virgo quædam amata a Cypriano tunc Mago, inuocatione D. Virginis ab eius amore seruatur. Ambr. in lib. de Viduis, & in precatione 2. præparantis Missam, Prudentius in hymno Laurentij, de 18. Martyribus, de Vincentio, de Cassiano, Hieron. de ea scripsit contra Vigilantium, & Ephrem. lib. de compunctione cordis. 2. cap. 13. Totum denique illud seculum, ut Esselius docuit lib. peculiari. Canisius in maiori catechismo, & alij. *Mortuis Virorum preces prodesse*, & purgatorium. Epiph. hær. 75. contra Aerium, qui id negabat. Lactant. lib. 7. cap. 21. Prud. in Hamartigenia, Hieron. lib. 18. com. in Esaiam, & lib. 4. cap. 4. & Marc. 9. Nilseus lib. de anima, & alibi, Chrysostomus, & Basilius in Liturgijs, & alibi. *De S. Cruce*. Ambros. de obitu Theodosij. Prudent. hymno ante

D somnum. Ephrem. lib. de pœnit. cap. 3. & lib. de Armatura spirituali, capit. 2. Denique quoniam hæc ætas præcipue abundat libris, & Scriptoribus, omni exceptione maioribus, ex hac maxime decerpitur, quidquid facit ad doctrinæ veteris contra nouam confirmationem. Quod & Centuriatores cum magno pudore, & conscientiæ fremitu confitentur. cent. 4. cap. 4. de doctrina, colum. 291. & seqq. cap 5. *De hæresibus seorsum Donatistarum*, col. 376. *Arianorum* 401. &c. cap. 6. *De ritibus, & ceremonijs*, col. 406. & seqq. per totum, cap. 7. *De Politia, & gubernatione Ecclesiæ*, col. 483. & seqq. aliis, c. 9. *De synodis*, col. 610. & seqq. cap. 10. *De Episcoporum, & Doctorum vitis*, col. 881. & seqq. cap. 11. *De hæreticis*, cap. 13 378. vt in Vigilantio, Aerio, 3. cap. 12. *De Martyribus* spargim. cap. 13. *De Miraculis*, col. 1434. & seqq. Deniq; qui hoc cuo oppugnarunt Arianos, Eustachianes, Aerianos, Iouinianum, Messalianos, Vigilantium, Martianum,

E Helidium, istis & Caluinitis planè sunt Doctores Papistici.

QVINTO seculo continuata est Doctrina *Missæ*. Chrys. *Liberum arbitrium* passim Chrysost. vt homil. octaua, ad Philipp. homil. nona, in 1. capitu. Ioann. homili. 45. & 46. in sextum Ioann. Augustin. ipse Gratiæ preco contra Pelagianos uehementissimus lib. secundo, ad Simplicianum, quæst. secunda, & in solutionibus quæ frionum. quæstio. 11. *Neque enim* (ait) *voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia tuitur, sed ideo iuuatur, quia non tollitur*. &cet. Item de Spiritu, & litera, capit. trigesimotertio. *Velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordijs eius præuenit nos, Consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, propria voluntatis est*, &cet. Prosp. Cyrill. 3. & 8. contra Iulianum, & alij omnes huius

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00399

ætatis, quibus alioqui pugnandum erat pro diuina gratia contra Pelagianos eius inimicos. Secundum iustificationem requirere opera. Chrysost. hom. 6. in 1. Ioan. & in dicto ad Rom. 3. *Iustificati gratis.* Augustin. nihil aliud intelligi docet per uocem gratis, quam quod iustificationem opera nulla præcedunt, de spiritu & litera, cap. 25. Prosper lib. 1. de Vita cont. cap. 19. Hesich. in cap. Leuit. 4. & 5. Sedulius in cap. 4. Rom. in 5. Philipp. Non solam fidem ad salutem sufficere. Cyril. Alexand. lib. 10. cap. 18. in Ioan. 5. Leo serm. 3. de Epiph. Sic Primasius in 2. cap. Galat. Quæritur utrum sola fides sufficiat Christiano: fides sufficit, ut primo credentem & iustum efficiat, si deinceps in iustificatione permaneat. Ceterum sine operibus mortua est. Item in cap. 4. Galat. & in 3. Heb. Saluianus lib. 4. de Prouid. Hæc sit hominis Christiani fides fideliter Christi mandata seruare. Quare & ipse Augustinus Pelagianorum præcipuus infectator, bonis operibus multum tribuit lib. 2. de peccatorum meritis, cap. 3. & capit. 15. probat multis Scripturarum testimonijs, mala opera damnare, bona uitam æternam mereri. *Intercessio Sanctorum.* Chrysost. homil. 1. & 44. in Genesim, & passim alibi, Augustin. in lib. de cura pro mort. cap. 16. & passim. Theodor. quæst. 1. in Leuit. lib. 8. de curatione Græca, qui de Martyribus inscribitur. Totum deniq; hoc seculum, Vt Esseslius libro peculiari docet. *De Pœnitentia, & eius partibus præsertim Confessione,* Chrysost. homil. de lapsu primi hom. hom. 3. in 2. Corin. 2. hom. 3. Matth. Hesychius lib. 7. in cap. 27. Leuit. de duobus annis remissionis scilicet & Iubilæi, quorum unus (inquit) baptismum aperte insinuat, alter pœnitentiam. Eucher. lib. 4. in libros Reg. Leo epist. 91. 69. Cyril. lib. 3. in Leuit. Augustin. hom. 49. lib. 2. *De Visitatione infirmorum,* cap. 4. *Veritas Corporis & Sanguinis in Eucharistia & transubstantiatio & oblatio.* Chrysost. hom. de Eucharistia, homil. de Psalm. 115. Homil. 83. in 26. Matth. hom. in 1. cap. Eph. hom. 84. in Ioan. 19. hom. de præditione Iudæ, hom. de resurrectione, hom. 21. in act. hom. 6. ad Popul. Antioch. lib. 6. de Sacerd. Euchl. lib. 1. in Genesim. Augustin. epist. 111. & 118. lib. 2. cont. Petilianos. cap. 37. hom. 2. in ps. 33. psal. 37. Vbi Christus ferebatur manibus suis, 30. in psal. 119. serm. 28. & 40. de Verbis Domini homil. 16. serm. 38. ad Fratres in eremo. serm. ad Neophitos, de Ciuitat. lib. 21. & 25. Quod Sacrificium esse, docet in Enchir. in psal. 33. lib. 9. confes. cap. 3. Epist. 59. in lib. 10. de Ciuit. cap. 6. Epist. ad Bonifacium 23. & lib. de Spiritu & litera. cap. 11. verissimum & singulare Sacrificium vocans. Cyril. Alex. in Ioan. lib. 3. 4. 10. Conc. Ephes. & Calced. & cæteri huius ætatis. Recurre ad Garetium & Tonstallum, nam omnibus memorandis essem prolixior. *Preces pro mortuis, & Purgatorium.* Aug. in Ench. cap. 10. & 69. in Psal. 6. & 37. de Cura pro mort. cap. 1. 5. & 9. 11. ad Dulcit. serm. 34. de Verb. Apost. de Spiritu, & anima, cap. 29. Chrysost. in Lyturg. 31. Cyril. 31. & reliqui huius ætatis dempto nemine. Primatus Petri. Cyril. lib. 2. in Io. cap. 12. Aug. lib. 1. retract. cap. 21. & in psal. contra Donatum. sermo. 124. de tempore Chrysost. hom. 83. in Matth. 31. Ceterorum capitum memoriam ex plurimis huius seculi scriptoribus collegerunt innumerabiles nostri temporis viri eruditi, vt ea nihil necesse sit retexere, Addendum duntaxat Centuriatores fateri totum hoc seculum fuisse etiam hostiliter aduersari, Cent. 5. cap. 3. de persecutione, & tranquillitate Eccles. col. 25. sparsim cap. 4. *De Doctrina per totum, maxime illa parte, quæ inscribitur. Inchoata Doctrina complectens incommodas opiniones, stipulas, & errores Doctorum superiores seculi.* col. 496. & seq. cap. 5. de hæresibus colum. 529. sparsim. Per totum, capit. 6. de ceremonijs, & titibus ecclesiæ. col. 641. & seq. per totum, cap. 7. de Politia, & Gubernatione ecclesiæ, col. 733. & seqq. cap. 9. sparsim. col. 808. *De Synodis*; capit. 10. de Episcoporum, & Doctorum vitijs col. 958. & seqq. cap. 11. *De hæresibus sparsim, prout cum illis colludunt*; col. 1453. denique sparsim, cap. 12. de miraculis, col. 1470. Adde eos, qui isto quo scripserunt de Hæresib. Item contra Nouatianos, Manichæos, Donatistas, Iouinianistas, Vigilantianos, Arrianos, Pelagianos, Prædestinatianos, Nestorianos, Eutychianos, simul istos eadem seruientes oppressisse.

SEXTO seculo continuata est doctrina. *De Claubius Ecclesiæ.* Orientales Episcopi ad Papam Symmachū. Gildas in castigatione ordinis Eccles. Greg. Magnus hom. 26.

in

A in Euangelia. Veritas Eucharistię Transubstantiatio, Sacrificium. Maxentius Dial. 2. Andreas Hierosol. Cassiod. in Psal. 64. Greg. hom. 14. 22. in Euangelia & in Psal. pœnitent. Liberi arbitrij, & Gratiæ concordia Olymp. in Eccles. 12. Eusebius in Epist. ad Constantinam. Greg. Mag. lib. 35. cap. 21. in Iob. & lib. 1. in Ezechiel. hom. 9. Secundam iustificationem requirere opera. Olymp. in 7. Eccles. Cassiod. in Psal. 6. Greg. in Ezech. lib. 2. hom. 2. Iustificationes Dei (ait) dicimus præcepta diuina, quæ nos iustos faciunt, si impleantur. Bona opera ad salutem requiri. Greg. in 1. cap. 1. Reg. in Ezech. lib. 1. hom. 3, 9. & lib. 2. hom. 1. 6. 19. & in Euangelia hom. 12. 22. & 29. Iustus in Cantica. Sanctorum intercessio, Præsidia, Merita. Fortunatus de Basilicis D.D. Gregorij, Martini 3 1. Gregor. lib. 12. indic. 7. Epist. 12. & 22. lib. 11. indict. 6. Epist. 8. & 44. lib. 2. in 2. cap. 1. Reg. in Euangelia hom. 22. lib. 7. indict. 2. Epist. 53.

B 94. 126. Eudoxius ad Faustum. Pœnitentię & eius partes. Greg. lib. 6. in 1. 5. cap. 1. Reg. Non solum confitenda sunt peccata, sed etiam pœnitentię austeritate delenda. Et post. *Tria quippe in emoquoque veraciter pœnitente consideranda sunt. Mentis conuersio, Oris confessio, & peccati vindicta.* Et in Ezech. lib. 2. hom. 16. & in Psalmis pœnit. & lib. 3. in 7. cap. 1. Reg. & lib. 4. in cap. 10. & lib. 6. in 15. capit. Cassiod. in Psal. 4. *Preces pro mortuis, & Purgat.* Boetius lib. 4. Conf. prosa 4. Greg. lib. 4. dial. cap. 39. lib. 2. in cap. 2. 1. Reg. in 1. & 3. Psalmos pœnit. Citato D. Augustino. Cætera ijdem, & cæteri huius sæculi scriptores abundè probant, ut contra se restantur Centuriatores, Cent. 6. cap. 2. de loco Ecclesiæ col. 20. & seq. sparsim. cap. 3. de persecutio ne, & tranquillitate Ecclesiæ sparsim, col. 42. & seq. cap. toto 4. de doctrina, max. col. 277. cap. 5. de hæresibus colum. 288. sparsim, prout eas amplectuntur per totum ca-

C pit. 6. *De ceremonijs & ritibus Ecclesiarum*, col. 325. & seq. per totum cap. 7. *De politia, & gubernatione Ecclesiæ*, col. 587. cap. 9. *De Synodis* sparsim 459. & seq. toto ferè capite 10. *De Episcopis, & Doctoribus*, col. 633. & seq. cap. 13. *De Martyribus* sparsim, col. 785. cap. 14. de miraculis, colum. 789. sparsim. Quin etiam eorum errores mul ti ab ijs refelluntur, qui ex professo Xenaię, Eutychianis, Agnoitis Monothelitis, prę ter superiorum ætatum hæreses restituerunt. Adde totius huius sęculi Synodos.

SEPTIMO seculo cõtinuata est doctrina ab hæreticis impugnata. *Veritas Eucharistiæ, Sacrificium, transubstantiatio.* Cęsarius hom. 5. Isid. lib. de officijs, citato Augustino lib. 6. Originum cap. 15. *Primam Iustificationem esse ex mera Gratia.* Concilia Toletana 6. 7. &c. huius centenarij. Cęs. hom. 38. *Iustificationem conseruari & augeri*

D *bonis operibus.* Cæs. hom. 2. 4. 12. 15. 16. 18. 23. 26. 34. 35. 38. Isidor. lib. 2. de summo bono. c. 2. & 5. lib. de numero tractde tribus. Adelmus Epist. ad Geruntium reg. Conc. 4. Tolet. cap. 5. *Baptismi effectus, necessitas aliena fides, ceremonia.* Concil. Tolet. 4. c. 5. Conc. Tolet. 11. & 12. Isidor. de summo bono. cap. 23. lib. 6. Originum, siue Etymol. cap. 18. *Claues, absolutio.* Isidor. lib. 6. Etymol. & alibi. *Confirmatio, Chrisma, & alia Sacramenta.* Isid. lib. 6. Orig. siue Etym. cap. 18. *Preces pro mortuis, & Purgatorium*, Isid. lib. de officijs, *Sacrificium propè defunctis* ab Apostolis primo traditum, demonstrat illic dimittenda esse peccata, & purgatorio igne purganda. Ioan. Eleemo sinarius apud Vincentium lib. 23. cap. 110. *Missa Mezarabum.* Cęsarius Arel. lib. 1. *Pœnitentia, & eius preces.* Cęs. hom. 1. 6. & c. Isidor. lib. 2. de summo bono, cap. 13. & lib. 6. Orig. cap. 18. Cabilonense Concil. cap. 8. &c. *Innocatio & auxilia Sanctorum. Missa Mezarabum.* Ildelphonsus de Virgine, Conc. Cabilonense, Constantinus Im-

E perator. Tom. 2. Conc. pa. 402. Isid. de officijs, & passim alibi, è quibus item reliquorum capitum fidei confirmatio prolixè deduci potest. Cętera verò ijdem, & cę teri huius sęculi scriptores prolixè confirmant, ut satius sit lectores ad eorum opera remittere. De quo contra se testimonium ferunt Centuriatores. Cent. 7. cap. 2. de loco, & propagatione Eccles. col. 23. sparsim, cap. 3. de persecutione, & tranquillitate Eccles. sparsim, col. 45. cap. 4. *De Doctrina, ex professo*, col. 108. quę hanc continet inscriptionem, Inclinatio doctrinę complectens peculiares & incommodas opiniones, stipulas, & errores Doctorum, & col. seq. cap. 5. *De hæresibus* sparsim, colum. 121. prout ipsis sunt cordi. Per totum cap. 6. *De ceremonijs, & ritibus Ecclesiæ*, col. 133. & seq. per totum cap. 7. *De Politia, & gubernatione Eccles.* cap. 8. *De Schismatibus*, cap. 9.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00401

cap. 9. *De Synodis*, colum. 251. per totum ferè, cap. 10. *De Doctoribus*, colum. 465. & seq. sparsim *De Martyribus*, *& miraculis*. Huc facit quod ex instituto multi hoc tempestate scripserunt de hæresibus, item contra Tetraditas, Mahometem, Lampetianos, Iconomachos, & alios, quorum erroribus isti imbuuntur. Adde totius huius centuriæ Syuodos. Nam hæ contra istos planè militant. Adde & Historicos. Nam etiam hi eursum Ecclesiæ secundum nos tunc fuisse declarant. A

OCTAVO seculo *Missa*. German. Constantinop. Carol. Magnus. Alcuin. Maximinon. *Claues Ecclesiæ, absolutio*. Beda, hom. in die SS. Petri, & Pauli. In Marc. lib. 1. ca. 2. Damasc. lib. 4. de Orthod. *Confirmatio*. Illa vnctio, quæ per manuum impositionem ab Episc. Vulgo confirmatio dicitur, &c. Beda in Psal. 26. in 8. cap. Act. & hom. in octauia Epiph. Conc. Arelat. cap. 18. *Extrema Vnctio*. Beda lib. 2. in Marc. ca. 6. libr. mm. arbitrium. Damasc. lib. 2. Orthod. cap. 4. in parallelis, contra Manich. lib. de hæresibus, Beda in 2. cap. Genes. lib. 8. in Iob. cap. 8. in Psal. 118. Iustificatio ex gratia, fides est Chrismarum Spiritus non nostræ voluntatis. Damas. lib. 4. de Orthod. cap. 11. Præueniente se gratia mens hominis spontanea ad fructum boni operis assurgit. Beda in Mare. lib. 1. cap. 4. in 3. cap. 1. Ioan. *Iustificationem conseruari & augeri bonis operibus Pelagianum dogma non tuuat, quod dicitur de homine, se sanctificat, quia id quidem per laborem arbitrium fit, sed non sine diuino auxilio, & gratia* Beda in cap. 3. 1. Ioan. lib. 3. in Iob. cap. 1. lib. 6. in cont. cap. 8. lib. 1. in proverb. cap. 6. &c. in 3. & 12. cap. Exod. lib. 1. in exam. cap. 1. in Psal. 25. 77. 90. Aponius lib. 2. in Cant. Albinus in 3. cap. Eccl. Damasc enus in Parallelis, & alijs lib. passim. Primatus Romanus Ecclesiæ. Beda in Natali D. Benedict. Carol. Magn. hib. 1. de Imag. cap. 6. Damasc. in lib. de Defunctis. Patres Synodi 2. Nic. Concilia huius seculi, Anbertus lib. 3. cap. 5. in Apoc. Carlibatus Sacerdotum. Beda lib. 1. in Lucam, capitu. 4. *Claues Ecclesiæ. Absolutio* Ansbertus lib. 7. in Apocal. cap. 16. & lib. 1. cap. 1. lib. 5. cap. 11. Beda in Matth. 16. Ioan. 20. &c. *Veritas Eucharistiæ, transubstantiatio, Sacrificium*. Carol. Mag. lib. 2. de Imag. cap. 27. & expressissime lib. 4. cap. 14. Et in lib. de ritibus Veteris Eccles. Beda in Poetij lib. de Trin. in prouer. lib. 3. cap. 31. in Marc. lib. 4. cap. 14. in Luc. lib. 6. cap. 22. In Psal. 21. lib. de muliere forti. Hom. in Epiphan. lib. 2. de Thaber. cap. 2. in Psalm. 48. *Deum pro mortuis &c. Missarum celebrationes, & Elemosinæ inuocamus* Damasc. lib. 4. Orth. cap. 14. Aponius lib. 3. & 6. in Cant. German. Constantinop. Epist. ad Thomam. Thom. 2. Conc. & in Theoria liturgiæ. Anbertus lib. 2. cap. 2. in Apo. *Pœnitentia & eius partes*. Damas. de Orthod. fide, & in Parallelis, Beda in Psal. 1. & 4. lib. 4. in Luc. cap. 15. Aponius lib. 5. in Cant. Carol. Mag. de ritibus veteris Eccles. Ansbertus lib. 1. in Apoc. cap. 1. *Intercessio Auxilia, Reliquiæ Sanctorum*. Beda lib. 2. in Luc. cap. 7. lib. 3. in Iob. & de reuelatione S. Michaelis Tom. 7. & in pluribus homilijs de Sanctis diuersis. Damas. in orationibus de nativitate Virg. &c. in Cant. Eccles. libris 3. de imaginibus lib. 4. de Orthod. cap. 16. lib. pro defunctis: Basilius Ancyranus, Theodorus Hiero. Tharasius Constant. Theodosius Amorienses. Adrianus Papa in 2. Syn. Nicen. Cosmas in Hymnis. Germa. Constant. in Theorica, & in Epist. Beda & Isuardus in Martyrologijs. Ansbertus lib. 5. cap. 1. in Apoc. Hæresis contra imagines hoc seculo præfertim arsit. Hanc refutarunt, & eatum legitimum vsum docuerunt Damasc. libris 3. Germanus Constantin. Greg. Cyprius, Adrianus Papa, & alij. Nicænum 2. Conc. &c. Preces pro defunctis, & purgatorijs. Integrũ de eo opus Damasceni extat ab Oecolampadio defunctorum hoste etiã versũ. Germ. in Liturgiæ Theorica. Beda in ferm. ad Populũ. To. 7. fol. 503. in Pro. lib. 2. cap. 11. in psal. 6. in 37. in Luc. cap. 2. Albin. in 1. & 3. psal. pœnit. & 3. de Trin. cap. 21. Ansbertus lib. 9. cap. 20. in Apoc. & lib. 10. cap 21. & ceteri. Superfluum esset cetera capita persequi. Nam pro his omnibus Damas. quattuor libros de Orthod. fide diuinissimos, condidit. Beda, Albinus libros diuersos. Carolus Magnus fragmenta de ritibus veteris Ecclesiæ. Germ. Constant. rerum Ecclesiasticarum Theoriam, &c. Quare & totum seculum contra se pugnare Centuriatores docẽt. Cent. 8. cap. 2. de loco, & propagatione Ecclesiæ sparsim, capit. 3. de persecutione & tranquillitate Ecclesiæ, cap. 4. de doctrina, colum. 300. & seq. cap. 5. de hæresibus toto B C D E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part_page=00402

A cap. 6. dè *Ceremonijs*, cap. 7. de *politia Ecclesiæ* per totum cap. 8. de *Schismatibus* cap. 9. de *Synodis* per totum, cap. 10. de *Episcopis & Doctoribus*. Sequentibus denique capitu. Idem confirmant, quotquot isto seculo scripserunt contra Iconomachos, siue Iconoclastas: huius spatij vniuersa Concilia; vniuersi denique Historici.

NONO seculo permansisse veterem doctrinam, à Sectarijs oppugnatam sic con stat. *Corporis Christi veritas, Sacrificium, transubstantiatio*. Rabanus lib. de Sacramento Eucharistiæ, & lib. 1. instit. Cler. cap 33. vbi formam Missæ describit. Pascasius lib. de Corpore & Sanguine Domini, vbi Canonis Missæ meminit, & eius multa exponit, transubstantiationem ponens cap. 19. & 50. Sic Haymo. 1. Timoth. 2. Theophilactus in 26. Matth. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 6. Photius in Bibliotheca, & aljis scriptis.

B Transubstantiationis haber semina. Bertramus ipse utitur enim vocabulis Permutationis, Cõmutationis, & Conuersionis, lib. de Corpore, & Sanguine Domini, quãtumuis sit à Sacramentarijs corruptus, & suppositus. *Baptismi effectus necessitas, ceremoniæ variæ, aliena fides*. Hincmarus Epistola ad Hincmarum Laudunensem, Haymo super ascensione Dom. Theophilactus multis locis. Rabanus Epist. ad Reginbaldum lib. 1. & 2. de instit. Cler. Photius in Bibliotheca Leo Imper. in suis constitutionibus, in quarum 17. baptizatum *illuminatum* appellat, vt eum apud veteres baptismã Sacramentum illuminationum dicebatur. *Sanctorum Preces, Suffragia, Innocatio, Reliquiæ, Imagines, Festa*, Idiota cap. 1. & 4. contempl. de Virgine Haymo hom. de Virginibus. Raban. lib. 4. cap. 10. de Sermonum proprietate, *Iquis* (inquit) *contra hanc sententiam venit, non est Christianus, sed Eunomianus, & Vigilantianus creditur*. Epist. ad Orgarium lib. 2. de instit. Cler. cap. 15. & passim. Ionas Aurelia. libris tri-

C bus de Imaginibus. Conc. Cabil. cap. 45. Moguntinum cap. 36. &c. Photius in Bibliotheca. Leo Imp. in Constit. Strabus Auctor Glossæ ordinariæ multis locis, *Liberum arbitrium, Fides, Iustificatio, Gratia, Bona opera*. Haymo in 1. cap. Malachiæ lib. 1. in Esaiam, in 4. Heb. super Euang. in octaua Paschæ super Psal. 26. 135. super cap. 6. Roman. Rabanus Epist. ad Humbertum Episc. lib. 14. In Ierem. lib. 4. in Eccl. cap. 6. & lib. de modo pœnit. Theophylactus passim. Photius in Bibliotheca, Angelomus in 7. cap. 3. Reg. in 13. cap. 4. Reg. Strabus in Glossa ordinaria sæpe. Idiota lib. de diuino amore cap. 17. 22. 24. &c. de uera pœnitentia cap. 7. 13. 15. *Panitentia, & eius tres partes*. Rabanus lib. 8. in Eccles. cap. 3. & lib. 7. capitu. 7. Epist. ad Reginbaldum Chorepiscopum, lib. 2. cap. 30. Instit. Cler. cap. 14. 16. 30. & lib. de modo pœniten-

D tiæ. Conc. Cabilonense cap. 33. & 45. Haymo in cap. 6. Hebr. *Clunes, Absolutio* Theophil. in 16. Matth. & 20. Ioan. Photius in Bibliotheca *Primatus Romani Pontif.* Hincmarus ad Hincmarum Laudunensem. Quin & hæc ætas eum Apostolicum simplici ter appellabat. Photius Græcus in Nouo canone Theophilact. in Ioan. 21. *Preces & Oblatio pro mortuis, Purgatorium*. Haymo in 3. cap. & 6. 1. Corinth. & in psal. 6. & in feriam sextam Pentecostes, & lib. 2. super Esaiam. Raban. lib. 8. Com. in Eccles. cap. 14. Concil. Cabilonense, cap. 39. Photius in Bibliotheca. Nam Græci orant, & offerunt pro mortuis, *Confirmatio, Chrisma, & alia Sacramenta*. Raban. libris de inst. Cleric. Theoph. in Marc. 6. vbi de oleo vnctionis extremæ aperte. Haymo super Psal. 26. super 6. Hebr. & super Euang. Hincmarus ad Hincmarum Laud. & ad Tornacensem Eccles. Synodus Arelatensis, Cabilonensis, & aliæ huius seculi. Nico-

E laus Papa in Epistolis. Hæc & alia agnoscunt Centuriatores in Epistola 9. Centuriæ. *Patrum* (inquit) *superiorum sensum atque intellectum in ipsam Dei scripturam importarunt, ac piaculum duxerunt; si quis ab eorum ductu, vel latum unguem desciuerit auderet*. Quod postea confirmant initio colum. 1. Membratim deinde indicant ea 4. de Doct. colum. 205. & seq. cap. 6. de *ceremonijs, & ritibus Ecclesiæ*, pag. 227. & seq. cap. 7. de *Politia, & gubernatione Ecclesiæ*, colum. 289. & seq. cap. 9. de *Synodis*. Colum. 301. sparsim, cap. 10. De *Episcopis, & Doctoribus Ecclesiæ* colum. 484. & sequ. sparsim. Vnde qui refutarunt hoc seculo Claudium Taurinensem, Godiscalcum, & similes, simul istos sunt execrati. Adde totius huius curriculi Synodos vniuersas, quæ non pauio fuere numero, Adde & Historicos, nam hi omnes cursum Ecclesiæ nostræ similem planè pinxerunt.

DECIMO

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00403

DECIMO seculo continuatam Ecclesiæ doctrinam, cui obstarunt Hæretici, hinc apparet Missæ ritus. Rhegino lib.3.capit.8. Rhemense Concil. Herigerus Abbas lib. de Diu. officijs. *Gratia Dei, Fides, Iustificatio.* Radulphus lib.16.cap.3. in Leuit. Renouatio vitæ inchoatur à fide, qua creditur, vt eum qui iustificat impium, bonisque moribus augetur, & roboratur de die in diem, cum magis, magisque renouatur interior homo. Gilbertus Altercat.cap.3 & 5. Deus Auctor est salutis, liberum arbitrium tantum capax, velle, posse, perficere solius adiutricis gratiæ fiue, quia nec baptismus, nec fides, nec opus effectum habet meriti, Sola igitur Mater gratia libero arbitrio succurrit pro libertate æterna consequenda. *Eucharistiæ veritas, Sacrificium, transubstantiatio, adoratio, Missa ritus, Gilbertus,* Altercation. cap.8. Post consecrationem est corpus Christi verum, non tantum sacramentaliter, verum etiam essentialiter. Ex capitu.9. in modica particula tantum habes, quantum in magna. Denique scribit Christum in Sacramento tam esse integrum ac perfectum sub altera tri specie, quam sub vtraque. Item transire substantiam panis in substantiam Corporis, & Sanguinis Christi. Denique sufficere vnam tantum speciem exhiberi populo. Regin. lib. de disciplina Ecclesiastica, Suidas multis locis. Radulphus lib.12.c. 3.in Leuit.lib.14.cap.4. Oecumenius in 1.cap.10. & 11. &c. Heb.5. &c. *Baptismi effectus necessitas, aliena fides, ceremoniæ.* Gilbertus Altercap. 1.3.5.7.8. Radulphus lib.10.cap.1.in Leuit. Smaragdus in Ioan.ca.3. Rhegino libris de disciplina Ecclesiastica, Vetus agenda. *Pœnitentia, & eius partes tres.* Radulphus lib.3.cap.3.6.7.in Leuit.lib.20.c.3.lib.6.c.1. Gilbertus Altercac.7. & 21. Tria remedia sunt cuiusque animę. Baptismus, Pœnitentia, Martyrium, Rhegino lib.1. de discordia Eccles. capitu. 272. neminem ad communionem admittendum nisi confessus fit, & Dominicam orationem, & Hymnum Apostolorum memoriter teneat. *Claues, Absolutio.* Radulphus lib.12.c.1.in Leuit.lib.5.c.4.lib.11.cap.1.lib.12.cap.1.lib.18.cap.4.lib.3.capit.1.6. lib.20.cap.4.& 5. Regin.lib.1.de Eccles.discipl.cap.296. Suidas, Occumenius multis locis. *Confirmatio, & alia reliqua Sacramenta.* Gilbertus Altercat.cap.5. vbi conjugium uocat Sacramentum 8. Vetus agenda. Rhegino de discipl. Ecclesi.qui lib.1.c. 115. modum inungendi infirmos explicat. *Primatus Sedis Apostolicæ.* Smaragdus super Marcum, cap.vlt. Rhegino in Chron.passim. Luithprandus lib.3.cap.14. vbi Sedem Romanam nominat *Summam atque vniuersalem præsulatus Sedem*, lib.6.ca. 6. vbi Romanum Episcopum uocat *Summum Pontificem & Venerabilem Papam.* Quin eum *Apostolicum* hæc ætas nominabat. Rhegino & eius continuator. *Liberum arbitrium, Bona opera.* Radulphus lib.1. in Leuit. cap.1.lib.10.cap.1. Gilbertus Altercap.5. Suidas multis locis. Hinc. Occumenius. *Sanctorum preces, Suffragia, Innocatio, Reliquiæ, Imagines, Festa.* Radulphus in præfat.& lib.1.cap.4.in Leuit. Orationis Sacrificium, non nisi Domino soli offerendum est. Nam & si Sancti rogantur à nobis, non tamen vt nos ipsi saluent, *(Domini siquidem est saluos)* verum ut nobis salutem impetrent, alioquin maledictus, qui spem suam ponit in homine. Hęc igitur est latria, quæ soli debetur Deo, adorandi & sacrificandi deuotio, & lib.3.cap.2. Occumenius Scholiorum Græcorum auctor in illud 2. Pet.1.cap. *Debo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis.* Hinc enim colligit, Sanctos preces post mortem pro nobis fundere, &c. Gilbertus Altercap.16.20. Luithprandus lib.5.cap.13.lib.6.cap.6.& passim alibi. Vuitichindus libris gestorum Saxonicorum sparsim. Rhegino lib.1.de Eccles.disc. Vetus Agenda. *Preces pro defunctis, Purgatorium.* Gilber.Altercap.1. probans illud dictum 1.Cor.3. *ignis opus probabit.* Luithprandus lib.4.cap.7. pro delictorum expiatione, celebre exequiarum officium, vinamque Deo hostiam offerre Mathildis post obitum Henrici Imp.coniugis sui non defijt. Rhegino lib.1.de discip.Eccl.cap.190.

A

B

C

D

E

Cetera ijdem, & ceteri huius seculi Auctores prolixè confirmant. De quo contra se testimonium ferunt Centuriatores. Cent.10.cap.2. *de loco & propagatione Ecclesiæ*, colum.9. & sequ. sparsim capitu.3. de *persecutione, & tranquillitate Ecclesiarum* sparsim colum.24. & sequenti, capitu.4. de *doctrina* ex professo colum.272. per totum, cap.6. *de cerimonijs & ritibus Ecclesiæ*, colum.283.& seq.per totum 7.de *Politia & gubernatione.*

F

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00404

A *bor. Ecclesiæ* colum. 380. & sequ. per totum cap. 9. de *Synodis*, colum. 429. per totum ferè cap. 10. de *Doctoribus* & *Episcopis*, colum. 920. & sequentibus sparsim. Nam his non dissimulanter irati sunt, quod illas sententias sint amplexi. Sparsim denique cap. de *Martyribus* de miraculis, &c. Huc facit, quod ex instituto multi hac ætate *scripserunt de hæresibus*, Item contra Schisma Græcorum, & nouos Manichæos, quorum sordes isti lambunt. Adde totius huius memoriæ tum Synodos, tum Historicos. His enim omnibus Ecclesiæ status planè idem repræsentatur.

VNDECIMO seculo doctrinæ continuatio sic ostenditur *Missæ eisdem ritibus*. Berno. Augiensis. Hildebert. Cenomanen. Anselm. Cantuariensis. Micrologus. Bernoldus Constantiensis. Concil. Salegunstadiense. Burchardus. Guimundus, & alij. *Gratia Dei, Fides, Iustificatio*, Anselmus lib. 1. Cur Deus homo, capit. 9. & 10. lib. de concordia *præsc. & prædest.* lib. de concordia gratiæ, & lib. arb. de meditatione redempt. humanæ, cap. 7. & in Epist. ad Rom. cap. 4. & 7. in 3. cap. 2. Corinth. Algerus. cap. 7. & in lib. de Euch. Berno. serm. de Natiu. Domini.

B *Eucharistia Veritas, Sacrificium, Transubstantiatio, Adoratio*, Missæ ritus. Algerus libris luculentis de Euch. Berno. Serm. de Pasch. ate, & lib. de concord. offic. Damia. Epist. ad Blancam. Adelmannus Epist. ad Berengarium. Lanfr. libris contra Berengarium in Orthod. de Sac. Euch. Anselmus in cap. 10. & 11. 1. Corinth. in 7. & 10. Hebr. Alberic. de Sac. Gui tmundus de eodem. Humbert. in responsione ad Nicetæ librum. Iuo de conuenientia veteris & noui Sacerdotij, & Tract. de signif. indumentorum Sacerdotalium. Euthymius in Panop. apud quem par. 2. tit. 21. est caput inscriptum de transmutatione Corp. & Sangu. Dom. Berno. Augiens. lib. de rebus ad

C iens. Missam spectantibus.

Baptismi effectus necessitas, aliena fides, cerimoniæ. Anselmus in 3. & 15. cap. Matt. in 4. cap. 2. Corinth. & alijs multis locis. Algerus lib. 3. de Euch. cap. 4. 6. 7. Iuo de Sacramentis Neophytorum, & de Sacramentorum dedicatione, Leontius, & Harmenopolus de sectis, Euthymius in Panopolia, & alij passim. *Pœnitentia, & eius partes tres*. Anselm. lib. Similit. capitu. 99. & sequ. Item 144. vbi sicca pœnitentia, quæ est sine compunctione, & humida quæ habet vtrunque. Iuo Epist. 34. Iotio pedum Sacramentum pœnitentiæ est, & remissionis, &c. Misnardus ad Guntherum de fide, Euthymius in Panopolia.

D *Claues Ecclesiæ, absolutio*. Anselm. in 16. cap. Matth. & in Euang. enarrat. Iuo in Epist. Petrus Damianus in Epistolis Conc. Salegunstadiense cap. 18. Euthymius in Panop. *Confirmatio, & reliqua alia Sacramenta, & eorum vsus*. Algerus lib. 3. de Euchar. cap. 4. &c. Misnardus Epist. ad Guntherum de fide. Anselmus multis libris, vt in Epist. de diuersitate Sacramentorum, &c. Berno. Serm. de Pentecoste. Iuo serm. de, Sacramentis dedicationis, de Sacramentis Neophytorum, In tractatu de conuenien tia veteris & noui Sacerdotij, de excellentia Sacrorum Ordinum. Micrologus.

Primatus Sedis Apostolicæ. Berno. Epist. ad Regem Hungariæ. Lanfranc. de Euch. Sacram. Anselmus in Matth. 16. Hinc hac ætate etiam Pontifex absolutè *Apostolici*, nomine in Concilijs, vt in Salegunstadiensi intelligitur, capit. 18. Humbertus contra Nicetam.

Liberum arbitrium, Bona opera necessaria. Anselmus dialogo de libero arbitr. & de

E similit. cap. 182. lib. de concord. grat. & lib. arbitr. lib. de lapsu hominis in 2. & 15. cap. 1. Corinth. in 3. cap. 2. Corinth. in 2. ad Galat. Berno. serm. de Resur. Dom.

Sanctorum preces, Suffragia, Innocatio, Reliquiæ, Imagines, Festa. Berno. de diuinatione Dæmonum contemnenda, Serm. 1. & 2. de S. Marco, & alijs sermonibus, de concordia Officiorum. In Epist. ad Hugo. Lausannensem. Anselm. lib. de Excellentia Virginis, Sigeb. Iuo serm. de Sacramentis dedicationis, & de conuenientia Sacerdotij. Petrus Damianus inuectiua in Cadalorum, Euthymius in Panopolia, Leontius, & Hermenopolus de Sectis.

Preces pro defunctis. Purgatorium. Anselm. in 5. & 12. capitu. Matth. in 3. capit. 1. Corinth. Algerus. Berno. in Epist. ad Augienses. Euthymius in Panoplia, & in Euang. Nam etiam Græci orant, & offerunt pro defunctis. Cetera ijdem, & ceteri huius

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00405

huius seculi Auctores prolixè confirmant, de quo contra se testimonium ferunt Centuriatores Cent. 1 1. cap. 2. *de loco, & propagatione Ecclesiæ*, col. 17. & seq. sparsim cap. 3. de *persecutione, & tranquillitate Ecclesiarum* sparsim, col. 30. & seq. cap. 4. de *doctrina ex professo*, col. 225. & seq. cap. *de hæresibus*, col. 238. & seq. Per totum capit. 6. de *ceremoniis, & ritibus Ecclesiæ*, col. 247. & sequ. per totum 7. *de Politia, & gubernatione Ecclesiæ*, col. 349. Per totum cap. 9. *de Synodis*, col. 444. per totum fere, cap. 10. de *Doctoribus, & Episcopis*, col. 516. & sequentibus, quibus non obscurè irascuntur, quod receptam à Patribus doctrinam sequti sint, & scriptis mandauerint. Sparsim, cap. de *Martyribus, & Miraculis*. Huc facit, quod ex instituto multi hac ætate scripserunt de hæresibus. Item contra Berengarium, & Bogomilos, quorum sordibus isti maculantur. Adde totius Centuriæ Synodos, quæ non exiguo fuere numero. Denique Historicos, qui Ecclesiam nostra similem planè describserunt. A B

DVODECIMO hoc seculo doctrinam contra Hæreticos sic continuatam liquet. *Missa*, Honorius Augustodunensis. Odo Cameracensis. Hugo Victorinus. Rupertus Tuitiensis. Iuo Tusci in Liturgiam Chrysostomi. Io. Beletius Ofmundensis lib. de Eccles. Officijs. *Gratia Dei, Fides, Iustificatio*. Honorius de prædestin. & lib. arbit. Item in Psal. 17. *Saluum me fecit, quoniam voluit me, retribuet mihi &c.* Nota in primis, Gratia à Deo gratis, non ex meritis, hominem præuenit, vt ad benetuolentiam carperetur ipse gratia, per pia actionis studium. Richardus de statu, hom. in ter. cap. 12. 16. & passim in quæst. in Epistolas Pauli, Bernardus sermonibus de Aduentu Domini, & in Cant. Serm. 67. Gratia reddit me mihi iustificatum gratis, & sic liberatum à seruitute peccati. Petrus Cluniacensis, lib. 2. Contra Iudæos, cap. 4. Rupertus, lib. de Victoria verbi, Magister Sententiarum, lib. 3. dist. 19. & C. Fulgentius libro de Gratia Dei.

Eucharistiæ veritas, Sacrificium, Transubstantiatio, Adoratio, Missa ritus. Bernard. Serm. de Cœna Domini, & in alio serm. de eadem. Petrus Cluniacen. contra Petrobusianos seorsum lib. 1. Epist. 2. Magister Sent. lib. 4. dist. 8. & seq. dist. 10. refutat contraria docentes. Bandinus lib. 4. dist. 9. & seq. Rupertus, vbi & figuram refutat lib. 16. com. in 6. c. Ioan. & lib. 7. c. 7. lib. 2. de Sap. cap. 24. in Matth. lib. 10. cap. 26. lib. 2. de diuin. offic. cap. 2. 22. & 23. Quin & lib. 1. cap. 28. & seq. aliquot integram Missæ rationem explicat. Richardus lib. de Sacerdotio Melchisedech. Guil. Siguiacensis lib. de Sacramento Altaris. Leo Tuscus in sua Chrysostomi, & Græcorum Liturgiæ versione, & ex Græcis Zonaras, Balsamon, Nicetas Coniates, diuersis in locis, Hildegardis lib. 2. Vis. 6. & lib. de Sacram. Altaris. D

Baptismi effectus, necessitas, alicna Fides, Cæremoniæ. Mag. Sent. lib. 4. dist. 3. & sequ. Bandinus lib. 4. cap. 3. & seq. Bernard. serm. de Cœna Domini, & bapt. & ablut. Ped. & alibi. Rupert. lib. 10. de diuinis offic. cap. 5. &c. lib. 8. Apoc. Petrus Clun. lib. 2. contra Petrobusianos. Balsamon in Canones Apostolorum & Synodorum. Zonaras, & Nicetas Coniates, diuersis in locis, Honorius in Speculo Ecclesiæ.

Pœnitentia, & eius partes tres. Mag. Sent. lib. 4. cap. 14. & seq. Bandinus lib. 4. ca. 13. & sequ. Hugo lib. de Conscientijs. Petrus Cantor cap. 106. & sequ. Theodorus Balsamon, vbi supra.

Claues Ecclesiæ, Absolutio, Petrus Cantor, cap. 21. Absolurio enim spiritualis est, pertinens ad potestatem Clauium. Mag. Sent. lib. 4. dist. 18. Bandinus ibidem. Richard. lib. de potestate ligandi, & solu. in Confessionali de peccatorum differentijs, E Theodorus Balsamon in Canones.

Confirmatio & reliqua alia Sacramenta, & eorum vsus. Mag. Sent. lib. 4. Bandinus lib. 4. Hugo libris de Sacramentis, Rupert. lib. de diuinis offic. lib. 5. capit. 15. 16. 17. 18. &c. Honor. in Speculo Eccles.

Primatus Sedis Apostolicæ. Bernard. serm. de Ioan. Bapt. & lib. de Consideratione ad Eugenium. Item Epist. 133. 237. 285. Richardus lib. de Auctoritate Petri Pothoi. lib. 1. & 3. de statu domus Dei, Salisbiriensis lib. 8. capit. 17. Petrus Cluniac. lib. 6. Epist. 44. Zonaras & Cedrenus in vita Leonis Economachi, vbi hic Gregorium *Papam Italicum* Virum, & Petri Coriphei *vnà Apostoli* vocat.

Liberum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00406

A *Liberum arbitrium, Bona opera.* Bernard. Tract. de libero arbitrio, & passim super Cantica, vt serm. 81. 82. & alibi. Magister Sent. lib. 2. dist. 24. &c. Bandinus ibid. Honorius lib. de prædest. & lib. arbitr. Richardus de statu hom. interior. capit. 2. 3. &c. & in explicatione dubiorum. Hugo lib. de Conscientijs, & alibi. Petrus Cluniacensis lib. 1. de Miraculis, capit. 6. Ioan. Salisberiensis lib. 5. capit. 4. &c.

Sanctorum preces, Suffragia, Innocatio, Reliquiæ, Imagines. Bernard. multis sermon. & in Cant. Honorius in Speculo Ecclesiæ. Rupert. lib. 4. Com. in Zachar. ca. 10. lib. 7. in Cant. Richardus super Cant. & c. Petrus Cluniacensis, cõtra Petrobusl. lib. 1. Epi. 1. Sigeb. & Zonaras sparsim. Nicetas Coniates itidẽ. Vt in Andronico, in Isaacio, Angelo, 3. in Alexio, Deniqs de Sãctis extãt Auctorũ huius seculi sermones penè innumeri.

Preces pro defunctis, Purgatorium. Eterianus lib. peculari de regressu animarum ab
B inferis. Petrus Cluniac. lib. 1. de miraculis. Vt capit. 23. &c. lib. 1. contra Petrob. Epist. 1. &c. 2. Honorius in Speculo Ecclesiæ. Serm. de Natiu. Domoni. Magister Sent. lib. 4. dist. 20. 21. 25. &c. Rupert. lib. 2. in Leuit. capitu. 42. fol. 175. Tyri. lib. 18. cap. 2. Sigebert. sparsim.

Cæteras itidem, & ceteri huius seculi Auctores prolixè confirmant, de quo contra se testimoniorum ferme Centuriatores. Cent. 12. cap. 2. *de loco, & propagatione Ecclesiæ*, colum. 139. Sparsim, cap. 3. de *persecutione & tranquillitate Ecclesiarum* sparsim. colum. 438. cap. 4. *de doctrina*, ex profes. colum. 775. & sequ. capitu. *de hæresibus* sparsim, colum. 883. & sequ. vbi Petrobusianorum, contra Petrum Cluniac. Apostolicorum contra D. Bernardum serm. 65. & 66. in Cant. suscipiunt patrocinium. Per totũ ca. 6. de *Ceremonijs & Ritibus Ecclesiæ*, col. 858. & seq. Per totum 7. *de politia & gubernatione Ecclesiæ*, colum. 1009. & seq. cap. 8. *de Schismatibus*, col. 1105. sparsim, toto
C 9. cap. *de Synodis*, colum. 1235. & sequ. per totum ferè, cap. 10. *de Doctoribus Ecclesiæ*. colum. 1365. & seq. quos perinde maledictis insectantur. Sparsim cap. *de Martyribus, De miraculis*. Huc facit, quod ex instituto multi hac ætate scripserunt *de hæresibus*. Item contra *Ebionitianos, Petrobusianos, Apostolicos, Enthusianos, Putarenos, Vualdenses, Agenenses, Haereticos de Bariolo, Clanculanios, Berengarianos*, quorum maleficijs isti fa scinantur. Adde totius huius Centuriæ Synodos, quæ non exiguo fuerunt numero, Consule & Historicos, nam & hi sui temporis Ecclesiam à nostra nihil differre, quam tum ad doctrinam, & ritus ostendunt.

DECIMOTERTIO seculo doctrinę continuatio sic elucet. *Missa*. Durandus Mimatensis. S. Thomas Opusc. 66. de expositione Missæ, & 3. par. q. 83. Cabasil. &
D Græci. Samonas Gazensis contra Achmed. Saracenum. Simeon Thessalonicensis. *Gratia Dei, Fides, Iustificatio*, Cabasilas, in expos. Liturgiæ, cap. 29. de morte Christi, quis nescit eam esse solam, quæ peccatorum remissionem in Mundum introduxerit, sed illud etiam scimus, quòd post mortem illam etiam fide & pœnitentia, & confessione opus est, &c. Bonauenturam in tractatu de Resur. hominis à peccato ad gratiam. Innoc. in 7. Psal. pœnit. Cum nemo iustificetur nisi ex dono gratiæ, patet quod nullus iustificetur ex merito vitæ. Nam infusio gratiæ, propriè iustificatio appellatur, quam Deus nulli concederet, si eum secundum meritorum exigentiam iudicaret. Audis Romanum Pontificem, Thomas in 1. Apoc. Remissio peccatorum gratis datur, Denique Scholastici in 2. Sent. dist. 27. *Eucharistia veritas, Sacrificium Transubstantiatio. Adoratio, Missæ ritus*. Cabasilas in expos. Liturgię multis cap. Innoc. libris
E de Mysteriis Missæ, Thomas de Sacramento Eucharistię in offic. Festi Sacramenti, & in 4. Sent. 3. q. 74. & sequ. ib. peculiari de Sacramento. Altaris, vbi cap. 29. Populus non accipit sanguinem sub specie vini, & quare. Guliel. Parisiens. lib. de eadem re. Alexander 4. q. 36. 37. & seq. S. Samonas disput. contra Achmed. Saracen.

Baptismi efficacia, necessitas, alicua Fides, Ceremoniæ. S. Thomas 3. q. 66. & sequ. in Summa cont. Gentil. lib. 4. D. Samonas Gazensis disp. contra Achmed. Saracenum, Scholastici in 4. Senten. dist. multis Guliel. Paris. de Baptismo & eius partibus, lib. de tempore Baptizandi, lib. de ritu Baptizandi. Ioachimus, Abbas variis locis, Albert. Magnus itidem, Hugo Cardinalis, & Lyranus similiter in varia Bibliorum capita. Duran. de Diu. Offic.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part?image=00407

Pœnitentia, & eius partes tres. Cabasilas, capitu. 29. Guliel. Paris. lib. de Sacramento Pœnit. Innoc. in 1. & 3. Pſal. pœnit. Bonauentura in dictis de Pœnit. Thomas in Trad. de artic. fidei, capit. 14. & 3. q. 84. &c. Doctores huius seculi in 4. Sentent. distinct. *Claues Ecclesiæ, Absolutio,* Cabasilas, cap. 29. Thomas Opusc. de forma absolut. 3. q. 84. Durandus Mimaten. de Diuinis Offic. Scholastici in 4. Sent. A

Confirmatio, & reliqua alia Sacramenta, & eorum vsus. S. Thomas in Tract. de Articulis fidei, & Scholastici in 4. Sent. Guliel. Parisiens. priuatis Tractatibus. Durand. Mimatens. de diuin. offic. Hugo Card. & Lyranus in Biblia sacrius. Cabasilas in expositione Liturgiæ, cap. 29. Vltimum (ait Græcus ille, & quidam disputans contra Latinos) Dei Sacramentorum perfectæ Sacerdotum Oratio, quod etiam corporalis morbi medelam, & peccatorum remissionem dat ijs, quibus peragitur, vt habet Apostolica traditio, vbi & inter Sacramenta nominat Sanctissimum vnguentum, Ordinationem per impositionem manus, Mysterium remissionis peccatorum per Sacerdotem, Orationem Sacerdotis in Matrim. vt intelligas hæc Sacramenta non esse Papistica, sed etiam Græcorum, & quidem disputantium contra nos. B

Primatus Sedis Apostolicæ. Fridericus Imperat. Epist. 3. & quidem Sedem Apostolicam oppugnans. Græci in Concil. Lateran. Rusci, Poloni, Boëmi, apud Vincentium in Spec. lib. 31. c. 30. nuntijs & litteris confessi sunt, Accursius in Authentica, vt Eccles. Roma. gaudeat 100. Annorum Præscript. Vetus Roma habet primam Sedem Ecclesiarum. Item, originem legum. Item, fontem Sacerdotij. S. Thomas lib. 4. contra Gentil. cap. 76.

Liberum arbitrium, Bona opera. S. Thomas in Summa, de Veritate, Mag. 24. q. 1. q. 83. artic. 1. & Scholast. in 2. Sentent. distinct. *Sanctorum preces, Suffragia, Inuocatio, Reliquiæ, Imagines, Festa.* Cabasilas in expositione Liturgiæ capit. 3. 3. 4. 48. 49. 50. Thom. 2. 2. q. 83. Innoc. serm. 1. de dedicatione templi. Denique sermones, & Tractatus penè innumerabiles Doctorum huius seculi. C

Preces pro defunctis Purgatorium. Cabasilas cap. 33. 42. quod inscribitur, De ijs, qui dormierunt, an sanctificentur à Mensa; quod præfert hunc titulum: *Quæ his, qui dormierunt* perfectior sit sanctificatio, 47. Thomas 3. q. 82. art. 6. & in Summa contra Gentil. lib. 4. cap. 91. Bonauent. in 7. parte Breuiloq. cap. 2. Innoc. in 3. pſal. Pœnit. Doctores in 4. Sent. dist. 21.

Cetera ijdem & ceteri huius seculi Auctores prolixè confirmant, de quo contra, se testimonium Centuriatores, in Epist. nuncupatoria. Cent. 13. Tum (aiunt) normę docendi & iudicandi controuersias, constituta sunt Patrum scripta, & Conciliorum Decreta. Deinde cap. 2. de loco & propagatione Eccles. colum. 11. & sequenti, capitu. 3. *de persecutione & tranquillitate Ecclesiæ* sparsim, colum. 18. & sequen. capitulo 4. *de doctrina* prolixissimè, colum. 25. & deinceps, capitu. 5. *de hæresibus* sparsim, colum. 554. & sequ. per totum capitu. 6. *de ceremonijs, & ritibus Ecclesiæ,* colum. 590. & sequ. per totum. 7. *de politia, & gubernatione Ecclesiæ,* colum. 686. cap. 8. *de Schismatibus,* colum. 754. sparsim, capit. 9. *de Synodis* colum. 789. & seq. Per totum ferè, capit. 10. *de doctoribus, & Episcopis* colum. 780. & seq. sparsim in reliquis; *& de Martyribus, & Miraculis.* Huc facit quod ex instituto multi hac ætate scripserunt de hæresibus. Item contra Albigenses, Almaricum, Petrum Ioannis, Desiderium Longobardum, quorum damnatas opiniones isti recoquunt. Adde totius huius Centuriæ Synodos, quæ non exiguo fuerunt numero. Sed & historia istius Curriculi omnes docent, non alium fuisse Ecclesiæ cursum. D E

DECIMO QVARTO seculo permansisse veterem doctrinam per scriptores illius ostendit. *Missa.* Radulphus Tungrensis. Ioannes de Teneramunda, Guliel. Antisiodorensis, Scholastici huius seculi, Georg. Pachimeres in Dion. Areop. *Gratia Dei, Fides, Iustificatio,* Cantacuzenus, Apol. 1. & 4. Paschimer. lib. 13. Hist. Solius Dei est, vestras illustrare conscientias, & Niceph. Calixtus lib. 1. capitu. 5. ex quo capite possit intelligi, quid sibi uelit Pauli illa conclusio Rom. 3. *Arbitramur, fide iustificari hominem absque operibus legis.* Sententiarij in 2. distinct. 26. *Eucharistia veritas, Sacrificium, Transubstantiatio, Adoratio, Missa* situr.

Nicephorus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00408 ...

A Nicephorus Calixtus multis locis, qui & lib.6.capitu.36. Dæmonia ex ædibus quas infestant, abigi celebratione Missæ testatur. Vt Augustinus longè antea lib.22. de Ciuit. capitu.8. Pachimeres in Eccles. Hierarch. Dionysij, capit.3. de Synaxi, & lib.4. & 5. Hist. Niceph. Calixtus lib.1. capitu.28. lib.12. capitu.41. lib.11. capitu. 14. lib.13. capitu.7. & 19. Aluarus lib.2. de planctu animæ, capitu.52. Heruæus in cap.7. Hebr. Corpus & Sanguis Christi permanet in Ecclesia in æternum. Propter ista rectè dicitur Melchisedech manere Sacerdos in perpetuum, quia nullus alius ritus in stituetur, per quem eius oblatio mutetur, & quia Christum designat, perenniter pro nobis interpellantem. Durandus lib.4. Sentent. distinct. 10. quæst. 1. A principio Ecclesiæ fuit articulus fidei ab omnibus concessus, quod uerum corpus Christi esset

B Iam communicationem Idiomatum Scholastici hujus æui omnes lib.4. Sentent. distinct. 10. & seq.

Baptismi effectus, Necessitas, Aliena fides, Ceremoniæ. Pachym. ibidem, capitu. de Sacramento Illuminationis. Nam sic Dionysius vocat Baptismum. Cantacuz. Apol.4. Niceph. Calix. lib.7. capitu.33. lib.14. capitu.12. 17. lib.16. capitu.35. Scholastici fusè lib.4. Sent. & alijs libris.

Pœnitentia & eius partes tres. Pachym. Paraph. in Epistolam Areopag. ad Demophilum, & lib.4. Hist. Niceph. Calixtus lib.11. capitu.34. & lib.12. cap.28. Scholastici in eundem lib.4. Sent.

Claues Ecclesiæ, Absolutio, Ibidem Pachym. in Eccles. Hierarchiam capitu.5. & Epist. ad Demophilum, Niceph. Calixt. lib.12. capitu.28. & 41. Niceph. Gregoras lib.10. capitu. vltimo. Cantacuzen. in Apologijs.

C *Confirmatio, extrema unctio, & reliqua alia Sacramenta, & eorum usus.* Pachym. libro vndecimo Historiæ. Michael Andronici Imp. filius, è desperato morbo, Sancto oleo recreatur, & cap.4. & 5. Eccles. Hierarchia, Scholastici huius seculi in totum 4. Sententiarum,

Primatus Sedis Apostolicæ, Pachymetres Historiarum libro quinto recitans capita Græcorum ad Latinos Principatus & Romanæ Sedis. Ad eam appellare licet Græcis. Et memoria Romani Pontificis una cum Patriarchis celebretur. Nicephorus Calix. Romanum Pontificem gloria ceteros anteire, lib.4. capitu.38. Primariam Apostolorum Sedem, lib.9. capitu.37. Niceph. Gregoras libro quinto, è libro de ea re Nicephori Blemmidis, & capit. vltimo lib.10. in suo contra Latinos alioquin

D consilio. Occam in dialogo, item in Prologo libelli de Sacramento Altaris, de illo *protestor me nihil asserturum, nisi quod Romana tenet, & docet Ecclesia.* Guido Carmelita, in Summa de Hæresibus, de Vualdensibus, Aluarus in Proœmio libro primo de Planctu Ecclesiæ, & capitu.6.13.36.37.68. Durandus in 4. Sentent. distinct. 14. quæ. 5. Augusti. de Ancona, lib. de Potestate Ecclesiastica. Heruæus lib. de Potestate Papæ. Bartholus in Constitutione Extrauagante quæ incipit: *Ad reprimendum,* Verb. torius orbis. Post Christi aduentum subiatis Monarchijs, omne Imperium est apud Christum, & eius Vicarium, & transfertur per Papam in Principem Seculærem, de quo prophetauit Daniel, capitu.9. Ipsemet Vuiclessus Epist. ad Vrbanum VI. apud Ioannem Foxum Caluinitam, lib.1. Comm. rerum gestarum, Romanus Pontifex Summus Christi Vicarius in terris.

E *Liberum Arbitrium, Bona opera.* Cantacuzenus contra Mahometem. Niceph. Calix. lib.1. capitu.3. Occam in Centilogio. Sententiarij in secundo Sentent. distinct. vigesima quinta 26. & 28. vbi de hæresi Pelagianorum. Paulus Burgensis in Biblia passim.

Sanctorum preces, Suffragia, Inuocatio, Reliquiæ, Imagines, Festa, De ijs extant auctorum huius seculi sermones, & tractatus penè innumeri. Testimonia etiam non pauciora, vt Niceph. Gregoras, lib.9. capitu. vltimo Cantacuzenus Imp. Constant. Integra Apologia tertia contra Mahomeranos, & Orat.3. contra eosdem. Pachym. lib.4. Hist. & 6. vbi D. Nicolai cura è maris periculo Antiochenus Patriarcha

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00409

liberatur. Et in Eccles. Hierarchiam Dionysij. Niceph. Calix. lib. 7. cap. 33. & A
34. lib. 14. cap. 2. Sententiarij lib. 4.

Preces pro defunctis, Purgatorium. Pachym. in Eccles. Hierarchiam capitu. 7. de dor mientibus. Niceph. Calix. lib. 8. capitu. 31. vbi & nocturnæ defunctorum memoriæ. Doctores in 4. Sentent. distinct. 21. &c. Non hic possumus Centuriatorum testimonium proferre, quando non sunt vltra decimamtertiam Centuriam, (quod sciam) progressi, sed quid ipsi sentiant, quid concipiant, non difficile est diuinare ex eo, quod posteriorum seculorum Doctoribus acerbius irascantur, quodq; laudent Marsilij Patauini, Flagellantium, Lothardorum, & Ioannis Vuicleffi Apostasiam, qui de ijs tragedias hoc seculo excitarunt, verum vti memini, non modo ab eius scriptoribus refutati sunt, sed etiam ab omnibus Synodis, quæ non fuerunt paruo numero. Denique ab Historicis, qui Ecclesiæ cursum secundum non plane extitisse docuerunt. B

DECIMOQVINTO seculo continuatam quidem fuisse doctrinam dubitari non potest, quod ideo Lutherus, & innumerabiles Hæreticorum copiæ insurrexerint, sed interim id more nostro demonstremus, è ceteris Græcorum, & Latinorum Testimonijs.

Gratia Dei, Fides, Iustificatio. Græci in sua Apologia Basileensi Concilio exhibita, Bessario, & Trapezuntius multis suorum librorum locis. Sic Gerson, &c. Biel. in Can. Missæ, lec. 23. 5. cap. Sententiarij in 2. distinct. 26. & 27. & lib. 1. distinct. 41. vbi disputatur, an prædestinationi sit aliquod meritum.

Eucharistiæ veritas, Sacrificium, Transubstantiatio, Adoratio, Missæ ritus. Bessario de Eucharistiæ Sacramento. Marchus Ephesius, lib. quibus verbis conficiantur diuina munera, Laonycus Calcocondylas, Euchologium, in quo tres Liturgiæ Chrysostomi, capitu. 2. Basilij, capitu. 3. Thomas Vualdensis in Tomis de Sacramentis contra Vuicleffistas, Biel in Canonem Missæ, Sententiarij multis distinctionibus libri quarti. Gerson parte 1. tractat. de Communione sub utraque specie, & parte 2. in Compendio Theologiæ, Tract. 3. de Sacramento Eucharistiæ, & alibi. C

Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, Ceremoniæ. In Euchologio Græcorum, capitulo decimoquinto 17. 79. Sententiarij multis distinctionibus libro quarto. Gerson in Compendio Theologiæ.

Pœnitentia, & eius partes tres. Euchologium, cap. 49. 98. vbi Canon in extremæ vnctione, in peccatoris confessione seruandus. Ibidem Gerson. Sententiarij lib. 4. dist. 14. vsque ad dist. 22.

Claues Ecclesiæ, Absolutio. Trapezuntius in dictum Euangelij, Si sic volo eum manere, &c. Græci in suo Euchologio, cap. 114. Sententiarij lib. 4. dist. 18. & 19. per totum, Biel in Can. Missæ lect. 2. 3. per totum. Gerson parte 2. Tract. de potestate ligandi atque soluendi, & alio de contemptu Clauium. D

Confirmatio, reliquæ alia Sacramenta, & eorum vsus. In Euchologio cap. 95. 97. 98. vbi Sacramentum vnctionis extremæ vocatur, è 5. capitu. Iacob. cap. 18. & 19. & sequ. vbi Matrimonij officium, cap. 111. & sequ. vbi Ordinum singulorum dispensandorum ritus & officium. Æneas Sylvius Epist. 130. ad Boëmos. Septem sunt Ecclesiæ Sacramenta, & si vos tantum quinque recipitis, nam de Confirmatione, & Extrema vnctione nihil sentiebant, D. Antoninus p. 3. tit. 14. capit. 1. & 3. ad eripiendam nos ab infirmitatibus Spiritualibus animæ, Dominus instituit medicinas septem Sacramentorum. Gerson in regulis Moralibus, par. 2. & in Compendio Theologiæ Tract. 3. E

Primatus Sedis Apostolicæ. Gerson de Auctoritate Papæ, & quarta parte sermon. de pace & vnitate Græcorum. Omnes Principes, & alij subiectionem habent ad Papam, in quantum suis iurisdictionibus, temporalitate, & dominio abutiuellent contra legem diuinam & naturalem. Item lib. de modo habendi se tempore Schismatis. Baldus leg. fin. in fine, C. de Il. num. 4. Solus Papa potest deponere Imperatorem, & non ex omni causa, sed solum ex causa graui, & notoria, ex qua turbatur vniuersalis status Christianus, vel Ecclesiæ. Et numero secundo cum Apostolicus confirmet

Principem,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00410

A Principem istud est manifestum signum superioritatis, vt in Authentica, Defensore Ciuitatis, §. interim. Et ideo Imperator iurat Papæ fidelitatem. Thomas Vualdensis contra Wiuel essistas. Io. de Turrecrem. in Summa de Ecclesia, & alibi, Trapezuntius in dictum Euangelij, *Si volo eum manere.* Æneas Syluius Epist. 288. Gabriel Biel in Can. lect. 23.

Liberum arbitrium. Bona opera, Græci in Apologia ad Concilium Basileense, Trapezuntius, vbi supra. Biel in Cano. Missæ, lect. 29. & 59. Gerson in Compendio Theol. tract. 2. Sententiarij in 2. Sent. dist. 25. 26. 28.

Sanctorum preces, Suffragia, Inuocatio, Reliquiæ, Imagines, Festa, Græci in Horologijs, & Menologijs, suis. Item Euchologio, vbi de Crucis collocatione cap. 30. & exaltatione cap. 93. & lectiones Apostolicæ, & Euangelicæ de SS. Martyribus, cap.
B 103. de Sanctis Medicis, cap. 104. de Sancto Chrysostomo, & reliquis Sanctis Pontificibus, cap. 105. de alijs variis Sanctis, cap. 106. 107. 108. 109. Sed & apud nostros huius seculi scriptores de ijs omnibus extant sermones, & tractatus penè innumeri. Biel in Canonem Missæ lect. 30. 31. 32. 79. & de Imaginibus lect. 49. & de reliquijs lect. 42.

Preces pro defunctis, Purgatorium. Dionysius Cartusianus de quattuor nouissimis. In Apologia Græcorum de Purgatorio igne, Basileensi Concilio exhibita, & per Ioannem Hartungum uersa, vbi Græci huius æui docent tria è suis Patribus, 1. quorundam reatus post mortem à Deo condonari 2. Id fieri de clementia, & Ecclesiæ precibus 3. eos interim expiari lustrationæ Carceris, vel tenebrarum, & ignorationis, & Exilij: hoc uno à Latinis differentes, quod ignem Purgatorium corporalem, ma-
C terialemue negent, vt in eo non pœnam sensus, sed damni dumtaxat constituant. Hinc in eorum Euchologio capitu. 118. pro Monacho mortuo, ferale officium, capitu. 119. pro Sacerdote mortuo, capitu. 120. pro laicis mortuis, capit. 121. pro fœminis dormientibus, ca. 122. & vltimo pro infantibus defunctis, & ipsorum Liturgijs, capitulo primo 3. 4. 7. Sententiarij distinct. 21. lib. 4. Biel in Canone Missæ lectu. 56. 57. 58.

Reliquo infinitos alios Latinos, quoniam his præcipuè temporibus Hæreticis suspecti sunt, quod Hussitas, Hieronymum de Praga, Missam, ac eorum multiplices, & dissectas sectas proscripserint, sylloque & igne prosecuti sunt. Superfluum etiam esset Synodos totius huius spatij, itemque Historicos recensere, cum omnes eandem prorsus Ecclesiæ faciem cum superioribus seculis nobis pingant, ut propte-
D rea ad illos, nec uelint, nec ausint prouocare.

Atque hic decimumsextum seculum terminamus, in quo perpetuari doctrinâ & superioribus seculis per manus acceptam, vt in singulorum Coronide docuimus, nemo ista quidem, qui eam impugnant, inficiari possunt. Nam statim eis restiterunt omnes boni docti pariter, & indocti, deinde Sapientissimi quique pro ea scripserunt. In genere quidem Ekius, Cochlæus, Tapper, Gropperus, Hosius Cardinalis, Theologi Parisienses, Salmanticenses, Louanienses, Oxonienses, Colonienses, Henricus VIII. Rex Angliæ, Rossensis. Albertus Pighius Sonnius, Lindanus, Alphonsus de Castro, Melchior Canus, Canisius, Auratus, & alij infiniti, Vernaculis etiam Linguis. In specie uerò ij, à quibus de sequentibus Capitibus, circa quæ eorum præcipuè uersantur hæreses, libri peculiares consectati sunt.

E *Gratia Dei, Fides, Iustificatio.* Driedo, lib. de Concordia lib. arbitr. Pighius opus de iustitia. Vuiuelius lib. de voluntate hominis Christiani. Carbaialus in explicationibus argumentorum, obiectione vigesimafœcunda, & 1. Sentent. capitulo quinquagesimonono. Sententiarij huius æui lib. 3. Sentent. dist. 19. & alijs scriptis.

Qui & allegant illud Augustini de spiritu, & litera, capitu. 9. Iustificati gratis per gratiam ipsius, Non itaque iustificati per legem, neque per propriam voluntatem, sed gratis per gratiam ipsius. Non quod sine uoluntate nostra fiat, sed quod sanet gratia voluntatem, vt sanata voluntas impleat legem, non constituta sub lege, neque indigens lege, & capitulo decimo per gratiam quisquam iustificatur gratis, idest nul-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00411

lis suorum operum præcedentibus meritis. Et illud D. Thomæ in secundo capitulo Iacobi. Nonne ex operibus iustificatus est. Contra Paulus Rom. 4. & ibi glosa Augustini. Non ex operibus iustificatus est, sed ex fide, Respondeo. Apostolus & Augustinus loquuntur de operibus præcedentibus fidem, vt patet ibidem, ex quibus nullus planè iustificatus est. Hic autem loquitur de operibus sequentibus fidem, quæ dicuntur iustificare, non quatenus iustificatio dicitur gratiæ infusio, sed quatenus dicitur iustitiæ exercitatio, vel ostensio, vel confirmatio, Res enim dicitur fieri, quando perficitur, vel innotescit. Guillaudius Parisiensis Doctor in Epist. ad Rom. duplex est iustificatio prima, & secunda.

Eucharistiæ versus, Sacrificium, Transubstantiatio, Adoratio, Missæ ritus. Demochares lib. de Sacrifici, Missæ, & lib. de Eucharistia Garetius de eadem, Tonstallus de eadem. Caietanus contra Lutherū. Pamelius in Liturgicis, & in Cyprianum. Ioannes Hessels lib. de probatione corporalis præsentiæ Corporis & Sanguinis Domini. Espeneus lib. de adoratione Eucharistiæ, & libello de vtraque Missa. Claudius Sanctius in repetitionibus, & in Liturgias Græcorum. Soto in 4. Sentent. vbi & omnia dubia istorum soluit. Canisius in Catechismo maiore, Sersesius libris sex de Sacramento Altaris. Gaspar Casalius Lusitanus de Cœna & Calice Domini. Iacobus Faber Molinensis pro Sacrosancto Missæ Sacrificio aduersus Anatomen Missæ, & alij innumerabiles, denique Robertus Card. Bellarminus absolutissimè de omnibus.

Baptismi effectus, necessitas, aliena Fides, Ceremoniæ. Soto, & Sententiarij reliqui in 4. Sent. Canisius in Catechismo maiore. Clictoueus in 4. lib. Damascenj de Orthod. fide, Tilmannus Segebergensis lib. de 7. Sacramentis, & quotquot hac ætate scripserunt de Baptismo contra Caluinistas, & Anabaptistas.

Pœnitentia & eius partes tres, Canisius in Catechismo, Sententiarij in 4. Concilium Coloniense parte de Sacramentis. Slotanus lib. disputationum aduersus Hæreticos. Turrianus lib. pro Epistolis Pontificum, &c.

Claues Ecclesiæ, Absolutio. Canisius in Catechismo, Sanderus de visibili Monarchia Eccles. Eckius in Locis communibus. Cortesius, & alij Sententiarij in 4. Turrianus libris de dogmaticis Characteribus, & libris tribus de primi Capitis, & iudicis autoritate, & principatu. Ioannes Antonius Delphinus Oratione de Ecclesia; Thomas Stapletonus.

Confirmatio, Extrema Vnctio, reliqua alia Sacramenta, & eorum vsus. Canisius in Catechismo. Soto in 4. multis distinctionibus. Eckius in Locis communibus; Concilium Coloniense. Hosius in Confessione, & alij multi. Tilmannus Segebergensis lib. de Sacramentis 7.

Primatus Romani Pontificis. Aucrius Ioseph à Petro, Patriarcha Maromitarum, è Monasterio S. Mariæ de Camibim in Monte Lybano an. 1515. Romam ad eum agnoscendum missus, apud Ambrosium Theseum, in Introductione in linguam Chaldaicam, Syriacam, & Armeniacam, quas ab eo didicit, Siud Syrus Nestorianorum Patriarcha, an. 1582. in sua professione fidei, à Masio uersa. Abdisa Patriarcha Assyrius, in sua attestatione manu ipsius picta, & subscripta die 7. Martij an. 1562. Græci in Tractatu Nili, de Primatu Rom. Pontif. quem uertit Flacius Illyricus, vt tanquam Sorex suo iudicio periret. Nam Nilus illhic concedit Romanum esse Summum Pontificem, quamuis debuisset addere *iure Diuino*, non dumtaxat, *iure Ecclesiastico, & Conciliorum*, quod diserte fatetur.

Abyssini, & Aethiopes apud Damianum Goes, duabus legationibus Matthæi, & Zagazabi. Latinos, producit & enumerat Nicolaus Sanderus egregio illo opere de visibili Monarchia Ecclesiæ, vt tam nefas fit dubitare, hanc esse fidem, non huius æui modo, sed & reliquorum omnium præcedentium. Turrianus lib. pro Epistolis Pont.

Liberum arbitrium, Bona opera. Vuicelius lib. de voluntate hominis Christiani. Driedo lib. de prædest. & lib. de concordia liberi arbitrij. Ambros. Catarinus in Opusculis. Slotanus lib. disput. aduersus Hæreticos. Clictoueus in libros Damascenj de Orthodoxa fide, capite de hac materia. Sepulueda contra Erasmum.

Sanctorum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00412

A *Sanctorum preces, Suffragia, Inuocatio, Reliquiæ, Imagines, Festa.* Hesselsius libro peculiari. Ambrosius Catarinus in Opusculis. Soto in 4. Senten. Canisius lib. de Virgine, & libro de Ioanne Baptista contra Centuriatores; Syri & Nestoriani in Tabula, & titulis noui testamenti, & in suis Liturgijs & Ritualibus, Eckius tribus tomis de sanctis, de quibus & sermones innumeri sunt Theologorum, & Ecclesiasticor. huius ætatis. *Preces pro defunctis, Purgatorium*, Græci hodierni qui & illud vocant vnico vocabulo, κωθαρσιον Nestoriani Mesopotamij, qui vocant *Quembá*, Moses Mardenus, in tabula sectionum noui Testamenti Syriacæ, Syri & Nestoriani in titulis noui sui testamenti, & in suis Liturgijs. Hebræi hodierni, & docent hæretici Fagius, & Munsterus in 14. Deutronom. ut nos in libro peculiari. Auratus Paradoxo 86. De Latinis alijs non laboro, nam sunt innumerabiles.

B Hæc & alia à sectarijs contra Religionem disputata, omnia Comitia Imperatoria, cuncti Cœuentus Principum, Populorum, Academiarum, vniuersæ denique Synodi huius tempestatis magno numero confirmant, Lutherum, Caluinum, & istiusmodi reliquos detestantes, & Anathemate fulminantes. Cuius quanta sit vis, euentus ipse loquitur. Nam non tam à nostris, quam à seipsis confecti sunt, quotidieque conficiuntur, Lutherus, Anabaptista s, Zuinglium, Carolostadium, Oecolampadium aggressus est. Protestantes & aliæ Germanorum sectæ Lutheri dogmata penitus detestuerunt, nec fe amplius Lutheranos dici patiuntur. Ioach. Vuestphalus; Tilm. Hessius, Castalio, Casanonius, Gregorius, Paulus, Molinæus, Ioan. Morellius, Cassander, Valentinus Gentilis, Blandrata, Ochinus, Roseeus, Bernenses Caluinum expunxerunt, uel eius sectam, in plurimas secuerunt, Castalio, Brentius, Smidelinus, &

C plerique alij Bezam vexant. Protestantes istorum æmulos in Germania multis in locis exurunt. Denique ita in se sæuiunt, vt corpus istud peccati propediem interitum speretur. Cui & illud quadret Epiphanij lib. 2. de hæres. cap. 2. Veteres narrant fabulam, quod ex multis aspidib. in vno testaceo vase collectis, & in singulis quattuor angulis Templorum Ægyptiacorum positis, si qua alijs fortior reperta fuisset, ea reliquas aggressa deuorauit, & vbi sola mansisset, alimentoque careret, conuersa se ipsam à cauda derodere cœpit, & vsque ad reliquam corporis partem se adedit, quo ad viueret, Vnde & *Aspidogorgona* vocauerunt. Sic hæresis se penitus consumit, & per Christi potentiam delet.

Accedit istorum Historicos, & Chronologos omnes nobis dare testimonium, vt Sleidanum, Carionem, Magdeburgenses, Pantaleonem, Fuccium, & cer. Nam isti

D etiam secundum nos Ecclesiæ cursum fuisse, esseque docent; & dum res ecclesiæ se narraturos pollicentur, nostra dumtaxat explicant, nostros solos allegant, quasi apud nos positam esse ecclesiam, tacita conscientia fateantur.

Quin & tradunt Romanam Religionem in cunctis Europæ Terris receptam esse, quam ipsi conari quidem sint & scriptis, & armis conuellere, sed nondum potuerint, nec Deo Duce, poterunt, vt vel eorum confessione sit nostra Ecclesia continua, perennis, immobilis, inuicta, denique Catholica permaneat, & omnes Sectas sepeliat. Est enim Catholicum,

quod semper, quod vbique,

E quod ab omnib. aut plurimis, & ijs quidem quorum spectata est, pietate que sapientia, & pietas, communiter est creditum.

AVCTO-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00413

AVCTORES ALIQVOT QVI ADVERSVS Hæreses, siue schismata scripserunt. Cap. XXXVIII.

ADamus Tannerus.
Albertus Pius contra Erasmum.
Alanus Copus de Summo Pontifice, de Imaginibus, de uotis Monasticis, de Sanctis, de pseudo Martyribus, Antidotum contra hæreticos.
Albertus Pighius de Libero Arbitrio, de Hierarchia Ecclesiastica, libum etiam scripti aliarum controuersiarum.
Antonius Demochares de Missa aduersus Calvinistas.
Alphonsus a Castro de omnib. hæresibus, & iusta punitione Hæreticorum.
Alphonsus Herrera de bonis operibus.
Alphonsi Virualdi Philippicæ aduersus Lutherum.
Ambrosius Catharinus contra Lutherum.
Andreas Vega in Concilium Tridentinum, & de Iustificatione.
Albanus Langdalius de Eucharistia.
Antonius Posseuinus de Moscouia, & statu hisus feculi aduersus Ecclesiæ hostes.
Antonius Solerius de Inuocatione Sanctorum.
Ambrosius Pelargus de Baptismo parvulorum, de Imaginibus, Missa, punitione hæreticorum.
Alanus Pelagius iam ante 200. ann.
Antonius Corduba de de Indulgentiis.
Bartholomæus Camerarius de libero arbitrio contra Caluinum.
Bernardinus Scondonius de Caluitate.
Baptista Paulianus de Jubileo, & Indulgentijs.
Bretembachius Antihyperaspistes cõtra Schmidelinum, Vide in dictione Matthias.
Claudius Coussodius contra VValdenses.
Claudius Sanctius de Eucharistia, de Liturgicis, & de Atheismis Caluini & Bezæ, & alia parum Latina, partim Gallica.
Christophorus Marcellus de Auctoritate Papæ.
Colonensium cẽsura in Hæreticos.
Conradus Koelim contra Epithalamium Luther.
Cuthebertus Tonstallus de Eucharistia.
Conradus Brunus contra Historiam Illyrici, & de Leguminibus, Ceremonijs, & imaginibus & de sepultionibus contra Centuriatores.
Didacus Payua de Scriptura & peccato, libero arbitrio, de lege & Euangelio, de iustificatione, cœna Domini, de poenitentia, confirmatione, extrema vnctione, imaginibus, cœlibatu, & contra Chemnitium pro Concilio Tridentino.
Dominicus a Soto de Sacramentis, de natura & gratia, & in quartum Sententiarum, & de iure & iustitia, vbi multa contra hæreticos.
Dominicus Gramineus de Eucharistia.
Edmundi Campiani Martyris Angli aurcus libellus, qui inscriptus est Decem rationes oblatæ Academicis Angliæ, & defensio eiusdem a Ioanne Durzeo contra VVhitakæum.
Emundi Augerij Carechismi Gallici, & libri de Sacramentis Gallicè, aduersus Caluinianos postillarum.
Fauendus Billikius de componendis Ecclesiæ dissidijs.
Franciscus Costerus.
Fridericus Staphilus de nimembri Theologia Lutheri, de successione discipulorum Lutheri, Synodus Patrum contra Hosiandrum.
Franciscus Feranensis de libertate Christiana.
Franciscus Turrianus de Ecclesia, de Eucharistia, de uotis Monasticis, de iustificatione, pro Epistolis Decretalibus, in Confutationes Apologiarum, de characteribus verbi Dei, de Hierarchicis ordinationibus, & plures alia.
Fridericus Nauclea.
Forliciunus Ningularda contra Confessionem Augustanam, de Scriptura, traditionibus, Sacramentis, ritibus, imaginibus, purgatorio.
Franciscus Cordubensis de Fide, Papa, Concilijs.
Franciscus Vargas de Pontifice Max.
Fabritij Leodij Harmonia contra Confessionem Augustanam.
Francisc. Romeus de libertate operũ. Io. Fontanus de Historia Ecclesiastica nostri temporis.
Francisci Sonnij demonstratio religionis Christianæ.
Gaspar Cardillus de Concilijs.
Guilelmus Bernardus de Sepulturis, exequijs, &c.
Guilelmus Alanus Anglus Cardinalis de Eucharistia, de Sacramentis in genere.
Gaspar Scherzerus de controuersijs.
Georgius Amelius de Eucharistia.
Georgij Scherer varia Germanicè cõtra hæreticos.
Gregorij de Valentia Analysis fidei Christianæ, de Missa, de Trinitate, & de variis aliis aduersus nostri temporis hæreticos.
Guilelmus Eisengreinensis contra Centurias Magdeburgenses.
Guilelmi Lindani Panoplia, Dubitantius, Apologeticus de solida concordia componenda, & aduersus Confessionem Augustanam concordia discors.
Georgij Siderimulti, tam Latinè, tũ Germanicè: Oeconomia Bibliorum, Malleus hæreticorum, Margo logica, Impostiro ilua angelica, &c. Quæ quidem ad Diuinarum scripturarum dispositionem intelligendum maximè faciunt.
Hieronymus Niger de Eucharistia.
Hiero. Torrensis Confessio Augustiniana.
Hieron. Hangestus de libero arbitrio.
Henric. Helmesius de iustificatione.
Hieronymus Osorius ad Haddonē Regium Angliæ libellis suppli cib & epistola ad Reginã ipsam.
Hieronymi Bolleci Vita Caluini.
Hosius de Indulgentijs.
Hugo Constantiensis de imaginib.
Henricus Blyssemius de Ecclesia, & de ultima specie.
Henr. VIII. Regis Angliæ defensio fidei, scripta antequam incideret in hæresim.
Iacobus Latomus Theologus Louaniensis.
Iacobus Petranus.
Iacobus Crerferus.
Iodocus Clichtoueus de Missa, contra tiarariam.
Iodocus Tiletanus contra Confessionem Antuerpiensem Lutheranorum, &c.
Ioannes Antonius de Ecclesia.
Ioannes Cochleus de uita Lutheri, de Hussitis, Philippicæ, discussio Confessionis Augustinæ, de Scriptura & Ecclesiæ auctoritate, cõcordia ratio super Confessione Augustana contra Caluinum, Septuplex Lutherus, & alia multa.
Iacobi Pamelij Liturgiæ Latinę, & Scholia erudita in Tertullianũ, & Cypnianum.
Ioannes Dauentriensis contra confessionem Augustanam.
Ioannes Driedo de libertate Christiana, libero arbitrio, &c.
Ioannes Eckius de Primatu Pontificis, Purgatorio, Apologia cõtra Bucerum, de satisfactione, Enchiridion De Sacrificio Missæ, quatuor Tomi Homiliarum.
Ioannes Faber de Summo Pontifice, de Missa, Euangelica contra Anabaptistas.
Ioannes Garetius de Eucharistia, & oratione pro defunctis.
Ioannes Gropperus de Eucharistia.
Ioannes Hofmeitteri loci communes.
Ioannes Hesselius a Louanio de officio pij viri, de Eucharistia, de Communione sub una specie, de inuocatione sanctorum, de primatu Petri, contra fidem Specialem.
Ioan. Lensæus de unica religione & purgatorio, de satisfactione, de Ecclesia &c.
Ioannes Rossensis contra articulos Lutheri, de visibili sacerdotio, de uxica Magdalena. Quòd Petrus fuit Romæ, &c.
Ioannes Turrecremata de Ecclesia.
Iacobus Ledesmius de Sacro non celebrando vernaculè, & Dubitis Scripturis.
Ioannis Bunderij Compendium rerum Theologicarum.

Ludouici

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00414

Ludouici Maiorani Clypeus Ecclesiæ militantis, de opumo statu regiminis.

Laurentij Surij Commentaria.

Laurentij Arnaui Faunei de Christi visibili in terris Ecclesia aduersus Antonium Sadeelē, assertiones de Ecclesia, Thesis de Principatu Petri, Thesis de Sanctorum inuocatione, & alia lectu dignissima.

Martinus Peresius Aiala de traditionibus.

Matthæus Galenus de origine Monastices, de Sacrificio Missæ.

Melchior Canus de locis communibus Theologicis, &c.

Michael Medina de recta in Deum fide.

Martini Pistoris Symachia.

Matthiæ Bredenbachij de diffidiis Ecclesiæ componendis.

Marcus Mantuensis de Concilijs.

Michaelis Velui Assertio quorundam Sacrorum axiomatum.

Martinus Delrius.

Martini Duncani confutatio Anabaptistarum.

Martini Chemnicij Orthodoxus, Catechesis Latine, Polonice, Germanice, de vera & falsa religione. Epistola contra Stancari lecturam, Responsio contra confessionem per Nuncios datam.

Michael Sidonius Mersipgen. Episcopus, Conciones de Missæ Sacrificio.

Nicolaus Sanderus de visibili Monarchia, de imaginibus, de iustificatione, de Sanctorum intercessione, de schisinate Anglicano.

Nicolaus Serarius.

Nicolaus Villagagneius de Eucha.

Patricij Nodecni Episcopi Vendensis de Ecclesia.

Petrus à Soto contra Confessionem Wirtembergnicm. Et de institutione Sacerdotum.

Petri Canisij Catechismus, de S. Io. Baptista, de B. Virgine, contra Centuriatores Magdeburgen. & alia.

Petrus Amelius contra Lutherum.

Petri Lizeij Alterni lib. contra pseudo Euangelicos.

Petri Cluniacēsis Epistolę pulcherrimę.

Petrus Scarga pio Eucharistia contra Volanum, præter libros quos Polonice aduersus hæreticos & schismaticos scripsit.

Raphael Bonullus de Gratia & Libero arbitrio.

Reginaldus Polus de Summo Pontifice, de Vnitate Ecclesiæ, de Concilio, de Baptismo Constantini.

Remundus Ruffis de Pontifice cōtra Manuelem.

Robertus Arboricensis de coercendis hæreticis, de Eucharistia, C. œlibatu. Vtroque gladio.

Roberti Card. Bellarmini de omnibus controuersiis eruditissimę & accuratissimę Disputationes.

Ruardi Tapperi explanatio Articulorum Louaniensium de sacramentis, de libero arbitrio, de Iustificatione, de Bonis operibus de Fide, Spe & Charitate.

Stanislai Hosij Cardinalis Confessio fidei Polonica contra Brentij Pologomena, de uerbo Dei, multa alia.

Stanislai Socolouiij Censure Patriarchę Constantinopolitani contra Lutheranos, varię orationes, Dos Ecclesię, de Ecclesia, de Fructibus hæreticorum.

Stephanus Vintoniensis de Cœlibatu & Eucharistia.

Theodorus Petanus de peccato originis, de Iustificatione, Purgatorio, Satisfactione, Mediatore Christi.

Thomas Card. Caietanus de Summo Pontifice.

Thomas Campegius de Summo Pontifice, & cœlibatu Sacerdotum.

Thomę Mori Epistola.

Thomę Valdensis de Ecclesia, Summo Pontifice, Clericis, Religiosis, Sanctis reliquis, Oratione, Sacramentis, Sacramentalibus.

Thomę Stapletoni de principijs de nostrabilibus & de Iustificatione libri quatuor: deinde Orationes eruditissimæ aduersus hæreticos.

Thomæ Illyrici de Summo Pontifice.

Tilmannus de Sacramentis.

Vincentius Eustachius de Missa.

Xisti Senensis Bibliotheca Sancta, & claues scripturarum.

Zacharias Adrianus de Sacrificio Missę.

ARGV-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00415

ARGVMENTVM OCTAVI LIBRI.

SEQVITVR vtilissima Tractatio de Atheismis Lutheri, Melanchthonis, Caluini, Bezæ, Ubiquetariorum, Anabaptistarum, Picardorum, Puritanorum, Arianorum, & aliorum Fidei hostium. Cum enim Hæreticos nosse, debellasse sit, vt Tertullianus monuit; causas item morborum intelligere præsentissima ratio sit ad eos curandos, faciendum erat, vt septimum librum de Hæresibus, Octauus hic exciperet, qui venena, quæ ex illis prodeunt indicaret apertissimè. Porrò quanta illa sint, agnoscet pius Lector ex his quæ sequuntur.

ANTO-

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Octauus

QVI EST DE THEOLOGIA & Atheismis Hæreticorum.

ATHEISMORVM ORIGO ET PROGRESSVS. Caput Primum.

VO Spiritu acti fuerint ij, qui à tempore Apostolorum Christi Domini Diuinitatem, vel carnem, aut humanitatem acerbissimè oppugnarunt, facilè constat ijs, qui vitam illorum & dogmata cognouerunt. Vt verò, qui facinora perpetrant & in omnem turpitudinem præcipites ruunt, si quid luminis affulget, quo in spiei possint, id protinus extinguunt: sic Satanas hominum eorum mentibus, per quos aliquid Satanicum edere vult, *Lumen illud Diuini vultus, quod est signatum super nos*, fatagit eallidissimus eximere, vt sanè à tenebris vndiq. comprehensi, tã dem in eius manus penitus prolabantur. Apparuit ergo CHRISTI IESV DEI Filij doctrina & vita, sicut splendidissimus Sol: quo homines excitati, arrepta cælestium rerum exercitatione, vt valentissimi athletæ nuncium perfidiæ, mundo, & carni remiserant. At cùm Diuinum Solem, qui tot miraculis, atque illustrissimis radijs splendere inceperat, unico flatu nõ poterat extinguere Diabolus, ad fas, hoc est, serpẽtis astũ, fuasq. pristinas artes conuersus, Dei Maiestatem sub Dei veri nomine minuere, & Christum, sub Christi, vel Deitate, vel humanitate obscurare, atque adeò ex animis hominum omninò tollere curauit. Id quod Tertullianus, cum hæreticos profligaret, prudentissimè posteritatem omnem, ac præcipuè huius seculi homines præmonuit. Nam eum Dositheum Samaritanum, Sadducæos, Pharisæos & Herodianos breui perstrinxisset, *Ad eos* (inquit) *me conuerto, qui ex Euangelio hæretici esse voluerunt, ex quibus est primus omnium Simon Magus, qui in Actis Apostolorum condignam meruit ab Apostolo Petro, tustamq. sententiam.* Hæc ille. Qui postea Menandrum, Saturninum, Basilidem, Ophitas, totamq. istius erroris & scenam & doctrinam aduersus Christi Domini & Dei veritatem inde fluxisse scribit: cùm & deinceps Carpocrates & Cerinthus & Valentinus non tam fabulas, quàm nouas de Deo & Christo blasphemias addidissent. Quos cùm Marcion quidam Ponticus genere, & Episcopi filius, ac propter fluprum cuiusdam Virginis ab Ecclesiæ communione abiectus, esset imitatus, ac Dei Maiestatem subdolè minuens Deum consequenter negaret, aduersus illum & alios hæreticos ita loquitur idem Tertullianus. *At nunc* (inquit) *negotium patitur Deus Omnipotens, Dominus & conditor vniuersitatis: idest tantum optimus, quia à primordio notus est: quia nunquam latuit: quia semper illuxit ante etiam Romulum ipsum, nedum ante Tiberium; nisi quod solis hæreticis cognitus non est, qui ei negotium faciunt.* Et infra. *Sed Deum quidem,*

Vide Iren. Tertullianũ Iustinũ Martyrem, Theodoretum, & alios.

Psal. 4.

Tertull. ad. clib. de præscrip. Hæreses omnes tendunt ad negandũ Deum. Act. 8.

Cap. 47. de præscrip.

Lib. 1. aduers. Marcionem. Hæretico quid impiè de Deo sentiant.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00417

Nota hæresice.

dem, vt scient non negas, vt nefaria retractas: imo & accusas, quasi scienti quem si scires, non accusares, imò nec retractares. Reddent nomen illis negans subsit animam nominis, id est, magnitudinis, quæ Deus dicitur, non tamen eam agnoscens, quantam si homo omnipotem nosset, potuisset, magnitudo non esset. Hæc ille.

A

Arius impius in Dei filiũ blasphemus.

At Sathanas posteà (vt semper in peius proficit) Arium Sacerdotem spiritu ambitionis tumidum impulit, quoniam Archiepiscopus Alexandriæ creatus non est, ad tot hæreses vel nouas comminiscendas, vel veteres excitandas, vt tenebræ factæ sint super vniuersam terram. Sicq; vna stilla decidens, neque aliò auersa, in torrentem excreuit, qui totum Christianum orbem inundauit. Repressis tamen Ariani Synodi Niceno au ctoritate, effusisque Dei no iudicio Arij iuscribus, qui tanquam alter Iudas Christi proditor crepuit medius: doctrina verò sapientissimarum illarum Ecclesiæ columnarum stante, atque consentientissimarũ illatis item à Constantino Imperatore iustissimis pœnis, ac subiatis hæreticorum pestilentissimis libris, coluber ille, qui sempiternum animabus bellum indixerat, in omnes sese spiras contorsit, si qua ratione semina tantæ impietatis fouerentur, Christiq. regnum rimas ageret, quo facilius denique cõ ederet. Quare Ariani negare iam apertè Scripturas, Epistolam Pauli ad Hebræos reijcere, & quicquid aliud ratum, sanctumq. esset, spernere, ac pedibus ipsis sacrosanctæ mysteria conculcare sint ausi: quemadmodum nostri quoque temporis hæretici faciunt, quoniam desperatissima eorum caussa est. Adeo mens, lumine Dei amisso, sibi ipsi fit hostis acerrimus. Tum itaque prostituitio virginum, cicitio Sanctimonialium, altarium euersio, Catholicorum trucidatio, inuasio Episcoparium, Eremitarum in ab struissimis locis, & monachorum perfecutio, cetera q. illa sũt subsecuta, quæ D. Antonius præuiderat, & Patres Athanasius, Basilius, ac reliqui scriptum reliquere. Sed cùm neque hic conatus prævaleret Synodi auctoritati, earum hæresum Antesignani coegere vatijs temporibus decem conciliabula, quibus (semper nouæ potius hæreses condebantur, quàm vt eorum impietas statui, vel fides Catholica posset labefieri. Mulierculas etiam, cùm parerent adibant, deque Christi natiuitate Diuina ridentes, & contemptim loquentes, illud Prophetæ itonicè objiciebant: *Generationem eius quis enarrabit?*

B

Ariani post Concilij Nicæni quod & quare nolit.

C

Ariani varia concilia frustra coegerunt.

Isa. 53.

Arianorũ finis. Luthe. rani.

Quæ ferè omnia num Lutherani, ac reliqui hæretici fecerint, testantur ipsa Regna, Prouinciæq. vastatæ, ipsa Conciliabula ab ijs nullo vnquam vero cum effectu pacis habita, ipsa Catholicorum martyria, quæ toto hoc seculo, & nunc in Anglia habentur, ipsa bonorum Ecclesiæ sacrilega vsurpatio. Qui nisi fructus eiusmodi sint, ex quibus eos agnoscere possis, fateare necesse est, vel te esse cum ijs cæcum, & latente iustitiæ Diuinę flagello tranfuersum agi, aut nondum altius ea perpendisse, quæ tamen interitum æternum haud refipiscentibus afferent. Sed fortè dices, Ecquid in nobis offendis, quo vel Diuinam Maiestatem, vel Sanctissimam Trinitatem, vel consubstantialitatis filij traducere nos, vna cum prisc is illis hæreticis vere afferere possis? Multùm (aio) per omnem modum, ut paulo post dicetur.

D

Primùm autem illud cogitandum est, sicuti plerunque Deus Prophetarum corda, linguasq. mouebat, plurib. ité futura indicabat, quę illi ante aut nesciebant, aut nõ omnino explicitè intelligebant: sic Satanã Pseudoprophetarũ corda, linguasq. & calamos persæpe conuit fuisse impellere ad ea dissemināda, quę etsi ipsi non cogitarant, iustissimo tamen iudicio Dei cõmeriti fuerant, ut organa, & flagella essent iræ Dei, mox quidẽ in ignem æternum proijcienda. Et fanè ebrij, & egroti multa dicunt & faciunt, quę nõ ibiipsis sed ebrij, ebrietati, egri aũt morbo, non aio tribuunt. Veruntamẽ culpa illo rũ denique est, q̃ & ebrij facti sunt, & in varios morbos inciderunt. Prorsus ergo id in Luthero, cæterisq. initio euenit, ut quàm mitissimè de illis iudicium feramus. Nam dũ furerent aduersus Ecclesiã tanquam ebrij, multa, quæ noluissent, aduersus Deum blasphemarunt, ac tamen vbi è suis errorib. tot monstra enasci, & tantam in uitę morib. licentiam erumpere uiderunt, aliquãdo dilucido aliquo intercullo, vt veritatis impulsi desperarũt de fuę doctrinę progressu, factamq. fuisse, è nouo isto (si Deo placet) Euangelio hominum vitam multo peiorem coacti sunt & ipsimet fateri, quàm dum in Ecclesia Catholica viuerent. Sed iam ad Atheismos veniamus.

E

Lutherani quonodo lode monis impulsi in atheismos exciderint.

Atheis-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00418

A

Atheismus primus Lutheri, quo Isaiæ locum de Christi Diuinitate falsa interpretatione depravat. Cap. II.

SAtanas igitur, vt quod coquebat in animo tandem euomeret, primò Lutherum impulit, ut magno ausu Biblia verteret, & vtilgatam editionem abijceret. Interim verò serpens ille sciebat, quid sperare posset eo de homine: quibus item in locis varia eius iam menti insitallaturus, quibus deinceps per illum virus suum spar-furus, ne cogitante quidem semper fortassis ista Luthero. Et initio quidem, quod sert ptum habetur de Christo Deo & homine simul futuro, id Lutherus omnino fustulit. Sic autem Isaias inquit: *Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus* B *est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, fortis* Pater futuri seculi, Princeps pacis. Nam, vt in Græco codice, θεὸς ἰσχυρός, sic in Hebræo legitur אל גבור *El Gibbor*, id est, Deus fortis: quod quidem postea Paraphrasis Chaldaica eodem sensu, isidemq; verbis expressit. Quin etiam inter Hebræos ante Christum natum non defuit, qui ita interpretaretur hunc locum. *Quia* (inquit) *Messias Deus & homo futurus est, vocatum est nomen eius* עמנואל *Emmanuel, hoc est, nobiscum Deus, nempe in corpore, in carne nostra, quemadmodum testatur Iob* capite 19. in carne meavideboDeum. *Item quia Deus est mirabilis, Consiliarius dicitur. Excogitauit enim mirabile consilium animas à demone eripiendi, qua propter Ada peccatum damnatæ erant. Nec possunt vllomodo esse salvæ, nisi per eius mortem acerbissimam, multaq; subeat tormenta: ob eam causſam dicitus est Vir. Et quia ipsius est omnis fortitudo, Deus fortis vocatur.* Et C paulo post: *Et quia eos saluos faciet & ad paradisum adducet, vocatur Iesus, hoc est, Saluator.* Hæc ille.

Christus Deus & homo quatenus ab Isaia vaticinatus. *Esai. 9.*

Luther. Christi filij gloriam furatus.

Lutherus igitur, tanquam tacitus latro, furatus Christi gloriam, vocem illâ, (Dei) penitus expunxit, alteramq. suppositit, qua Christi Diuinitas nequaquam deprehendi potest. Id verò in omnibus eius Bibliis, quæ Ienæ, Vittembergæ, Lipsiæ, ac Francfordiæ typis impressa sunt, cernere est his verbis: *Vnd er heißt VVunderbar, Rhat, Kraffi-Held, Heiliger, Vatter.* Cum debuisset vertere. *Vnd sein Name heisst. VVunderbar, Rhatgeb, Gott, Starck, Ewiger Vatter, friedfurst.* Sic enim & Dietembergius, & ij omnes verterunt, qui peritissimi linguarum, Diuinum Verbum, vt rectè perceperunt, sic ex animo suspexerunt & venerati sunt. At verò, ne nominis Dei eo loco prætexere posset ignorationem, fatetur quidem alibi per hanc vocem (אל El) ibi significari Deum, D & nusquam inueniri in singulari, nisi de vero Deo: sed tamen in sua ueritsione maluisse ponere, *Krafft, quo nomine inquit designari fortitudinem substantiuam.* Alibi verò (ut omnia reddat semper dubia) inquit (אל El) applicari etiam creaturis. Ex quo hominis astum cum impietate coniunctum licet agnoscere, quòd studio tam expressam vocem Spiritus sancti de Christo D E O, ab Ecclesia D E I omnibus seculis, & linguis receperam fustulerit, populisq. clarissimum Diuinitatis Christi testimonium Germanica dictione, & satis impropria, inuoluerit, atque subtraxerit. Interim verò cùm ab alijs fraudem agitam velare voluisset, eos quidem, ut diximus, sic tactauit: attamè id, quod maximè expediebat ab omnibus cognosci, non correxit. Quæ certè (vt subinde plaTom. 4. operum Luther. pag. 171. impresso Vvitebergen. 1552. Quidam si mile sed breuius in Schol. suis euidem breuib. in Isaiam eodem. To. pag. 144.

nius quoque ostenditur) tacita fuit ad Atheismum complanatio.

E

Atheismus secundus Lutheri, & Caluini contra Sanctissimam Trinitatis nomen & inuocationem. Cap. III.

POrrò displicebat Arianis nomen Sanctissimæ Trinitatis: displicuit & Luthero. Cumq. hanc, Satana instigante, compendiariam illi viam ad Diuinitatem ipsam ex animis rollendam putassent; putauit item volens nolens Lutherus. Sic enim dementat (vt dixi) Satanas suos. Itaque & in hoc Lutherus tanquam bonus reformator, ut à Sanctuario ineiperet, à Sanctissima Trinitate inchoauit. Et uti ex epistola D. Ioan. Euang. fustulit illud: *Tres sunt, qui testimonium dant in cielo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt:* Sic ex Litanijs illud prorsus erasit, *Sanctæ Tri-* Lutheranis, & Arianorum S. Trinitatis displicuit. *Ioan. 5.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00419

Anno. 1543. in lib. precationum. *Marth. 13.* Lutherus vocem S. Trinitatis modo suscipit, modo reijcit.

nitas vnus Deus miserere nobis. At non omnino (inquient) vocem illam fustulit, quin A
uerò & alicubi reliquit. Fateor. Et hic ipse est Satanæ æstus, vt iaciens lapidem, illico
recondat brachium, & superfeminans (vt dixi) zizania, abeat. Fuerunt enim, qui au-
dacem illam impudentiam admirabundi improbarent. Properera receptui sic cecinit,
vt tamen neque Lutherus retractauerit, quod fusseuerat: ac pro eo tempore Satanas
fecisse satis se cogitauit, si fenestram istam ad omnem nequitiam aperuisset. Scit enim
malignus serpens, facile esse inuentis addere. Quamobrem quod ouum in Luthero fo
uerat, in Melanchthone non multo post apertius, sed apertissimè in Caluino, & in reli
quis manifestius exclusit, quemadmodum suo loco dicemus.

Iam uerò si caussas alias expendamus, cur Lutherus Sanctissimæ Trinitatis nomẽ,
& inuocationem è Christianis supplicationibus eliserit, certè nullam uidemus. Si e-
nim nouitatem vocis afferas, antiquitas omnis falsi te arguet: sin ab hominib. ijs inuẽ B
tam putaueris, quorum haud magna fuerit in Diuinis rebus exercitatio, uniuersa Gre
cia, atque ij ipsi, quos scribis, Diuinam illustrasse Scripturam te reprehendent. Si, quo
niam Caluino non sapiebat Trinitatis nomen, quòd generis fœminini cùm sit, iunga-
tur cum Deo, quæ uox est masculini: cur ille Grammaticus, non Theologus, loco Tri
nitatis non dixit Ternionem? Sed latebat serpens in herba. Caluino enim vsus est Sa-
tanas tanquam audaciore, & callidiore instrumento, per quod nomine Trinitatis su-
blato, ne inuocaretur quidem: quæ vbi non inuocaretur, abiret omnino in obliuionẽ.
Quomodo autem inuocarent, quam neque nominare dignarentur, & adeo in quam
non crederent? Ac primo Caluini inscitiæ insustilauit Satanas hoc alterum venenum,
ut Sanctissimæ Trinitatis hypostases, seu personas putaret nudas esse proprietates:
deinde in iocum (horrendam & intolerabilem sane blasphemiam) sanctissimum il-
lud nomen detorsit, uocans Hermaphroditum. Nicæni igitur Patres, quiq. fuere om-
nes in reliquis Synodis τριάδι hoc est, Trinitatem nominarunt. Neque uerò tunc C
orta est illa uox, cùm D. Iustinus Martyr, Athenagoras, S. Gregorius Thaumaturgus,
Tertullianus, sanctiq. ante hos Clemens Romanus, & Dionysius Areopagita, atque
alij plerique omnes vnà cum Iacobi, Clementis, Basilij, Chrysostomi, & Latinorum
Liturgijs, hymnis quoque quos uocant τριάδι ὠδὰς tanquam ab Apostolorum tem-
poribus deductam, satis ostendant. Itaque nec ab inuocatione Sanctissimæ Trinitatis
abtrinuerunt. Nam & precationes ad eam τριαδικὰς (qualis uox cernitur in ijs, que
subiiciuntur Liturgijs D. Basilij) appellarunt: Et cum D. Dionysio Diuus Gregorius
Nazianzenus, Chrysostomus, ac denique reliqui Patres Trinitatem esse inuocandam
suis exemplis docuerunt. Ille enim *Principem omnis boni, atque eminentem bonam uocat
Trinitatem.* Ac rursus, *Trinitas, ait, quæ essentiam, Diuinitatem, bonitatemq. transcen-* D
*dit, Diuine Christianorum sapientiæ præes, dirige nos in id, quod de arcanis oraculis valde
incomprehensibile est, splendorisque omnem superat, & in altissimum eorum verticem, vbi
simplicia, & soluta, & immutabilia Theologiæ mysteria in perillustri arcani, mysticique se-
lenij caligine abdita sunt in tenebricosissimo loco clarissimam lucem emittentia, & in prorsus
intractabili, inuestabilique penelegantium radiorum mirabiliter opplentia mentes oculorum
expertes.* Et alibi, quasi tot ante fecula Lutheri blasphemias præsensisset, *Oportet*
(inquit) *nos orationibus ad ipsam veluti bonitatis principem prouehi, & propius ad illa ac-
cedentes in hoc discere, perquã optima dona ipsi esse circũpósita. Nam & ipsa quidem adest om-
nibus, nun autem illi adsunt omnia. Vbi autem ipsam purissimis precibus, deficatoq. animo &
ad Diuinum unionem accomodato inuocauerimus, tunc nos illi quoque adsumus.* At D. Gre- E
gorius Nazianzenus, ne quid de D. Dionysio pro suo Luthero cauillentur sic ait: *O
Trinitas Sancta, & adorauda, & longanimis. Es enim longanimis, qua tam diu scindentes te
toleras. O Trinitas, cuius habitus sum cultor, atque preco tamprideni non simulatus. O
Trinitas, quæ ab omnib. aliquando cognoscêris, partim illustratione, partim punitione, ipsicipe
etiam istus, vt qui nunc contumelia afficiunt, adoratores efficiantur.* Sic Chrysostomus:
*Trinitas partitionis expers, unitas omnium opifex. Omnipotentique Pater Filius, & Spiritus
sanctus, tu Deus meus, & lumen, teque celebrans adoro.* Hæc illi. Arqui & antea quo-
que D. Ignatius à Spiritusancto edoctus fuit, vt Canticum illud ab Isaia auditum,

Caluino displiceret nomen S. Trinitatis.

Caluini impietas partan tis tres hypostases esse proprietates nudas. Synodi quatuor generales. Iustinus lib. de expositione fidei, quæ inscripti de Trinitate. Athenag. in Apologet. Greg. Thaumat. in fidei formula quæ extat apud Euseb. hist. Eccles. lib. 7. cap. 24. Greg. Nazianz. orat. 2. de pace suorum finem. S. Patres Sanctissimã Trinitatem inuocarunt. D. Dionysi. exordio lib. de mystica Theologia. Cap. 1. & Oui. nominib.

Naz. sub finem 2. orat. de pace.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00420

A *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, in Ecclesia Antiochena in Sacro cantaretur. Ac posthea miraculo comprobata est ea invocationis necessitas, cùm pueri duo in aera diuinitus subla-
ti, deinde delati in terram, iussi sunt Proclo Patriarchæ dicere, mandaret ve Trisagion illud ad terræ motum sedandum ab omnibus caneretur, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis miserere nobis*: fecit, cessauit illa calamitas. Sed & per S. Trinitatem sanctissimæ Christiani iurabant, & per eandem reliquos adiurabant in grauissimis causis, quemadmodum in Concilio Chalcedonensi cernitur. Nam & in Græco Acumicensium codice, hæc verba sunt. *Per sanctam Trinitatem vos adiuro, quæ custos est Principum, quamq. colitis, & in qua baptizati estis, cuius quoque inuocatione saluamini, subete preces meas referi.* Quæ cùm ita sint, ac tamen ausi sunt in tantum impietatis barathrum ruere: quantopere initia superbiæ cauenda sint, exq. minimarum rerum contẽptu maxima quæq. deinceps despiciantur, perlegat puis attentè, quæ Dorotheus scripta reliquit. Is ergo, *Memini* (inquit) *fratres mei, vidisse me aliquando huiusce modi hominem, qui in hanc miserrimam seditionem incidisset. Et insto quidem, si quis e fratribus locutus quipiam esset in alterius commendationem, & laudem, statim illum spernebat, ac quasi conspuebat, dicens: Quis est ille? Non est alius prater Zosimam, & qui cum eo sunt. Post capti & illos contemnere, ac dicere neminem alicuius esse pretij prater Macharium. Et paulo post: Quis, ais, Macharius? Nullus est prater Basilium, & Gregorium. Atque etiam non multo post, hos quoque capit partier spernere, & nullum pretij vllius existimare, nisi Petrũ & Paulum. Cui ego prædixi, quod euenit, fore, vt hos quoque tempore contemneret. Quod sane factum est, nam eos sprevit, & nihil esse habendum in pretio prater Trinitatem asseruit capit, statimque in Deum quoque factus insolentior, exarsit, intumuit.*

Vide Ephesinum Concilium ad sanctissimã Trinitatem.
Actio prima Chalced. Cõcilij.
Quomodo ex minimis ipsis adgra uissima pecc. data fiat profectus
Dorotheus Doct. a.d hũ militate.

C

Atheismus tertius Lutheri contra nomen Homoousion, siue Consubstantialem, a Patribus Nicænis receptum. Cap. IIII.

Nota.

PRogreditur impietas, & quem hominem Satanas fermentare cœpit, non desierit, quousque fermentetur totus, *fiunt. q. nouissima illius petera prioribus*. Lutherus igitur claustris pudoris semel perruptis, vbi sensim bellum indixit Sanctissimæ Trinitati, iam apertius se prodidit, cùm aduersus Latomum scribens, vocem illam in Synodo Nicæna constantissimè receptam, ὁμοούσιον hoc est, *Consubstantialem*, se inquit odisse. Anima mea (inquit) odit hoc nomen. Quid ita? ob ipsamne vocem, an ob notionem vocis? Neutrum potest respondere; nihil enim aptius hac inueniri poterat ad hæresim Arianorum iugulandam, & ad vnicam, planeq. eandem nume-
ro, ac certè ipsissimam Dei essentiam indicandam. Id quod cùm ægerrimè ferrent Ariani, & Catholicos contemptim vocarent Homoousianos, vides quam bonus illorũ fautor fuit Helias iste Germanicus? Et verò quanti Nicænæ Synodi decreta in re tanta fecerunt illi, qui in sua Confessione Augustana tantopere hanc Nicænam fidem extulerunt? Itaque aut certè Lutherus crediderit oportet personas Sanctissimæ Trinitatis non eiusdem, & vnius essentiæ (quod sanè omnem perfidiæ metam excedit) aut sã nè dicendum est, Spiritui illo contendendi adactum à dæmone fuisse, vt quod ignoraret, blasphemaret. Sin autem nomen ipsum ὁμοούσιον oderit, quòd parũm Græcum sibi Germano, vel Consubstantiale, siue Consubstantivum (vt Afri apud Vandalorum Arianorum Principem interpretati sunt) sibi (videlicet elegantissimo) parum Latinum videretur, sapientissimum omnium se iactet necesse est, qui cùm nihil melius afferat, vniuersam tamen illam antiquissimam & piurisimam Ecclesiam ingenio, spiritu q. admirabili prædiram, infelicissimus morio & apostata se putet superasse. At nomen hoc neque exterum am, nec barbarum est, sed Christianum, Ecclesiasticum, significantissimum. Quod si malebat dici ὁμοιούσιον id est, similis subsantiæ (vt quondam Ariani uolebant) intelligitur cuius spiritus fuerit Lutherus. Et D. quidem Basilius Arianis ea lege concessit hanc alteram uocẽ, si fuisset adiectum ἀπαραλλάκτως: nam ὁμοιούσιον idem designasset, quod ὅμοιον κατὰ πάντα. Sin autem id reiecit, quoniam in Scriptura expressum nõ est (quamuis profectò in illa altissimè impressa sit eius notio, ac veritas) videt Lector quonã & Synodos illas quattuor, & quę fidei Symbola illo pu-

Luther. quã temere omẽ Consubstantialis reiecerit.

Luther. 11. Lutherus ad versus Iacobum Latom.

Lutherus odit uocem ὁμοούσιον.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00421

blice admittere videntur, ac denique Spiritum illum, qui Synodos direxit, abigant. A
Et certè Lutherus ignorare non poterat vocem illam in Concilio Nicæno aduersus
Arianos veritatis auctoritate (vt S. inquit Augustinus) & auctoritatis veritate fuisse
firmatam. *Verum*, inquiunt, *& D. Hieronymus* (vt ait Lutherus) *nemen Homoousij ferre non poterat, nec tamen tantum illi, quantum nostro Luthero placuit, adscribitis.* Agnoscio ipsius Lutheri, & quicum imbuit, Satanæ astutias. Patres enim, cùm vnanimes & vnius labij sint in re fidei, sic repellit, vt ne flocci quidem faciat: at si tantillum apparet, quo per illos ædificium fidei prosternere possit, tum eorum auctoritas illi est sacrosancta. Sed vt in primis fraudem Lutheri agnoscas, nunquam D. Hieronymus vocabulum Homoousij odio habuit, aut omittendum esse iudicauit, sed ab hypostasis voce cauendum esse opinabatur, quòd hanc cum voce Essentiæ Arianis sic confundebant, vt cùm vnum & idem esse viderentur, ij propterea tres essentias callidè insinua- B
rent. Neque verum est, quod in libro de Concilijs Lutherus adiecit his verbis: *Sanctus Hieronymus vehementer perturbatus, lamentabiles scribebat ad Episcopum Romanum Damasum litteras, & cupiebat expungi vocabulum homoousion.* Extant enim duæ illius sanctæ viri epistolæ hac de re ad Damasum, in quibus nullam Homoousij expungendi mentionem facit. Quin verò alteram sic concludit. *Obsecro Beatitudinem tuam per Crucifixum mundi Salutem, per Homoousion Trinitatem, vt mihi epistolis tuis fine tacendarum, fine dicendarum hypostasium deum auctoritas.* Quibus verbis ut Lutheri impostura, sic & virorum illorum Sanctissimorum, ac doctissimorum, qui antiquas Apostolorum semitas terebant, cernitur pietas, atque modestia, cùm ad Summum Pontificem Romanũ de rebus fidei confugerent. Itaque & veræ humilitatis fructum retulit, quippe qui in fide Catholica stetit, neque terminum transgressus est Nicænæ Synodi, quem Dama- C
sus salutarem, atque adorabilem vocat; *Quo mure fortissimo* (inquit) *contra arma diabolica statuto, hoc remedio venena mortifera sunt depulsa, vt Pater & Filius vnius Diuinitatis, vnius virtutis, vnius, magnitudinis debeant credi, unius. essentiæ, sine substantiæ, simul & Spiritus sanctus.* Neque verò sapientius quidquam ea voce poterat inueniri. Essentia enim pro natura rei accipitur, qua vnumquoque constat, quæ quatenus multis individuis & hypostasibus est communicabilis, quasi vniuersum quoddam est: ac proinde latius patet, quàm hypostasis; significantior item est quàm substantia. Hæc enim etsi nihil ab essentia differre dici possit, quoniam tamen videtur quædam esse ac cidentium sustentatio, non tam propriè Deo conuenit, cui omnia insunt per modum essentiæ, non item accidentis. Quo fit, vt quæcunque in Deo sunt, Deus esse rectissimè D
dicantur. At hypostasis, sine persona, quam Graeci πρόσωπον, Latini quoque suppositum dixerunt, magis adhuc (ut cum Scholis loquar) essentię specificat existentiam, vt quæ subsistentiam & incommunicabilitatem in sua propria definitione contineat. Quare & Boetius illam, *individuam naturæ rationalis esse substantiam* circumscripsit. Hanc igitur vocem Patres adscruerunt ad Diuinam essentiam in tribus personis deo endam, ne quis vel Sabellianus tres hypostases esse chymæras arbitrareturvel Arianus tres essentias in Deo statueret.

Ac Christiani quidem à D. Paulo edocti hoc ipsum antea crediderunt. Nam & propterea D. Dionysius, atque alij Deum ἑνάδα καὶ ἑνάδων ὑπερούσιον nocarunt. Ac cum post Sabellij heresim (sicuti Ruffinus scribit) orthodoxæ hiuius fidei doctrina latius patuisset, Ariani tamen in eos scopulos impegerunt, vt tres hypostases pro tribus naturis, sine essentijs existentibus in tribus personis crederent, atque fallaci- E
ter (vt diximus) Catholicis obtruderent.

Secutâ sunt deinceps posteriora fecula, quibus per uocem Homoousij non solùm reiecta est Sabellij crapula (ut D. Cæsarij fratris D. Basilij uerbis utar) ac loco hypostasis etiam personæ nomen Græci à Latinis mutuarunt, verùm etiam per vtramque vocem fides Catholica stetit inuicta. Iraq. nos Lutheranam abijcientes rabiem & odium, quo aduersus hanc veritatem, & uocem feruntur, dicamus cum Epipha-
nio; *Filius est Homoousios patri, non αὐτούσιος* id est, *simul habens essentiam, sed Homoousios, non extra Patrem genitus, vt quidam ironice iactant, postea sine adoptione volentes esse filium, non veritate. Consensus autem est fidei dicere Homoousion, id est eius-*
dem

D. Aug. lib. 3. contra Max. cap. 14. Hæreticorũ in Patrũ auctoritate recipienda ars.

D. Hieronymus nunquam vocẽ *ὁμοούσιος* odio habuit.

Priscorũ patrũ pietas atque modestia.

Damasus Epist. quam in 90. Episcopis qui ad se scripserant, scripsit Epistopis Illyrici.

Quomodo recte S. Ambrosius sic loquens.

Lib. de duab. naturis.

D. Cæsar. cõtra Arianos.

Epiphan. In Ancorato.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00422

A dem essentiæ: si enim diceris Homousion, solusti Sabellij vim. Non enim viam hypostasin significat hæc vox, sed in se subsistere Patrem, in se subsistere Filium, & in se subsistere Spiritum sanctum. Præterea etiam non alienum ab eadem Deitate declarat, sed Deum ex Deo Filium, Deum Spiritum Sanctum eiusdem Diuinitatis, non tres Deos.

Pulchre vox Homousii S. Tri unitatem explicat.

Atheismus quartus Melanchthonis aduersus essentia Diuinæ vnitatem, & personarum æqualitatem. Cap. V.

AT Melanchthon (verè nunc Melanchthon, ex quo plura vasa ad contumeliam sunt efficta) Magistri terens vestigia, quàm bellè doctrinam Nicænæ Synodi imbiberit, & alios docuerit, videndum est: *Necesse* (inquit) *est in Filio aliquid esse Diuinæ naturæ, non totum.* Ac post aliqua: *Necesse est* (ait) *aliquam esse in Christo naturam Diuinam.* Hæc ille anno superioris seculi trigesimonono. Sed postea quadragesimo quinto (vt errores alij ex alijs enasci solent) *Spiritum sanctum ait esse aliquid essentiæ Dei*, Ait enim loquens de Spiritu sancto: *Tribuitur per loelem Deus non matris creatæ agitationem, sed aliquid essentiæ Dei.* Quibus verbis nihil aliud designare potuit, quàm aut multas naturas Diuinas, aut certè multas eiusdem essentiæ partes. Id quod perfidum est, & iustissimè antiquæ hæresi tributum ab ea antiquitate, ad quam hæretici prouocant. Ac Locis communibus editis anno quinquagesimo octauo: *Nonest* (inquit) *lacerata Diuina natura Filij, sed tamen fuit obediens Patri suo:* quæ sanè Ariana fuit hæresis. At non ita funt locuti sancti Dei homines, quemadmodum fecit iste Grammaticus. Athanasius enim ait: *Illustrandi gratia absurdis prater* C *ueritatem emergentibus, necesse est, id quod integrè & solidè ex fide sanctæ Patris editum est, eius esse proprium filium. Nam integrè & solidè impartiri Patrem nácta est, ac si dicas, ex Patre gigni. Iam genitum esse, quid aliud significat, quam filij naturam?* Hæc ille.

Melanchthō partem Diuinæ essentiæ in Filio & Spiritu S. bla sphemat. Melanchth. Loc. cō. ann. 1539. p. 8. & 10. In Locis cōmun. an. 45. pag. 51. Augl. de hæresib. hoc. 74. Melanchth. Loc. comm. pag. 400. Oratione 2. in Arianos.

Præterea D. Augustinus (vt alios eorum seculorum complures omittam) *omnes* (inquit) *quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate, quæ est Deus, Diuinorum librorum veterum & nouorum Catholici tractatores, hoc intendorum secundum Scripturas docere, quod Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, vnius, eiusdemq; substantiæ, inseparabili æqualitate, Diuinam infirmes vnitatem: ideoq; non sint tres Dij, sed vnus Deus. Quamuis Pater Filium genuerit, & ideo Filius non sit, qui Pater est: Filius q; a Patre sit genitus, & ideo non sit Pater, qui Filius est: Spiritusq. Sanctus nec Pater sit, nec Filius, sed tantum Patris & Filij Spiritus, Patri & Filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem.* Sic Augustinus. Credo igitur, quod plerique Sectariorum non tanti unquam fecissent Melanchthonem, quem maximum condum opum æstimarunt, si initio medullam veterum gustassent, neque verò prius eius placitis imbuti, & cæcati, ad ipsum postea Solem cum reliquis cæcutissent.

Tom. 3. de Trinit. lib. 1. Ca. 4. Antiquorū fides de San. Trinitate.

Atheismus quintus Caluini, continens hæresis Sabellianæ & Ariana quadam semina, hæresimq; nouam Autheobeanorum. Cap. VI.

ATqui Lutherus & Melanchthon, quantùm subinde Caluino, mox ceteris ostium patefecerint, primò ad conuellendam, deinde ad pernegandam Sanctissimam Trinitatem: fic quidem, vt nec Patrem tanquam primam personam, neque Filium, neque Spiritum Sanctum inuocatione dignentur, neque per eam E iurare iam velint: Aduersarij ipsimet non diffitebuntur, si vis veritatis è corde ipsorū possit verum exprimere. Primùm enim, cùm è schola Lutheri, nullis Theologicis fundamentis innixus prodisset, mox ex fabula Στολεγόκτανος, ac tanquam ocraculum Caluinus voluisset haberi, illicò tanquam *scrutator maiestatis est oppressus à gloria.* Cùm enim ignorasset duobus perfici vnamquamque personam Sanctissimæ Trinitatis, altero quod est essentia exsistens, altero quod proprietas est: prius ille omisit, sequenti solo retento. Sic verò cùm præcipuum omisisset, quod dat esse, atque operari ipsi personæ, non solum se perfidum Sabellianum ostendit, qui personas in Trinitate tanquā nudas proprietates, & qualitates in vnica Dei essentia residentes fecerit, verùm etiam subsecutæ labis Arianæ se suscitatorem egregium indicauit. Ariani enim (quod San-

Lutherani & Caluinia S. Trinitatem nō inuocāt.

Prou. 25.

Vide Cland. de Sanctes Caluinus vna iola proprietate per sonam definiuit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00423

ctus scripsit Hilarius libro de pluribus Synodis, quibus eorum hæresis damnata est) ne scio quam incorpoream, & spiritualem dilatationem essentiæ Diuinæ faciebant, vt capacem trium personarum redderent. Ac verò Caluinus commentus est, Diuinæ essentiæ habenti vnam tantummodo existentiam, ineffe latitudinem quandam spiritualem & incorpoream, in qua ordine tres proprietates resideant. Ac si in ligneo baculo satis lato tria foramina disposita essent, vnam quidem essentiam, & vnam existere tiam habentia: verùm nemiuerò in latitudine tres foraminum proprietates cernere-mus, quarum prioris proprietas non posset esse secundi, neque secundi, ea quæ est tertij. Atqui cùm hac similitudine interatur, Filium non habere à Patre essentiam, situe (quod in idem recidit) essentiam Diuinam Filij non communicari à Patre, quin ve rò æquè ei radicalem & primitiuam, atque Patri esse, qui effecerit, & qualis Lutheri discipulus fuerit, Christiani & docti iudicent. Certè etiam ille αυσυσίον. id est, simul habentem essentiam, non Homoousion, id est, consubstantialem Filium fecit: vti supra vberius expositimus.

Caluinus facit filium ουσίον non ὁμοούσιον patri.

Patrem esse fontanam deitatem tres dixerunt. Hebr. 2. Ephe 3. Tertull. li. 2. de Trinit. Hilarius lib. 2. de Trinit. in initio.

Ignorauit præterea, & ignorans negauit Filium & Spiritum Sanctum esse Patris natiua germina, ἐλάσεις φυτικότατας vt sapientissimè D. Dionysius inquit. Quo sensu alibi dixit, Patrem esse diuinitatem fontanam, φώτινα πηγάια. Sic enim Patres nostri inter ceteras cauffas, cur vnus duntaxat sit Deus, non tres, hanc attulerunt, quòd Pater sit principium Diuinitatis: quòd ad ipsum, tanquàm ad fontem ceteri referant suam Deitatem: quòd (auctore D. Paulo) *qui sanctificat, & qui sanctificatur, ex vno omnes*: quòd denique *à Deo Patre omnis paternitate in cælo, & in terra nominatur*. Et verò Tertullianus assueurat Filio Diuinitatem tradi etiam, atque porrectam. D. autem Hilarius significantissimè & expressissimè, *Nihil* (ait) *nisi natum habet Filius*, Et S. Iustinus Martyr, *Si Pater* (inquit) *innascibiliter habet essentiam, Filius nascibiliter, Spiritus autem Sanctus per processionem, inter eos sanè distinctionem versari licet cernere*. Quibus verbis liquet, quam agnoscat distinctionem inter Diuinas hypostases, nempè eam, quæ sola sumitur ex esse ingenito, genito, & procedente.

Ioann. 5. 6. 7. 10. 17.

Porrò Christus Dominus testatur Patrem, *sicut habet vitam in semetipso, sic & dedisse filio habere vitam in semetipso*. Et ego (inquit) *viuo propter Patrem. Ego scio eum, Ego ab ipso sum. Quod Pater mihi dedit, maius est omnibus. Clarifica me tu, Pater, apud temetipsum claritate, quam habui, prius quam mundus esset apud te.*

Quare Caluinus Christum fecit αὐτόθεον, hoc est, *per se Deum*, tresq; Deos loco trium personarum nouus Trideita confinxit, vnde mox nous hæresis emersit Autotheanorum. Ignorauit igitur Diuinas personas, licet non solum sint per se, verumetiam in se (hoc est, non tantùm hypostases, sed & enypostata) sic tamen uniri inter se se, & vt ita dicam, immeare inuicem sine vlla confusione, vt (quemadmodum loquitur Nazianzenus) Pater, Filius, & Spiritus sanctus sint ἀδιάιρετοι, & ἀσυγχύτοι, vnio que illa inseparabilis, atque distinctio simul sit, quam Graci περιχώρησιν, nostri circuincessionem appellarunt. Prius illud Epiphanius, posterius hoc diuinè D. Dionysius (si quis vnquam alius) attigit. Nam cùm Epiphanius ageret aduersus Noetianos, *Non dixit* (inquit) *Dominus, Ego vado, & ego veniam: sed, Ego, & Ille vt significaret virtutem, tam Filium, quàm Spiritum, esse enypostaton, id est, in se subsistentem. Eorsum, vt idem declararet de Patre, qui & ipse sit enypostatos, adiecit, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, de meo accipiet.*

Hæresis Autotheanorum.

Vide D. Bernard. ser. 15. in Cantica, aduers. errores Gilleb. Porretani.

D. Dionys. lib. de Diuin. nom. c. 2.

At D. Dionysius: *Mutua & reciproca principalium hypostaseon mansio, & sedes plaudè supra omnem modum vnitur, nulla, parte confunditur, similes lucernarum luminibus (vt exempla domestica, & quæ sub sensum cadunt, vsurpem) quæ cùm in vna domo ardent, tota ea se totis infundi, & cùm pura sint, certamq; habeant alia ab aliis peculiariter conflitentem distinctionem, vnuntur ipsa distinctione, & distinguuntur ipsa vnione. Nam cerè in domo multis luminaribus positis, constat in vnum aliquod lumen omnium lumina coniungi, ac vnum indiuisibiliter splendorem emittere, adeò vt nullus, opinor, possit huius lucernæ lumen à ceteris, ex aere omnia lumina complectente, distinguere, & alterum sine altero cernere, q in totis tota sine permixtione temperata sint. At verò, si quis vnam faciem è domo subduxerit, ita simul educet vniuersum eius lumen, ut nec quicquam aliorum luminum cum ipso attrahat,*

Circumcessio, siue περιχώρησις.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00424

A *attrahat, aut de ipso aliis deferat. Erat enim ipsorum (vt dixi) totorum per totæ completa, absolutaque vnio, absque vlla prorsus miscella, & alicuius partis confusione, quippe cum lumen re vera in aere corporeo & ex materiato igne penderet. Vbi quidem superessentialem vnionem longe superare dicimus, non soim corporeas coniunctiones, verum etiam illas, quæ in ipsis mentibus, intelligentysque existunt, quas sine mixtione, & modo, natura, superiore habent lumina illa supercælestia, Deoque similia, tota per tota iuxta participationem, ipsis qui vnione omnia superante participant, conuenientem.* Hæc D. Dionysius. Sed dies me deficeret, si persequi velim, quæ alij Apostolici viri, viuacissima fide, eruditissima doctrina, castissima vita, martyrio etiam ipso, de tanto mysterio disseruerunt, vt à me sanè auertatur oratio, Atheorum istorum sordes cum Catholicorum gemmis necessariò conferente, & commiscente, nisi quòd rectè illorum effrontì, & blasphema in-

B scitia, video id verum esse, quod inquit Tertullianus: *Hæreses nosse, debellasse est.* Hæreses nosse est debellasse.

Atheismus Sextus Lutheri, Melanchthonis & Schmidelini contra Diuinarum personarum æqualitatem. Cap. VII.

SEd iam peperit vipera, & disrupta est, ac infausta Atheismorum soboles simul erupit: itaq; vbi horum vnus caput exeruit, ecce quàm multos aptos, & nexos inter sese attrahit secum. Diximus Melanchthonem scripra reliquisse hæc: *Natura Diuina non est quidem lacerata, aut mortua, sed fuit obediens Patri, quamvis, cessit tra ætern-Patris.* Hęc ille. At nunquid simile in Luthero eius Duce legitur? Et legitur, & quoniam in pretio habuerit fidei Symbola, quæ Lutherani fui sequaces cantillant, intelligitur. Præterea quanam arte populis ad æternam perniciem illuserit, Lutherus se Nestorianū profitetur, Conc. de natali Domini.

C liquidò cernitur. Is enim in suis magnis Postillis ait: *Imperitos quosdam fecere Christum hominem omnipotentem.* Quòd sanè Catholici semper rectissimè dixerunt, qui Christum hominem Deum crediderunt, & credunt. At Nestoriani Lutheranam istam prædicationem libenter excepissent: sicque Luthertus iam Arianus, & Nestorianus apparet. Quam labem, vt non tam à se abstergeret, quàm vt initio non inhæ rescere sibi ostenderet, mirum est, quantùm Satanas ipsi nouorum errorum instillabat, perque eum misertimis populis, ac (quod sanè dolendum est) nimis credulis quibusdam Principibus ex eodem poculo propinabat, vnde vsque ad fœcem bibérat. Alibi enim: *Mihi* (inquit) *negotium fuit nuper cum Nestorianis, qui pertinacissimè contra me disputabant, defendentem quod Diuinitas possit pati.* Et infrà. *Oportet dicere: Hæc caro, hic sangus & Cælum & Terram condidit. Videri ex Ariano & Nestoriano non Du-*

D *cem & Magistrum, sed monstrum illud euasisse Eutychianum?* Vt simile aliquid illi iam competat, πρωτος λεων, δπιθεν δ δρακων, μεσσηδ' ὑμαιρα. Hoc est, *Ante Leo, retroque draco, mediumque chimera.* Sed dicent forte aliqui. Absit vt Lutherus in Eutychianam foueam inciderit. Si enim id de illo quæsiuisset, hoc præcisè negasset. Sanè qui hæc dicunt, nescíunt quid dicant. Ego verò, quod ipsemet Lutherus scriptum reliquit, in ipsum retorqueo, vt consset me iure posse & illi hoc dicere: *Ex ore tuo te iudico, serue nequam.* Et alterum illud: *Est, qui non solum quæsierit & iudicauerit,* verum etiam æternum re punierit. Tam enim multa, & omnem nequitiam superan tia hæc de re eodem in libro euomuit, nemo vt sit, qui, si paulò cordatior esset, Lutheranas illicò hæreses non abominaretur, atque abijceret. Nam non satis habuit asserere *Eutychen non fuisse Hæreticum,* sed adiecit fore *in die iudicij cum Christo aliquos Hæreticos iudices, inter quos cum Nestorio numerat Eutychen. Leonem autem,* addit, *cum Cyrillo damnatum iri.* Oro te quisquis es iſtis laqueis implicitus per æternam salutem tuam, cernisne hinc Apostatam vnum nouos iam Assessores cælesti Regi ex inferno attribuentem: ac verò impudentissimè insultantem duabus ex quattuor prioribus Synodis, Ephesinæ, & Chalcedonensi, quibus interfuere tot verorum Theologorum agmina, totque sapientissimi Antistites, & quarum decreta vniuersa Ecclesia semper cõ stantissimè est amplexa? Ac tamen (quod certè, suffusus pudore vestri uix audeo scribere) quasi Redemptor, & Saluator vester esset Lutherus, adhuc nescio quare deti-

E neamini, quin resipiscatis. Sed quicquid sit de noua Eutychiana & Nestoriana hæresibus, de quibus paulò post fusius agam; nunc ad Melanchthonem reuertor. Quæro igitur

Hesiod. in Theog.

Et Eutychiã num. Lib. de Conc.

Lut. to. 1. num. 8.

Dictum Lutheri superãs omnem in sanctum hominem præcipitatem.

Lutherus Saluator Lutheranorum.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00425

igitur de Melanchthone: quæro item de ijs, qui nouam in Saxonia, præeunte cho- A
rago Andrea Schmidelino, concordiam fabricarunt: nonne isthic facitis Dei filium
minorem Patre? Minorem (inquam) secundum Diuinitatem? Habet enim expres-
sè Nicænum, & Athanasij Symbolum: Filium esse Patri consubstantialem, Deum
verum de Deo vero, æqualem secundum Diuinitatem. At fabri illius Concordiæ di-
scordis, Christum & ipsi (inquiunt) non solùm y^t hominem, sed item, ve Deum,
fuisse obedientem. Quod si locum scire aueas, vbi Atheismi istius blasphemiam in-
seruerunt, is est tertio controuersorum Articulorum capite. *Credimus*, (inquiunt)
docemus, & confitemur magno consensu, quod Christus quidem verè sit noster iustitiæ, sed
tamen neque secundum solam Diuinam naturam, neque secundum solam humanam natu-
ram. Credimus autem Christum totum secundum vtramque naturam esse nostram iusti-
tiam, tu sola videlicet obedientia sua, quam ille Patri ad mortem vsque absolutissimam præ- B
stitit. Hæc illi. Sed & paginis sequentibus (cùm hoc illis videretur sese parum com
planasse viæ ad præcipitium) operosius tem exponunt. *Tota* (inquiunt) *totius personæ*
Christi obedientia, quam ille Patri vsque ad ignominiosam Crucis mortem nostri caussa præ-
stitit, nobis imputatur. Et infrà. *Cum autem obedientia Christi non sit vnius duntaxat*
naturæ, sed totius personæ, & quæ sequuntur. At ecquid hoc est boni viri? Num satis non
fuerat dicere, *Per sua?* Nequaquam: Verique enim naturæ obedientiam haud tri-
buissetis, nisi *Totius personæ* dixissetis. Nam & per *totam personam* significari à vo-
bis duas naturas, nouo dicendi modo, vos Theologisimi eodem in libro testamini.
Pag. 717. Totam personam Christi duas naturas Hæreticis impie tribuitis. 1. Tom 3. Sed aliter Christus nos docuit: secus locutæ sunt uetę Synodi, per quas Spiritus san-
ctus veram concordiam peperit. Alio modo doctissimæ Academię docuere, vnà cum
vniuersa Christi Ecclesia, quæ (frangamini licet ò Hæretici) fuit, est, erit *firmamen-* C
tum, atque columna veritatis. Itaque cùm Christus mortuus non sit secundum Diui-
nitatem, sed secundum carnem, secundum illam quoque naturam obediuit, secundum
quam mortuus est, non secundum Diuinam. Nam ipsa mors obedientia fuit sum-
ma, & absolutissima.

1. Pet. 4. Christo pas. Ac certè, vt hoc ex charitate addam, si Satanas corda uestra non auerteret à recto
verbi Diuini intuitu, rectius, ac sine tot ambagibus, quas ne vos quidem capitis, po-
teratis eum Apostolis loqui. Diuus enim Petrus, cùm de Christi Domini obedien-
tia in morte scriberet, diserte ait, *Christo igitur in carne passo*, &c. & Apostolus, ante-
quam dixisset, *Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem*, scripserat: *E-* D
xinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Quibus verbis diuinè præmonuit, non
secundum formam Dei, qua æqualis est Patri, sed secundum formam serui, qua minor
est Patre, Christum obedientiam vsque ad mortem Deo Patri præstitisse.

Atheismus Septimus Caluini, & Bezæ duas in Christo personas infinuantium; Chri-
sti humanitatem omni super hominem gratia & præstantia spoliantium: passio-
nis Christi efficaciam, Deique omnipotentiam negantium: Lutheri item
Deum passum affirmantis: Caluini rursum, & Melanchthonis Chri-
sto anxietatem & dubitationem tribuentium: Brentij denig,
atque Bezæ verba Lucæ Act. 2. depranantium.
Cap. VIII.

Epist. 2. ad Polon. A T Caluinus ne infæcundior Luthero & Melanchthone haberetur, primò re- E
probat hanc sententiam: *Trinitas est vnus Deus*. Deinde *Patrem* ait *esse*
Deum per excellentiam: Filium minus eximiè. Tum addit, minimè sibi ac
veritati aduersari, quod Gentilis quidam, quem Bernates necarunt, dixisset, *Deum ha*
buisse enim genendi, quia voluit. Quod si ita esset, neque necessariò, nec naturaliter
genitus fuisset, sed & Patri esset inæqualis. Quæ sanè omnia statuunt Arianissimum
non minus, quàm cùm Apostoli verba expendens. (*Qui solicete ei omnia*) hæc *ad*
Christi naturam Diuinam & humanam refert: eumque ait, Filium impropriè dici Crea
torem, & Deum de Deo, lumen de lumine. Quod quid est aliud, quàm hunc facere
cum alijs creaturam? Et tamen maximè proprius loquendi modus ille fuit, quem item
ad Arianos & alios Hæreticos refellendos sapiens vsurpauit antiquitas. Habent
igitur

Quo nouæ Concordiæ confœderati filium minorem patre fecerint diuinitatem faciant. Pag. 559. Pag. 560.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00426

A igitur Nouatores Caluinum ex ista sui Lutheri reformatione, plus quam satis Arianum, sicut Sabellianum fuisse, superius est ostensum. Nunc accipiant Nestorianum, videlicet gradatim incedenteem versus Mahometismum & Atheismum, quem omnium hæresium esse finem meritissimè D. inquit Augustinus. Cùm igitur Caluinus dicat, susceptam esse extra tempora ab æterno Dei Verbo personam mediatoris, & hanc eandem personam non ab officio, sed à re ipsa definitat, quemadmodum ex Boëtio fecit, nonne apertè indicauit credere se cum Nestorio duas esse personas, temporalem alteram, aleram æternam? Magistrum autem apertius prodidit Beza, cùm aduersus Brentium scripsit *duas in Christo esse vniones hypostaticas, vnam in corpore & in anima simul personaliter vnitis, alteram in verbo, & homine ad vnum Christum personaliter constituendum coeuntibus*. Quo de errore admonitus, dum eum corrigere studuit, B eructauit verbum malum, & nouis blasphemijs auxit. Sed & ante Caluinus ipse, vt omnes articulos fidei de Sanctissima Trinitate, deque CHRISTI Domini incarnatione, passione, descensu ad inferos infirmaret, susus est in Lausannesi Concilabulo, cùm negasset per Hypostasin significari personam, adjicere hæc verba: *Se Athanasy Symbolo nec credere, nequedescredere, donec ad Scripturarum gnomonem illud examinasset*. At quàm egregium examinatorem, & quantum Geometram? Videlicet Caluinus, qui ne perceperat quidem notionem illarum vocum, quas vel ab Apostolis ita ditas, vel ex Diuinis Scripturis formatas eidere sapientissimi Nicænę, & reliquarum Synodorum Patres, post tot denique secula expectandus erat, vt esset definitarum rerum examinator, & iudex: aut verò vniuersæ Christi Ecclesiæ malè profpexerat Spiritus sanctus, qui in Lutheri & Caluini tempora, in duos nempè eiusmodi homuncio C nes (quoniam si Deo placet, tam rectè inter se se, ac cũ Christi Ecclesia conueneruntl) definienda primarum quartuor Synodorum decreta non reiecit. Verum enimuerò non solum in falebris istis hæsere Caluinus, & Beza, sed & currum (vt est apud Germanos in Prouerbio) protruserunt vlterius, sicque in omne præcipitium & coeuum corruerunt: rum verò quicquid Erasmus, Lutherus, Melanchthon, Centuriatores, aduersus Verbum Dei incarnatum effutierunt, eadem ipsi vel alijs verborum circuitio nibus (vt viderentur semper nouarum rerum auctores) vel ijs deteriora (si quæ possunt esse alia) ausus fuerit transfuderunt.

Ac primum, humanitatem illam Christi Sanctissimam, omni super hominem gra D tia & præstantia spoliarunt, inuixi obliquè ijs Apostoli verbis: *Debuit per omnia fratribus similari, excepto vno peccato*. Etenim quas Dominus ex vnione Diuinæ naturæ cum humanitate supra reliquorum Beatorum sortem, singularissimas dotes consecutus esse ignorantes, ne dicere quidem (id quod verè reproborum est) voluerunt. Tum enim cognouissent earnem assumptam sic depositisse imperfectiones suas, vt licet proprietates haud amiserit, nouas tamen acquisiuerit uires, quibus præstare iđ posset, quod antea non poterat. Id quod eum ex alijs, tum ex igniti ferri similitudine Patres quàm potuerunt aptè monstrarunt. Et ferrum enim essentiali vna facultate retenta, vim tamen nouam, multis accidentibus depositis, acquirit, qua non fue E rat antea prædituin: & corpori etiam alia sunt idiomata, idque alias exerit functiones, cùm animatum est, quàm cum anima caret. Quamobrem si quis diceret, quoniam ferri proprium est non lucere, nec vrere, propterea id non lucere vnquam aut vrere, facilè redargui posset, cum ei respondaretur, id effici ex alijs proprietatibus, F quas per vnionem proprietatum ignis obtinuit.

At neque hæ similitudines tantæ sunt, vt vnionis, & (vt ita dicam) fœderis, quod humanitati cum Diuinitate arctissimum ac perpetuum intercessit, eminentiam queãt exprimere. Singularissima enim isthæc unio est & longè ve maior, quàm vt quæ in solius gratiæ, gloriæ, & virtutis communicatione sit posita. Propterea enim Nestorium personas filij Dei & hominis diuidentem, & copulari illas dicentem eiusdem potestatis nexu & communicatione. Synodus Ephesina refutauit, his verbis: *Non potest vnire naturas sola dignitatis aut potestatis aqualitas. Dicere Deum & hominem sibi tunicam velut dignitatis & auctoritatis vnitate coniunctos, nouitas vocis est, & nihil aliud*. Hæc illa. Quæ Synodus cum duorum item Apostolorum exemplo rem hanc illustrasset,

Quo Caluinus sit Nestorianus.
Calui. lib. 1. Inst. cap. 13.
Theodoritus Beza in lib. Placidi, & Theodoriti, ref. aduersi Brentium par. 23.
Beza lib. de Hypostatica duarum in Christo naturarum vnione, aduersus Iacobi Andreæ Assert. pag. 64. 65 5.
Caluini figmenta tria penitus dictum.
Beza duas hypostaticas vniones fingit.

Hæretici pri nant humanitatē Christi omni gratia & præstā tia supra humanum. *Hebr. 2. & 4.*

Damasc. lib. 3 cap 3. lib. 4. cap 3.
Vnio hypostatica quomodo ferro ignito assimilatur.

Vnio hypostatica superat alias, vnitiones. *Vide item 5. Synod.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00427

ſtraſſet, qui licet inæquali eſſent maieſtate, dignitate, poteſtate conſtituti, non tamen inde fiebat, vt in unam & eandem perſonam coalesceret, refutationi erroris anathema adiunxit: *Si quis* (inquit) *in vno Chriſto diuidit ſubſtantias poſt vnitionem, ſola ſocietate coniungens eas, qua ſecundum dignitatem eſt, vel etiam auctoritatem, aut poteſtatem, & non magis conuenit, qui per vnitionem factus eſt naturalem, anathema ſit.* A

Anathe. 5.

Cyrill in expoſit. Nicænæ Synodi. Vide ipſius lam Alexandrinum ad Neſtorium. Obſerua. 9 decem quatuor Synodum adnotatiunculas ad finem Sacrificio. Miſſa denique ſecundum Euchariſtiæ diuiſionem agitur.

Ex eatum ergo dotium humanitatis Chriſti denudatione, quam Sacramentarij ita dacter inuexerunt, eoqui aliud conſequi poterat, quàm vt carni Chriſti viuificatio adimeretur, & naturæ humanæ à Diuinitate aſſumptæ adoratio, ac denique inuocatio ſubtraheretur? Quod quidem cùm facerent Neſtoriani, qui (vt ait D. Cyrillus) *Cœlum & Terram ſuggellantes, Catholicos Anthropolatras, id eſt, homines adoratores vociterabant, omnium Patrum Catholicorum armis, & Epheſinæ Synodi anathemate confixit ſunt.* Neceſſario (inquiunt) & *hoc adjcimus. Annunciantes enim ſicut ſecundum carnem mortem vnigeniti Filij Dei, id eſt, Ieſu Chriſti, & reſurrectionem eius, & in cœlum aſcenſionem patrem confitentes, incruentam celebramus in Eccleſijs Sacrificij ſeruitutem, ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur, participes ſancti Corporis & preciosi Sanguinis Chriſti omnium noſtrum Redemptoris effecti, non vt communem carnem percipientes (quod abſit) nec vt viri ſanctificati, & verbo coniuncti ſecundum dignitatis vnitatem, aut ſicut Diuinam poſſidentis habitationem, ſed vt verè* VIVIFICATRICEM, *& ipſius Verbi proprium factam. Vitam enim naturaliter, vt Deus exiſtens, quia propria exiſtit vnitus eſt,* VIVIFICATRICEM *eam eſſe profiteur. Et ideo quamuis carnem vnitus eſt, dicat ad nos,* Amen Amen dico vobis, niſi manducaueritis Carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem: *non tamen eam vt hominis vnitam ex nobis exiſtimare debemus* (*Quemodo enim iuxta naturam ſuam* VIVIFICATRIX *caro eſſe poterit?*) *ſed vt vere proprium eius factam, qui propter nos filius hominis eſt factus, & vocatus.* Et hęc quidem diuinitus illi Patres vtantibus. Quæ tamen fides conſenſio ſemper fuerit, quemadmodum & ante Concilium Epheſinum D. Hilarius oſtenderat: & multo antea D. Ioannes Euangeliſta Antichriſtos eiuſmodi homines nominarat, *quoniam ſalnerent Iesum.* Et poſtea Concilium Hiſpalenſe ſcriptum reliquerat his verbis: *Sic humanitati Chriſti Diuinitatem quis demat, ſine humanitatem Diuinitati deitatem abſtulerit, Chriſtum ſacrilega diſſecabit & blaſphema prædicatione diſſoluet.* Sed Epiphanius, cur Chriſtum adoremus, ſequentibus & ipſe verbis planè declarauit. *Sanctæ ergo Dei Eccleſiæ non creaturam adoret, ſed Filium genitum, Patrem in Patre cum Patre. Ecce tendens, ac horribilis Angelis Filius Patris citra ambiguitatem ab his, qui vt tam captant, creditur, & adoratur.* Et, *ſi nondum regnat, quemodo ſemper veritur ad dexteram Angelis & Archangelis, & ante aduentum in carne, vt de ipſo Scriptura dicit*, cùm induceret in orbem terrarum primogenitum, adoret ipſum omnes Angeli eius? Sic quoque dilucidè D. Hieronymus in dictum illud Pauli, *ipſius factura ſumus*, ait: *Malit timore, ne Chriſtum creaturam dicere compellantur, totum Chriſti myſterium negant: Nos libere proclamamus: non eſſe periculum, eum dicere verum eſſe Deum & hominem, & Crucifixum, & maledictionem tota ſibi noſtra fiducia profiteri. Ecquid hic trepidaremus, aut non clamaremus, qui talem, hoc eſt, qua hominem, eſſe creaturam: cùm Paulus aperiè ſcribat,* hunc Dei filium factum eſſe ex ſemine Dauid ſecundum carnem, factum ex muliere, factum ſub lege?

Iren. 6.

Hilar. lib 8. de Trin.

1. Ioan. 4.

Epiphan. hæreſ. 69.

Heb. 1. Pſal. 96. Epheſ. 2.

Rom. 1. Galat. 4.

B

C

D

Quamobrem præter id, quod aduerſus Hæreticos, qui Catholicos appellabant idololatras, Athanaſius ſcribens dicebat: *In Arianos & Ethnicos id delirium competere: in nomine vero* IESV *omne genu eſſe flectendum, neque carnem vero* DEI *ignominiam attuliſſe, quin vero carnem per verbum* DEI *eſſe gloriſicatam. Et non creaturam adorari, ſed Creatorem creto corpore indutum, alibi pulchrè oſtendit his verbis: Reſpondebitis* (inquit) *nos vem creatitiam non adoramus. O ſtulti, cur non cogitatis creatum Dominit corpus? Num auferre adorationem eius nolitis, qui increatus eſt? Et quia increati corpus factum eſt, ideo eius corpus dicitur cuius factum eſt: ac ei proinde ſacra offertis, vtique ſtatim adhibentes adorationem, eaque de cauſſa legitime adoratur & diuina colitur adoratione. Deus enim Verbum eſt, cuius proprium eſt corpus. Ideo cum acceſſiſſent ad eum mulieres, pedes eius tenuerunt, & DEVM adorauerunt.* Sed præter eam teſtium nubem, quam huic

Athanaſius in Arianos Orat. 3. Pag. 2.

Athana. de Incarn. Chriſti.

Ier. 1. Matth. 28.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00428

A huc ex omni antiquitate inferre possemus, videat, qui ista non legit, quæ doctissimus nostri temporis Episcopus, cùm hac de re plurima lectu dignissima collegisset, alicubi scripsit. Patres enim aliquibus de caussis Christum hominem, & omnia, quæ in ipso sunt, unica adoratione latriæ pronunciarunt esse adoranda: tum quia unicum in Christo suppositum filij DEI manet salvum, cui latria debetur, quæ propter res assumptas nullo modo imminui potest, vel utiariticè quia illius suppositum cõicatur omnibus, quæ ad se assũpsit, vnitur enim humanitati, vnitur carni, vnitur animæ, idèo etiam meritò ipsi in his redditur eadem latria. Itaque ob eas caussas Christo homini, animæ, & carni eius, vnica cum Filio DEI dispensatur latria, propter vnicum Filij DEI suppositum latriæ fundamentum, quod omnibus assumptis sit commune.

Christus, vt homo vnica adoratione latriæ adorandus. Vide Bapt. in Ancorato.

Porrò & inde factum est, vt hanc naturarium concomitantiam in Eucharistia Cal-
B uinus Nestorium imitatus negaret, & negandam toti mundo (quantum in se fuit) pro poneret. Nestorius enim sic arguebat, *Hoc est, non Diuinitas mea, sed corpus meum. Caro Christi comeditur, & Diuinitas edi non potest: caro igitur Christi diuinitatem non habet.* At ij, qui Alexandriæ contenerant, quique Ephesinæ Synodo cum Cyrillo interfuerant, respondebant, non fuisse dictum à CHRISTO, *Hæc est Diuinitas mea, sed* Hoc est corpus meum, *sine Diuinitatis mea: cum aliud corpus viuificandi virtute non polleat, nec à Diuinitate subnoueatur in Eucharistia, tanquam ibi subjacet communus, & non filij Dei caro; nec Verbum visibile esse queat per se, sicut nec passibile, sed per carnem; nec viuificare Caro possit, nisi per eandem Diuinitatem. Quemadmodum ergo* (inquit) *Diuinitas non est visibilis, nisi per carnem, ita nec humanitas est adorabilis, vel viuificatrix nisi per Diuinitatem.* Ideoque *vbique illas connecti oportet, & maximè in Eucharistia, vt mutuæ dent operas, & sua sibi communicent.* Hæc ille.

Vide Clau. Sanctes. Repetit. de adorat. Eucharist.

Matth. 26. Mar. 14.

C At verò Bucerus (quem morientem scribunt esse professum, nondum natum esse Messiam) sectarijs latiorem viam sternuit, qua non unum fidei articulum redderent incertum ac dubium: sed quid dico dubium? quinimò prorsus eximerent ex animis Christianorum. Sic enim calidissimus serpens intelligebat uim, effectumque redemptionis imminutum iri, si de CHRISTI descensu ad inferos fecissemus, quàm oportebat, crederetur. Varios ergo uarijs infudit errores, ut incertitudinem secuta perfidia, aut rolleret, aut blasphemè interpretaretur tantum fidei articulum, quem Prophetæ, Apostoli prædicationibus, Epistolis, Symbolo: deinde Synoditarque vniuersa CHRISTI Ecclesia credendum esse liquidissimè declarauerunt.

Bucerj religio. Bucerus ne quæst Christi adinferos descensum.

Clauinus autem aliud quiddam impium commentus est, cuius hæc uerba sunt:
D *Nec verò descensum Christi ad inferos omittere conuenit, in quo ad Redemptionis effectum non parum est momenti, vt eo præterito, multum ex mortis Christi fructu depereat. Nihil actum erat, si corporea tantum morte defunctus fuisset Christus, &c.* Hæc Clauinus. *Nihil ergo* (inquit) *actum erat.* At quomodò is, qui veritas est, dixit in Cruce, [a] Consummatum est? Quomodò & illud, quod Apostolus dixit [b]: *Nos cum inimici essemus, Deo reconciliauit per hostiam Sui corporis?* Et aliud, [c] *Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, & vt reconciliet ambos* (populos) *in uno corpore Deo per Crucem, & interficiens inimicitias in semetipso?* Et illa quoque. [f] *Reconcilia vt nos in corpore carnis, eius per mortẽ, [g] Iustificati in sanguine eius?* Rursus [h]. *Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, [i] in quo habemus Redemptionẽ per Sanguinem eius, Remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius?* [k] *Quem proposuit Deus propitatorem per fidem in sanguine eius, propter remissionem præcedentium delictorum?* [l] *Quanto magis sanguis Christi mundabit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti?* Et: [m] *Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos?* Et: [n] *Vt per mortem destrueret diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis erant obnoxij seruituti?* Videat igitur mihi Calumnus, an ita locutus est is, qui raptus ad tertium Cælum vidit res diuinissimas? Sed & Patres non aliter scripserunt. Itaque ijsius Sacrificij in Cruce peracti plenissimos fructus perpendens Augustinus sic inquit: *Quis ergo tam iniusus & sanctus Sacerdos, quàm vnicus ijsius Dei, qui non opus haberet per Sacrificium sua purgare peccata, nec originalia, nec ex humana vita, quæ addunntur? Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quàm humana*

Calumnus morti Christi omnino detrahit.

a Ioa. 19.
b Rom. 5.
c Ephes. 2.
f Ephes. 2.
g Col. 1.
h Rom. 5.
i Ibid.
k Ephes. 1.
l Rom. 3. Heb. 9.
m Heb. 10.
n Heb. 2.

August. de Trin. lib. 4. cap. pri. 14.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00429

Sacrificium Christi in cruce omnes numeros perfectionis habuit.

mana caro? Et quid tam aptum huic immolationi, quàm caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis vitijs mortalium, quàm sine vlla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero & ex vtero virginali? Et quid tam gratè offerri & susciпi posset, quàm caro Sacrificij nostri, corpus effectum Sacerdotis nostræ? Vt quoniam quæ inter consideranda in omni Sacrificio: cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse vnus, verusq; Mediator per Sacrificium pacis nos reconcilians Deo, cum eum illo maneret, cui offerebat, vnum in se faceret, pro quibus offerebat, vnus ipse esset, qui offerebat, & quod offerebat. Hæc D. Augustinus. At mitto ipsè alia fexcenta, quibus horrenda blasphemia Caluini refellitur, afferentis Christum nihil in cruce tua morte egisse: & verò, in fernales in anima necessariò perpessum esse pœnas, neque ad limbum descendisse *ad eduendam inde captiuitatem, quam in calum excxit*, quemadmodum Prophera prædixit.

Zach. 9. Psal. 67.

Naucler. in Chron.

Atqui vt Satanas agnoscatur Architectus huius Lutherani, Caluiniani, Ariani Antheismi, qui multos alios fœcum inuoluit, cum ex Bartholdo Robarensi, qui ante ducentos annos Spiræ combustus est, pestilens illa vox erupisset, *Christum in cruce ob dolorum accebitatem, de animæ sua salute dubitasse*: non satis habuit Lutherus cum eo sentire, (licet sine ad tempus huiusmodi quædam reticeret, sine primò per suos emissarios, vti sæpè solebat, id spargeret in vulgus, dum procliuiorum ad impietatem hominum corda tentaret) verùm, & Deum esse passum aperte aduersus Zuinglium pronũciauit: Melanchthon item eandem Christo Domino dubitationem & anxietatem tribuit, quam deinceps Caluinus abominandis verbis cumulauit, cùm diceret: *Torquet vi Dominum oportuisse hoc consternitæ anxietate, ac si à Deo derelictus fuisset, imò ac si Deum habuisset infensum, diroso, in anima damnati ac perditi hominis cruciatus pertulisset.* At Beza quid? Hic, quod Scriptura diserte dicit, *Non derelinques animam meam in inferno*, quodq. ad literam de Christo citatur à D. Luca, inaudita impudentia Euangelistam corrigens, seu potius deprauans, sic inuertit: *Non derelinques cadauer meum in sepulchro*. Brentius autem aliquando minus malè, sed postea pessimè: *Nihil enim* (inquit) *aliud est descendere ad inferos, quàm perire*. Sed & hunc articulum Ariani curabant è Symbolo expungi, & alij postea, qui ex eorum semine prognati nouos Atheismos peperierunt.

Luther. lib. de concilijs. Lib. 2. instit. c. 13. num. 5. 10. Plat. 15. Arch. 2. Beza in Actorat. in 4to Apostolorũ 1.

Accedit ad hæc, ex negatione carnis vitificantis, & aliarum dotium supernaturalium humanitatis Christi, negatio sanctissimæ Eucharistiæ. Ex hac verò occasio sumpta Omnipotentiæ Dei euerrendæ. Sic enim Beza in ea confessione fidei (licet identidem edita) quam in conuentu Posiaco prorulit, nunquam hoc attributum Dei seu ueeem Omnipotentiæ inseri uoluit. Et Caluino uel ipsi quoque hæretici obiecerunt, eũ nunquam pluribus laudibus Diuinam potentiam extollere solere, quàm cum eam minueret uel obscuraret. Vetus omnium hæreticorum ars hæc fuit astu Satanæ inuecta per Sadducæos, quos cum resurrectionem negassent, Christus reprehendit *errantes, quod nescirent Scripturas, neque virtutem Dei*, per Marcionistas, quos Tertullianus (ut diximus) redarguit, confitentes quidem Dei nomen, sed substantiam eius & amplitudi nem negantes: per Arianos, quos D. Hilarius & reliqui: per Valentinianos, quos D. Irenæus: per Origenistas, quos Epiphanius tanquàm Atheos accusant, quòd suis erroribus Omnipotentiam Dei (licet Deum quadantenus faterentur) tollerent. Hanc igi tur virtutem Christi, in quo vtiificandi erant omnes, quiq. carnem nobis suam eden dam admirabili modo, sed uerissimo tradidit, cùm Sacramentarij negent, quonam modo Omnipotentiam Dei sartam tectam tueburitur? Et Beza quidem eaſdem Omnipotentiæ Diuinę exceptiones, quas Plinius Arheus affert, deprimit, ut suo se iudicio prodat, qualis intrinsecus in Deum sit. Ac Caluinus, dum rider sapientem Theologorum distinctionem (quæ passim non in Scripturis solùm, sed & in ipsis rebus cernitur, quas præter naturæ ordinem & naturarum proprietates Deus edidit, potestatis nempè Diuinę, alterius ordinariæ, alterius extraordinariæ & absolutæ) in idem recidit, cùm istã potestatem, *Abditam*, mutato nomine, uocare coactus est. Ac cùm Diuinitari Omnipotentiam admeret, eamq. non solùm intra naturalium proprietatum cancellos, uerùm intra priuatum suum iudicium cohibere ausus fuisset, cequid humanitati Christi, ecquid Diuinæ Eucharistiæ iniuriæ non irrogaſset? Verùm enimuerò, cùm & alij excel-

Caluinistæ omnipotentiam non confitentur.

Hesshusius, et alij. Matth. 22.

Tertull. adversus Marcionem. S. Hilarius de Trinitat. Iren. lib. 2. Epiphanius de Origenistis.

Beza plane Atheus qualis Plinius. Caluinus negat aliam potestatem Dei ordinatã à lia absolutam.

A

B

C

D

E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00430

A excellentes viri blasphemias istas attigerint, præcipuè ij, qui de Caluini Atheismis perdoctè scripserunt, id satis esto, neminem vnquam Patrum aut Euangelistarum & Apostolorum, aut denique Prophetarum locutum esse ita de Deo, Diuinisque mysterijs, sicut isti scelerattissimè fecerunt. Mirandum vt non sit, si Diuino iudicio (sicuti refert Euagrius) Nestorij linguam vermes corroserint. Caluinus quoque corpore à vermibus exesо, fętentem animam ad inferos exhalauerit.

Claudius Sainctes, Gerebrandus, Stapletonus, & alij.

Atheismus Octauus Lutheri, Brentij, aliorumque Lutheranorum Christi humanitatem Diuinitati æquantium, doctrinam Catholicam de communicatione idiomatum conullentium, adeoque complures Symboli articulos. Cap IX.

B

DIxeram Lutherum non solùm Arianam & Nestorianam, verum etiam Eutychianam hæresim amplexum fuisse. Sic enim decebat omnem iniustitiam & perfidiam implere eum, qui tam bellè Synodos, Academias omnes, Ecclesiam totam reformaturum se iactabat. Id ego nunc planius faciam. Ac primo quemadmodum cùm timeret permiscere naturas, diuisit (vt ostendimus) cum Nestorio personas, sic dum vitare Nestorium voluit, incidit in Eutychis impietatem, prorsus vt in eum illud quadrauerit, quod quidam Poeta cecinit.

Lutherus quo iustyrchianus sit factus.

Dum vitant stultè vitia, in contraria currunt.

Extat Lutheri liber, quem inscripsit *De Cœna Domini*. In eo Sacramentarios repre- *Horat. in arte.*
hendit, soli humanitati, non item Diuinitati passionem Christi tribuentes. Deindè
C ipsam Domini humanitatem euehit in Deitatem, quippe qui ait: *Necesse est eam Christi* Lutherus
sic essentiam, quæ est cum Deo vna persona, longissimè extra creaturas collocare, adeoque tam lon Sermon. de
gè, quam Deus ipse extra creaturas est. Quibus verbis ordinem, ac dignitatem, non lo- Sacram. Cœnæ Domi.
cum, aut spacium notat. Nam & eodem libro asserit, vbique esse Christi humanitatem. Et alibi. *Credimus* (inquit) *quod Christus Iesus sit in ista humanitatem super om-* Luthero humanitas Christi ubiq; est creatura.
nes creaturas collocatus, & omnia impleat. Et posteà: *Et habeat omnia in sua manu, & sit vbiuis præsens.* Ex quibus uerbis, iudicium verorum Theologorum esto, quàm prorsus illud colligatur: Si Christi humanitas extra ordinem creaturarum sit, non esse creatam naturam, sed essentiam increatam: quare nec amplius humanitatem, sed Diuinitatem esse dicendam. Quin verò, si tantùm humanitas Christi absit à creaturis (quod ad dignitatem attinet) quantùm abest ipsemet Deus, erit infinitæ dignita-
D tis, atque eminentię. Quamobrem aut erunt duæ naturę infinitę, aut Christi huma nitas erit conuersa in Deitatem. Aperiant igitur oculos seducti.

Brentius autem, quique hunc secuti sunt (licet posteà, quæ hæresum natura est, inter sese pugnantia scripserint) cùm quæcunque attribuuntur uerè personis, attribui posse pariter naturis opinati essent, personam Christi cum ipsius humanitate confude runt. Idiomatum enim communicationem non minus in naturis, quàm in personis fie ri putarunt: cùm tamen naturæ eam inter se haud possideant communitatem, quam in eo assequuntur, in quo coadunantur, & subsistunt. Cõmunicatio idiomatum non est naturarũ, sed suppositi. Origo hæresis Vbiquitarig.

Hinc igitur suam Vbiquitatem, siue παντοπτίαν & Omnipresentiam statuerunt *a Mat. 16.*
E dum feruore quodam disputandi, & primas ferendi abrepti, arcem suam collocarunt *b Matth. 28.*
in ijs Scripturæ verbis: *a Ascendit ad Cœlos, sedet ad dexteram Patris. b Data est mihi* *c Ioan. 3.*
omnis potestas in cœlo & in terra: c Dedit illi Dominus spiritum sine mensura: d Omnia *d 1. Cor. 15.*
subiecit sub pedibus eius: e Pater diligit filium, & omnia dat in manus eius. Qui sanè ra- *e Ioan. 5.*
tiocinandi modus, sine euasturam & peruastum ponderatione, Hæreticos semper ade git in præcipitia. Equis enim tam stupidus fit, qui asserat, cum omnia cum Christo dicat Apostolus: *f nobis esse donata*, ideo electos dicendos esse omnipotentes? aut quo- *f Rom. 8.*
niam idem ipse dixit, *g Omnia possum in eo, qui me confortat*, sibi quoque communica- *g Philip. 4.*
ta fuisse omnipotentiam? aut quia Christus dixit, *h Omnia traham ad me ipsum*, non *h Ioan. 12.*
esse id cum aliqua limitatione intelligendum? Quo sanè modo intelligębat Christus: hoc est, eos esse trahendos, qui velint ipsi quoque trahi?

Lutherus autem satis habens superseminare zizania, & abire, in maiori Confes-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00431

sione, *Nolle se* (inquit) *cum quoquam contendere de Vbiquitate, tanquam de re minimè necessaria: cum non alia quærenda sit ratio corporalis præsentiæ Christi quam ipsius verba.* Melanchthon verò prodigiosam, & vetustati eruditæ ignotam esse Vbiquitatem dixit, quam tamen (vti supra monstratum est) Lutherus Eutychen laudans satis approbauit. Id quod ex eo adhuc satis liquidò colligi potest, quod neq; is, neque Philippus suus, in Confessione Augustana, vel in Apologia, Eutychianæ hæreseos, vti neque Nestorianæ mentionem fecerint, quam tamen superiorum hæresium fecerant: eo fuco visi non damnasse, quas re ipsa in corde foue bant, sicuti monstratum est.

Lutherus & Melanchthō Eutychen inter Hæreticos non recensent.

Discordiæ Lutheranorum. Chemnitius Ioachimus Mortinus. Pan. Ebersus Nicolaus Hemingius. Victor Strigelius. *Tom. 3. 560. 621. 50. 1021.*

Ex Lutheranis deinde sese oppofuere nonnulli ministri, atque ut quidam referunt, Nicolaus etiam Selnecce rus. Id ego scio, cùm Dresdæ esse m à fide dignis accepisse me, eum Concordiam Schmidelianæ contrariam Francfordiæ ad Oderam edere voluisse, sed alicuius hortatu, ne id ludibrio Catholicis esset, destitisse. Alij verò (vt Illyricus) ea de quæstione dubitarunt.

Schmidelinus denique ipse cum ijs, qui homini quadantenus adhærerent, nescius respipscentiæ, Vbiquitatem istam mordicus retinuit, quamuis sexcenties, fuerit conuictus. Extat defensio disputationis Ingolstadij habitæ à Theologis Societatis nostræ contra eundem Schmidelinum, edita ab Alberto Spelingio: ex qua disputatione Claudius Sanctes Epifcopus fatetur ingenuè complura se excerpsisse, quæ quarta repetitione de veritate Eucharistiæ aduersus Vbiquitarios accuratè est persecutus. Prodijt item non ita multò antea Gregorij Valentiæ Theologi nostri erudita aduersus duas sectas Vbiquitariorum & Sacramentariorum tractatio, quæ penitus Schimidelini diuerticula, atque commenta nouissima retexit, atque reiecit.

Gregorius de Valentia Vbiquitarios pestinus debellauit. Dresdæ anno 1571. Lutherani damnāt Vbiquitatem. Nota.

At Ministri qui Dresdæ ante quattuordecim annos conuenerunt, planè isti errori repugnarunt. Sic enim inter alia scribunt: *Commentitia ista communicatio physica, quæ nostro tempore cum Vbiquitate corporis Christi introducit capita eiij. vniuersa Orthodoxæ Ecclesiæ, & totiorbi Christiano, inde vsque ab initio incognita fuit, atque etiamnum à veteribus reijciatur, & taxatur acerrimè.* Postea infra: *Commentitia illa Vbiquitas horrendum in modum corrumpit omnes penè articulos fidei de Christo, ac disferimen Diuinæ & humanæ naturæ in Christo delet, atque enertit.* Hæc tum Lutherani ministri, Catholicos secuti. Quæ cum ita sint, facor, vehementer miratus sum, cùm Misnensium ad humanitatē, atque prudentiam natorum ingenia experirer, sic tamen nescio qua vecordia, vel re spectu complures Christianam mentis uim, & lucem amisisse, vt cùm post decennij de ista nouissima Schmidelini Concordia Dresdæ non vnus contentus sit habitus, prorsus contrarium deceneretur, & haberent pro sacrosanctis articulis fidei, quę pa lo antea prodigijs & portentis reiecerant.

Rursus eam approbant.

Sed age, dispiciamus adhuc quanti momenti in re fidei sit ab Catholico tramite re cedere, eaque reuocare in dubium, quæ semel optimè definita sunt. Lutherus enim non adeò magnum se commisisse facinus existimabat, cùm diceret: *Quæstionem de Omni præsentia humanitatis Christi, haud esse magni momenti:* sed tunc in solitas spiras sese contorquebat Satanas, vt cauda, vel fibilo pestilens venenum in multorum animas infunderet. Simili astu & arte (vt huc non inutiliter digrediar) vsus est, cum ab initio per Lutherum conuellere Purgatorij fidem vellet. *Rem eum* (dixit Lutherus) *non esse tanti, vt licet illud esse crederet, tamen ad id credendum cogeremur.* Sic etiam de vtraque specie Eucharistiæ pugnantissimis modis primò locutus est, verum vbi ferus aper tantillum sepem aperuit, mox varijs beſtijs aditum in eam patefecit, atque omnia susque deque inuertit, & denique utrique speciei istis ambagibus tanquam per cuniculos, ueritatem, ac rem ipsam uniuersam subtraxit. Nam qui Laicis Diuina mysteria conficiendi (qui tamen nihil conficiunt) potestatem à Deo concessam mentiebatur, & Cosubstantiationis inauditum commentum inuexerat, quid faciebat aliud, quam uitalem Ecclesiæ cibum è faucibus Christianorum eripere, Sacramentarijs autem interea quidlibet audendi licentiam pessimo exẽplo porrigere, ut & ipsi eandem ueritatem alterando fundituς euerterent? Iam uerò cum de Purgatorio dubios plurimos reddidisset, nullo negotio huc illuc impellere potuit: ædificium, ut actis iam tot rimis ad terram prosterneretur. Quamobrem animæ iam non paucæ ad omnem illā

Satanæ astꝰ quo Lutherum in fœdiores errores paulatim præcipitauit.

conscientiæ

A conſcientiæ licentiam, non libertatem ſolutæ, Purgatorium primò, deinde infernа, po ſtremò cœleſtia, Diuinaque pernegarunt. Itius ergo Vbiquitatis ſemine, tanquam venenato telo (latenti tamen) iugulum ipſum, vt ita dicam, Symboli fidei petitum eſt. Quod enim nullius momenti erat Luthero, eu quò tandem euaſit? Si enim omnia Diuina attributa humanitati Chriſti communicata ſunt: iàm Chriſti Domini conceptio, Natiuitas, paſſio, mors, deſcenſus ad inferos, reſurrectio à mortuis, aſcenſio ad Cœlos, deſcenſus ad iudicandum, è plurimorum animis ſublatus eſt, ipſaque in primis Diuinitas oppugnata. Nam non magis Diuinitatis, quàm humanitatis Chriſti erit opus, ipſa mundi creatio (& quidem tanquam ab effectiuo principio) cùm tamen hęc vtri Diuinitati competat, creaturæ nequaquam. Sic item humanitas Chriſti fuerit ante incarnationem, & ante conditum mundum, ſi æternitas quæ principio, & fine ca- B rens connumeratur inter Diuina attributa, ipſi tribuatur humanitati. Ecquid verò obſtabit, quo minus æquè in vtero aliarum mulierum, atque Beatiſſimæ Virginis eodem tempore fuerit Chriſtus? Nam ſi per iſtos Chriſtus (vt homo) per hypoſtaticam vnionem omnipotens factus eſt, neceſſe quoque inde fit, vt ubique adſit. Quæ omnia (vti reliqua pleraque abſurdiſſima, & blaſphema) reijcienda ſunt. Animę porrò cum corpore vnio, quę ſimilitudo à Patribus uſurpata, rationem attingit hypoſtati cam, potuiſſet aliquatenus iſtas diſpellere tenebras, ſi ea, quæ decet methodo, in Diui niſſimis iſtis myſterijs (ſicut noſtri Theologi faciunt) progredi voluiſſent. Sicut enim (ainunt) dicæ in homine naturæ ſic diſtinguuntur, vt tamen non duas perſonas homines ſe, ſed individuum vnum, ex duplice natura, ſpirituali & corporea, conſtituant: ita in Chriſto ſit, vt non duo Chriſti euadant, ſed dicæ naturæ ſic coniungantur, vt tamẽ (ſicuti diximus) non confundantur, aut altera in alteram tranſeat, vel commutetur. C Ac quemadmodum anima cum corpore coniuncta corpus animatum denominat: ſic Diuinitas cum humanitate hominem Deum. Præterea, vt animæ cum corpore ſunt quędam actiones communes, quales ſunt ſentire, appetere, triſtari, gaudere, amare, quę dam autem proprię intelligere, velle: Sic Diuinitas quaſdam actiones, ſeu [illegible] humanitati Chriſti communicat, rerum nempe omnium peritiam, & miraculorum effectionem: quaſdam autem ſuæ naturæ proprias, & quas ad ſui perfectionem natura humana non requirit, ſibi referuat, cuiuſmodi ſunt Omnipotentia, æternitas, & ſi quæ aliæ ſunt eiuſmodi. Vt verò anima multa per corpus gerit, per quod legit, ædificat, ferit; plura verò per ſe, ſine corporis adminiculo, adminiſtrat, ut cùm qua ſi ſoluta carnis contagione, meditatur, & contemplatur æterna: Sic Diuinitas multa per Chri D ſti humanitatem exercuit, per quam miracula edidit; cœleſtem ſapientiam nunciauit mundo; ſalutem noſtram eſt operata; in Euchariſtia corpus ipſum Chriſti, & Gratiam confert; corpora mentesq; alit: Pontificis, & mediatoris officium obit; & pleraque alia exequitur maximè ſalutaria. Verumenimuerò, ut anima non omnia vetè & eſſentialiter cum corpore communicat, ſed duntaxat verbotenus (corpus enim hu manum non dicitur rationis, conſiſtique particeps niſi per accidens: rurſumque corpus communicat cùm mente omnia, quæ ſibi ſunt propria, niſi quadam conſecutione, neque enim ſecabilitatem, morbos, mortalitatem, & ſimilia ei tribuit) ita Diuinitas non vniuerſas ſuas proprietates humanitati largitur, & viciſſim humanitas, ſuas Diuinitati non tribuit, niſi per idiomatum communicationem: Sic enim Chriſtus homo dicitur æternus, omnipotens, vbique conſiſtens; quia Deus etiam eſt, cuius hęc E ſunt attributa, & quaſi notæ propriæ. Poſtremo, quemadmodum actiones vtriuſque toti compoſito verè tribuuntur, quæ alioqui naturis ſeparatis tantummodo conuenirent (ſic enim homo intelligit, vult, ratiocinatur, medicinam facit, negotia exercet, ęgrotat; cum tamen intelligere, velle, ratiocinari, functiones ſint animæ propriæ, ægrotare verò, ſitire, eſurire, corporis, reliquæ vtrique communes) ita toti perſonæ Chriſti omnia abſolutè tribui poſſunt, quæ ſigillatim de altera naturarum prædicantur. Chriſtus enim æternus eſt & temporalis, infinitus & finitus, vbique & non vbique contraria profectò multa propter diuerſas naturarum proprietates, in ſe unum colligens.

Articuli fidei à Lutheranis ſublati.

Blaſphemiæ Vbiquitariorum.

Animæ cum corpore vnio declarat vnionem hypoſtaticã Angelin Symb.

Communicatio idiomatũ qualis ſit.

Hęc cùm ita ſint, illa interim attenrè retinenda ſunt, quæ ijdem Theologi addunt.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00433

Diuersitas quę inter vnionem hypostaticā, & corporis animæque coniunctionē reperitur.

In primis, non sicut anima & corpus hominem secundum substantiam componunt, ita Diuinitatem & humanitatem partes esse Christi constituentes. Deinde, si vnio Diuinitatis, humanitatisque æquaret vnionem animę & corporis, Diuinitas esset forma humanitatis, eaque vnio esset essentialis, cùm tamen sit tantum personalis. Præterea vnum efficiunt hominem anima & corpus, sicut potestas & actus, sicut materia & forma: at qui vtraque natura hic actus est, & vtet forma. Rursùm ex anima & corpore efficitur tertium quid, quod nec anima est, neq; corpus, scilicet homo, vtraq; natura constans: sed Christus tantum significat unam personam habentem duas naturas. Postremò ex anima & corpore fit quoddam, quod neque proprium est corporis, neque animæ, sed vtrique commune: ex natura autem Dei & humana, nullum suppositum efficitur, sed id quod erat Diuinum suppositum, sustentat vtramq; naturam. A

Cùm igitur ab Hæreticis plus quàm satis importunè in quæstionem vocaretur, qualisnam assumpta natura humana per vnionem cum Diuino verbo euaserit, non quidem essentialiter, nec ex se, aut physicè, neque subiectiuè (nec enim hac de re agebatur, cùm planè constaret non posse sic esse, nisi talem, qualis natura cæterorum hominum) sed ineffabili modo: Patres Synodi Chalcedonensis, cùm essent oculatissimi, nec ab Nestorianos, & Sacramentarios, qui perueršè colligebant; neque ad Euthychen, atque Vbiquitarios, qui falsum in argumentando sumebant, quemadmodum superius demonstratum est, declinarunt. Itaque sapienter definierunt, per vnionem haud fuisse sublatam naturam differentiam, sed utramque magis permansisse inconfusam. B

Per vnionē hypostaticā non facta est naturarū cōfusio.

Gratia vnionis quæ. D. Thom. 3 p. q. 6. art. 6. D. Thom. 3 p. qua. 7. ar. 11. ad 1. Athan. in Symb. Epistola ad Nestorium. Col. 2. Epistola 3. ad Valentinum. Vide August. ad Dardanum. Epist 57. Euaristus. Ub. de Trinit. Turrian in loc. Lib. de Trin. & vnitate Dei. Tract. 57. in Ioannem Iustin. Mart. q. 70. in respons. ad vos. Cyril. cap. 5. lib. de Glorificat. num.

Cùm verò ex ijs, quæ diximus, Theologi eam esse idiomatum communicationem intelligant, quæ non uni naturæ, ea quæ sunt alterius, sed uni suppositо utriusque naturæ proprietates tribuit, Gratiam unionis cordatissimè dixerunt esse ipsum esse personale: quod gratis datum est assumptæ naturæ humanæ in persona Verbi. Id quod etsi sine mensura, hoc est, cum tota plenitudine Diuinitatis Verbi fuit datum, sic tamen fuit, vt ipsa humanitas nullo modo illud sit, sed (quod superius quoque satis innuimus) vt subsistat per illud. C

Eam proinde (de qua locuti sumus) similitudinem à D. Athanasio allatam adhibuerunt dicentes: *Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus; Quamuis enim* (inquit D. Cyrillus) *Verbum habitauerit in nobis, & dicimur sic, habitare in Christo omnem plenitudinem Diuinitatis corporaliter; attamen intelligimus, cum talem sibi fecisse habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus.* At D. Augustinus ad Volusianum: *Sicut* (ait) *anima vnitur corpori, & homo fit, ita in vnitate personæ Deus vnitur homini, vt Christus sit. In illa ergo persona mixtura est animæ & corporis, in hac persona mixtura est Dei & hominis. Si tamen recedat auditor à consuetudine corporum, quæ solent duo liquores ita commiscere, vt neuter seruet integritatem suam. Quanquam & in ipsis corporibus aër lux incorrupta misceatur. Ergo persona hominis, vnio est animæ & corporis: Persona autem Christi vnio Dei & hominis.* Hæc illi. Quos Diuinitus spiratos cùm fidei Magistros habuerimus, equidem non video, cur istam nouorum Atheorum fecem, iam amplius saltem apud se tolerent ij, qui se Christianos uocant, & veram fidem in Christum Dei Filium profitentur. D

Atheismus Nouus Lutheri, Melanchthonis, & aliorum, contra arbitrij libertatem. Cap. X. E

SEd isti impietati tot eorum uaritatibus circumamictæ, tanquam insidiosissimæ bestiæ, iam omnis larua detrahenda est: & quando comprobata tot rationibus veritas explodituir, obijcienda propius est ægrotorum oculis, ipsa pranitas mor bi, vt Deus iustificetur; si minus respiscere uelint, *qui diligunt magis tenebras, quàm lucem.*

Ioan.

Satanæ artes. Dionys. Iustit. lib. 3.

Ad superiora igitur stratagemata Satanæ hoc accessit etiam, vt cum reliquæ artes in decipiendis mentibus sibi non succesissent, iam fuco aliquo insigniore se adorn aret, ne terribilis bestia agnosceretur; interea uerò insecaret innumeros ad perditionem. *Ille nempè* (inquit Lactantius) *insidiator universis, sed eos, qui Deum nesciunt,*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00434

A *nesciunt, errore impedit, stultitia obruit, tenebris circumfundit: eos autem qui Deum sciunt, primum dolis & astutia aggreditur, vt cupiditate ac libidine retrahat, & peccati blandimentis depravatos impellat ad mortem. Quod si dolo nihil proficerit, vi & violentia deycere conatur.* Hæc Lactantius.

Apoc. 12.

Id ergò in omni hæresi verissimum fuit. Eò autem verius est hoc tempore, quod *habet iræ magnam, qui scit modicum sibi tempus superesse*, quo suas exerat artes, cæteroquin nocendi peritissimus, quòd per tot secula profecit ætate atque perfidia. Itaque colligit omnia, vt quàm amplissimum suum reddat Regnum, ac denique mole sua tan quàm fulgur, iterum in abyssum ruat.

Lutherani verbotenus Deum laudant.

Neque verò valentiore machina detrahere ad se cuncta putauit, quàm si quosdam eo veneno infecisset, Diuinam vt bonitatem obliquè carperent. Quid igitur fecit? B Vrsit Lutherum, eiusque sectatores, vt eam verbotenùs summis laudibus extollerent, sæpèque illud vsurparent, *Omnia nobis per filium gratuito donata fuisse. Mediatoris fidem vnicum salutis portum esse.* Hactenus haud malè. Sed tamen hæc Satanas præmisit, vt tentato vado, in hominum simpliciorum corda altiùs sese latenter immergeret: quos vbi reddidit securiores de nescio qua fidei non iniuræ iustitia, ecce tibi latuata bestia cornibus se prodidit, quibus diuinam bonitatem ferire conaretur. Iustitiam verò ipsam tantam, nihil tamen in nobis denique efficere, nisi imputatione, asseruit. Viden' ad Lutheri cauponam hederam sine vino? Quin verò cum clamare in eepisset, Spiritum sanctum nobis esse datum, qui gratuita illa dona obsignaret, fiduciamque nobis, & certitudinem sui restimonio confirmaret, mox alterum erexit cornu, quo Christi Domini meritum, ac vim re ipsa tolleret. Docuit enim mox audaC cissimè, Diuinum eundem Spiritum, non intus cor tangere; non acicm mentis illustrare; non animos imbuere, neminem intus inflammare. Quid ita? Sanè, vt ex omnium cordibus omnis ad pietatem stimulus eximeretur: ac protinus salutaris ille *timor abijceretur, qui initium est sapientiæ*; quique virget, vt peccatis resipiscamus, atque addit calcar ad ritè colendum Deum, & ad Christi gratiam custodiendam. Quibus fundamentis subrutis, ecquid in mentibus hominum, aut fidei, aut Religionis non concidisset? Erexerat igitur primum hoc impietatis vexillum Simon Magus: explicuere Marcion, Cerdon, & alij: at qui altius illud fustulerunt, seseque hoc tempore antesignanos non uocati exhibuerunt, fuerè Lutherus, Melanchthon, Caluines, Beza, & reliqui. Et illi tamen antiquitus nunquam sunt ausi tam præfens venenum euo mere, vt apertè Deum faecerent peccati auctorem. Quinimò eorum nonnulli maluD runt duos Deos, duoque principia, boni alterum, alterum mali constituere, quales fuere Cerdon, Marcion, Manichæus, quique Gnostici (id est sapientes) vocabantur. Adeò erat adhuc in eis aliquis pudor extrinsecus, ne prorsus insipientes haberentur.

Iustitia imputatiua vanissima res.

Timorem Domini Lactantius expulit. *Psal. 110. Prou. 1.*

Maiores Hæretici non humanos tempora.

Tertullian. Iustinus. Augustin.

Quæres, quanam ante adeò euidentem blasphemiam Satanas inuexit? Dicam. Illi, cùm libertum arbitrium homini demereret, hominis lapsus Deo sensim tribuere inceperunt: cùm verò id faceret, iam Dei bonitatem æternam negarunt. Neque enim, qui Deũ esse bonum diffitentur, hi vel Deũ esse fatentur. Qua de tota re acerrimè Tertullianus cùm alibi, tum secundo aduersus Marcionem libro agit.

Quæ ratione adducti sunt Hæretici, vt Deum auctorem malorum facerẽt.

Deum negat qui eum bonum negat. Tertullian.

Id verò vt faciat, docet inprimis bonitatem Dei Creatoris esse æternam: præsertim ex hominis & mundi factura, atque ex ea, quæ præscripta est homini, lege. Neque enim hominis lapsum Deo, sed hominis libero arbitrio esse imputandum. *Hæ*E *nim* (inquit) *erit vis Diuinæ Gratiæ, potentior vtique natura, habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrij potestatem, quod αὐτεξούσιον dicitur: qua cùm sit & ipsa naturalis, atque mutabilis, quoquo verstitur, natura conuertitur. Inesse autem nobis τὸ αὐτεξούσιον, naturaliter, iam & Marcioni ostendimus.* Hæc ille. Sed aliquanto post. *Nisi enim* (ait) *homo deliquisset, optimum plasmatio Deum nosset ex natura proprietate. At nunc etiam ipsum cum patitur ex caussa sua necessitate, tamen & hoc ipso optimum, dum & ipsum. Et bono enim innando, & malo punendo iustitiam exhibens, utrumque sententiam bono præstat, hinc vindicans illud, inde remunerans illud. Sed cum Marcione plenius disces, an hoc Dei sit totum.* Hæc igitur quoque Tertullianus, qui posteà rationibus alijs hoc ipsum genus argumenti accuratissimè persequitur, quas ipse sum-

Deum auctorem malorum facere, Hæreticis familiaribus adsentatur.

αὐτεξούσιον, i. liberti arbitrij qualc.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00435

Homo caussa est sui delicti, non Dei.

matim huc inferam. Prorsus enim docet, homini delictum esse imputandum, quem ad rectè viuendum creauerat Deus. Neque propterea Deo id ascribendum, quòd afflatus Dei sit anima, quæ delinquit: quia habet quidem vtique anima illas lineas Dei, qua immortalis; qua libera sui arbitrij: qua præcisa plerunque, qua rationalis: tamen & in his imago duntaxat Dei, non vsque ad ipsam vim Diuinitatis. Neque etiamsi in diabolum transcriberetur culpa, vt instinctorem delicti, propterea in Creatorem dirigendam, vt in auctorem diaboli, vtpotè qui Angelus à Deo, & bonus factus sit, non diabolus, id est, delator. Porrò si post delictum hominis iudex, & seuerus fuerit Deus, non ad malitiam, sed iustitiam pertinere. Quæ iustitia cùm perpetuò in Deo cum bonitate conspiratrix, non rectè seorsum deputari Deum bonum, & seorsum Deũ iustum: imò uerò omne iustitiæ opus bonitati Dei procurare; quippè cùm timor iu-

Deus auctor est malorum pœnæ non culpæ.

stitiæ dicij ad bonum, non ad malum conferat. Si quando itaque Deus legatur condens malas de malis pœnæ, non culpæ intelligi. Iustitiam proinde esse, atque adeò bonitatem Dei, quæ seueritas videatur. Et iudici non exprobranda, quæ iustitiæ accidunt, non magis, quàm medico ferramenta, quæ secant, inurunt, amputant, & consting ũt. Denique torum ordinem Dei bonitatis, ostendit ex eius misericordia in errantes, patientia in non respicentes, & præstantia in merentes.

Deinde ad Antitheses veniens Marcionis, etiam ad bonitatem Dei pertinere probat talionis pœnam, ciborum immundorum prohibitionem, & Sacrificiorum onera. Nec minus etiam legales quasque disciplinas, ne illi momento vacarent à Dei respectu, imò uerò etiam rapinam argenti, & auri, mandatam à Deo Hebræis in Aegyptios; pluris enim ualuisse fexcentorum millium operas per tot annos, & filiorum iacturam quos merserant. Nullam uerò etiam cõtrarietatem esse in Deo prohibente Sabbathis operari, & iubente arcam circumferri etiam in Sabbatho. Neque enim similitudinum prohibitarum legi refragari cnei serpentis, aut Cherubin, & Seraphin aureas effigies; quæ longè diuersas habebant causas ab idololatria, de qua uetans similitudinem fieri, subijcit, *Non adorabitis ea, neque seruietis eis:* fuisse enim etiam rationalem Dei institutionem Sacrificiorum, auocantis ab idolis, quæ tamen rursus reiecerit. Non rectè etiam leuem Deum dici, cùm reprobat aliquandò probatos, aut probat quandoque reprobandos: nihil enim magis bono etiam iudicij conuenire, quàm pro præsentibus meritis, & reijcere, & adlegere. Proinde pœnitentiam apud Deum prauè interpretari Marcionem: nam & in Græco sono (vt pote μετανοια) pœnitentiæ nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est.

Exo. 11. & 12.

Imaginum usus in veteri testamẽto non repro batus. Exo. 20.

Ex his igitur, quæ aptissimè scripsit Tertullianus, intelligi potest, quantùm in eo desuduerint Satanas, vt tot impietates in mundum importarent: quas antea vel solo naturæ lumine illustrati Philosophi quidam, vt Plato, quem citat Theodoretus aduersus affectiones gentilium, vel Iudæi, qualis fuit Philo; vel denique Apostoli, & Irenęus contra Florinum, & Blastum, & Iustinus, ac reliqui omnes detestati sunt. Lutherus autem in eadem asserendas sic toto pectore incubuit, vt ex assertione articuli trigesimi sexti *liberum* inquiat *arbitrium esse figmentum in rebus, & titulum sine re, qua nullo eit in modo sua quippiam cogitare boni, vel mali, sed omnia de necessitate absolute euenire.* Quod & Poeta voluit quando dixit, *Certa stant omnia lege*, & Christus Matthæi sexto, *Folium arborum non cadit in terram sine patre vestro.* Et infra *Non est dubium, Satana Magistro, in Ecclesiam ceuisse hoc nomen, Liberum arbitrium.* Sic Luthe rus. Quin verò, vt omnem fibi, aliíque viam præcideret ad emendationem, in eadem præfatione fic fuerat præfatus: *In ceteris articulis de Papatu, de Conciliis, de Indulgentijs, aliíque non necessarijs, magis ferenda est lenitas, & titultitia Papæ, & suorum: sed in hoc articulo, qui omnium optimus, & necessarius est, dolendum ac flendum est, miseros sic insanire.* Hæc ille. Quibus vides, habitam à se fuisse pro optimo articulo, & rerum Lutheranarum summa, negationem eius rei, sine qua Dei bonitas, & iustitia consistere, vel apparere neutiquam potest. Variauit postea Melanchthon, modò aiens, modò negans: vt & aliquando liberum arbitrium fateretur, aliquando autem omnem libertatem, atque contingentiam tolleret. Is enim, concedendum est (inquit) *quod Scriptura Apostolica tribuat homini, etiam nunc post lapsum, libertatem*

A

B

C

D

E

Theodoretus lib. 3. affect. Grecar. Plato lib. de Agricultura. Et in lib. de Transfugit. Irenaus contra Blastum & Florinum. Vide Euseb. lib 5. cap. 20. hist. Iustinus Mar. qui scripsit lib de quæst. Gentilium et Christianorum. Luthers in fauia. B ut in conf. Vbal.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00436

A *libertatem aliquam deligendi ea, quæ sunt subiecta rationi.* Et infra: *Hac Manichæa imaginatio* (quæ videlicet libertatem, & contingentiam tollit) *horribile mendacium est: & ab hoc errore mentes abducendæ sunt, & docendæ, agere aliquid liberum arbitrium.* Aliquando verò hic ipse Melanchthon Vallam aduersus Eckium tutatus, quòd ille liberum arbitrium conuelleret, in Locis posteriorib⁹ deinde pugnantia dixit: *Valla* (inquit) *& plerique alij, non rectè detrahunt voluntati hominis libertatem.* Et in Epitome Moralis Philosophiæ, *Stoicas illas* (ait) *de fato, seu Vallæ abjurdas imaginationes, quæ propter Diuinam gubernationem adimunt libertatem voluntatis, fugiamus.* Melanchthō modo ponit, modo tollit liberum arbitrium. In Locis posteriorib⁹.

Sed & alibi contrarium docuit, Deum inquiens causam esse peccatorum. *Sicut enim* (inquit) *fatemur proprium Dei opus fuisse Pauli vocationem, ita fatemur opera Dei prophana esse, sicut quæ media vocantur, vt comedere, bibere, sine quæ mala sunt vt Dauidis adulterium, Manlij sceleritatem. Constat enim ex captiue primo ad Romanos Deum omnia facere non permissiue, sed potenter. Ergo non est* (ait) *cur frigidum glossema admittamus, Deum mala permittere, non etiam facere.* Et hæc quidem eo in loco Melanchthon. At videamus, num sibi semper constiterit, postquam videlicet Catholicos Theologos plus ali quid sapere intellexit, quàm eius Grammatica complectebatur. Is igitur in Locis, de caussa peccati. *Est* (ait) *vera hæc, & pia sententia, vt ait ne manus, & vertit tota pectore tenendo, Deum non esse caussam peccati, nec velle peccatum.* Et infra: *Nec figuræ illæ verborum in sermone Hebraico pugnant cum hac sententia, Indurabo cor Pharaonis, & similia. Certum est enim Hebraica phrasi significari permissionem, non efficaciam voluntatem.* In Comm. ca. 5. 1918. ad Rom.

B

Ex quibus antithesibus, nemo sic truncus fuerit, quin intelligat, quàm ista cohæreãt secum, & cum ijs Lutheri verbis, in quibus aiebat, *Summum esse omnium rerum fœtus,*

C *in negatione liberi arbitrij.* Quin verò istos duos, qui Confessionis Augustanæ fabricatores fuerunt, vide mihi, quàm bellè eam tutati sint, nec docuere suis vel interpretationibus, vel Apologijs. Quanti item discipulus Melanchthon fecit infamem illam Magistri Lutheri sãctationem, qua cum Religiosorum statum apostata oppugnaret, sic scripturam reliquit. *De mea doctrina ita certus sum, vt per eam & vester, & Angelorum futurus sim iudex.* Et, *Qui meam non amplectitur doctrinam, nec potest, nec debet, saltari.* Lutheri iactantia. Tom. 7. pa. 405. anno 33. Septembre.

Quid dignum tanto feret hic promisser hiatu? *Hor. in arte poet.*

Sed audistis Thrasonem; ac parturiunt montes, & nati sunt tot ridiculi mures, qui nunc se, suaque quotidie corrodunt.

D Qui verò illos subsecuti sunt, Lutheranæ farinæ homines, visi quidem sunt interdũ nonnihil meljus sapere, cùm docuerunt, voluntatem à coactione peccandi esse liberam; spontaneam scilicet, qualis est voluntatis actio circa naturalem suum finem: attamen negarunt necessitate peccandi ineuitabili liberam esse mentem humanam. Itaque nec fibras, neque ipsam huius tantæ blasphemiæ radicem succiderunt. Quæ cùm remanserit, liquidò patet, nullam, per hos, fuisse vim meriti, gratiæque Christi efficacem ad tollendum originale peccatum. Quamobrem & peccati regnum validissimè constabiluerunt, quicquid huic nescio cuius imputationis, tanquam externi malagmatis vmbraculum ad tegendam perfidiam admouerint. At nos Catholici, & credimus, & propter hoc loquimur, Christi Iesu Mediatoris nostri aduentum, mortem, gratiam ad peccati destructionem sic fuisse præordinata, vt prorsus illud efficeretur, quod Euangelicis & Apostolicis testimonijs grauissimis constat: Dominum sanè venisse, [E] *vt salnum faceret populum suum à peccatis eorum;* vt esset [a] *Agnus Dei, qui tolleret peccata mundi;* [b] *vt prædicaretur in nomine eius remissio peccatorum per omnes gentes,* [c] *vt dissolueret opera diaboli.* Sic item mortem acerbissimam pati voluisse, ut [d] *de peccato damnaret peccatum in carne,* ut [e] *emundaret conscientias nostras ab operibus mortuis, & ad destructionem peccati per hostiam sui sanguinis appararet.* Sic denique Spiritus sui gratiam potissimũ ideo in corda nostra misisse, vt [f] *per legem vitæ liberaret nos a lege peccati & mortis,* [g] *in qua venundati eramus:* & ut [h] *peccatum amplius in nobis non dominaretur, qui non tam sub lege, sed sub gratia simus:* quoniam ille est, [k] *qui cùm omnia possit verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum facit.* Qui sit benedictus in secula. Somnia nouoꝝ Lutheꝝ, de lib. arbitr. De Christi gratia & merito Catholi corũ doctrina.

a Matth. 1.
b Ioan. 1.
c Luca 24.
d 1. Ioan. 3.
e Rom. 8.
f Hebr. 9. 1.
g Rom. 8.
h Rom. 6.
k Hebr. 1.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00437

Atheismus decimus Lutheri, doctrinam Catholicam de animarum post mortem locis, laboriosè tantis, & Caluini Deum peccatorum caussam asserentis. A

Cap. XI.

CVm verò ex ea pestilenti doctrina sequeretur, in renatis qualiacunque bona, & adeò Christiana opera esse damnabilia, mirum est, quantos Satanas in corde Lutheri desensus posuerit. Nullam enim bonorum operum mercedē fore, hinc sensim tortuosus intulit serpens. At sublata mercede Christianarum virtutum, & operum, tollebatur & pœna. Vtroque autem hoc submoto, Deus ipse (quantus quantus nominetenus ab hæreticis istis vsurparetur) negandus fuerat. Id quod in varijs artibus, semper etiam in Ethnicis, atque Philosophis accidit; qui quòd in virtute summum bonum ponerent, licet eius perfectionem nondum agnoscerēt, humani ta men generis hosti omninò placere non poterant. Quare sic illos est persecutus, vt ad uersus eos, qui hac de re melius saperent, easdem alijs, quas hoc seculo Lutheranis fecit, rationes instillauerit: primò Stoicis, posteà Epicureis, denique Theodoro Cyreneo, atque Digoræ, sicuti & Protagoræ fecerat. Nam cùm à Stoicis virtutis præmia negarentur: intulit Epicurus, *Ne Deum quidem igitur punire mala, nisi remunerari bona, ac prouide nullam esse Deo curam inferiorum rerum.* Quod cùm alij excepissent, adjicere fuit ausi, *ne Deum quidem esse.* Tam facilè ruit, qui semitam rectitudinis deserit. Ac quidem puto alijs Sectarum illarum, nunquam veniſſe in mentem, ut ex suorum placitis blasphema illa Epicureorum, atque Atheorum dogmata sequerentur. Sed ita fit, cùm bestia tangit montem, & ad Diuinarum rerum splendorem cum luto, & sordibus accedit. Poterat igitur Lutherus & reliqui, ijs saltem uocibus uti, *Mercedis, Præmij, Spei*, quibus Christus ipse vsus fuerat: cuius sapientia nec fuæ bonitati derogat, cum sua in nobis dona coronat, neque meliores Euangelij sui interpretes, quàm qui per quindecim secula fuerant, expectabat. Quòd si quis interroget, cur Lutherus tanto precipitio ostium aperuerit, citò me expedio. Quoniam hæresis ad Atheismum, uti ad suum centrum, aut sphæram semper properat.

Damnā quod Philosophia inspirauit, ad hæreticos ex instillauit.

B

Vsus 19. Matth. 25. & 20. & alibi.

C

Hæresis centrum Atheismus.

Cùm hæc ita sint, mirum non est, si quicquid cælestium coronarum pijs, aut inferni pœnarum impijs Diuina Scriptura proponit, sic ille expositerit, ut etiam hinc latissima ad Atheismum via complanaretur. Quis enim de inferno, ac reliquis locis, quos recta fides nos docuit, nutare incipiens, iam amplius de religione fuerit certus? Et Sceptici quidem, ut Sextus Philosophus de Pyrrhonijs diatyposibus inquit, *nulli rei incerte & controuerse assentiebantur*: imò verò ne tùm quidem dogmata statuebant, cum voces Scepticæ institutionis pronunciarent, nimirum vel hanc οὐδὲν μᾶλλον, hoc est, *nihilo magis*, aut illam, ἐπὶ τῷ ῥητῷ, hoc est, *nihil definio*. Quas voces cùm in tanto Religionis negotio usurpet Lutherus, an Sceptica, non Christianam uoluerit statuere Religionem non nemo intelligit. Certè quæ ad articulos fidei stabilissimos attinebant, incertissima reddidit: reddita facillimè à cordibus hominum, ut fecit, exulsit.

D

Lutherus nō Christianam Religionem sed Scepticā festā nolait introduci.

Luc 23.

Primum igitur sultritiam Papisſarum taxat (sic enim ille pro sua modestia loquitur) qui post mortem fcerint quinque loca, infernum damnatorum, infantium non baptizatorum, purgatorium, limbum Patrum. *Deinde* (inquit) *in nouo Testamento addi debent Paradisus, propter verbum Christi*: Hodie mecum eris in Paradiso: *denique celum aperuum*. Hæc ille. Quibus verbis, quantò magis cogito, equidem non uideo, quid sibi Lutherus vellet, nisi quòd non solùm non curaret paradisum, & cælum aperturum sed stultitiam hæc esse omnia, vt dixit, ita crederet, ac denique ne prorsus impius haberetur, Christi nomine (ac si sine ullo loco is esset noster paradisus) omnem perfidiam, sublato etiam inferno, tegeret. Sed uideamus tam certi Euangelistæ tam incerta, quæ sequuntur. *Primum* (inquit) *locum dicunt esse damnatorū, qui est cruciatus ignis æterni. Verùm vt anime impiorū torqueantur flattus post obitum, non possum asserare. Quā quam exempli deuitis ejulans hoc facit. Sed contrarius locus est 2. Petri 2. de Malis Angelis, qui seruantur ad iudicii: & verba Pauli 2. Corinth. 5. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue*

Lutheri hæsitantia in rebus fidei. *Tom. in Genes. cap. 3. pa. 254. impressis Norimberg. anno 1551. Luc. 16.*

E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part?image=00438

A *sue mælum. Apparet eos etiam dormire, & quiescere, sed nihil ad ſero. Secundus locus eſt non baptizatorum infantium. Illos dicunt quidem damnatos eſſe, ſed non pati panam ignis, aut vermium. Sed tantum carere viſione Dei. Illam lucem non habent, qua Deum, & angelos videant, & tamen non cruciantur. Tertius circulus eſt Purgatorij, in quod nec damnati, nec infantes ingrediuntur, ſed qui credunt quidem, & tamen non ſatisfecerunt pro peccatis. Horum animæ redimuntur indulgentijs. Hinc illa colluvies indulgentiarum, & tota religio Papiſtica, Quarius eſt Limbus Patrum, ad quem deſcendiſſe Chriſtum dicunt, & effregiſſe, & Patres liberaſſe, non ex inferno, ſed ex Limbo qui affligebantur deſiderio, & expectatione Chriſti, non panas, aut cruciatus ſuſtinebant illos. Hiſce angis repleverunt Eccleſiam, & orbem terrarum: nos radicitus iſta omnia everſimus, &c.*

Fides Catholica de receptaculis animarum.

Vide Sylveſtrum Prierat. verb. Infernus pag. 1731. & 1761.

B Hæc quidem ut temerè, ſic blaſphemè Lutherus. Nam Eccleſia Chriſti ex mutis Divinæ Scripturæ verbis, ex Apoſtolico Symbolo, ex Spiritu Dei, qui eam regit, diſcrete reſtatur, & inferos eſſe ſub terra, & Chriſtum ad Patrum limbum deſcendiſſe, & Sanctos cum Chriſto regnare, ac ſequi agnum quocunque ierit. Ac verò Iuſtitiæ Divinæ rationem poſcere, vt qui actu non peccauerint, nec iſſdem peccatis quibus improbi, crucientur, Purgatorium autem eſſe ſic credit, vt tamen Luthero, & alijs eiuſmodi cum locum haud obtigiſſe certò ſciat, cum ad inferna non minus, quam Darthan, Abiron, & Chore deſcenderit.

Vide in lib. Anſelmum pag. 171. & 172. col.

C Sed audiamus D. Auguſtinum de iſtis locis ſic alicubi loquentem. *Nam illud quod rectiſſime, & valde ſalubriter credit* (Vincentius quidam) *indicari animas, cum de corporibus exierint, antequam veniant ad illud iudicium, quo eas vel ortas iam reddituis corporibus iudicet, atque in ipſa, qua hic vixerunt, carne torqueri, ſue gloriari, hoc ita ne tandem ipſe neſciebat. Quia aduerſus Euangelium tanta obſtinatione mentis obſtet duitas, vt in purgatorio pœnas quæ poſt mortem oblatus eſt in ſinum Abrahæ, & in illo diuite, cuius in inferno cruciatus ex ponitur, iſta non audiat, vel audita non credat. Sicut ergo diuerſæ cuſtodiæ agentium in officio: ſic diuerſæ cuſtodiæ mortuorum, & diuerſa merita reſurgentium. * Receptus eſt pauper, receptus eſt diues: ſed ide in ſinu Abrahæ, ille vbi ſitiret, & guttam non inuiniret. Habent ergo omnes animæ, vt ex hac occaſione tuſtrum Chriſtianum veſtram, cum de ſeculo externi diuerſas receperimus ſedes habent gaudium boni, malo tormenta. Sed cum facta fuerit reſurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore iorgichuntur. In requie ſunt animæ piorum diuerſoribus ſeparatæ: impiorum autem pœnas ſentiunt, donec illarum ad æternam vitam, illarum vero ad æternam mortem, quæ ſecunda dicitur, corpora reuiuiſcant.* Et alibi ad Enodium ſcribens: *Quis ergo* (inquit) *miſericordis negauerit fuiſſe apud inferos Chriſtum?* Hæc omnia D. Auguſtinus, quo loco fuſius limbum primum oſtendit.

Vide ſupra pag. 99. ad Euod. Epiſt. 80. ad Heſych. circa prine. & 123. Euch. 1209. Tom. De anim. Deſide. 13. & 100. & 1098. Et Euod. Epiſtem. 7. de peccat. meri & remiſſ. lib. 1. c. 16. & 17.

De paruulis autem non baptizatis ait idem ipſe D. Auguſtinus: *Poteſt proinde rectè dici paruulos ſine baptiſmo de corpore exeuntes, in damnatione omnium mitiſſima futuros. Multum autem fallit & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros, dicente Apoſtolo, Iudicium ex vno delicto in condemnationem. Et paulo poſt:* Per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem.

Rom. 5. Calu. lib. de præd. & Epiſt. ad Epiſt. 1. cap.

Sed quam videmus teterrimam iſtam in Luthero doctrinam herbeſcentem, iam yberes ſpicas in Caluino proferentem cernamus. Cum enim duo illa peſſimè declarauerit, naturæ noſtræ corruptionem, & Dei præſcientiam, exiſtia potiſſimum Caluino Satanas præcipitium fecit ad aperriſſimos Atheiſmos. *Deum enim* aſſeruit *voluntate efficax ſine actiua, non permiſſiua tantum, quelle ipſum peccatum. Neque vero hoc tam ad ſuos fines ordinare, quam operari in nobis: quin vero ſic operari, vt nos excitet, atque ve ip ſa permoueat, ne* (quod Catholici dicunt) *putemus a Deo duntaxat nos deſeri, aut Diuina interdum gratia in peccando deſtitui. Imo & hoc amplius, ad peccandum nos a Deo deſtinari, ac neceſſitate plus quam fatali impelli.* Beza eadem adhuc operoſius ſcripſit, eo libro, quem aduerſus Sycophantam, hoc eſt, Caſtalionem inſcripſit, & de hac tota re ſuos illos, quos iam ſe compeniſſe iactabat, Aphoriſmos (rectius Atheiſmos) eſt perſecutus. Eorum autem quarto ſcribit, *Deus conſilium non ſolum in eo eſt ſtatuit, & gubernet, ac recte dirigat opera creaturarum ſuarum, ſicut* (inquit) *Pallas Pandari ſagittam direxit, ſed vim ei operandam, atque efficientem in omnibus rebus attribuit.* Vigeſimo autem tertio,

E

Beze Aphoriſmi ſeu potius Atheiſ.

Deum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00439

Deum docet ita per sua creaturas, qua sunt eius organa, operari, vt eas non tantum sinat agere & operari, & earum actionum exitum dirigere, sed excitare, impellere, movere, regere, quodque adhuc deterius est, eo illas creare, vt facant quicquid fauerit. Ac tamen posteà subdit, *hoc quidquid est, a Deo recte, ac sine vlla iniustitia fieri.* In quo vides infamem Atheismum, qui vbi sceleratissimè Deo causſam omnium scelerum efficacissimè ascripsit, mox illum breui encomio laudat. Quod si quæras vnde in tantam vesaniam impij ceciderint, ex Luthero quidem primum id factum est, qui ostium (vt dixi) tantæ nequitiæ patefecit. Deinde ex infixa altiùs quèm oportebat in Caluini corde praua opinatione de prædestinatione Dei ad malum. Atqui & ex ijs, quæ supra diximus, quæque ex Tertulliano aduersus Marcionem attulimus, pessilens ista doctrina corruit. Cùm verò vix vnquàm ne ijs quidèm, qui solo naturæ ductu agerentur, tale aliquid in mentem venerit, sapienter Theologi vniuersam hanc rem explicuerunt, vt quoniam *arbor bona malos fructus facere non potest, & radix si sanctus sit, ramos quoque sanctos esse* oporteat, ac *Deus lux sit, nec tenebræ in eo vllo esse* possint: propterea Sanctissima Dei voluntas à peccati (quatenus deformitatis, & defectus à recta regula, seu rationis, seu voluntatis Diuinæ) vel operatione, vel volitione, vel iussione liberrima sit. Sed & Caluinus (ut mentiretur iniquitas sibi) cùm contra Libertinos, & Anabaptistas scriberet, à veritate coactus est fateri, tria esse, quæ in sua illa blasphemia latetèt veneno, quæ ipsemet vocat valdè execranda, nimirum, si Deus auctor peccati statuatur. *Nihil enim*, ait, *inter Deum & Satanam discriminis esse futurum: homines posthac tanquam bruta præcipites, nullius nempe conscientiæ freno, in pessima quæque ruturos: Quæ tanquam bruta præcipites, nullius nempe conscientiæ freno, in pessima quæque ruturos: Quæ tacuinque factiora approbatum iri, tanquam res bonas, laudes & dignissimas, stupra nimirùm, incestus, homicidia, sacrilegia, cæteraq; adhuc abominabiliora.* Iudicet igitur seipsum de suo ore impius: & qui vel ab ipso Bernensium Senatu eo de articulo damnatus est, sentiat nunc, quàm fidam Satanæ remuneratori operam præstiterit. Cæterùm qui præter antiquissimos Patres aduersus hunc terrimum Atheismum (qui quidem maximè vigeat inter hæreticos pendè omnes, & in Anglia potissimùm regnat) calamum, & studium acuerunt, hi præcipui fuerunt D. Thomas, cæterique Scholastici doctissimi, una cum Valdensi aduersus Vicleffum: Sanctes item proprio Gallico libro. Quem imitatus Thomas Stapletonus, accuratissimè (ut solet) impostoras Caluini retexit, quibus tantam impietatem callidè tegere fatagebat. Cum & Molina in Commentarijs in primam partem D. Thomæ, & Bellarminus Card. in tertio tomo egregiè execrandã hanc blasphemiam extirparunt.

De peccati causſa Theologum Doctior. a Matth. 6. & Rom 11. e 1. Ioan. 5. Caluinus ea 13. aduersus Libertinos. cap. 1. 151. f. Apertè prafitentur manifestarique præcipua eorũ Audreas Zebedæi Nouemontis minister, & 8 Ioan. Angelocimi, minister Burgensis. D. Tho. 1. p. 22. 3. art. 36. & 9. 19. art. 9. ad arg. Item 1. 2. 9. 79. art. 3. & 9. 87. art. 2. Item Valdensis in doctrinali fidei lib. 2. cap. 25. Sanctes tractatu de Caluin. an. 10. Quæ Dicuntur esse pane ad literam; perlege. Item Stapleton lib. de iustific. 11. per totum, inde à cap. de causſa peccati, & sequent. & Sylueſter. v. Reuelat. 19.

Atheismorum colluuies à Lutheri & Caluini discipulis Neorianis, Sabellianis, Samosatenicis & Ebionitis in orbem inuecta. Cap. XII.

SEd quam diximus in Luthero impietatem apparuisse herbescentem, in Caluino autem spicas (seu potius spinas) proferentem, iam videbimus in nouis Arianis, Sabellianis, Samosatenicis, & Ebionitis sic maturuisse, ut illud in eos quadrare possit, quod inquit Psaltes: *Possuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ.* Quàm primùm enim ceciderunt istæ hæresum tenebræ super bonam Germaniæ, ac Galliæ partem, exiliere ex antris immanes feræ, quærentes quos deuorarent, & sua quæque aconita euomentes. Tum apertum bellum indictum est Deo, duoque à Satana Geneuam, atque ad Bernates Heluetios, ranquam ad propriam officinam missi sunt, reliqui in Poloniam, & Vngariam, atque in Transyluaniam iuere, quæ hæ prouinciæ Mahometanis proximæ, pestilentibus quibusq. Atheismis fouendis, & propagandis materiam, uires, tutelam, essent suppeditaturæ. Nos commentarijs Transyluanicis, quibus eam historiam à mille quingentis annis vsque ad nos perfecuti sumus, ea quæ de istis Atheorum dogmatibus ipsi vidimus, ob oculos omnium ponimus. Nunc autem, quando, quoue loco, & per quos vniuersa colluuies Atheismorum, hoc uno seculo ex feminibus Lutheranis & Caluinianis erupit, dicendũ est planius. Sic enim Satanæ assus liquidissimè ad Dei gloriam innotescer; & unusquisque intelligat, quàm vera illa sint, quę Diuina Scriptura prænouit, *Qui medica spernit, paulatim*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part-00440

A *rim decidet*; quæ & Augustinus: *Quomodo enim* (inquit) *coluber non apertis pabulis, sed squamarum nisibus repit, sic lubricus defectendi motus minutatim occupat.* Anno igitur superioris seculi trigesimo secundo [b] Michael Servetus Hispanus apparuit, qui aduersus Sanctissimam Trinitatem, Deiq; essentiam dimicationem suscepit. Nullam enim esse distinctionem personarum in Diuinis blasphemauit; Atheismum Praxeæ iam ante mille & quadringentos annos à Tertulliano, & alijs expugnatum, ab inferis reuocans; ac Noeti & Sabellij, quæ à D. [c] Augustino recitantur, Pauli item Samosa teni, atque Photini hæreses suscitans, sicut ostendit S. [d] Hilarius. [e] Adiecit: Christum ante Beatissimam Virginem nihil, sed solùm ideam in mente Dei fuisse, quomodo nos fuimus ab æterno. In quo / Ebionem, & Cerinthum, Samosatenumq; & Photi num licet agnoscere: quamuis à Praxea, & Noeto differentiet, qui Christum asserebât B esse æternum, & Patris personam cum Filij persona confundebant, vnde & Patripassiani vocati sunt. Sed & Deum Patrem sic homini Christo suam communicasse Diuinitatem sensit, vt non per æternam generationem, sed per vnitionem gratiæ fuerit quidem Deus, at factus, at temporalis, at minor Patre. [f] Nestorij itaque iaqueo, præter aliarum hæresum nodos, implicitus est, docentis, Christum fuisse Deum per inhabitantem Deum tanquam in templo. Denique hic Geneuę [g] flammis traditus est à Caluino, qui hanc historiam conscripsit, homo, vt auram inanis gloriæ vndequaque captans, sic ne fibi quæstus periret, si quis alter nouator Geneuensem thronum subriperet, Satanæ officium diligenter exercuit; qui solitus est sic amicos per alios amicos suos accipere.

At & triennio post, eadem in ciuitate Geneuæ, Satanas nouum eudit Arianismum C per Valentinum Gentilem, [h] Gribaldum, & alios. Gentilis autem in eo errore depte hensus: & coactus recantare, id fecit. Mox fugiens Cracouiam, quę Polonię minoris est ciuitas, Paulum Pseudopastorem Cracouiensem seduxit, & ex improbo Caluinista, facile pessimum fecit Arianum. In habentibus enim Symbolum facilis est transitus. Itaque & non dubia spe metendi id, quod seminabat, dum diligenter in hoc incumbit, à Zuinglianis necatus, eam tamen pestem reliquit in Polonia viuam, cuius hęc erant præcipua capita.

Patrem & Filium, ac Spiritum sanctum [i] tres esse æternos spiritus essentiali numero differentes. Antiquas enim illas sordes & ipse corrasit eorum, qui à [m] Theodoreto Pera tæ uocati, docebant tres *personas esse tres mentes, & tres Deos*: quem errorem postea excepernt ferè ante annos mille Philoponus [n], & recentius Abbas Ioachimus [o], atque D alij, quos omnes [p] Lateranensis Synodus damnauit.

Deinde Patrem esse [q] longe maiorem Filio, ac Spiritu Sancto. Patrem enim aiebat *essentiæ totam, reliquas duas personas essentiatas*, Arianos secutus: cuius hanc ipsam hæresim, à Synodo Nicena conuictam, & condemnatâ fuisse [r] Epiphanius præter alios meminit.

Sed & aliam adiixit hæresim, [s] *cum Filium, ac Spiritum S. docuit esse ex nihilo, vel ex tempore, & non ab æterno productos.* Id quod [t] Ariani antiquiores prædocuerant; Filiũ aientes creaturam esse, & factum ex non extantibus, licet postea recentiores (ut alię semper istos ex alijs scissure erumpunt) non cepisse esse Filium affeuerint.

His ergo fundamentis iactis cepit superesse turre Satanas, quod sibi proposuerat, uixque septennio agebatur, cùm tatis ignorum ad excitandam flammã sibi uisus collegiE se, fecit, ut colloquium in Polonia noui Ariani peterent ijs de rebus, quæ ad religionẽ spectabant. Petrium igitur obtinuerunt non bono exemplo, magno sanè damno, tam insignis, & pij Regni. Ex ijs verò, quę Petricouię acta sunt, ubi locus conuentui delectus est, intelliget quisq. cordatus, quonam res euaserit, & quantum perfidia sit audax, nisi freno veritatis, ac iustitię cohibeatur.

Summa colloquij cum nouis Arianis Petricouię in Comitijs in Regno Poloniæ habiti 1566. ante Dominicam, quæ dicitur Lætare. Cap. XIII.

CVm Petricouiæ Comitia haberentur, in quibus de sal ute Reipublicę contra Mo scũ deliberabatur, placuit magnę nobilitatis parti, Rege Sigismundo permittente, publicum colloquium de Religione instituere. Primùm igitur ex parte altera erant

a S. Aug. lib. 12. de Trinit. c. 10. & 11. b Sleidan. lib. 5. de Trin. & rerob. p. 189. Et in eadem. 3. pag. 139. & in respon. ad art. 21. ex his, quæ colleg. cum Caluinist. Ita monuit Transyluanus ex lib. 2. c. 4. c Aug. lib. de hæresib. Para. 44. & 45. d Hilarius de Synodiis. e Sermet. lib. 3. pag. 92. de errorib. Trin. Transylvanus ex monitis lib. 2. & 3. f Irenæus. lib. 3. c. 20. & 21. g Theod. li. 2. hær. fabular. Caluinus. Sermone scripta flammis comburendã tradidit. h An. 1555. & Bezæ de Antitrin. ex Script. Valentini. K. della publica Geneua. Anno 1566. i Gentilis propheta. 20. & 33. & Beneduct. Arrian. in Theod. de fabulis hæret. lib. 1. cap. 15. k Sozom. in Socrate in verbo Pistipanus Nicæno. lib. 15. cap. 28. l Abbas Ioachimus libro contra Lombardum. p Later. 2. Synod. c. 2. & ca. damnamus. & Sanctum. est fide Catholi. q Prohæret. c. 10. 21. 24. 25. 140. & de Spirit. sanct. c. 19. r Epipha. hæres. 69. s Prothæus. t Ibid. c. 21. u August. de Trin. lib. 6. c. 1. Et contra Maxi. lib. 1.

Oppugnatur hæc enũciatio, Pater

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00441

& Filius, & Spiritus Sanctus Deus: quasi uarius Deus nomine solus pater intelligedus sit.

erant selecti quatuor Ministri, & testes futuræ actionis viri illustres, duo ex minore, to A
tidem ex maiore Polonia. His adiunctus erat Scriba, vir nobilis. Totidem fuere
Aduersarium, & testes, & ministri quorum ministrorum hæc sunt nomina: Grego-
rius Paulus Dux hæreseos Tritheitanæ, Lutomirius, Paclesius, Homanus, Scriba verò
homo nobilis, qui contra duas epistolas Caluini ad fratres Polonos scripsit, Ioannes
Cazanouius. Sed quæstio erat de præside, quis & an vnus esse deberet. Placebat al-
teris, vt alternis diebus, vnus ex vtraque parte præesset: vbi cùm discordes essent, tan-
dem duo electi sunt, vnus vnius, alter alterius partis. Porrò cùm iam ad rem ipsam
accederent, summus Regni Magister, quem Marschalcum vocant (is autem erat unus
ex reliquis) præfatus est, & ad colendam pacem, ac reditum, Aduersarios inuitabat,
his verbis subiectis: *Iam igitur*, inquit, *constituta propositione, qua de agendum est, in Dei*
vnius & Trinitatis nomine exordimini. Vbi protinus quidam eorum toruè inspiciens B
respondit: *Nos verò hic non dicimus, Amen. Neque enim nos nouimus istum Deum Trinita-*
tem, Tum alij. *Nulla iam alia* (inquiunt) *propositione nobis opus est, cùm se hæc obtulerit.*
Nos autem, Deo fauente, & volumus, & parati sumus demonstrare, quod Spiritus Sanctus
non aliam nos Deum in Scriptura docet, nisi solum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum,
id est, Deum vnum in Trinitate. Is erat ad rem accessus, verum vt eò melius res ipsa per-
cipiatur, poterit ista actio in tria capita distingui.

Demonstratur Deum vnum esse Trinitatem ex verbo Dei. *Gen. 1.*

I. In primis quatuor sessionibus nihil aliud, quàm veri ac puri verbi Dei testimonia
in medium afferebamus, idque ideò, quòd Aduersarij sententijs verbi Dei gloriari, se-
que iactare apud vulgus soleant, vt illud tantò facilius decipiant, inq. hæreses indu-
cant. Primùm igitur legebatur nostrum scriptum, cuius hæc erat sententia. *Nos* C
quidem, o amici, haud difficulter poterimus vobiscum eam rem transigere. Nam vbi pri-
mum Biblia aperueritis, & initium veteris & noui legis considerauerritis, statim offendetis id
ibi asseri, quod vos pernegatis. Sic enim Genesis primo Scriptura loquitur: Faciamus ho-
minem ad imaginem nostram. *Nostram*, inquit, *non meam: posteà verò addit.*
Et fecit Deus. *Nouæ autem legis initium hoc est*: Verbum erat apud Deum, & ver-
bum erat Deus. *Videtis, vt in veteri lege loquatur, vnus Deus, tanquam de tribus: hic ve-*
rò, quòd Filius verbum æternum (Nam quod ab initio erat, æternum est) erat apud Deum, &
erat idem, non alius, vti vos perperam interpretamini, Deus. Multa & alia sunt nobis ver-
bi Diuini testimonia: verum ne longius progrediamur, videtis, vt statim ab ipso Bibliorum
principio redarguamini? Ilti verò secundo confessu scripto nostro respondenturi, quòd
ipsorum responsum, quàm à nobis tertio scripto funditus euersum fuerit, ille demùm
intelligeret, quicunque illud leget. Sed & extremum eorum responsum idem restatur. D
Vbi cùm iam planè nihil directè respondere possent, obiecerunt nobis quasdam æqui
pollentes enunciationes, minimè ad rem pertinentes, & quasi ex alia theca petitas. Is
erat primus insultus Colloquij quatuor actibus absoluti.

Et ex cõsensu totius Ecclesiæ.

II. In secundo conflictu tanquàm in tabula depicta, consensionem primitiæ Ec-
clesiæ ad nostra vsque tempora deductam, quàm manifestissimè demonstrauimus.
Nempè quòd non alia vnquam doctrina in Ecclesia Dei vigurerit, quàm qua filius Dei
est verus Deus. Non est autem qui nesciat, non nisi duos posse esse Deos, verum
aut falsum. Quod si filius Dei verus est Deus, non potest esse altus, quàm unus ille,
quem concordi consentu celebrat vniuersa S. Scriptura. *Audi Israel: Dominus Deus*
tuus Deus vnus est. Et, *ego sum Deus, & ante me non est alius Deus, & post me non erit, &*
Deut. 6.
Isa. 43.
praeter me non est. Hic Aduersarij huic nostro veterum Ecclesiarum consensui, contra E
rias eorum scriptorum sententias oppositere, quibus tamen nihil ostendebant, nec
quicquam aliud afferebant, quàm illud suum; *Vnus est Deus Pater*. Quas sententias
vbi ad satietatem vsque recitassent, fudiumus eas paucis verbis refutare. *Concedi-*
mus quidem, dixerunt nostri, *vnum esse Deum Patrem, sed Deum Patrem sapientem, &*
spirantem, hoc est, vnum cum Filio, & Spiritu sancto. Ad quæ illi, *Quandoquidem* (in-
quiunt) *Patrem testimonia tam vestra, quàm nostra vera sunt, consequens erit, vt illi Pa-*
tres sibi ipsis sint contrarij. Faciemus igitur isti: *Nos verbo Dei inhæremus*, quibus Ortho
doxi, *vos verò*, inquiunt, *quemadmodum neque verbum Dei, quod vobiscum facit, sicut*
tam vel ensum est, ita neque consensum Ecclesiæ, quo magis confirmemini, habere potestis.

Patres

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00442

A *Patres autem illi sanctè non ipsi ipsis adueſentur, neque enim amantes fuere, nec bilingues, viti vos eos traductis, ſed ad ſcripta eorum intelligendi, deſſe habetis arcana quædam cla-ue.* Hic vbi clamantes aſſeuerarunt, eos ſibi ipſis eſſe contrarios: noſtri illis propoſuerunt ex ijſdem Patribus deſumptos ciuſmodi locos, contra quos nihil poterant mutire, quibus in locis ſeipſos interpretantur, & declarant manifeſtè, videlicet, nihil inter iſta duo enunciata intereſſe, imò æquipollentia eſſe, *Vnus eſt Deus*, hoc eſt, *Deus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, & vnus eſt Deus Pater.* Nam illi ſemper intelligunt Deum Patrem eſſe vnius cum Filio & Spiritu ſancto eſſentiæ, prout Tertullianus habet: *Nominatur*, inquit, *Deus Pater, intelligitur & Filius, etiamſi non nominetur.* Hic erat finis alterius congreſſus, tribus actibus abſoluti.

Ecce quomodo ad Patres confugiant Proteſtares.

Quomodo intelligenda ſit hæc propoſitio unus eſt Deus Pater.

III. Porrò in tertio conflictu ad hiſtorias ventum eſt. Nam vbi & teſtimonijs
B verbi Dei, & conſenſu Sanctæ Eccleſiæ conuicti eſſent, recepérunt ſe ad hiſtorias, quas iam in promptu habebant, quas illi cum proferrent, ſtudiouerunt potiſſimum duplici turpiſſimæ reprehenſione fidei Chriſtianæ auctoritatem derogare. Prima fuit, cùm pertinaciſſimè aſſererent, quaſi hæc noſtra fides in Niceno primùm Concilio fabricata, & in lucem edita eſſet. Altera cùm dicerent, quaſi magna ui à Cæſare Conſtantino, & ab illis Epiſcopis conſtituta, atque ſtabilita eſſet, ubi ſe dolore affici profeſsi ſũt, ob cauſsam illorum quinque diſcipulorum Arij, nolentium approbare verbum ὁμοούσιον, earpentes Sanctos illos Patres Athanaſium, Cyrillum, Auguſtinum, Epiphanium, Chryſoſtomum, & illos præſtantes Imperatores, Gratianum, Valẽtinianum, & Theodoſium, qui ſuis edictis fidem Chriſtianam ſanxerunt. Quæ omnia ſcripto complexi nobis obtruſerunt. In quo ſcripto palàm utiuperarunt Concilium Nicænum, San-
C ctos Patres, & pios illos Imperatores, fidemq. eorum: contrà verò comprobarunt Cõcilium Arianum Syrmij habitum, eique ſubſcripſerunt, laũdantes tam diſcipulos Arij, fidemq. ipſorum, quam Conſtantium Cæſarem fautorem Arianorum. Hæc nos vbi audiuimus, ſcripturaque eorum magno cum animi noſtri dolore accepimus, huiuſmodi eos uerbis poſtremo conſenſu allocuti ſumus: *Non ſine graui animorum noſtrorum mœrore, ad ea uobis amici intelleximus, quod uos palam profiteminì Arij eſſe amatores. Nos uero omnino parati eramus demonſtrare fidem ueſtram, quam ea recens, quam uia na ſit, non tantum ſanctis literis, conſenſu Catholico, ac hiſtorijs, ſed quocunque tandem uo luiſſetis ſcriptorum genere. At quoniam expreſſis uerbis confeſſati eſtis, uos Arianarum partium fautores eſſe, præcluſiſtis iam hoc pacto uiam & nobis uobiſcum, & uobis nobiſcum deinceps hiſce de rebus diſſerendi. Non enim nos latet, quam Arius ſuæris hoſtis omnes Catholici*
D *nominis. Nobis autem, qui exigua fidelium para ſumus, neque conuenit, neque nos decet, cauſſam totius nobis Chriſtiani tranſigendam ſuſcipere. Quod ſi faceremus, neminem eſſe exiſtimamus, qui non hoc nobis uitio potius uertat, quam tribuat laudi: præſertim cum & Apoſtolicis mandatis, & legibus Romanis ab eiuſmodi curioſis queſtionibus arceamur. Attamen ecce uobis ſcriptum, quo oſtendimus, non ex mutilatis, ſed certis & fidei probatæ hiſtorijs, verbum ὁμοούσιον, atque adeo dictrinam de Deo uno, & Trino ante Nicænum Concilium fuiſſe, illorq. trecentos decem & octo Epiſcopos, qui illic aderant, nihil aliud, quàm antiquam, & à maioribus acceptam fidem (quos, nos neſcimus, quid non tunc uiſſe putetis) clarissimè rediciſſe. Sed neque uos eiuſmodi, uiri uos exiſtimatis, ulla illata eſſe, quod teſtatur hiſtoria Socratis lib. V. cap. 8. Ad hæc omnes hiſtorici teſtantur. Conſtantinum illum Religioſiſſimum*
E *Imperatorem nihil auſum fuiſſe in conſeſſu illo amplißimo eloqui, niſi prius ab Epiſcopis petitauerit. Vos uerò cum omnia perpetam interpretemini, Dei ideo uindictam aliquando experimini, tam uerò uidemus, nullam nobis amplius eſſe ſortem in hac hæreditate.*

Hiſtoriarum teſtimonijs vnà Dei Trinitatis fides roboratur.

His illi auditis, vale nobis dixerunt & verbis, & ſcripto. Hic verò cùm unus ſurrexiſſet, ad precandum omnes cohortatus, Deum Aduerſarijs propitium precatus eſt. Tandem cùm finis actioni imponendus eſſet, cecinimus uulgatum Hymnum ſacroſan ctum in hæc uerba: *Deo Patri & Filio, & Spiritui Sancto omnipotenti Deo laus, ſit, & honor perpetuus, Amen.* Vbi ſtatim Aduerſarij, cùm hæc uerba ferre non poſſent, coeperunt ſeſe ſubducere, negantes ſe uelle dicere, *Amen.*

Colloquium cum Arianis nullius utilitatis.

Is fuit finis colloquij. Deinde die Dominico, qui *Lætare* dicitur, contigatus eſt uni

De hoc Cõcilio lege Niceph. lib. 9. cap. 31. Sed alterum Concilii antiquius, & nobilius Syrmij Catholicum fuit: & quo inde Card. Bellarm. & Baronius 320. Annal.

Ecce quomodo aduerſarij cõtra Trinitarios Catholico more ſe ſuere cogantur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00443

uersus nobilium cœtus, ut rem gestã agnoscerent, ubi summus Regni Magister, ex con A
sensu reliquorum testiũ, professus est totum negocium, ita quemadmodũ hic perscri-
ptum est, gestum, atque transactum esse. Idque ipsimet etiam testes comprobarunt.

COLLOQVII CVM TRINITARIIS FINIS.

VELITATIONES ALIAE ARIANORVM, & Antitrinitariorum in Transsylvania aduersus Deum. Caput XIIII.

B

ET hæc sanè agebantur in maiore Polonia, cùm interim in Transsyluania noui in dies eudebantur Atheismi, mutuasq. sibi operas præstabant Sarmatæ, & Daci. Non diù igitur post, prodijt pestilentissimus liber, quem bipartitum *de falsa & vera vnius Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti cognitione* inscripsere, qui sese di-

Liber impiꝰ de vera & falsa unius Dei cognitione.

ctabant Ministros Ecclesiarum in Sarmatia, & in Transsyluania. Vt verò popello fucum facerent, consentire inter sese utrinsque eius Regni ministros, initio libri placuit addere. Quo libro quoniam plurimi ad æternum interitum fascinati sunt, expedit omninò altius repetere quędam, quę Satanę modum aperiant, quẽ tam horrendis blasphemijs insinuandis adhibuit; tum verò, quid liber ille contineat, dicam.

Georg. Blandrata pestimus mendicus Assus hæreti corũ in Principe do sua labe.

A latere Ioannis Sepusij adolescentis, Transsyluaniæ Principis, Medicus non discedebat, qui olim in Transsyluaniam venerat, & Georgius Blandrata vocabatur. Hic iã C
vsque ad sęces epoto Secuteri, & Valentini Gentilis veneno, operam dabat, vt latè diffunderetur. Principẽ igitur, quẽ vtriusq; speciei prętextu, à fide Catholica auerterat, sensim in Lutheranismũ, tanquàm in secundum gradum præcipitij deducit, Dionysij Alexij Lutherani concionatoris opera, quem, cùm Claudiopoli pastorem ageret, ad id munus a Principe in aulam euocari curauerat. Vbi verò Principem ea in hæresi fatis promotum videt, Dionysium submoueri ex aula, & in eius locum Francisci Dauidis substitui curat. Hic. n. è Catholico factus Lutheranus, mox in Calvinismum tuśs,

Francisci Dauidis in religione incon stantia.

paulò post, Blandratæ, & aliorum insidijs, in Arianismum, deinde & in Samosatenismum decidit. Aulicis autẽ quibusdam interioribꝰ. & apud Principem gratioſoribus, secretò hac ipsa labe iam aspersis, paulatim Caluini dogmata Principi prępinantur, quæ cùm temerè hausissẽt, sat cõmodè in Arianę impietatis barathrũ præcipitarunt. D

Franciscus Stancarus alter medicus & ipse pestimus.

Adiuuabat infausstum rei progressum Medicus alter Italus, Franciscus Stancarus, qui medicinã specie profitẽs, re ipsa Satanæ regnũ propagans, & in Proceris Hungari dominibus latitans, eadem quo ad eius fieri poterat venena spargebat. Pertentatis igitur alijs, cùm (si ad suas impostoras accessissẽt auctoritas Principes) cogitassent rem multò vlterius processuram: Franciscum Dauidem eò adigunt, vt præsente Principe Sanctissimam Trinitatem ex suggestu perneget, Christi Dei Filij Diuinitatem blasphemet, sicut in æde D. Petri Segesuariæ fecit. Id autem, vt res magis innotesceret, & nocaret, reseruauerant in tempus Comitiorum, quę in ea Transsyluaniæ ciuitate, anno sit periotis seculi sexagesimosexto, erant habendã. Prędicatam impietatem alij libenter exceperunt, alij detestati, sed pauci hiscere ausi sunt, ob reuerentiam Principis. Tunc

Caluinianissimus ruit in Transsyluania sed abit in Arianissimum. *Psal.* 136.

Lutherani, & Caluiniani inter sese agere, vt Eniedi, & Albæ Iuliæ, Arianos ad dispu- E
tationẽ prouocarent, haud intelligentes, vbi fidei vnitas non est, veritatem inde haud posse eluceſcere: hæc verò si desit, inde quoque longissimè abesse Deum. Et sanè *nisi Dominus ædificauerit, frustra laborant*, qui cùm extra Ecclesiam sint, Ecclesiam putent extruere. Tũ igitur Consiliarij Politici ad Principẽ facilè se adiunxerunt, quem quò magis ruere cernebãt, eò magis, grauiore peccati mole impulsi, & ipsi ruinas accruabant. Porrò ucrissimũ illud est. *Agentes & consentientes pari non solũ pœna, sed primi cul pa puniri.* Interea fuis calcar addebat Satanas, ut Transsyluaniæ finib. haud cõtenti, in

Rom. 1.

Vngaricam quoq; planiciem descenderent, in qua uirus illud spargerent. Ij igitur dia-

bolico

A bolico fanè aſtu vnà cum Principe Varadinum ad diſputationem deſtgit. Conuenere ininiſtri reliquarum hæreſum; Petrus Melius Dobricienſis, Petrus Caroli, Georgius Czegedius, & alij eius fariæ. Ibi poſt vehementem vtriuſque contentionem, Franciſcus Dauidis, auctoritate Principis nixus (quem cùm haberet diſcipulum, calli-dè tamen iudicem iſti controuerſiæ delegerat) licentiſſimè triumphum inclamat, ac ſi Chriſtum de ſolio infeliciſſimus deiecíſſet. Hæretici fanè alij, cùm Scripturas citaſſent, & ab Arianis earundem Scripturarum vim varijs commentis audaciter eludi tuderent, intellexere, quàm ſibi antiquæ fidei regula ex Patribus & Synodis erat neceſſaria. Itaque etſi huc accurriſſent, noluit tamen Deus hæreticorum opera aduerſus hæ-reticos vti in veritate aſſerenda. Nam & propterea non ſinebat IESVS [a] ſe à dæmonibus nominari. Et verò à ſpiritibus, qui obſederant quoſdam, reſponſum fuit Iudæis,

B qui eos adiurabant: [b] *Ieſum ſcio, & Paulum noui, vos autem qui eſtis?* Blandrata deinceps, & Franciſcus Dauidis criſtas erigentes, ſpe concepta fore, vt breui quoquo verſus ea impietas ſerperet, aliquos deligunt iuuenes, quos ea prauitate imbutos Patauium mittant, ut comparata maiore literarum, ſi quem in ea Academia decipere poſſint, id faciant: cæteris huc tempore in Vngariam redeant, latius peſtem illam diſſeminaturi. Patauij cùm ſe Catholicos finxiſſent, & quicquid addiſcebant, id ad Chriſti Diuinitatem negandam derorquerent, poſtea de ſtudijs ſuis monſtrarunt, quàm illud minis verùm ſit. *Vnumquodque recipi per modum recipientis.* Rediere igitur in Tranſyluaniam, quorum vnus infeliciſſimè mortuus eſt, cùm præceps è ſcala collum fregiſſet, alijs, ſi ſuperſint, paulò poſt ſenſuris, (niſi reſipiſcant) non defuturum cauſæ ſuæ DEVM. Ex Germania item accerſitum Ioannem Somertum hominem loqua-

C cem, ſed qui Græcè noſſe videretur, cùm à Lutheranis deſeciſſet, Claudiopolitanæ ſcholæ præficiunt. In huius locum, quòd vnà cum vxore & ſocru peſtilentia correptus diem non multò pòſt obijt, Matthiam quendam Polonum, tanquàm Hebraïcæ linguæ peritum, ſic ſufficiunt, vt tamen ei præſſet Iacobus, qui ſe Palæologum vocabat, & in Græcia natus fuerat. Huic mandant, tanquàm Græcas literas (uti Græco) calleti, ut Biblia corrigat; correctionem eam intelligentes, quà ſulgatam, & à multis ſeculis à Chriſti Eccleſia receptam verſionem deprauaret, atque ad ſua dogmata aptaret. Sic enim & Lutherus, & Caluinus, & alij fecerant, ut de ſuis quiſque lapidibus gladium, non Diuini uerbi, ſed ſuum acuentes, facilius mêtes Chriſtianas à ueritate auerterent. Sed tamen & hic poſtea nouis ſuis dogmatibus cum illis pugnans, auſugit, do

D agerentur, librum, ut diximus ediderunt, teterrimæ & infernalis blaſphemiæ pleniſſimum, quem in duos diſtribuerunt, quorum ſummam huc adijciens, eo breuius refutabo, quòd magna pars ſuperius refutata ſit.

Contentus Hæreticorũ Varadini *p* Arianis cõuertẽdis nul lius effectus.

Ex diſputatione cum Arianis, Proteſtantes intelligunt, fidei regulam eſſe neceſſariam. *a Luc. 4. b Act. 19.*

Arianiſmus o infelicius propagatur.

Arianus peſtis miſcriniè.

Palæologus ad ſanctorem mentem Ro mæ redijt. Ann. 15 82. Ann. 1587.

Summa & refutatio Peſtilentiſſimorum duorum Librorum, quos Tranſſyluanici Miniſtri contra Sanctiſſimam Trinitatem euulgarunt.

Caput XV.

AC primùm Libri illi ſine auctoris nomine prodierunt. Quo uno nomine ſe prodidit impietas. *Qui enim male agit, odit lucem.* Id ſanè nunquam in ullo perſpectum eſt anteà contigiſſe, qui eſset miſsus à Deo. *Ioan. 3.*

E Deinde ut radicitus tollant, quicquid Chriſtus Dominus hactenus per ſexdecim ſecula ſuę aſſtauit Eccleſię, *a Chriſto* inquiunt, *& Apoſtolis præditum fuiſſe, poſt Aſcenſionem illico euenturum Antichriſtum, Chriſti, & fidem penitus aboliturum; itaque parerum duraſſe Chriſti Regnum.* At impij in caput ſuum mentiuntur. Diuina enim uox prolata per Angelum, dicentem de Chriſto, *c Et regnabit in domo Iacob in æternum*, quomodo conſiſtet? Et illud Aggæi: *d Quia hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus omnibus gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum eſt argentum & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, plusquam primæ, di-*

Chriſti regnum perpetuum & eternum. *c Luc. 1. d Aggæ. 2.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00445

cis Dominus exercituum. Atque iterum illud Isaiæ: *Et aperientur porte tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & Reges earum adducantur. Gens enim & Regnum, quod non seruierit tibi, peribit, & gentes solitudine vastabuntur.* A

Antichristus quis dicēdus. *Dan. 9. 9. & 12. Apoc. 11. 13. 13. 14. 17. & passim. Vide scripta mea de anno Magni Dei Messiæ habita de re. & The ses Tygerii de Antichristo desiderium, & Car. Bouilo 3. de suo Pontif. per totum.*

Porrò aiunt Christum & Apostolos docuisse, vnum esse Deum Patrem, & vnum hominem Christum: sed paulò pòst, à Catholicis tres Deos, seu Trinitatem, eosque vno duos Christos factos fuisse. At & hæc blasphemia est, & sine ulla fronte mendacium. Nec enim nisi vnum Deum agnoscimus, hunc que simplicissimum. Neque in tribus personis Sanctissimæ Trinitatis plusquàm vnam simplicissimam essentiam profitemur, ac difertissimè in Symbolo unam numero Diuinitatem, & cum Diuo Athanasio palsim canimus: *Non tres Dij, sed vnus est Deus.* Sed & hęc superiùs à nobis confutata sunt, & impietas ista omni anathemate consolla est ex Dei verbo, & unanimi Patrum consensu. B

Lib. 1. cap. 3. Addunt, *eaptam fuisse tempore D. Ioannis Euangelistæ prædicari Trinitatem, atque omnes Patres deinceps, & ipsum adeo Athanasium, atque alios eam doctrinam propagasse, quæ ipsi per eodem Athanasij tempore ferro, & flammis ab ipsdem fuerit defensa.* Sed neque primum illud verum est. Cur enim D. Ioannes, qui scripsit aduersus Cherintum, cæterosq. istarum pestium præcursores, non scripsisset aduersus alios? Cùm enim post Christi Domini resurrectionem exaginta & octo annos superstes fuisset, quidni hæc uidisset, ac confutafset? Deinde quinam ex hereticis fuere isti, qui eo tempore Trinitatem prædicare cęperunt? Edant origines, si posſunt. Cùm autem Polycarpus Diu. Ioannis Euangelistę fuisset auditor, cumq. istum uidisset D. Iręneus, qui Valentinū, Marcionem & reliquas illas fęces spiritu ueritatis extinxerunt, ficuti & Iustinus Martyr, atque Tertullianus, qui eadem, pęnè ętate fuerunt, cur non aliquam certè mentionem illorum fecisſent? Cur, inquam, non fecisſent: cùm tamen istas nouorum Aetianorum & aliorum etiam tunc blasphemias oppugnasſent? C

Fides de S. Trinitate sēper & ubiq. in Christiana Religione uigut.

Tertullia. de præscr. c. 36. Et sanè Tertullianus, quęquam Apostolorum doctrina fuerit, ex ipsorum epistolis, quę palsim aſseruabantur, ostendit. cùm ait: *Age iam, qui vules curiositatem melius exercere in negotio salutis tuæ, percurre Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsæ Cathedræ Apostolorum suis locis præsidentur, apud quas ipsæ authenticæ litteræ eorum recitantur, sonantes vocem, & repræsentantes faciem vnuſcuiusque. Proximè es tibi Achaiæ habes Corinthum. Si non longè es a Macedonia habes Philippos, habes Theſſalonicenſes. Si potes in Asſam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiæ adiacet habes Romam, vnde nobis quoq. auctoritas præſto est. Statu felix Ecclesiæ, cui totam doctrinam Apostolorum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus paſſioni Dominicæ adequatur: vbi Paulus Ioannis exitu coronatur: vbi Apostolus Ioannes posteaquàm in oleum ignitum demersus, nihil paſſus est, in insulam relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoq. Ecclesiis contesserarit. Vnum Deum nouit creatorem vniuersitatis, & Christum Iesum ex Virgine Maria, Filium Dei Creatoris, & carnis resurrectionem: Legem, & Prophetas cum Euangelicis & Apostolicis literis miſcet, & inde potat fidem eam, aqua signat, Sanctò spiritu vestit, Eucharistia pascit, martyria exhortatur, & ita aduersus hanc institutionem neminem recipit. Hac est institutio, nen dico tam, quæ futuras hæreſes prænunciabat, sed de qua hæreſes prodierunt, sed non fuerunt ex illa, ex quo factæ sunt aduersus illam. Etiam de ouina nucleo, mitis, & opima, & necessaria, asper oleaster exoritur, etiam de papauere ſici grati ſimæ, & suauiſſimæ, ventosa, & vana capriſicus exurgit: ita & hæreſes de nostro fructificauerunt, non nostras; degeneres veritatis grano, & mendacio ſyluestres.* Hæcille. D

Ecclesiæ Romanæ fides temporibus Tertulliani.

Ecclesiæ Romanæ testimonium de Tertulliano, qui eius fuit ini micus.

1. Ioan. 2.

Deinde E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00446

A Deinde falsissimum est, Athanasij tempore doctrinam de Sanctissima Trinitate ferro & flammis fuisse defensam, licet Arianorum libri à Constantino Imperatore prohibiti fint. Quin etiam diris sima quæq. ab Arianis (vt hoc tempore à Caluinianis) pertulere Catholici in vniuerso orbe terrarum, quæ tam nota sunt, quam quæ notissima. Fides de S. Trinitate nō forte, sed inre tuio defensa

Præterea *Ioachimum Abbatem aiunt, & fratrem Bernardum de Luxemburgo, hoc autem seculo Erasmum, Seruetum, & ceteros quosdam secum in doctrina consentire.* Sed vide & hic impias frontes sine fronte. Ioachimus enim, cùm tres doceret distinctas essentias, hi verò cùm vnam asserant, ecquid simile habent? At quod inquiunt, *superatum fuisse Lombardum à Ioachimo in Synodo Lateranensi, Gregorio IX. Pontifice*, & hoc mendacium est. Quænam enim vnquam isto Pontifice Synodus fuit coacta? Sub Innocentio quidem tertio Lateranensis habita est, sed & ante hanc Lombardus, & Ioachimus è vi- B uis excesserant. Quæ cùm ita sint, videamus, quænam alia impietatum fragmenta suis ipsis fordidis vestibus adsuant. Probant enim Coranum Mahometis legem boni Turcæ præcursores: mox agunt de imaginibus Sanctissimæ Trinitatis, nec contenti simpliciorum quorundam picturas conuellere: eas item, quæ ab Ecclesia Catholica ritè vsurpatæ sunt, scommatibus, & blasphemis carminibus proscindunt. Quæ tota res quoniam optimè ab Apostolicis viris, & à Synodis, ac Patribus, ac denique à Concilio Tridentino rursum explicata, quin & à Roberto Card. Bellarmino vbi agit to. 1. in controuersia de Sanctis, ac deinceps, à Gabriele Vasquez in suo opere de Natura cultus, nō ita verò pridē pereruditis thesibus, à Petro Thyræo, Societatis nostræ Theologo, ex Diuino codice, ipsidemq. grauissimis testibus collecta est, habeant Sarmæ, & Daci ex eodem Thyræo, quæ istis ad Sanctissimæ Trinitatis vnius Dei gloriam re- C spondeāt. Neque enim nos illo melius hæc digerere in ordinem, aut ad captum cuiusque proponere scimus. Sic autem inquit.

Ioachimus Abbas non fuit Arianus. Mendacia Trinitarionum.

Ariani noui probant Coranum Mahometis oscelus. Cap. 4.

De Sacris Dei imaginibus, quibus apparitiones occasionem dederunt, deq. ipsarum multiplici vsu. Cap. XVI.

EX Dei apparitionibus, & manifestationibus, quædam imagines apud Christianos in vsu esse cœperunt. Quod in Scriptura fecit verbis, hoc artifex effinxit figuris: hinc licita cenſebatur imago.

Petri Thyræi Thesis peruulgata de Sanctissimæ Trinitatis imagine, & aliis.

2 Illę verò numero tres sunt: Vna Dei Patris, altera Spiritus sancti, tertia superbenedictę Trinitatis. Nam Filij personam quę repræsentarent, non ex illius apparitionibus profectę sunt; sed *habitus, quo vt homo nouatus est, b per omnia nobis præteruquam in* D *peccato similes*, ipsis occasionem certissimam præbuit:

a Philipp. 2. b Heb. 2. et 4.

3. Pater vno, eodemq. modo figuratur, vt speciem senis, & dierum antiqui referat: Spiritus sanctus vna similiter columbę forma exhibetur: Trinitatis alia, atque alia imago reperitur.

4. Communior est illa, qua cum Patre, & specie columbę, pingitur Filius, eo, quo nobiscum in terris conuersatus est modo. Altera, qua tres viri ita figurantur, ut nullus alio aut forma, aut ætate videatur maior. Tertia, qua unus quasi homo cum tripli- *c Gerson. in ser. habito Parisijs in Natiui. Domini, tom. fol. 47. d Iustinus in Quæst. ad Gentes imagin. Io. Hessel. in Dictionar. capit. 66. Ante. p. 93. lit. B. c. 4. §. 11. e Genes. 18. f Augustin. 2. de Trin. c. 11.* S. Trinitatis imagin. quot reperiantur.

cii vultus, aut capite exhibetur. Quarę cuiusdam mentionem facit Ioannes Gerson, a quę ita in virginis utero formata perhibetur, vt tota carnem humanam assumpsisse videatur.

5. Ex his duę à grauissimis viris improbatę sunt; duę verò pium usum habere pos- E sunt. Reijcitur quarta, quòd grauis erroris occasio sit, & quasi tota Trinitas carnem assumpserit, videatur demōstrare. Reprobatur tertia, quòd Trinitatem nescio quale mōstrum oculis nostris obijciat. Veraque parum habet decoris: parum etiam, uel nihil Christianam pietatem promouet.

6. Secundę illi occasionem dedit uisio Abrahamo exhibita, de qua *f* B. Augustinus: *Cum* (inquit) *tres uiſi ſint, nec quiſquam in ipſarum forma, ætatem, uel poteſtate, cete- ris maior dictus ſit: cur non hic accipiamus uiſibiliter inſinuatam per creaturam, uiſibilem Trinitatis æqualitatem, atq; in tribus perſonis unam, eandemq. ſubſtantiam?*

7. Primam uerò & Ecclesię auctoritas, & Patrum consensus, atque ipsa approbat Sacra Scriptura; quę Patrem proponit *g* tanquam antiquum dierum *h*; Spiritus san- *g* Dan. 7. *h* Matth. 3.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00447

Imaginum 3. Trinitatis antiquitas.

a Paulin. Epist. 12.
b Synod. Constant. 2. sub. 436.
c Amphiloc. in vita Basil.
d Paulin. in carm. 12. epist. 3.
e Theodoret. lib. 2. hist. c. 28.
f Tertull. Damas. in Sylu. Exod. 20.
Imagines cum pinxit Hebraico interdicta.
Sept. 14.
g Genes. 1. Damascen. lib. 2. de fide Orth. c. 17. h Num. 21.
Ipse 32. Exod. 3. Exod. 25. Cherubim. Ambros. Hexaem. lib. 5. Bas. Constant. cap. 71. et 32.
8. Cyrillus. cap. 3. & 5. Imago est id est quod Deus est.
i Tertullia. lib. 2. cont. Marc. Diuersa de cherubim. c. 15.
Euseb. hist. l. 1. c. 14. Basilius ep. 12. Basilius Gregorius in Solomonis Cantica. 3. de consensu Euang. c. 10.
k Cor. 8. 11. 22. cit. Euseb. cap. 71.
Gregor. lib. 7. Epist. ep. 53.
Damasc. lib. 4. de fide Orth. c. 16. 17. Cyr. Greg. Nyss. in vitam Moysi.
Matt. 5. Matth. 18. Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20.
Theod. lect. lib. 1. Nicephor. lib. 1. c. 43. etc.
Imagines sine ullo idolatrio. 1. Adr. 17. in fine cap. 20.
m Cic. Tusc. 2. in decr. & innoc. nemer. & reliq. etc.
n Dialog. de Dist. Christ. lib. 3. c. 15.
o Greg. lib. 7. Epist. 13.
p Rom. 1.

Ci præsentiam in specie columbæ demonstrat; Filium denique humanam naturam ex virgine assumpsisse uarijs rationibus confirmat. A

8. * Commendat has imagines in primis veneranda antiquitas. Habuit Nolensis Ecclesia ante annos mille, & amplius, Sanctæ Trinitatis imaginē, cùm adscriptis à S. Paulino his uerſibus.

Plenoconcutiat Trinitas mysterio,
Stat Christus agno, vox Patris calo tonat.
Et per columbam Spiritus Sanctus profluit.

Columbas aureas & argenteas in forma Spiritus Sancti super Diuina lauacra, & altaria appensas fuisse asserit, & iuſtè defendit contra Seuerum hæresiarcham Synodus Constantinopolitana secunda[a]. In columba Eucharistiam asseruauit Basil.[c] Magnus. Meminit etiam picturæ semel atque iterum S. Paulinus[d]. B

9. Quod ſi antiquiſſimus uſus eſt agni digito Precurſoris demonſtrati, atque ipſum Tharaſius[e] in confeſſione fidei ſuæ inter alia rectè decreta recipit: Si Conſtantinus illo antiquior[f] in labio fontis, ubi baptizatus eſt, eandem imaginem maximis ſumptibus conſtituit: quid eſt, quod uel de Patris, uel de Spiritus ſancti, uel de totius Trinitatis imaginibus dubitare poſsimus?

10. Si quod Scriptura fingit verbis, hoc artifex poteſt fignis: quid prohibet, aut omnibus temporibus fuiſſe Dei imagines, aut certè omnibus eſſe potuiſſe? C

11. Eſto, quandoque prohibitæ,[g] & populo Iudaico interdictæ fuerint Dei imagines: ſed tamen non ob id interdictæ fuerant, quia de genere earum eſſent rerum, quæ per ſe malæ ſunt, ſed quòd periculum eſſet, ne ipſas pro Dijs colerent, *nempe incommutabile numen lignis tribueret, & lapidibus.* Sed nec vnquam tam neceſſarius imaginum uſus fuit, quin ob certas cauſſas interdici potuerit.

12. Reperiuntur verò homines, qui prorſus ipſas è medio ſubtlatas volunt. Et alij quidem propterea, quòd imagines ſint: alij quòd ſpiritum ſint imagines, quos certa forma effingere, nihil ſit aliud, quàm grauiſſimo errori occaſionem præbere. Priores vniuerſis imaginibus bellum indicunt: Poſteriores has Dei, de quibus ſermo eſt, tollunt. D

13. Priores illos iam veneranda Antiquitas,[e] veteris,[h] nouiq. teſtamẽti exempla, grauiſſimorum Conciliorum[k] auctoritas, Patrum[l] omnium ſenſus, atque conſenſus, mirabilia, quæ per imagines olim Deus, noſtris[m] temporibus exhibuit, condemnant. Poſterioribus illud breuiter ſit dictum, non minùs rudiores, poſſe in errorem induci Sacrarum Scripturarum auctoritate, quæ Deo membra tribuit, quam ſimulachris, & imaginibus, quæ, quod Scripturæ auribus inſerunt, oculis obijciunt.

14. Non quod eſt Deus, imago docet: ſed quibus ſe figuris ſpectandum proponit, demonſtrat. Nec imago naturam, ſed perſonam, quæ oculis ſeſe, & ſenſibus offert, effingit. Neque enim, cùm imaginem hominis videmus, dicimus non animal rationæ præditum, ſed hominem videre. Inuiſibilis Dei natura, per imaginem exprimi nullo modo poteſt. *Non debemus* (inquit Apoſtolus) *æſtimare auro, aut argento, aut lapidi ſculpturæ artis, & cogitationis Diuinum eſſe ſimile. Cui enim ſimilem faciemus Deum? aut quam imaginem ponemus ei?* E

15. Quocirca, oportet hic locum habeat, quod grauiſsimè definit Synodus Tridentina. *Quod ſi aliquādo* (inquit) *hiſtorias, & narrationes Sacræ Scripturæ, cùm indoctæ plebi expediet, exprimi & figurari contigerit: doceatur populus, non propterea Diuinitatem ſimilem figurari, quaſi corporis oculis conſpici, vel coloribus, & figuris exprimi poſſit. Miſerabilibus* (inquit Auguſtinus) *animæ noſtræ ſeruitus eſt: ſigna pro rebus accipere, & ſuper creaturam corpoream, oculum mentis, ad hauriendum æternum lumen, leuare non poſſe.*

16 Nulla igitur iniuria fit Deo, quando eius imago figuratur. Nihil incommodatur rudi populo: quia inſtruendus eſt, vt rudis eſse deſinat. Addo cum Gregorio[o], quòd abs re non facimus, ſi per viſibilia inuiſibilia demõſtramus: quia & Apoſtolus, ex ijs quæ ſenſibus noſtris obuia ſunt, docet mentem potuiſse ad Diuinitatem cognoſcendam aſsurgere.

17. Quòd ſi myſterium Trinitatis, vniuerſo populo Chriſtiano credendũ in Symbolo

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00448

A bolo proponitur: certè, quò manifestius illæ Propheticæ visiones, per quas Trinitatis personas Sacræ literæ insinuant, oculis rudium per conuenientes picturas exhiben tur, eo magis in eo Diuino proposito satis fieri posse videtur.

18 Neque enim populus per conciones tantùm instruendus est, sed per imagines iuuandus: & perfectius hærent, quæ subiecta sunt oculis, quàm quę demissa per aures. Et pulchrè docet B. Gregorius, *a eos qui literas ignorant, in parietibus videndo legere, dum picturas intuentur, quæ codicibus legere non valuerunt.*

19 Valet igitur ante omnia hic imaginum vsus ad Dei, Trinitatisque qualemcunque cognitionem, populo Christiano insinuandam, & Diuinam illam maiestatem, quantum per humanas vires licet, quomodocunque adumbrandam. Sed, & docti, hoc imaginum Deo, atque Trinitatis vsu, ea, quæ vel didicerunt, vel legerunt, in men

B tem reuocant, memoriamque confirmant: quemadmodum Sacrorum Bibliorum historiam facillimè discet, qui identidem insignium virorum gesta in tabulis depicta intuebitur. *b*

20 Quid, quod eædem imagines, & beneficiorum, & humanitatis Dei nos commonefaciunt? quando nunc ipsum cùm Adam, *c* atque Noë *d* familiarissimè conuersantem, & generis propagationem, numerosamque prolem promittentem: nunc dona sua in *e* Apostolos profundentem, pictura obijcit.

21 At necesse instruunt solùm, nec solum memoriam iuuant, beneficiaque collata ad mentem reuocant: verùm etiam amorem nostrum erga Deum imperant, & quasi extorquent, quia non in ipsa pictura hæret animus, sed pictura animum ad Deum, quem representat, deducit. *f* Certè à Petro sibi non temperabat Gregorius Nissenus, *g* quando picturam Abrahæ Filium Isaac *h* immolantis conspiciebat. Et Chrysostomus *i* ex cera fusilem picturam, pietate plenam amauit plurimùm.

C

De Duplici Cultu, qui Dei imaginibus à Catholicis exhibetur. Cap. XVII.

HIc vsus imaginum Dei, atque Trinitatis apud Catholicos. Quocirca manifestum est, maximis de caussis, illas & retinendas, & magno loco habendas esse. Cultus verò qui ijs Christiano ritu exhibetur, non ob iam dictas caussas præstatur, sed ideirco, quia imagines sunt, desertur.

23 Hic duplex esse potest. Nam aut idem cum illo est, quem ipsi Creatori exhibemus, aut longè illo inferior. Idem erit, si mens per imaginem in Creatorem

D transferatur: longè alius, si in ipsa imagine hæreat: eamque ut sacram quandam rem reuereatur. *Cultus imaginum duplex.*

24 Sanctæ siquidem & sacræ sunt imagines, non propter materiam, non propter colores, non per manus impositionem, sed hoc ipso, quòd ad aliquid sanctum significandum sunt constitutæ. Quemadmodum & Sanctæ Literæ sunt, quia Christi Euangelium continent.

25 Honor & cultus, qui imagini, vt rei sanctæ exhibentur, longissimè distat ab illo, qui Sanctis cum Christo regnantibus: longè ab illo, qui virtute præditis hominibus; in hos enim propriè potest honor conuenire. Verùm quemadmodum sacræ sunt, & in honore habentur, quæ ad Diuinum cultum sunt destinata templa, vasa qui bus in templis vtimur, aliaque id genus: ita etiam sacris imaginibus suum honorem

E deferimus.

26 Id, quod his uerbis expressit Nicæna Synodus secunda. *Venerandis & sanctis imaginibus salutationem, & honorariam adorationem omnes exhibeant, non (secundum fidem nostram) veram latriam, quæ solum diuinæ naturæ competit, sed quemadmodum typo venerandæ & viuificantis crucis, & sanctis Euangelijs, & reliquis sacris oblationibus fiebat, & suffitorum, & luminarium, reuerenter accedimus.* Synod. Nicæna 2. 7.

27 Nam si cultus & honor, rei oportet respondeat dignitati, ex eoque summæ dignitati summus honor debetur, mediocri mediocris conuenit: cùm etiam sacris rebus maior insit dignitas, minor verò ijs, quæ res sacras significant, certè honor aliquis in imagines est conferendus. Et non ita multo post, idem Thyreus.

B. Augusti-

a *D. Greg. lib. 7. Epist. 109. Greg. Nyssen. in Theo. Mor.*
b *Dam lib 4. de fide Orth. cap. 17. Aug. lib. 22. cont. Faus. cap. 73.*
c *Gen. 18. 3.*
d *Gen. 7. & 9.*
e *Act. 2.*
f *Greg. lib. 7. Epist. 53. & Act. 10. in 7. Synod.*
g *Gen. 22.*
h *Chrysost. in oratione, quid veteris & noui Testamenti vnus sit legislator.*
i

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00449

Augustin. de verbis Domini Serm. 13. Deus potest cum fructus gratiæ adorari.

28 B Augustinus humanam Christi naturam, quæ filio unita est, cultu latriæ adorari posse, docet exemplo purpuræ Regiæ, quam simul cum Rege tutò adoramus: & non poterit idem honor Deo, ipsiusq; imagini exhiberi, quando ipsa Deum repræsentat, animusq; inter Deum & ipsam non distinguit, sed Deum, & cum imagine, & in imagine, & per imaginem videt?

29 Certè non duo sunt hic, quæ adorantur, sed unum colitur in alio; & tantùm abest, vt in hoc negotio Idololatriæ crimen committatur, & Diuinus honor ad creaturas transferatur, vt etiam multo minus imagini in hoc adorationis genere, quam in priore illo tributum esse videatur.

a Ambros. ser. 20. in Psalm. 118.

30 Nempè, omnem hic cultum Deo tribuimus: imagini per accidens. In hunc sensum loquitur Ambrosius: a *Qui coronat* (inquit) *imaginem Imperatoris, illum vtique honorat, enim imaginem coronauit: & qui statuam contempserit Imperatoris, Imperatori vtique cuius statuam conculcauerit, fecisse videtur.* B

b Trip. hist. lib. 11. cap. 13. c Chrysost. ad pop. Antioch. homil. 21. & Trip. lib. 10. cap. 1. Conc. Trident. Sessio. 25. in de cret. de imag. sacr. & vener. & vsu.

31 Docuit natura gentes, virorum Illustrium staruas ponere, atque in statuis ipsos celebrare. Tulit non minus acerbè Theodosius, b depositam fuisse ab Antiochenis Placillæ statuam, quàm si viuæ uxori contumeliam intulissent. B. Chrysostomus c Theodosium ob imaginum subuersionem, & Iesum, & contumelia affectum conqueritur.

32 Quocirca in his Dei, Trinitatisque imaginibus, ante omnia illud obseruandum, quod rudem populum docendum decreuerit Synodus Tridentina: *Nouerit, scilicet, Deum non ideo, quibus depingitur membris circumscribi.* Tum deinde sciendum, non statim reprehendendos pictores, quòd quædam in picturis exprimant, quibus ipsæ historiæ, vide imagines petuntur, nullam certam auctoritatem præbent. C

33 Quæ enim à pictoribus adiunguntur, & Scripturarum sacrarum non nituntur auctoritati, illa si aut necessariò addenda censentur, aut certè conuenienter, & probabiliter, & communi Ecclesiæ consensu permittuntur, omni merito reprehensione vacare debent.

Chrys homil. 45. in Matt.

34 Sed nec omnium, quæ in his imaginibus inueniuntur, quærenda ratio est. Hic locum habere debet, quod in parabolis Euangelicis obseruandum docuit Chrysostomus, *vt non nimia cura angamur, sed vt, cum quid per parabolam intendatur, dijudicetur, inde vtilitate collecta, nihil vltertus anxio conatu inuestigemus.* Et hæc quidem Thyreus quę ad Sanctissimæ Trinitatis imaginum blasphematores pertinent.

Reliqua monstra Trinitariorum. Cap. XVIII. D

SEquenti porrò capite Transyluani Ministri, quam ipsi doctrinam de sanctissima Trinitate non capiunt (nec enim Athei id possunt) eam nocant Sophistarum; ipsi non tam diobolares, quàm certè diabolici Sophistæ. Affingunt autem Catholicis commentum Quaternitatis, cùm ipsimet essentiam, à tribus, putidissimè tam quam noui Luciani fecemant, vt illud in eos optimè quadret: *Quod ignorant, blasphemant.* Vbi vero adscripserunt summam librorum Sancti Augustini de Trinitate, idque concisè, & aridè, ne quis erga diuitias illorum librorum afficiatur, suas insignt mendacio blasphemias cumulant. Neque enim verum est, quod aiunt, Augustinum docuisse, posse creaturam suis viribus, solo lumine naturali, venire ad cognitionem distinctam essentiæ Dei: quippè qui tantum inquirat, in anima hominis, quasi in speculo imaginem esse Trinitatis. Ceterum qui acerrimè Pelagianam hæresim expugnauit, optimè nouerat, positum illum altum esse, & non esse nobis, in quo hauriamus. Proinde fidei, non rationis, atque humanæ scientiæ donum esse, Sanctissimam Trinitatem credere. Hoc autem Filium Dei, qui est in sinu Patris, enarrasse eum distinctissimè dixit: *Ite, prædicate, docete, baptizate in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti.* Quam sanè fidē tot eminentibus miraculis comprobauerat, vt nisi eius verbis credere rat, sūt operibus saltem fidem adhibere debuissent. Certè Augustinus, vt mentes nostras altius excheret, nec puriorem, nec magis meorpoream, neque magis spiritualem nec remotiorem à simulacro rerum, & qualitatum corporearum, afferre similitudinem poterat; licet inferiora hęc nostra longissimè distent à Diuino illo misterio eternis tem-

Iud. epist. c. 3.

Lumine naturali ad cognitionem S. Trinitatis nemo venire potest. Ioa. 4.

Matth. 28.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4

© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00450

A nis temporibus tacito. *Sicut enim* (inquit) *memoria fœcunda purè, & impatibiliter generat intellectum, & per intellectum, vel cum intellectu voluntatem: ita Pater purè, & impatibiliter producit Filium, & cum Filio Spiritum sanctum. Et sicut tria hæc sunt, una anima essentia: ita & hi tres unum sunt, sine una essentia. Et sicut tria hæc sunt purè spiritualia, corporis expertia; ita hi tres.* Sed hæcilli non intelligunt, quia nec credunt. Scriptum est enim, Nisi credideritis, non intelligetis. *Isa. 7. secundum 70.*

Trinitatis viam sternit Erasmus. Cap. XIX.

ADdunt verò Erasmum secum sentire, qui licet in multis alijs rebus præceps, & insolens fuerit, (vt suo loco monstratum est) & nouis Arianis viam strauerit, quemadmodum suo loco ostendemus: sanè si viueret, vel egregiè istos *In Apparatu Sacro.*
B excepteret, vel se, qualis erat intus, manifestius foris proderet. At cùm hæc omnia non satis habere firmitatis sentirent, ad blasphemias redeunt, notionemque & essentiam, atque eiusmodi alia Diuinitus prolata ad mysterium Sanctissimæ Trinitatis enunciandum, vocant portenta; ipsi profectò monstrosi, & portentosi. Denique nugacibus, & apertissimis contradictionibus, priorem librum absoluunt, cùm cordatissimas Theologorum Scholasticorum distinctiones, more malorum dæmonum, subsannant. Is enim est mos Satanæ, vt quos videt non posse prosterni, hos (quasi victor euaserit) irrideat. Porrò, si quis huius libri contextum attentius obseruet, intelliget, impios sibi telam istam non tantum ex lana & lino, (quod prohibet scriptura) sed ex com- *Deut. 22.*
mentis priscorum Atheismorum, ac (tanquam araneas) ex visceribus & veneno texuisse. Sed ad secundum librum venio.

C *Arianismus quomodo in mundum inuectus sit. Cap. XX.*

IN eo igitur in primis iactant Ecclesiæ hoc seculo à Deo purgatæ rationem hanc initam fuisse. Nimirum, *Lutherum & Melanchthonem, quasi alteros Mosen, & Aaronem nouisse, per quos abiterit sucrint crassiores errores: subsecutos esse Zuinglium, atque Caluinum, & Petrum Martyrem, ac alios tanquam Prophetarum agmina, qui subtiliora correxerint: denique Seruetum, tanquam Christum, & Erasmum, tanquam D. Ioannem Baptistam Præcursorem apparuisse, per quos ab omnibus erroribus liberata sit Ecclesia. Itaq, sese primo Lutheri doctrina, mox lumine scientiæ aucto, Zuinglio, & Caluino: denique circumquaque iam veritatis luce perfusos* (hoc est, penitus cæcos factos) *Seruetio adhæsisse.*
Sed & hic vide mihi, quantum gloriantur sese profecisse. Quid enim si qui, & quidem plurimi ex ijs in Mahometismum, aut Iudaismum postea ruerint? Nam hi quo-
D que se denique raptos esse usque à tertium Cælum gloriabuntur, vbi mysteria nouerint, quæ nemini antea effari licuerit. Præterea impudentiæ essentiam vide. Prophetæ enim, ac Moysē nunquam inter sese dissenserunt. At & Lutherum cum Caluino Quam vana sit Arianorū iactantia.
pugnasse ipsi fatentur, ac res ipsa clamat, licet ne ipsi quidem fateretur. Deinde Lutherus, & Caluinus inter sese, atque alij aduersus istos non solum calamum, verum & faces adhibuerunt, quibus Seruetus combustus est, Valentinus necatus, ut diximus, Itaque si Prophetæ, aut D. Ioannes Baptista Præcursor Christum crucifixissent, sanè videri poterat aliquid inter istos simile fuisse. Verùm crescentibus, non lumine (ne-
que enim lumen pugnat cum lumine) sed tenebris crassiorib⁹, quæ ex peccato emer- *Hiere.*
sunt, factum est, quod Deus ait per Prophetam. *A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, Non seruiam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno*
E *frondoso prosternebaris meretrix.* Quænam etenim adeo abominanda vnquam hæresis fuit, cui illicò isti fese non subiecerint? Sed & nunc præclari isti liberatores veritatis, cùm alij Trideitæ, alij Ariani, alij Samosatenici sint, ac Ebionitæ, cuiusnam Christi, quem tam multiplicem singunt, erunt Præcursores?

Hæretici qui scripserunt contra Arianos pessimè scripserunt. Cap. XXI.

NEque verò vt ad Lutheranos, & Caluinianos conuertatur oratio, propterea putent se quicquam effecisse, quòd uidentes suos greges imminui, tum denique scripserint aliquid contra noua ista Arianorum monstra, quæ ipsimet se-
se pepe-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00451

Lutherus in Gen. pag. 670. Gallius lib. 1. de exorcis. & errorib. Anabaptist. Cornelius in Dialog. de Anabapt. Bucerus in 1. cap. Matth. Not. 9. Indic. 14.

se peperisse non negant, vt Lutherus, Gastius, Antonius Coruinus, Bucerus, Anabaptistæ, Trinitarij, & Balthasar Pacimontanus scriptum reliquerunt. Aut igitur isti scribentes, vt fidem Sanctissimæ Trinitatis tuerentur, in pessimas alias hæreses, iusto Dei iudicio, sese præcipitarunt: aut si quid ea de re solidi exulgarunt, *in vitulo nolite aranearum*, nimirum ex nostris Synodis, & Patribus, quos prius blasphemè accusauerant, tanquam ex fidis armamentarijs tela omnia petere coacti sunt. Quos Patres, & Synodos dum verfarunt, non dubito, quin sæpè expalluerint, reclamantemque conscientiam senserint, atque inde agnouerint, quanto tutius sit, columnis illis firmissimis, quam putridis istis Hæreticorum arundinibus inniti. A

Errores Trinitariorum diluuntur. Cap. XXII.

Sed quod attinet ad alterum posterioris libri caput, eandem sapit summa cum im- B
pietate imperitiam. Cùm enim quicquid de discrimine inter legem & Euangelium tradunt, mendacium sit, profectò & mentiuntur, cum inquiunt, *D. Augustinum, cæteroſque Catholicos tribuere Patribus veteris testamenti vitam æternam, hanc sibi eam iustificationem confundere*. Primum enim, nec D. Augustinus, nec nostri uitam æter-
Antiqui quo salui facti sint. nam, ac iustificationem veteri testamento tribuerunt, tanquam ex vi veteris testamenti: sed ex fide Christi, & meritis eiusdem uenturi. Deinde, etsi vnam, atque simplicem dici rectissimè posse Diuinam legem non dubitamus, si eius auctorem, & scopum præcipuum spectemus: tùm quòd Deus vnicus est, omnis, terræ, omniumque temporum legislatorum; tùm quòd eo tota refertur, vt hominem in hac, atque altera uita cum Deo coniungat *(sic enim Apostolus ait, Vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem)* attamen diuidi eam fatemur, & ex parte diuersi sta- C
Rom. 3. *Differentia Legis noux, & veteris.* tus & modi, siue in Dei mente, siue in humanis mentibus per fidem & gratiam: & ex diuersitate temporis, quo vtriusque testamenti lex fuit promulgata: & ex diuersitate perfectionis, *nihil enim ad perfectum adduxit lex* & è diuersa ratione impellendi homines ad finem; *Brevis enim*, inquit D. Augustinus, *est differentia legis & Euangelij, timor & amor*: & ex parte materiæ multò perfectioris, in qua lex uersatur Euangelica: & denique ex parte efficaciæ, quippè quæ iustificet: *Virtus enim Dei est* (inquit Apostolus) *in salutem omni credenti*. Et, *lex spiritus vita in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis: Ex operibus autem legis non iustificabitur omnis caro coram illo*. Quæ omnia quomodo intelligenda sint, Tridentinum Concilium apertissimè ex-
Heb. 7. Conc. Tridentinum Sess. 6. cap. 1. & 2. in doct. de Iust. Ingolstad. an. 1551. et Lug. datur cum aliis omnibus eras. separib. plicuit; Theologi Orthodoxi aduersus Hæreticorum blasphemias sæpissimè tutati sunt; Thomas verò Stapletonus, & Gregorius Valentia Theologus Societatis no- D
Rom. 1. stræ, ancenarè sunt persecuti; ille suo insigni opere de iustificatione, hic breui disputatione Theologica de vera & falsa differentia veteris & nouæ legis, contra fundamentum Lutheranæ doctrinæ à Caluino etiam receptum, & à Melanchthone, Kemnicio, & aliis passim sectarijs repetitũ, quo vanissimè posuerunt promissiones Euangelicas, non sicut promissiones legis veteris ab obseruatione mandatorum, tanquam à conditione pendere.

Quare Christus dicatur θέλος secundum impios Arianos. Cap. XXIII.

Tertio capite agunt Transyluanici Ministri de *λόγῳ, & Christum* inquisit *vocari Verbum, quod verba Dei prædicauerit*: quæ expositio eò magis est impia, quòd affertur ad Diuinitatem Christi pernegandam. Neque verò isti aut E
vnanimem Ecclesiæ consensum à tempore Apostolorum obseruarunt, quòd saltem putarent, testibus omni exceptione maioribus plus esse spiritus datum ad Diuinas literas scrutandas, ac veritatem venandam, quàm vni vel alteri Hæretico ad Atheismũ præcipiti via tendenti: aut aduertere animum noluerunt ad eam vocem, de qua loquitur Psalmes, cùm inquit, *Vox tonitrui in rota*. Nam & ideo *Filij tonitrui*, Filij Zebedæi dicti fuerunt, quorum Ioannes alter fuit, qui Diuina altissimè inspiciens, & profundissima Verbi Diuini consubstantialis Patri eructans, aquilæ etiam volans est dictus atque prædictus. Sanè verò nouarum istarum pestium labem agnoscent ij qui antiquissima illa Ecclesiæ lumina; S. Cyrillum Alexandrinum prouincia in Ioannem, Nicephorum

Psal. 76. Matt. 3.

Ezech. 1.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00452

A Nicephorum de reuelatione Euangelij tempore Iuliani Apostatæ, & Anastasium Antiochenum libro de rectis fidei dogmatibus attente perlegent. *Si enim hic* (inquit) *quæ extrema sunt Diuini opificij, nemo quam à nobis mortalibus exactè cognoscuntur (quis enim altitudinem Cæli dimensus est? aut quis apprehendit maris profundum) quonam pacto hanc Creatricem rerum omnium naturam se arbitrari posse comprehendere non extremè desipientis? Intonet igitur supernus ille filius tonitrui è cælo edoctus sapientia?* Hæc ille. Sed & S. Ioannes Chrysostomus. *Moses* (ait) *exorditur*: In principio fecit Deus Cælum & terram. *Ioannes verò*: In principio erat Verbum. *Quantum Creatoræ creaturæ distat, æternus ab eo quod non nisi cum tempore extitit*, &c. Verùm (cùm istis de magnos Hebraicæ linguæ interpretes haberi velint, qui tamen è lacunis recentiorum Rabbinorum, qui Diuinam Scripturam deprauarunt, blasphemias istas haurire non potuerunt, nisi impudens eorum cæcitas in clarissimum alijs plerisque in locis Diuini Verbi lumen impegisset. Cùm enim ea uoce, vel factum, vel acceptum, vel iudicium, vel sermo hominum, & Dei designentur: tum filius Dei potissimum designatur, cùm summa illi Maiestas, summaque Dei operatio tribuitur. Qualia illa sunt, [a] *Verbo Domini cæli firmati sunt*: [b] *Misit verbum suum, & sanauit eos*. Planius verò à D. Ioanne, tum Euangelij sui initio, tum tertia Epistola sua. Certè Targum, & sapientes, ijsque antiquiores Rabbini profundum huius Sanctissimæ veritatis thesaurum non solùm agnouere, sed suspicientes adorauerunt. Vbicunque enim occurrit Tetragrammaton יהוה legunt summam ob nominis reuerentiam, Meimar, Chaldaica uoce, quæ Verbum significat. Sic vbi Isaias inquit: [c] *Israel saluatus est in Domino* יהוה *salute æterna*: habet Ionathæ Targum: *Israel saluatus erit, Dominus, id est, in verbo, vel per verbum Dei saluatione sempiterna*. Is porrò locus promissionem de Christo habet, atque consummandam per eum salutem ostendit: nam & ideo יהוה Iesua Iesus est dictus. Qui ab eodem Propheta Hebraicè יהוה Adonai quod solius Dei nomen est: & ab Chaldaico interprete Meimar, id est, Verbum vocatur. Sic in Osea: [d] *Et domus Iuda miserebor, & saluabo eos* בידוה אלהיהם *Badonai Elechehem, Bashoua Elohehem in Domino Deo suo. Id quod* Chaldaicus interpres vertit: *Et super domum Iudæ miserebor, & saluabo eos in Verbo Domini Dei eorum*. Sic etiam Isaias alibi, *Adiecit Dominus loqui ad me*: quod Targum habet, *Adiecit verbum Dei loqui mecum*. Et rursus: [e] *Ego*, inquit, *auxiliator tui, ait Dominus, & Redemptor tuus Sanctus Israel*. Quæ sic Chaldaica versio: *Verbum meum in auxilio vestro, dixit Deus, & Redemptor noster Sanctus Israel*. Rursus [f] *Manus quoque* (inquit) *mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cælos*. Quod Targumista: *In Verbo, vel cum Verbo quoque meo fundauit terram*. Et Hieremias. [g] *Si à facie mea non formidabitis, &c. posui arenam terminum mari*. Chaldaica versio habet: *Si coram verbo meo non formidabitis, quod posuit arenam*. Et Amos: [h] *Ecce formans montes, & creans ventum, & annuncians homini eloquium suum, &c. faciens spes excelsa terræ; Dominus Deus exercituum nomen eius*. Septuaginta verò interpretes loco illorum verborum: Eloquium suum, verterunt Christum suum. Ac quod Dauid habet: [i] *Quoniam magnificasti super omne nomen verbum tuum*; (sic enim texte B. Hieronymo Hebraicus habet codex) Septuaginta verterunt pro verbo *Sanctum tuum*. Et vbi ait: [k] *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis*: Targum habet, *Dixit Dominus Verbo meo*, qui Psalmus euidentissimè tribuitur Messiæ Christo.

B ferunt) mirum videri posset, quin multiplicem huius verbi דבר Dauar acceptionem obseruauerint, nisi impudens eorum cæcitas in clarissimum alijs plerisque in locis Diuini Verbi lumen impegisset. Cùm enim ea uoce, vel factum, vel acceptum, vel iudicium, vel sermo hominum, & Dei designentur: tum filius Dei potissimum designatur, cùm summa illi Maiestas, summaque Dei operatio tribuitur. Qualia illa sunt, [a] *Verbo Domini cæli firmati sunt*: [b] *Misit verbum suum, & sanauit eos*. Planius verò à D. Ioanne, tum Euangelij sui initio, tum tertia Epistola sua. Certè Targum, & sapientes, ijsque antiquiores Rabbini profundum huius Sanctissimæ veritatis thesaurum non solùm agnouere, sed suspicientes adorauerunt. Vbicunque enim occurrit Tetragrammaton יהוה legunt summam ob nominis reuerentiam, Meimar, Chaldaica uoce, quæ Verbum significat. Sic vbi Isaias inquit: [c] *Israel saluatus est in Domino* יהוה *salute æterna*: habet Ionathæ Targum: *Israel saluatus erit, Dominus, id est, in verbo, vel per verbum Dei saluatione sempiterna*. Is porrò locus promissionem de Christo habet, atque consummandam per eum salutem ostendit: nam & ideo יהוה Iesua Iesus est dictus. Qui ab eodem Propheta Hebraicè יהוה Adonai quod solius Dei nomen est: & ab Chaldaico interprete Meimar, id est, Verbum vocatur. Sic in Osea: [d] *Et domus Iuda miserebor, & saluabo eos* בידוה אלהיהם *Badonai Elechehem, Bashoua Elohehem in Domino Deo suo. Id quod* Chaldaicus interpres vertit: *Et super domum Iudæ miserebor, & saluabo eos in Verbo Domini Dei eorum*. Sic etiam Isaias alibi, *Adiecit Dominus loqui ad me*: quod Targum habet, *Adiecit verbum Dei loqui mecum*. Et rursus: [e] *Ego*, inquit, *auxiliator tui, ait Dominus, & Redemptor tuus Sanctus Israel*. Quæ sic Chaldaica versio: *Verbum meum in auxilio vestro, dixit Deus, & Redemptor noster Sanctus Israel*. Rursus [f] *Manus quoque* (inquit) *mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cælos*. Quod Targumista: *In Verbo, vel cum Verbo quoque meo fundauit terram*. Et Hieremias. [g] *Si à facie mea non formidabitis, &c. posui arenam terminum mari*. Chaldaica versio habet: *Si coram verbo meo non formidabitis, quod posuit arenam*. Et Amos: [h] *Ecce formans montes, & creans ventum, & annuncians homini eloquium suum, &c. faciens spes excelsa terræ; Dominus Deus exercituum nomen eius*. Septuaginta verò interpretes loco illorum verborum: Eloquium suum, verterunt Christum suum. Ac quod Dauid habet: [i] *Quoniam magnificasti super omne nomen verbum tuum*; (sic enim texte B. Hieronymo Hebraicus habet codex) Septuaginta verterunt pro verbo *Sanctum tuum*. Et vbi ait: [k] *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis*: Targum habet, *Dixit Dominus Verbo meo*, qui Psalmus euidentissimè tribuitur Messiæ Christo.

C

D

E Sed & Ecclesiasticus, & Sapiens diserè pronunciant, *Sermonem omnipotentem*, hoc est verbum æternum venisse de solio Regio. Et huc facit illud: [m] *Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnem creaturam*. Et cum eandem Sapientiam, [n] seu Verbum Dei vocat *vaporem virtutis Dei: Emanationem quandam claritatis omnipotentis Dei, speculum sine macula Dei Maiestatis: imaginem bonitatis illius*. Non secus Apostolus ad Corinthios & ad Hebræos scripsit, cum *Dei Filium sapientiam vocauit, & virtutem, & splendorem gloriæ, & characterem ὑποστάσεως eius*.

Niceph. lib. 10. cap. 33. Anast. Antioch. lib. 2.

Chrysost. hom. 1. in Ioannem. Tert. 1. 10. 2.

Verbum דבר *apud Hebræos quam multa significet Exod. 18. Nim est hoc verbum, quod facit 2. Reg. 1. Amos 3.*

[a] *Psal. 32.*
[b] *Psal. 106.*
Non adderis super verbi hoc ob præcepi vobis.
[c] *Isa. 46.*
Hoc est verbum homini dat, & Isa. 1. 1. Dedi verba meum ore tuo.
Psal. 33.
Psal. 106. Vide Petrum Galat. lib. 3. de auctoritate Cathol. fidei cap. 4.
[d] *Osea 1.*
[e] *Isa. 41.*
[f] *Isa. 45.*
[g] *Hier. 5.*
Loci insignes pro Christi Domini diuinitate.
[h] *Amos. 4.*
[i] *Psal. 137.*
[k] *Psal. 109.*
Eccl. 1. 4. 24. Sap. 18.

[l] *Eccles. 1.*
[m] *Sap. 7.*

1. Cor. 1.
[n] *Hebr. 1.*

De verbo

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00453

De Verbo Dei increato. Cap. XXIIII. A

QVinetiam de eodem Verbo Dei increato aperti∫sima e∫t mentio apud antiquos & ∫ecretiores Hebræos, nulla vt ratione accipi queat pro verbo ∫uis literis conſignato, ſed pro Dei filio, vero Deo. Afferri autem alia loca poſſent, quæ viri quoque eruditi∫simi adnotarunt, inter quæ illa præ∫ertim ſunt. Quod Dominus Moy∫i fatetur ſe tantum apa∫ti∫∫e Patriarchis *nomine Dei omnipotentis, nec verò nomen ſuum יהוה Adonai eis manife∫taſſe.* Targum enim Hieroſolumitanum ſic interpretatur. *Et revelavi me per Verbum meum Abrahæ, Iſaac, & Jacob in Deo Calorum:* Exod. 6. Genebr. de S. Trinit. lib. 2.

Verbum Dei nunquam locutum e∫t cum patribus antequam quidem Deus ſe eis in Scripturis loqui dignatus. Deut. 5.

nomen autem Verbi Domini non meum feci eis. Atqui habent hoc peculiare reliqui Chal dæi Paraphraſtæ, vt plurimam mentionem faciant Verbi Domini, maximè locis iis, in quibus Deus inducitur loquens cum homine, quaſi ipſe fuerit λόγος Dei, qui adeorat Patribus, & ſub variis figuris & imaginibus nunc Angeli, nunc nubis, nunc flammæ, ipſis loqueretur. *Ego* (ait Moſes) *ſequeſter, & mediator fui inter Deum, & vos*, hoc e∫t, iuxta Onkelum: *Ego ſteti inter Verbum Domini, & vos. Non prænalebunt* (inquit Hieremias) *tibi, quia ego tecum ſum, vt ſeruem te*, hoc e∫t (interprete Chaldæo Ionatha:) *Non prænalebunt tibi, quia in auxilio tuo Verbum meum e∫t, vt eripiam te.* B

Bier. 1. 8. 5. De verbo interim quid Philoſophi ſenſerint.

Gen. 1.

Aug. lib. 10. de Civit. cap. 29. & lib. confe∫∫. C

Tull. Serm. exhort. ad ſtudet.

Cuius etiam rei opinio Philoſophos ipſos imbuit. Nam Philo Iudæus ſiue id habeat ex ſuis, ſiue è Magi∫tro ſuo Platone ſæpè λόγον τοῦ θεοῦ inculcat. Apud Mercurium Tri∫megi∫tum ni∫hil extat λόγου. Dei frequentius, nihil crebrius. Apud Chalcidium in Platonis Timæum, Stoici non tantum conſtituunt Spiritum, qui deſignauerit, in hanc venu∫tatem, ſpeciem, ordinem, mundum, prout no∫tra Geneſis prodidit, ſed & per e∫∫entiam rerum ire dicunt λόγος, hoc e∫t, vt ille vertit *rationem ſolidam atque vniuer∫am. Hanc verò rationem* (ait) *ipſum e∫∫e opificem volunt.* Et paulò pòſt: *Licet cunctæ corpora aliqua diſſinant, ſylua tamen* (ſic ὕλην, quam materiam nominamus transfert) *ſylua, in quam, ſemper e∫t, tamque opifex Deus, ratio ſcilicet* (λόγος) *in qua ſit fixum, quo quid tempore tam naſcatur, quàm occidat.* Eodem libro ſcribit Platonicos, *ideam Intellectum aterni Dei eternum diviſſe.* Item, *Principalem ſpeciem mixta nos e∫∫e primum intelligibile, iuxta Deum perfectum intellectum Dei.* Hæc autem no∫tram de Verbo Dei ſententiã confirmare, apparet ex Amelio Platonico Philoſopho, qui lecto principio Euangelij no∫tri Ioannis, queſtus e∫t, cum in ſuum ipſius librum tranſtuliſſe Magi∫tri ſui myſteria, & quæ erant Platonis arcana, ſua, propriaque fecii∫∫e: *Per Iouem*, inquiens, *Barbarus i∫te cum no∫tro Platone ſentit, Verbum Dei in ordine principij e∫∫e conſtitutum.* D

Et hæc quidem ille, ne∫ciens ex ipſius Incarnati Verbi pectore, S. Ioannem i∫ta myſteria proximè hau∫i∫∫e.

Antiqui Patres ex Gentilibus ſcriptoribus Diuinitatem Verbi confirmarunt. Cap. XXV.

VIxere autem mille quadringentos ante annos, Iu∫tinus Martyr, Tertulliánus, & alij, qui dum vel ipſo ſanguine ipſos Antichri∫ti errores conuincebant, quos nunc Samo∫atenici Tranſ∫yluanici di∫eminant, gentibus, & paganis vetu∫ti∫∫ima ante Chri∫tum Dominum te∫timonia depromunt ex ipſis Gentilibus, quibus maximam fidem habebant. Quemadmodum ſunt, quæ Orpheus, & alij, ac præcipuè Sybilla Erythræa cecinerunt: qui omnes, Diuino oculo maximum aliquid prouidente, coacti ſunt in hanc rem multa ante ſæcula, quę Chri∫ti aduentum præ∫erarant, aliqua plani∫∫imè eloqui. Sic igitur Orpheus: E

Orpheus. Vide Cyrillũ Alex. libr. cõtra Iulian. natarent im, & hoc.

Tu vero Diuinum Verbum intuens hinc aſside,
Dirigens cordis mentale vas, & recte in∫i∫te.
Viam, ſolumque intuere mundi Regem.
Vnus e∫t per ſe gentius, & ab eo nouuncia prognata ſunt.

Poetæ quomodo veritem S. Trinitatis adumbrarunt.

Eò verò id quoque ſpectat, quod idem Orpheus, & Poëtæ alij pro Patre & Filio & Spiritu∫ancto, Phanetem, Vranon, & Cthonon; & pro Filio Dei ex ∫ubſtantia Patris ab æterno genito, Mineruam ex cerebro Iouis natam; ac Sabini, Sanctum, Fidium,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00454

A Fidium, & Semipatrem dixerunt: nempè Satana fabulis Poetarum antiquissimę fidei mysteria inuoluere. Suidas autem de Mercurio Trimegisto sic scriptum reliquit.

Mercurius sapiens Aegyptius qui floruit ante Pharaonem, ter maximus appellatus est, quoniam de Trinitate oraculum edidit, in Trinitate dicens vnam esse Diuinitatem, his verbis: Erat lumen intellectuale, ante lumen intellectuale, & erat semper mens mentis luminosa, & nihil aliud erat, quam horum unitas, & spiritus omnia continens. Sed videat, qui velit,

Mercurius Trismegistus cur sic dictus fit.

B. Augustinum, alia de hac re afferentem ex Platonicis, in libris de Ciuitate Dei,

Lib. 10. cap. 28. & 29.

Ac Erythræa Sibylla ante Christi aduentum.

ησι λόγων θυλλεια πατρὸς θυλλεῖος ἀλήθη.

Dicta legi Bethleem est Diuino patria nutu.

Et certè Sibyllarũ eiusmodi testimonia magni fecere omnes antiquissimi Patres.

Sibyllarum oracula quãti facienda. Clem. lib. 6. Strom.

B Nam & Clemens Alexandrinus asserit, Paulum adhortatum fuisse Gentiles, vt legerent Sibyllarum oracula. Et Eusebius, Lactantius, Augustinus, atque alij, ea ex illis commemorant, quæ ab omni antiquitate etiam inter gentes diuinitus seruata, & obseruata sunt, vt etiam plerique stupidi Barbari animum erexerint ad tantarum rerũ, de Verbo Dei Iesu, fidem.

Cur necesse sit in Deo ponere aternum Verbum. Cap XXVI.

SEd & eandem postea semitam triuere, qui secuti sunt omnibus sæculis, oculatiores Theologi, ac sanctiores Patres. Itaque necessitatem ponendi Verbum Dei Filium, Diuinasq; personas, inde quoque perceperunt, quòd Deus omnium gradus creaturarum infinities superemineat. Cùm verò naturæ cuiusque intellectualis proprium sit verbum, quod alteri naturæ non conuenit (nam de intellectus ratione est, vt is aliquid formet, vt paullò infrà exponam) sanè Angelicę naturę verbo, ipsum Dei Verbum innumerabilibus nominibus, & infinitis modis est eminentius. Et cum

C verbum quidem nostrum prius sit potentia, quàm actu, ac proinde sit imperfectum, neque per se subsistat) VERBVM tamen, id est Filius Dei, semper actu est: itaque nec cogitationis nomen ei propriè conuenit. Cùm autem Verbum Diuinum eiusdem sit naturæ cum Deo, iccirco necessarium est, vt sit aliquid subsistens in natura Diuina.

VideD. Thomam in 1. p. c Euang. Io. Verbum Dei semper est actu.

Duplex verbum oris & cordis. Cap. XXVII.

HVc verò pertinet (vt Christianis veris, hoc est, Catholicis, aliquatenus hoc loco satisfaciamus) id, quod sapientissimè Theologi addiderunt, cùm ad hanc rem vtcunque insinuandam, de duplici verbo, oris & cordis locuti: alterum dixerunt id esse, quod exterius profertur, alterum, quod interius concipitur.

D *Erudtauit* (inquit per Psalterm Regium Deus) *cor meum verbum bonum*. Verbum autem cordis, imago est quædam, & similitudo rei, per intellectum producta, & immanens, id est, quoddam simulachrum intellectu formatum, & ei inhærens, vnde merito partus cordis, & filius mentis posset nuncupari. Est enim à natura vis talis insita omnium menti, vt rerum exteriorum in seipsa, velut in tabula quadam, imagines pingere, ac formare queat. Quam ob rem, cùm intelligimus, imaginari dicimur, quia per intellectum rerum imagines cognoscendo formamus. Mira profectò intellectus facultas, ut in seipso producat (ut propriè cum Scholis loquar) in esse cognito, quicquid

Psal. 44.

Intellectus mira facultas.

E Deus produxit extrà in esse reali: & sicut Deus omnium creator est, ita quoque omnium plasmator quodammodo intellectus sit. Ecquod enim miraculum maius, quàm ut in mente alius mundus intelligibilis sit, qualis extra ipse sensibilis est? Ibi cælum, sol, astra, maria; ibi arbores, ibi aues, &c. Quapropter sapienter Aristoteles *Intellectus* inquit, *agens est, quo est, omnia agere. Intellectus possibilis, quo est omnia pati.* id est, recipere imagines. Ergo rerum simulachra intellectu producta, & immanentia, sicuti diximus, verba dicuntur.

Aristot. in 3. de Anima.

At differt ab intellectu increato creatus noster intellectus, quod hic formas fictitias, & imaginarias, quas intelligendo in seipso fingit: intellectus uerò Diuinus uerras, & reales, ob infinitam sui virtutem, atque efficacitatem, ad extrà producit. Et

Intellectus diuini & nostri differentia.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00455

ideò sic intelligendus est Deus, mundi ipsum sensibilem condidisse, sicuti cũ aliquis A
mundũ alterũ in sua mente intelligendo formar. Intellectus enim noster, intellectus
Diuini similitudinem quandam habet, vt sit ipse (inquiunt Scholastici apertissimè) ef-
figiatiuus, quorum & alle formatiuus.

Verbum Diuinum qua ratione generetur.

Hæ igitur intellectus tam efficax & potens, qui non sic dicitia in seipso, sed realia ad
extra verba intelligendo, & dicendo producit, nunquid essentiam ipsam infinitam,
& increatam Diuinitatis, sicut creabiles essentias non intelligit? Sanè inquient.
Quæro iterum: An Deus propriam intelligens essentiam, sicut in ceteris, per intelle
ctum Verbum producat, necne? Ecquis autem vel proteruus Philosophus Verbum
in Diuinis negauerit? Absurdissimum enim esset, vt qui ad essentias creabiles, & fi-
nitas adeo potens, & fœcundus est, intra seipsum, & essentiam suam insœcundus, &
Isa.66. sterilis inueniretur. Quam ob rem per Isaiam ait: *Nunquid ego, qui alios parere facio,* B
ipse non pariam? qui ceteris generationem tribuo, sterilis ero? Quasi diceret: Num qui
ad alias naturas fœcundus sum, insœcundus ad meipsum, atq; ad mearum naturam fuero?

S. Trinitatis Mysterium credendum, etiamsi id mens nostra non capiat. Cap. XXVIII.

Atqui, licet naturalis ratio nequeat in Dei notitiam euehi, nisi quatenus is
principium est, & caussa conditarum rerum, principium, inquam, & caussa
per suam ipsius virtutem, sapientiam, bonitatem, in quibus vnitas non di-
stinctæ sunt Diuinæ persone; non tamen non credendum est Sanctissimæ Trinitatis
mysterium, quod mẽs nostra id non capiat. Quot enim sunt alia isto articulo inferiora
mysteria, quæ tamen credit, etsi non percipit? Quin etiam ab ipsis naturalibus rebus,
in quibus non minima est cum Sanctissima Trinitate similitudo, nonnulla possunt ad- C
minicula peti, ex quibus Diuina Verbi generatio, ac Spiritus sancti processio, siue spira
tio, certiorem infusam eorum fidem in nobis foueant. Neque enim aliquis negauerit,
cùm effectus quisque suam causam conetur imitari, iam mentes humanas, & creatura-
rũ processione, siue emanatione, sese aliquatenus posse attollere, vt Diuinas illas pro-
cessiones, contẽplentur fide præmissa. Cùm enim haud paucæ in creaturis processio-
In creaturis sunt generationi alijs perfectiores. nes sint, hę quanto sunt perfectioris naturę, tanto interiores, atque perfectiores repe-
riuntur. Et quidem in ijs, quæ anima carent, quandam esse generationem, quis neget?
Sub aspectum enim oculorum cadit ignis generatio ex igne. At quoniam generatio
hęc ad geniti materiã (nempè extrinsecus) transit, nec ueró refidet in gignente, pro-
pterea imperfecta est, minusque intrinseca. In plantis autem, quibus est anima vege
tans, interior atque perfectior generatio cernitur. Quicquid enim è planta genitum D
est, ab eo, quod est ipsius intimũ, profisciscitur, & initio generationis ei ipsa coniunctũ
est, cuius & vnum quoddam est. At cùm postea id ab ea separatur, fit, vt non omnino
perfecta, prorsus ve intrinseca sit sita processio. Animatum eo perfectior, ac magis in-
trinseca, quòd potius spiritualis sit, quam corporea; cùm operatio & actus, siue fun-
ctiones ceniuum sint, quę in ipsis sensibus manent. Sed & eo quipcntius interior est ista
processio actuũ enim eorũ caussa est extrinseca aliquod obiectum. Quam ob rem per-
fectior, & magis intrinseca generatio est, quæ fit per intellectũ; qui vbi id, quod intelli-
S. Trinitatis imago vbi sit. gitur, concepit sine extrinseca ea ope, edit intrinsecus oprationes suas, ac formar verbũ,
atque similitudinẽ cognitæ rei, erga quam item afficitur. In quo sanè ea Trinitatis ima-
go intelligitur, quam intellectus, verbum, amor, quæ sunt in nobis, non obscurè desi-
gnant. Et tamen, ne id quidem adhuc est perfectum. Cùm enim omnis nostra cogni- E
tio ortum ducat à sensu, ac proinde isthęc haud rota intrinseca processio sit, inde sit, vt
adhuc sit manca, neque omnino perfecta. Angelicę igitur naturę interior atque perfe-
ctior est processio quippe è sensibus nequaquam oritur, sed intrinseca est vniuersa.
Sed enim, quoniam ipsi quoque Angeli à Deo pendent, verbi & amoris in ijs proces-
sio non adeo intrinseca dicenda est, quin ab aliquo extrinseco sic pendeant, vt aliquid
In Deo est processio sui perfectionem, & perfectissima. imperfecti in ijs sit reliquum. In Deo igitur (qui sit superbeneeditus in æternũ) cùm is
naturas omnes & creata, quæ sunt opera manuum suarum, infinitries, vt dixi, super-
emineat, perfectissimæ omnium, ac penitus intimæ hæ processiones sint, necesse
est: cùm neque ab extrinseco aliquo procedant, nec ab eius substantia differant.

ex

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00456

A ex quo æterna Verbi generatio, Spiritusque sancti spiratio necessario creditur, vti & quadantenus colligunturi licet, si secludas fidem, mysterium supernaturale, ac ineffabile sola luce naturæ non potest attingi. Sed hæc, vt dixi, variis aliis modis, vt sapientia Dei suppeditat abundanter ijs, à quibus colitur, diuinitus passim tractata sunt, atque quatenus fas est, euoluta. Quamobrem hæc nunc fuerint satis.

Quid dicant esse Transsyluanici Filium & Spiritum sanctum. Cap. XXIX.

IAm verò in quarto secundi libri capite pergunt Transsyluanici Ministri de vno Deo, eiusque potentijs omnibus sic loqui, vt non minus vnam personam, quàm vnam naturam ipsius esse doceant. Addunt varias quidem huius vnius naturę,
B atque personæ potentias esse, quarum vna dicatur Filius, altera Spiritus sanctus. Filium verò, & Spiritum sanctum intelligunt Dei Voluntatem, atque Imperium. Porrò potentias illas aiunt nullo modo à Deo distingui, haud secus, quàm veri Thologi de Diuinis attributis enunciant. Ex quo sanè efficitur, naturam filij Dei apud eos æquiuocam esse, vt significent filium Dei, qui aliquando non fuit, ac Dei Voluntatem, quæ semper fuit, & à Deo distinguitur. Superioribus autem Atheismorum refutationibus hæc omnia, quemadmodum & ijs rationibus, quas paulò ante attulimus, corruerunt.

Quattuor sequentibus capitibus diuersas quattuor eiusdem sententiæ explanationes promunt, in quibus & eiusdem impietatis, cum eadem imperitia contunctæ, vestigia produnt, ac venenum euomunt, quo à Satana imbuti alios conantur inficere. Se-
C primo enim capite Christum hominem inquiunt posse vocari Deum, & quidem Deum verum, eumque esse Dei filium proprium, cum non è virili semine, sed ex Spiritu sancto conceptus fuerit: sic tamen verum Deum, quod summus ei Deus Diuinitatem suam veram impertierit, *non quidem per generationem Diuinam* (quæ constans Catholicorum est fides) *sed per gratiæ vnitionem* (aiunt) *& inhabitationem*. Verum hæc cuncta superius, tanquam Nestorianæ blasphemiæ plena explosa sunt. Cùm verò Catholicis linguæ Hebraicæ insitiam affligunt, ex qua omnes de Trinitate errores extitisse inquiunt, suam ipsi eiusdem linguę malcuolam ignorantiam produnt. Aiunt enim *apud Hebræos esse varia nomina, ex quibus soluta* מיה *Adonai tetrag. Deo vero sit proprium*, reliqua autem aliis interdum tribui. Quamobrem necesse non esse
D vt cùm Christum esse Deum dicimus, hunc esse verum יהוה Iehoua intelligamus, sed יהוה Elohim; quo quidem nomine Angeli quoque vocentur. Sed errant ipsi, qui temere arcem Hebraismi sese tenere putarunt. Etenim hęc nomina Iah, & אל, de Christo quoque verè enunciantur, sed quid clarius illis Isaiæ verbis cap. quadragesimi quinti. Hæc dicit Dominus יהוה (& verò cum aliquo, qui non est ipse in persona, loquitur) Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ ad te transibunt, & tui erunt. Post te ambulabunt, vinčti manibus pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur. Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator. Hæc Isaias, qui denique illud caput concludit, In Domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.

Christus cur vocari possit Deum dicunt Transsyluanici.

Transsyluanici se iactant linguæ Hebraicæ peritos, eius ignorantissimi.

Nonum & decimum caput sequitur, quibus dum nituntur Aduersariorum argumenta refellere, in nouos errores, & laqueos incidunt, qui saris ex superioribus ratio-
E nibus apparuere.

Vndecimo capite, inaudito modo primum S. Ioannis Euangelij caput non tam exponunt, quàm profanant. Cui profanationi si Patrum, & Christi ipsius, ac Ioannis expositiones, & verba obieceris, spiritum ueritatis facile quisque in Catholicis, uerriginis autem & impietatis in iltis Antichristianis agnoscet.

Duodecimo, ac tertiodecimo, quod est postremum secundi libri caput, conantur quædam loca duarum Epistolarum B. Pauli ad Colossenses, atque ad Hebræos, ad suas easdem impietates detorquere. Ad quę, ut satis fuerit dicere, nunquam ab Ecclesia Christi eum in modum fuisse exposita: sic uerè dixisse essemus, si paucos perfidos (qui ne nomen quidem suum, ut dixi, ausi sunt ei libro adscribere) præ tanta re-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00457

stium nube, atque adeo præ ipsa Christi veri Dei enarratione æstimaremus, hoc est, si Christum Francisco Dauidis postponeremus. Qui quidem cum postea pernitiosissima, & sibi pugnantia protulisset, vniuersam eius impiæ farraginis, quæ duobus illis libris Transsyluanorum ministrorum comprehensa est, doctrinam funditus euertit. A

Franciſci Dauidis Nefariæ Theſes refutantur. Cap. XXX.

ERgo noua noui alterius Christi, per istos Syluestres potius, quàm Transsyluanicos ministros, apparitio, libriq; illius pestilentissimi conscriptio, quales fructus peperit, quamve exiguo annorum spatio ea doctrina duruerit, vel in ips, qui illam in publicum sparserunt, Franciscus Dauidis, qui cum Blandrata rem contexuerat, in seipso monstrauit. Per hunc enim (alibi scripsimus) tanquam emissarium, Blandrata virus istud, & Atheismos longè, latèque curauerat spargere. *Sed non eſt conſilium aduerſus Dominum*, neque aduersus Christum eius: ac verò *ſuper quem ceciderit hic lapis, confringetur*. Franciscus igitur Dauidis, Claudiopoli in Transsyluania natus, cùm pessima quæque Iudæis adhærens, ex putidissimis recentiorum Rabbinorum lacunis hausisset, viam sibi sternuit, ad Christum omnino è (mentibus si potuisset) hominum tollendum: atque hoc præcipuè per Theses quasdam Christi gloriæ aduersas prorsus, & contrarias, quas integras huc ascribere non libet, ne Christianas mentes offendam, summa tamen earundem capita recensebo, vt lector hominis agnoscat impietatem, nouique Euangelij fructus. Ac nequenum tam pestiferum, ne cuiquam noceere possit, tanquam antidoron, breuem annotationem adiungam; adhibitis literis alphabeti, vt annotationis ipsa ratio melius intelligatur. B

Prou. 21. Matth. 11.

Franciſci Dauidis Theſes ſceleratiſſimæ & impiiſſimæ.

C

PRIMA THESIS, IDEST, BLASPHEMIA.

In earum igitur Thesium prima, *Christum contemptim hominem illum IESVM Nazarenum, Ioſephi uxoris Filium vocat, ex eiuſdemque Ioſephi ſemine conceptum*, asseuerat impius.

ANNOTATIO.

Chriſtus homo ab impio impiè nuncupatur.

PRimò vide hic plurimum blasphemiæ spiritum. *Hominem illum vocat Chriſtum*, quem ne virum quidem dignatur appellare. Quem sanè DEVM, DEI vni filium, יהוה, & Emmanuelem, DEVM fortem, Verbum DEI, & alijs eminentissimis nominibus, Prophetæ, & Apostoli dixerunt, vniuersaque Christi Ecclesia uocauit, nec dæmones ipsi ueritate coacti potuerunt diffiteri. D

Qua fronte *ex Ioſephi ſemine conceptum, & natum* dicit, quem antea cum alijs ministris Transsyluanicis, & Spiritusancto conceptum affirmauerat? Sic uerò proficit impietas semper in peius.

II. BLASPHEMIA.

Chriſtus nec quidem Propheta ab impio habetur.

In secunda Thesi, *Chriſtum rurſum hominem illum nuncupans, per ſpiritum Prophetiſcum locutum, adeoque omnia, quæ dixit, ex Dei ipſius ore proceſſiſſe*, pernegat.

ANNOTATIO.

ITerum perfidus, ut conceptam fidem de Christi Diuinitate è Christianis animis eximat, *hominem illum contemptim* uocat: ut oculatus quisque animaduertat, à Satana hæc uerba impio eius cordi dictata fuisse. E

Ergo per Arianos, & Samosatenicos, ne Christus quidem fuit Propheta: nec *a Prophetæ magnus surrexit in nobis*, sicut Euangelij uox est: nec quę ipse Dominus prædixit *de templi deiructione*, de *uocatione Magdalenæ in uniuerso orbe terrarum annuntianda* (uti re ipsa fit) deque *exitu Petri*, *ſignificans qua morte clarificaturus erat filium DEI*, ac de alijs innumeris, *quæ ne mundus quidem* (ait Euangelista) *capere poſſet*, ad Prophetiam attinent. Quin etiam Ioannes Baptista *plus quam Propheta à DEI Filio nominatus eſt*, ecquem nos ipsum Dei filium nominabimus.

a Luc. 7.
b Matth. 24.
c Matth. 26.
d Ioan. 21.
e Ibid.
f Matth. 11. Ioan. 21.

Eo igitur Satanę spectabat iniquitas, ut quãuis per Spiritum ſanctũ locutũ diceret (in

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00458

A (in eadem Thesi) Christum IESVM: non tamen ex ore Dei processisse, quæcunque dixisset, asseueraret.

III. BLASPHEMIA.

III. THESIS habet: Christi, & Apostolorum verba, ad Mosaicæ Legis, & aliorum Prophetarum normam expendenda esse: *quæ sola*, inquit, *morum, vitæ, & Dogmatum culpas regula nobis esse debet.* Christi verba & apostolorum, ad Mosem & Prophetas dirigenda & impudentissim.

ANNOTATIO.

B ET hinc videris Lutherani, & Caluiniani, quorsum euaserit illa à vobis mordicus retenta opinatio, vel potius hæresum contextio, cùm reiecta Ecclesiæ fidei Regula, ad vnum ipsum verbum scriptum prouocabatis. Quid igitur hic faciebas, cùm modò Euangelia reijcienda Franciscus Dauidis satis aperte dicat, nisi eum veteri testamento conuenianti? Quis igitur istius interpretationis fuerit iudex? Anne autem vos partem Euangeliorum pro vestris erroribus exponentes, partem subrahentes, intelligitis ansam dedisse istis pernegandi Christi? videlicet hoc est, vt ad Iudaismum quilibet reuertatur, postea in Mahometismum ruat. Id quod amandata iam Euangelij recitatione, Claudiopoli fieri, supra ostendimus. Euangelium impius reijcit.

IIII. BLASPHEMIA.

IIII. Adiungit Assertionem, de differentia veteris & noui fœderis: *quam huiusmodi* inquit, *esse, vt in nouo spiritus, in veteri litera ministerium fuerit, adeo vt hoc per*
C *illud nec antiquatum, nec immutatum fuerit.*

ANNOTATIO.

ET quodnam venenum hic subsit, quidque discriminis veri sit inter vetus ac nouum Testamentum, superius dictum est, cùm secundi libri Transsyluanicorum Ministrorum alterum caput refutatum est. Sacræ literæ omnes tollit, & medio.

Potrò, quicquid Satanas per impium hunc loquitur hoc loco, eò spectat, vt prorsus Diuinarum literarum vsus ipse quoque tollatur. Id quod per Schuenckfeldium, & alios occultius, nunc per Nearianos apertius tentatur. Et ut amini elatio, ac reliqua in peccatis obduratio, simus est, per quem uberrima seges errorum excrescit, nõ
D desunt, qui eodem scelerum cœno obruti (neque uerò resipiscentes) mercedem hanc errorum in seipsis sentiant, vt & ita credant, hoc est, vt nihil credant. Actor. 15.

Rediere igitur typicæ, ac legales ceremoniæ in Transsyluaniam, & alio apud multos, vt ipsi uidimus. Redijt Mosaicæ legis cum Christiana commixtio, contra quã Apostoli, Spiritusancto dictante, decreuere in prima Hierosolymitana Synodo. Excitata est iterum sepulta cum honore Synagoga, ut cum dedecore Christiana sepeliretur Ecclesia. Sed hæc latius in meis Commentarijs Transsyluanicis.

V. BLASPHEMIA.

Quinta affirmat, Christianam Religionem ad Hierosolymæ usque excidium perduraſſe tantum, nec locum, nisi ex parte, habuisse in orbe, aut habiturum esse, donec IESVS iterum ad nos redierit, & in hoc Mundo, in ipsa urbe Hierosolyma instaurata, super earnali populo Iacob, vt ceteri Reges terræ solent, iustissimè tamen, ac san-
E ctissimè regnauerit. Christus in Hierogeanitarius est mundo gaudete Chiliastæ.

ANNOTATIO.

ET id quoque ex vestra officina, ô Lutherani, & Caluiniani prodijt. Cùm enim per quindecim sæcula, per uos Ecclesia Christi euanuerit, donec nouũ, & inauditum Eliam, incestuosum nempe Apostatam Lutherum, depositio scapulari, erectis cornibus vidimus: quidni perbrcue Christi Regni tempus fuerit? Sed pereat impietas; viuat Christi ueritas. *Ciuitas supra montem posita abscondi non potest. Bonum semen in agro Dominico crescere debebat, & debet usque ad messem*, nimirum usque ad sæculi consummationem: atque quod prædictum est, *in omnibus gentibus prædican-* Quo Lutherani hutusmodi pietatis sint auctores. Matth. 5. Matth. 13. Matth. 24.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00459

dum esse Euangelium, id sine impedimento currere per medios hostes debebat, vt facit. Itaque *cum Donatistis anathema esto*, (vt aiebat S. Augustinus) *qui pestilentem hunc errorem renouatis in lucem*. A

Ceterum Iudaismum, & Millenariorum errorem sapit, quicquid Franciscus Dauidis de Christi temporario regno huius mundi mentitur. *Nec enim regnum eius erat, nec futurum fuerat de hoc Mundo*. *Io.6.& 19.*

VI. BLASPHEMIA.

VI. THESIS definit, CHRISTVM Regem populi Dei esse, designatione tamen sola: *quoniam*, inquit, *ex omnium Prophetarum oraculis certum est, illum nullum aliud regnum, quam terrenum, & quale supra dictum est, habiturum*. B

ANNOTATIO.

VIde, vt sensim Satanas nomen, & potestatem Christi Iesu labefactare nitiatur. Nam quod addit, *ex omnium Prophetarum oraculis*, CHRISTVM *nullum aliud regnum, quam terrenum habiturum*, blasphemia in Spiritum sanctum est. *In diebus autem regnorum illorum* (dixit Deus per Danielē) *post nēpe Chaldaicum, Persicum, Græcum, Romanum, suscitabit Deus Cæli Regnum, quod in æternum non dissipabitur: & Regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consumet omnia regna hæc, & ipsum stabit in æternum. Secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, argentum, & aurum: Deus magnus ostendit Regi, quæ ventura sunt postea. Et verum est somnium, & fidelis est interpretatio eius*. Atqui, vt Regni Christi præcipua in eo potestas erat futura, ve animas cum suo fine, id est, cum Deo coniungeret, idque & imperium & iudicium perpetuo gerere debebat, quod per Dauidem prænunciatum fuit dicentem: *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis*; Et rursus, *Da imperium tuum ipsius filio, & salutem fac filium ancillæ tuæ*: sic verum illud futurum erat quod Angelus Danieli prædixerat fore, *vt auferretur peccatum, & adduceretur iustitia in sempiternum, & ungeretur Sanctus Sanctorum*. *Dan.2.* Christi regnū non terrenū, sed æternum in cælo. *Psal.71.* *Dan.9.* Christus regnat per fidē & iustitiam in mentibus fidelium. C

VII. VIII. & IX. BLASPHEMIA.

VII. VIII. & IX. Thesis de CHRISTI regno terreno, nescio quæ impia iam confutata somniant: præterea nihil in terra nunc CHRISTVM agere: ac ne Deum quidem amplius dici posse, *quemadmodum*, inquit, *cum in mundo versatus fuit, fortasse dici potuerat, ratione officij*. D

ANNOTATIO.

QVot syllabæ, tot hic sunt blasphemiæ, & Atheismi. Ascendit enim ad dexteram Patris Christus, de quo dictum erat, *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis*; & cui potestas adhuc *vt homini data fuit in cælo, & in terra*; quique, *vt filius Dei & hominis, cælum, terramque & hominum corda possidere debebat iure creationis, merito redemptionis, & dono Patris*, vt S. inquit Bernardus. Itaque & curam suorum habet, & *lucerna cæli est Agnus, quem sequuntur Sancti, quocunque ierit, & factum est imperium super humerum eius, quod nunquam auferetur in æternum*. Si igitur impius iste sic sensisset, vt Diuina Scriptura disertissimè ostendit, nunquam in tantam impietatis abyssum prolapsus fuisset. *Psal.109. Matth.28.* *Bernard. lib. 3. de consideratione ad Eugenium. a Apoc.22. b Apoc.14. c Isa.11. d Dan.2.* E

X. BLASPHEMIA.

X. Thesis habet, Christum adorandum haudquamquam esse; *nec, dum vitam in terris ageret, alio, quam ciuili honore affici recte potuisse*.

ANNOTATIO.

DAto vno inconuenienti plurima sequuntur. Caluiniani, & ante eos Lutherani vix quicquam magni momēti afferre à plerisque putabantur, cum Sanctos nō esse venerandos, nec hosce orare pro nobis asseuerarent. Si causa quærebatur, respondē- * Ex honore Sanctis negato conficitur eis, vt honor Christo negetur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00460

A respondebant, ne fieret Christo Mediatori iniuria, quodq. iam mortui essent, nec nostra intelligerent, homines autem non esse venerandos. Tum igitur per ruinas Sanctorum struebat sibi Satanas gradus, ad Christum paulò post pernegandum, quem nunc iste Atheus, nec præsentem esse, nec adorandum dicit. Sed de hoc superius eginus abunde. Nam & quod Lipsiæ vocatum fuit in dubium, & publicis thesibus propositum, *An humanitas Christi esset adoranda*, isidem rationibus refutatum fuit, & quo nam spectaret adoratio, declaratum.

XI. BLASPHEMIA.

XI. Asseuerat cultum nullum Christo deferendum, nisi quem, eius præcepta seruando, ipsi deferimus.

ANNOTATIO.

B VTinam dixisses: *Credendo, & posteà obediendo. In fide* enim *& charitate aquè nos radicatos esse oportere*, sapienter dixit Apostolus; nimirum, ne præceptorum obseruatio fecerneretur à fide. Nam *& non inuocas, in quem non credis*, quomodo obedies, quem inuocandum, & cui fidem esse habendam pernegas? Sed mirum est, quonam modo hæretici suo se laqueo suspendant. Dum Lutheranus & Calvinianus eliser Franciscus Dauidis, solam fidem in Christum ad veri cultus rationem adhibendam censebat, nunc factus Arianus, seu Samosatenicus, solam præceptorum obseruationem necessariam putat, reiecta fide.

Ephes. 3. Colos. 2.

Rom. 10. Hæretici quà variis & inconstantes sint.

XII. BLASPHEMIA.

XII. Thesis definit nos nec Christo confidere debere, *nisi quatenus ea, quæ nobis dixit, vera esse credamus; & quæ nobis Dei nomine promisit, acceptoros esse firmiter*

C *speremus*.

ANNOTATIO.

IMplicat & hoc contradictionem: nimirum, ne Christo confidamus, ac tamen firmiter speremus, nos ea, quæ promisit, esse acceptoros, & verò ea esse vera, quæ dixit, credamus. At se filium Dei dixit, idque omnibus rationibus & miraculis monstrauit. Deinde dixit: *Qui credit in filium Dei, hic habet vitam æternam. Et, qui in Filij nomine non petit, nunquam exaudietur à Patre.*

Cõtradictio in doctrina Dauidis.

Ioan. 3. Ioa. 14. & 16.

XIII. BLASPHEMIA.

XIII. Thesis, Christum inuocari omnino prohibet.

ANNOTATIO.

D HVc scilicet spectabat Satanas, vt quemadmodum ex Sanctorum intercessione (sicut paulò antè diximus) inuocatio Christi de medio tolleretur, sic modo ex inuocationis Christi negatione tantò magis Sanctorum charitas, cõmunio, lux, & lumen, in quo omnia vident, infirmaretur. Qua de tota re copiosè nos alibi copiosissimè autem, & accuratissimè (vti uerisimè) Ecclesia Christi per suos Theologos egit.

Christus non est inuocandus vnde habuerint. *Antea. Post. 6. de imposs. rei Christ.*

XIIII. BLASPHEMIA.

XIIII. continet, Christum hoc tempore inter Deum, & nos Mediatoris officio minimè fungi.

ANNOTATIO.

ET vides lector, superbiam & perfidiam semper ascendere, digna vt isthæc sint lachrymis potiùs, quàm argumentis. Cæterum, quorsum illud, quod Apostolus dicit, *Christum Apostolum esse, & Pontificem confessionis nostræ?* Quare enim E Apostolus est confessionis nostræ, *nisi quia*, sicut Synodus Ephesina prima dicit, *facta est Deo, & Patri fidei nostræ confessione, quæ à nobis ipsis, & per ipsum Deo Patri incessanter offertur?* Quemadmodum etiam docet B. Cyrillus. Quorsum etiam illud S. Ioannis: *Et si quis peccauerit, aduocatum habemus ad Patrem Iesum Christum iustum?*

Hebr. 3. Christus cur sit Apostolus Confessionis nostræ. *Lib. 11. in Ioan. cap. 17. & lib. 2. de reb. gestis de ad Regem. Libro 2.*

XV. BLASPHEMIA.

XV. Thesis Christi Sacerdotium negat, &, (si modo Sacerdos reuera vnquam fuit) tunc re ipsa finem habuisse affirmat, cum in cruce exspirauit; nec alia ratione eius oblationem nobis profuisse, aut prodesse posse; quàm propter ipsius oblationis (quam uis iam transactæ) efficaciam, quæ perpetuò durer.

ANNO-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00461

ANNOTATIO. A

Christi sacrificium perpetuo durat.

QVod veteris Testamenti omnes figuræ & Prophetię sacrificii fore ostendebant, id Satanas per ipsius Athei impurissimi spurcissimam animam negare est aussus. Ac cum oblationem fateatur expiandis peccatis efficacem fuisse, & Sacerdotium habuisse in perpetuum dicat, cur in dubium vocat sacrificium ijs verbis, *Si modo Sacerdos reverà vnquam fuit?* Sanè quem diabolus agitat, huc illuc circúfert, ac denique mergit in profundum, *sicut plumbum in aquis vehementibus*: quem verò Spiritus sanctus animat, *sistit in petra firmissimæ, & venerunt venti, & fluxerunt torrentes*, ac stetit, & fiat fidelis anima Catholica.

Exo. 14.

Matth. 7.

XVI. BLASPHEMIA.

XVI. Thesi, IESV Christo in sua quiete placidè versari dimisso, *nihil*, inquit, *nunc abeo nisi iuuari apud Deum, vel credamus, vel cupiemus, nisi quatenus, dum hic inter nos fuit, salutisq. viam nobis ostendit, & ad Deum accedendi docuit modum.* B

ANNOTATIO.

a Tom. 1. de Sect. Mah. c. 1. Tom. 2. de 1. Iesu. c. 7. Vide Andream Cosmum, de Trad. Syluania.

VEræ ipsi plus Mahometi, quàm latro iste CHRISTO Dei filio tribuit. At cum CHRISTVS [a] *sit via, veritas, vita, hostium, mediator, aduocatus* per redemptionem, per quem Angeli, & Sancti in cœlis, viuentes autem adhuc in hac miseriarum valle accessium habêt ad Patrem: audet istud diaboli mancipium, eúdem vnica Thesi de gradu Diuinitatis velle deponere. Videat igitur ille, qui se passim in Transsyluania iactábat esse medicum corporis & animæ (ut illi in Albana disputatione exprobratum fuit) quantum discipulum fecit, vt ab huius fructibus præceptorem agnoscere possis: ac tamen (proh hominum caecitatem) audent adhuc eum nescio quem magnum æstimare, vel summum scribere. Sed similes habent labra lactucas. Porrò Turcæ talem non tulissent, aduersus Mahometem suum blasphemantem: eius verò aduersus Christum discípulos debacchantes, sapientissimi quidam non solum seruant, sed efferunt. Id verò, quod Christus dixit: *Qui me erubuerit coram hominibus, & ego erubescam eum*, perquirant de se ipsis, num aliquando futurum sit, ut Christus ipse quæstat, & iudicet. Et certè quæret, ac iudicabit, qui non mentitur, nec irridetur Deus.

Luc. 9. C

Franciscus Dauid Trinitarius qua morte sublatus ex hoc mundo.
Caput XXXI.

1578. Christophorus Bathoreus Patersiginij di Principis qualis Bladrara Fráciscum Dauidis fuo calculo ad mortem damnat.

CVm igitur ex Thesibus, alijsq. pernitiosissimis hæresibus factum esset, ut anno superioris seculi septuagesimo octauo à Christophoro Bathoreo solidissimę pietatis, Transsyluaniæ Principe, nobilitas euocata, una cum ceteratum hæresum Transsyluanicis Ministris, Franciscum Dauidem morti adiudicaret, calculum Blandrara suum in Comitijs adiecit, ne uidelicet amici sui veteris, quem ad eas blasphemias dudum lactauerat, periculum & ipse subiret, si consentientium Ordinũ sententiæ se opposuisset. Sic sapientia Dei iustificata est, ut à quo miris artibus Fráciscus Dauidis fuerat deceptus, ab eodem, admirabiliore iudicio Christi Domini, condemnaretur. Plerique enim nobiles ea labe infecti, nec ipsi auſi sunt hiscere. Amicis verò Fráciscum Dauidis hortantibus, vt saltem Christum fateretur esse uostrum Saluatorem, respondit: *Quid ego Saluatorem illum fatebor, qui nec seipsum seruare potuerit:* Iudaicam sanè, & plus quàm impiam blasphemiam. Itaque & antea dudum pœnam in corpore luebat ũtrocem. Sic enim vius fœtebat, ut ad Iudicum tribunal vxor ipsius uocata, quòd cum coniuge agere nollet, *Quid* (inquit) *manserim apud eum, cuius vxnenis est intolerabilis factor?* Superstes autem erat adhuc eadem mulier anno superiore, quo in Transsyluania fui, cùm Pontif. Maxi. Gregorij XIII. & Magni Stephani Poloniæ Regis sumptibus, ad Seminarium ei genti, Catholica fide excolendæ, instituendum, atq. ad alia missus sum. Quæ occasione plurima ilsorum nequissima facinora, & audiui, & vidi, propter quod & loquor. At antea Franciscus Dauidis in arcem Ceuam, quæ propè Mariſium fra est, conijctus in carcerem, ut de eo extremum supplicium sumeretur, in insaniam incidit. Tu mæ dæmonum apparenti dixit: *Ecce qui me comitem venerit ex peccatis.* Sic os illud impium, quod filij Dei inuocationem negauerat, cùm Deum inuocare

Matth 17. *a lios saluos fe cit, se.*

1582. Mors eiusdem secunda.

D

E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00462

A nocare non potuisset, infelicissimam animam dæmonibus tradidit. Cui Demetrius quidam Claudiopoli successit. Hic verò (cùm adhuc extent Francisci Dauidis libri) plurimos ea in impietate fouet. Eoque deuentum est, vt Euangelijs reiectis, veteris Testamenti prophetias Sabbathis Iudaizãtes legant; Christiana omnia penè reijciãt; stupiditissimos autem eatenus errores exuxerint, vt mulieribus quoque non paucis animam non esse persuasetint. Hi igitur fructus feralium librorum, nimiæq. conniuentiæ tantę impietatis fuerunt, vt ex his omnibus, quid Lutherana, & Caluiniana semina tulerint, nemo, qui non sit truncus, haud intelligat. Et Lublini in Polonia superiore, hoc anno, cùm à quodam male feriato Italo Samosatenici inuiserentur, alios errores priorib⁹ pestilentiores receperunt: sensimq. Satana fuam telam texente, eo præcipites ruerunt, vt Scripturam omnem haud esse necessariam dicant, spiritus verò sui teterrima commenta, pro nescio qua spirituali perfectione, ac vera religione, similes in hoc Schuencfeldij, fese venditent. Inuisenti igitur eos Italo, cœtus ille malignantium de multis admonitus, quasi nouum is sydus emicuisset, *Ecce nos* (inquiunt) *ad pedes tuos; quæcunque iusseris, faciemus*. Et hic homo ex ijs est, quos paucissimos ministri Transsyluanici eo, de quo egimus, illorum libro, testantur, tanquam Apostolos, ecclesias fuisse demissos: videlicet (si Deo placet) vniuersa CHRISTI, ac omnium sæculorum anteactorum Ecclesia sapientiores: hoc est, Mahometi, atque Antichristo viam sedulò complanantes. Ite igitur hæretici, & digna hæc patellis opercula delegite, vt idem dæmonum casus, qui Francisci Dauidis abripuit, vos siue in corpore, siue extra corpus, maneat.

Hæretici Iudaizantes.

Fructus nocui Euangelii. 1584.

B

Ecclesiæ non obediunt, in sano tamen homini statim obtrempe rant.

C *Antithesis hæreticæ perfidiæ contra singulos articulos Orthodoxæ fidei, à Doctore Edero Cæs. M. Consiliario, maiore ex parte conscripta. Cap. XXXII.*

QVam perperam vulgo à sectarijs hoc tempore persuadeatur, in cõtrouersijs istis nunc tritis fidei, religionisue eorum, qui seipsos ab Ecclesia Romana separauerunt, & contra illam insurrexerunt, non multùm esse momenti, de rebus autem minimi momenti (ac si lites, & discordiæ essent tantummodò familiares) in his agi, quàm verò ijdem Pseudoeuangelici Cõcionatores deuastationem, & Babylonicam confusionem in totam fere Germaniam, ac quocunque potuere (proh dolor) inuexerint, hinc facillimè colligitur, quòd in toto Symbolo Apostolico nullus articulus sit, quin ab impijs istis hominibus mutatus, atque corruptus sit.

Non est ut rũ quod vulgo dicitur leues esse de re bus fidei con tentiones.

D

Contra primum enim articulum Christianæ nostræ fidei.

(Credo in Deum Patrem, Creatorem cæli & terræ)

1. LVtherus impiè errauit: Lutherum nampe arguunt Sanctissimæ Trinitatis osorem verba illa sublata in sua versione, quæ quidem vulgata editio Apostolicæ Epistolæ D. Ioannis habuit: *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt.* Quæ verba qui antiquitus omittebant, eos infideles, & pertisidos interpretes S. Hieronymus non iniuria vocauit.

In versione Lutheri Germanica. 1. Ioan. 5. Lutherus osor Sanctissimæ Trinitatis.

Eandem eiusdem Sanctissimæ Trinitatis osorem arguit, sublata illa ab eo precandi formula: *Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.*

In reformatione precũ.

E 2. Carolstadium verò ipsemet Lutherus negare non potuit adeo impium, atq; per uersum fuisse, ut non crediderit vel in terris, vel in cælis vllum Deum existere.

Calu. Institu. lib. 1. cap. 5. Caluini & Bezæ blasphemiæ.

3. Caluinus blasphemat, Deum non solùm impiorum auxilio vti, verùm etiam eorum consilia & cogitationes efficaciter dirigere, auctoremq. non minus esse peccatorum, quàm bonorum: quod Lutherus & alij negantes, liberum arbitrium producere in medium inceperant.

Tilm. Hesh. contra Caluin. & Bezam.

4. Quidam Zuinglianorum, (quales sunt Theodorus Beza, & Petrus Martyr) negãt Omnipotentiam Dei, quòd facta, vt infecta sint, facere nequeat: quasi videlicet hoc ad Omnipotentiam Dei spectaret.

5. Præsertim autem, tantam potentiam Deum non habere, inquiunt, vt naturale

corpus

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00463

corpus in sua essentia, uno, ac eodem tempore, in multis locis simul esse possit: qui si A
1. Cor. 10. crederent Christo, *captiuarent intellectum suum in obsequium eius*, & plus eum posse, quam natura possit, crederent.

Heshusius ep. ad Illyric. de pecc. orig. in fin. subscriptio. Epist. ad Calvinum. 6. De Illyrico scribit Heshusius, ex ipsius doctrina sequi, quòd non Deus, sed diabolus animas hominum creauerit.

7. Seruetus somniat Deum in ligno, lignum; in lapide, lapidem; in arbore, arborem esse: nempe quòd formam & substantiam ligni, lapidis, & arboris verè habeat.

Aduersus secundum articulum.

(Et in Iesum Christum Filium eius vnicum Dominum nostrum) docent.

Vide supr. in Atheis. 1. VVherus contra Latomum scribens ferre non potest, hanc uocem ὁ μόνος θεὸς di- B
ci de filio Dei.

2. Melanchthon, partem substantiæ, non totam essentiam, accepisse CHRISTVM à Patre, in Locis communibus non semel asserit.

3 Caluinus facit CHRISTVM, & Spiritum sanctum per se Deos; unde Autotheanorum hæresis orta.

Petrus Caroli in. in explic. contra Gent. Blandrat. 4 Georgius Blandrata, Franciscus Dauidis, & sectatores eorum, nolunt fateri, aut admittere, DEVM habuisse naturalem Filium, à Patre ab æterno genitum: neque esse illud æternum Verbum, cui duplex natiuitas, videlicet Diuina, & humana adscribi debeat. Inde purum ex illo hominem faciunt, eumque præ ceteris hominibus ali quam habuisse prærogatiuam, ante Assumptionem autem carnis non fuisse. Neque C
necessarium putant, eum Redemptorem, & Saluatorem, tanquam Deum, & homineṁ, in mundum uenisse, sed sufficere eum fuisse hominem. Audent quoque dicere, non alium in Scriptura filium Dei inueniri, quàm eum, quem Virgo Maria in hoc mundo peperit.

Stancarus lib. 1 de Trinit. cap. 1. 5 Sarnitius, Lismaninus, Georgius Niger, Budnæus, & alij, vt Stancarus testatur, Arianismum rursus excitarunt, & docuerunt, Filium minorem esse Patre: reijciuntq; interim Symbolum in Concilio Nicæno decretum, & Symbolum Athanasij blasphemè nominant Saranasij, hoc est, Satanę Symbolum.

Beza in Hesshusium. Beza in lib. de hæresibus datum in Colloq. Montisbel. 6 Theodorus Beza dicit filium Dei non esse natum ex substantia, & essentia Dei.

Beza in Colloquio Montisbel. 7 Idem Theodorus Beza duas in Christo personarum unitates fingit, unam animæ cum corpore, alteram Diuinitatis cum humanitate; quod nihil aliud est, quàm damna D
tam Nestorij hæresim ab inferis reuocare.

Adamici Anabaptistæ blasphemant in Christum Iesum, filium Dei Dominum nostrum, quem profitunt non esse filium Dei.

Orantes in secreto, veram negant Diuinitatẽ Christi in eo, quòd docent, non Christum, sed Patrem solum esse adorandum.

Contra tertium articulum.

Qui conceptus est de Spiritu sancto, &c.

1 BVcerus, cùm animam ageret, fassus est, verum Messiam adhuc non uenisse? venturum tamen.

Zab. 2. de Trinit. c. 17. & 5. & epist. 3. & 2. ad Calain. 2 Hoffmannici fabulantur, Deum ex seipso, & non ex Virgine Maria ho- E
minem factum esse, atque ita in Christo vnam tantum esse naturam.

3 Seruetus, tanquam electum Satanæ instrumentum, adeo est impius, ut in Sanctissimæ Trinitatis contumeliam scripserit, Christum non solùm uirtute Spiritus sancti, verùm etiam ex substantia Dei Patris, hominem esse natumque duas Christo tribuit personas, vnam ex Deo, & alteram ex Virginali vtero Mariæ genitam.

In Colloquio Montisbel. Beza in Ep. ad Rom. Guerrerius in Postilla de festis Nativit. Mariæ. 4 Mennon etiam excogitauit, Christum è cœlis ex substantia Patris secum corpus detulisse; quemadmodum & Schuenckfeldius sensit. Quod sanè conuenit cum Sacerdotio, de Anabaptistis scribente, Christum cœleste, & spirituale secum è cœlis corpus detulisse, & ex Virgine Maria nihil assumpsisse, sed corpus eius tanquam per canalem per-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00464

A pertransisse: carnem verò ex elementis huius mundi attraxisse, quam denuo Mundo reliquerit, cùm in cœlum absque carne ascenderet.

5 Adamus Pastoris sibi somnia fingit, & inquit: *Quemadmodum Christus una tantum est persona, sic unam naturam, & non plures habuit.*

6 Schuenckfeldius in tantam incidit impietatem, vt asseruerit, Christum etiam secundum humanitatem, verum esse existimandum Deum, & non creaturam: & magnâ putarit esse blasphemiam, humanam Christi naturam nominari creaturam.

7 Illyricum VVittembergenses arguunt, quod senserit, ex Sacra Scriptura probati non posse, filium Dei, æternum illud Verbum, & figuram substantiæ Patris dici.

8 Anabaptistæ non credunt, Christum fuisse verum hominem, faciunt ex corpore ipsius phantasma, hoc est, nudam apparentiam, sine corpus apparens.

B 9 Portentosi huiusmodi errores inde plerunque orti sunt, quod Lutherus expressè docet, humanitatem Christi non omnia sciuisse, neque cogitasse, & hominem ipsum Christum non fuisse omnipotentem. Item, Christum ab initio suæ conceptionis, & natiuitatis non fuisse plenum gratia, sed vt successiuè creuit corpore, sic etiam donis Dei creuisse.

10 Sic & Zuinglius docuerat, Christum creuisse sapientia, cùm secundum humanam naturam finitus, & terminatus fuerit.

Cassander de duab. in Christo naturis. Lib. de Distinct. Maiestate hu manitat. Christi. VVittenberg. Cœna Illyric. Calenus: in Refutatione ad scripta Andreæ Osiandr. & Eberonis.

Luth. super epist. ad Hebræos, interpretes Bucerus, in Confess. ad Carolu. art. 3.

Contra quartum articulum.

Passus sub Pontio Pilato, &c.

C 1 Libertini docent, Christum non verè, sed tantùm per phantasma mortuum esse.

2 Andreas Musculus contrarium sentit, videlicet, Diuinitatem Christi etiã passam, & mortuam fuisse.

3 In qua sententia item fuit Lutherus, vti ex libro ipsius de Concilijs constat.

4 Stancariani volunt, Christi tantùm humanitatem esse mediatricem, conciliatricem, & pacificatricem nostram esse.

5 Osiander è contrario affirmat, Christum esse iustitiam nostram, quo ad Diuinitatem tantùm: & totam Christi Diuinitatem eo modo in nobis realiter habitare, quem admodum & in homine Iesu habitauit.

6 Lossius, & alij somniant, Christum non solùm impatibiles inferni dolores, verùm D etiam cruciatus æternæ damnationis passum fuisse, cùm in monte Oliueti caliceni passionis suæ extimuisceret.

Calum. cont. Libert. Stapulac. in defensione. Lubbertantius dialog. 1. c. 3. Stancar: in 3. Tremi. & no datore Chris. fio.

Vide supplem. Iibelium Nicolaurpe Prieratens. aduersus Osiandr. & Illyric. cont. Osiandr. Marlorat. 22. Iosf. in 14. Marci. Calu. in harmo. Euan. Brentius: in Iohann. 14. Idem in Gate chis. anno 14. Brentius in Luc. p. 2. hom. 16. Robertus Stephanus resp. ad calcula. error. art. 47. Aegon. Comment. in Iohã. 16.

Eodem modo & Caluinus scribit, Dominum absque ratione, & spiritu orasse verbis: *Transeat calix iste*: Orationem istam nec cogitanti sibi excidisse, & proinde emendasse.

Brentius inquit, Deum aliter placari voluisse, quàm vt Christus pœnas peccatorum susciperet: hoc est (vt ipse loquitur) cruciatus, & dolores mortis, & inferni. Præterea autem verba hæc Christi, *Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti?* explicuit: Christum, doloribus inferni circundatum, & flammis infernalibus accensum fuisse.

E Quidam impiè asserunt, Deum in ara crucis adeo Christum dereliquisse, vt nec diei lumen illi concedere dignatus fuerit. Hinc etiam Christum non aliter existimasse, & seisuisse, quàm se fuisse derelictum, quin etiam omnino desperasse. Caluinus item in Harmonia Euangelica ait, *Christum emisisse vocem desperationis.*

His omnibus Aepinus defendere ausus est, Christum post mortem crucis, æternam flammam, & infernalem cruciatum passum fuisse, vt pro animabus à corpore separatis satisfaceret.

Contra

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00465

Contra quintum articulum.

Descendit ad inferos, &c.

Brentius in catech. an. 51. Dubitant. Alex. lib. 1. c. 61. Lib. 2. Instit. cap. 16. Bucer. cap. 27. Matth. Calum. lib. 2. Instit. sup. 16. Lib. 3. epist. Lib. de omni præsentia Christi.

1 DEscendere ad inferos, significat secundum Brentium, idem, quod mori.
2 Oecolampadius inquit, Hęc verba *Descendit ad inferos*, tantum esse declarationem dictionis illius, *Sepultus*.
3 Caluinus vult, hunc descensũ ad inferos significare certamen cũ horrore mortis.
4 Doctrinam de Lympo Patrum; Lutherus, Bucerus, & Caluinus existimant tantum esse somnium, & fabulam, & fictitia quædam. Imò verò Lutherus & Paradisum, & Infernum, & Purgatorium tollit, vti suprà ostensum est.
5 Zuinglius docet, Christum non realiter, sed potentialiter descendisse.
6 Beza scribit, Christum non resurrexisse per sepulchrum clausum hoc modo, vt cor pore illud penetraret, sed sepulchrum cessisse corpo ri resurrecturo.
7 Schuenckfeldius vult, Christum post resurrectionem non habuisse amplius humanam naturam, sed eandem in Diuinam commutasse. Sic Vbiquetarij, Brentiani, Andreas Schmidelinus, & reliqui illi Tubingenses, ac Vvittembergenses.
8 His & Bullingerus assentitur, vbi inquit, *Christum in Assumptione sua, super omnes creaturas exaltatum fuisse, atque ita creaturam esse desisse*.

Sicut Chytra. admonet in 1. c. Matth. Beza in lib. de omni præsentia carnis Christi.

Contra sextum articulum.

Ascendit ad cælos, &c.

Tileranus de Sacram. contra Clementin. Brentius. in Luc. 2. c. 60. & cæt. Bullig.

1 ILlyricus negat ascensionem Christi esse factam, sed fingit eleuationem ad locum aliquem constitutum, per quam ad cælos; hoc est, ad aërem ascendit, ad ostendendam gloriam suam.
2 Brentius contradicit, & ait, Christum, & humanam ipsius naturam, quadragesimo die ad cælos primo ascendisse, sed ab initio incarnationis in cælo fuisse: nunc autem non solùm in cęlo, & in Venerabili Sacramento, verùm etiam vbique, & in omnibus locis adesse.

Schmidel. in disputat. Tubingens. Pyrrhol. in libello contra Ioan. a Lasco.

3 *Sedere ad dexteram*, Brentio, & Schmidelino non aliud significat, quàm corpus Christi, omnipotenti Maiestate, integra & Vbiquetaria præsentia, & alijs Diuinę naturę proprietatibus esse prędituin.
4 Vuestphalus iniquum putat, dictionem hanc (*sursum*) quasi locum esse explicandam: & contra sensum dictionis, contra sententiam Patrum, contra consensum omnium Christianorum, *Christum*, inquit *ascendisse ad cælos*, non aliud designare, quàm euanuisse.
5 Petromartyriani, Bezani, & præsertim Caluiniani, hoc modo Christum ad dexteram Patris alligant: vt nec in pluribus locis, nec in venerabili Sacramento realiter esse possit.
6 Contra, Brentiani, vel Vbiquetarij, adeo vbiquitatem corporis Christi, extendũt, vt etiam in herbis, lapidibus, & in omnibus creaturis sit re ipsa, (vt dicunt) realiter.

Contra septimum articulum.

Inde venturus est, &c.

Calui. tract. lib. 2. c. 17.

1 CAluinus in eos inuehitur, qui putant, Christum per merita consecutum fuisse, vt sit Iudex Mundi, caput Angelorum, & imperium habeat summum. Audet propterea blasphemè negare, Christum sibimet promeritum esse aliquid, dum mortali carne hic in terris vixit.

Lindan. dia. l. 3. c. 3.

2 Recentissimi huius temporis hęretici plerique omnes non credunt, Christum secundum fidem iudicaturum esse.

Contra

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00466

A

Contra octauum articulum.

Credo in Spiritum sanctum.

1 CAsanouius negat processionem Sancti Spiritus à Patre, & Filio. *In vita ad Calu. epist. in resp. ad epist. ad Rom.*
2 Petrus Martyr inquit, Theologorum Ecclesiæ Græcorum, & Latinorum, de processione Spiritus sancti disceptationem, esse purè Scholasticam.
3 Trinitarij Vngarici volunt, non posse probari, Spiritum sanctum in sacris literis nominari verum Deum. *Georg. Maior contra Blandratum.*
4 Ijdem non admittunt, Filium, & Spiritum sanctum esse personas, sed tantùm virtutes Dei, & ex Spiritu sancto faciunt creatam motionem in sanctis, vel operationem
B Dei, vel singulare aliquod donum à Deo prouenions. Vt ipsum autem Diuinitate priuent, nolunt ipsum tanquam Deum coli, & adorari. *Trinitarij in conciliabulo Tordano, ex confessione Ecclesiæ Petri Melij, sint etiam dicitur de Bancrelitis.*
5 Quidam dicunt: *Quemadmodum Filius est minor Patre, sic quoque Spiritus sanctus minor Filio.* *Vide supra in Atheos.*
6 Seruetiani omnino excluserunt Spiritum sanctum ex Trinitate, cuius non esse tertiam personam impiè blasphemant.

Contra nonum articulum.

Sanctam Ecclesiam Catholicam.

1 LVtherus, & Caluinus contra veram puritatem, & sanctitatem Ecclesiæ docent; *Plebem Dei semper manere impuram, semper peccatis conspersam, & non aliter purificari, quàm sola imputatione, hoc est, quod Deus omnes puros esse exi-*
C *stimet, cum tamen reuera sint impuri.* *Possim vide Librum apud Pollanum de verbo Dei, & de Atheismi istorum.*
2 Libertini explicuerunt, Sanctorum communionem ad bona temporalia tantummodo pertinere.

Contra decimum articulum.

Remissionem Peccatorum.

LVtherani, & Caluiniani docent perfricta fronte remissionem peccatorum non veram, sed tantùm imputatam esse, quæ Christianis absque bonis operib. absque Sacramentis, & per solam fidem imputetur. *Vide supra.*

D

Contra vndecimum articulum,

Carnis resurrectionem.

DAuid Georgiani negant carnis resurrectionem: Libertini autem admittunt, prælata tamen spirituali eorum renouatione. Resurrectionem autem carnis, quæ in hoc articulo intelligitur, iam dicunt transijsse. *Lindan.*

Contra duodecimum articulum,

Et vitam æternam.

E

1 LVtherus asserit animas Sanctorum ante Resurrectionem non esse in Cælo, neque faciem Dei intueri, sed in singulari quodam loco detineri, & quiescere, probos quidem in lætitia, improbos verò in timore, & tremore. *In præfat. ad Genes.*
2 VVittembergenses in Fundamento paulo ante edito, arguunt Iacobum Andreæ, tam Cælum, quàm infernum negare, ex eo quòd tantùm Allegoriam, hoc est, nudam significationem, & sic Talmudisticum, & Alcoranicum Cælum faciat. *Vide supra VVittebergēses in fundamentis. Canisius in præfat. de cur vsurpet. verbū Dei contra Magd. Vbe de D. Iam. Rapin sim. & de ministrorum Vangeliorū interpretatione.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00467

A

Contra totum Symbolum generatim docent aliqui Pseudoevangelici concionatores.

In colleg. Alba Iulia habito, & in cunctis Hungariæ Tordano.
Ex epi. Tigur. Vrsper. an. 15. ad Scrutetum. Refa in lib. de omnipræsentia carnis.

1 Aliqui in Transsyluania, non aliter tria illa Symbola ab Ecclesia approbata, fusci pere volunt, nisi cum illa protestatione, si cum verbo Dei, & S. Scriptura conueniant.
2 Præsertim autem blasphemant quidam eorum, Nullam esse Trinitatem, sed tantum vnum Deum Patrem.
3 Eodem modo & recentiores Trinitarij, cum Serueto, blasphemant Sanctissimam Trinitatem, & nominant illâ spectrum Satanæ, monstrum marinum, & cerberum tricipitem. Vide tu verò istos spectra Satanæ, monstra infernalia, & cerberos Diabolicos.
4 Aliqui Prædicantium in Polonia, audent docere, tres esse Deos, & tres æternos, & tres essentias.
5 Heshusiani negant vnitatem essentiæ trium personarum Sanctiss. Trinitatis.

B

Sed & hæc omnia, iampridem ex viuo Dei verbo, ex antiquissimarum Synodorum Symbolis, & consentientissima Doctrina Ecclesiæ, tanquam pestilentissima blasphemiæ, refutata sunt. itaque confiteamur Domino dicentes cum Apostolis.

1 CRedo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terræ. 2 Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum. 3 Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. 4 Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. 5 Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. C
6 Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. 7 Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. 8 Credo in spiritum sanctum. 9 Sanctam Ecclesiã Catholicam, Sanctorum communionem. 10 Remissionem peccatorum. 11 Carnis resurrectionem. 12 Vitam æternam. Amen.

ARGV.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00468

ARGVMENTVM
LIBRI NONI.

HACTENVS ea de ratione actum est, qua Catholici primò, deinde, qui cum Ecclesia Romana haud omnino consentiunt: Denique ij, qui hoc saculo in hæreses, atq; Atheismos delapsi sunt, iuuari posse viderentur. Iam verò eadem Christi charitas vrget, vt ne hic sistamus gressum: sed ad alios quò que licet Christo non dederint nomina, progrediamur. Ji autem sunt Iudæi, & Sarraceni, siue Agareni, qui & Mahometani, ac cetera gentes. Et quidem inter has omnes degunt Cophti, qui nomine, ac ritibus Christianis ex parte vtuntur, qui & Christiani Præcinctura vulgo dicuntur. Hi autem, quamuis per lauacrum regenerationis renati sint, Iudæorum tamen ritu præputia ponunt, & veteri quodam errore circumcisionem vsurpant, cetera sine Turcæa, siue Iudæa. Jis autem Alexandrinus Patriarcha præest, cui in suis ritibus omnis quoque subijcitur Aethiopia, quam & per Memphiticos administrat Episcopos. Numerat verò Aegyptus quinquaginta circiter Cophtorum millia, sed ferè innumeros Aethiopia. Porrò in Libano monte, qui Hierosolyma sex, aut septem dierum spatio distat, et discedentibus è Syria cernitur, incolæ sunt Maronitæ, illi quidem semper ex omnibus Græci ritus in Ecclesiæ Romanæ fide, atque amicitia, stabiles. veruntamen multis, & grauissimis erroribus antea impliciti, è quibus Deo miserante, à Gregor. XIII. Pontifice Maximo curatum est, vt explicarentur. Sunt item Armeni, & alij qui in Mesopotamia, & vltra eam sparsi sunt; Vlterius verò Christiani Sancti Thomæ Apostoli, vel rudes, vel antiquas hæresum Nestorij reliquias retinentes. Quibus curandis, etsi, quæ tractata sunt superioribus libris, maximè conducunt; quoniam tamen aliqua vberior eorum omnium notitia necessaria fuerit; ingeniaq. et Religionum naturæ, præsensq rerum status liquido intelligendus est; idcirco id omne in proprios Commentarios referendum fuit, qui, cum reliquis nostris, Deo volente edentur. Nunc igitur de Iudæis, Mahometanis, et ceteris gentibus exponenda sunt, quæ sequentibus huius Noni libri capitibus proponuntur.

Cophti quinam sint.

Maronitæ Christiani catholici in Ecclesiæ Romanæ fide persistant.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00469

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Nonus

DE IVDAEIS, ET MAHOMETANIS, ac ceteris gentibus iuuandis.



DAMNATA EIVDAEIS. *Caput Primum.*

Damna ex Iudaismo.

VOTA res planior sit, damna primùm, quæ ex Iudaismo manarunt, & manant, deinde remedia proponenda sunt, quibus arceantur. Et quidem tempore Primitiuæ Ecclesiæ Iudæi docebant suos oppugnare Christum Dominum, & Christianos; fraudesq. suas, & dolos transmittebant ad suos. Id quod Esaias futurum prædixit illis verbis. *Væ terra cymbalo alarum*, &cet. iuxta sententiam Oecumenij, atque Procopij: Quodq. eos fecisse testatur Iustinus martyr, qui Apostolicis temporibus vicinus fuit: quem tanquam Apostolicum virum citât Eusebius, Basilius, Epiphanius, & alij Patres. Is aduersus Tryphonem Iudæum scripsit à Iudæis missos esse legatos in totum orbem, vt manifestas de Christo prophetias vitiarent, id quod in pluribus locis est factum. Nec verò diffitentur Iudæi id procuratum fuisse in duo de viginti locis, vt extat in Thesauro in dictione Zamar.

Iudæi Ecclesiæ initio ad contra nos se cerint. *Isa. cap. 18.*

Hebræi peruertunt Scripturas.

Quod igitur pertinet ad damna: Primò sensus Diuinæ Scripturæ, oraculaq. Prophetarum, qui Spiritu sancto afflati sunt, peruertuntur à Rabbinis summa cum Diuinæ Maiestatis iniuria. 2 Nomen Christi Domini, atque Ecclesiæ, pro qua sanguinem fudit, *vt esset sine macula, & ruga*, quotidie à Iudæis blasphematur, magno Christianorum dedecore (si eorum culpa id non impediatur) ac verè damnanda, in hac tanta re, supina aliquorum negligentia. 3 Sequuntur hic acerbissimæ clades aduersus Rempublicam à Deo, cùm eam connuentem cernit in ijs, quæ ad sui nominis honorem dehonestandum spectant. 4 Hæreticis arma suppeditantur à Iudæis, vnde hæreses propagnentur. Imaginum enim Sanctarum, Cælitumque Veneratio, & Inuocatio, atque imitatio Sacrosanctæ Eucharistiæ fides, atque adoratio: Reliquorum Cælestium Sacramentorum ritus, & obseruatio: Potestatis spiritualis, ac reliquarum penè omnium à Spiritu sancto traditarum rerum cognitio, & exercitatio conuellantur, aut concutiantur. 5 Trinitarijs, Trideitis, Samosatenis, Arianis, & Sabellianis nouis, ac Nestorianis, vniuersæque illi hominum sœci, quæ Septentrionalem tractum infecit, atque Mahometi viam strauit, maxima senestra aperitur; qua Religio & cultus Christi filij Dei, & consubstantialis Patri, non magis Arianismo, quàm Atheismo labefactetur; quam labefactationem Orientalis Imperij casus, Regnorumq. Hungarici, & aliorum ruinæ demonstrant. 6 Hebræorum

Iudæi hæreticis contra fidem Catholicã arma suppeditant.

A rum pueri à teneris eo imbuti veneno difficillimè postea conuertuntur ad fidem.

7 Periculum, quod cadit in Christianos, cum quibus versantur, aut quos, opera eorũ vtentes sensim illicere possunt ad fuæ perfidiæ, si non omnino comprobationem, certè ad eandem non improbandam. 8 Magia, superstitiones, variorum item fœnorum, ac fraudum genera, sexcentaque aliorum scelerum monstra in Christianismum, irrepunt, dum specie, ac nomine Iudaismi, & quod sanctissimæ Religionis nostræ legibus haud sunt astricti, vix vllo censeant sese legis vinculo posse constringi: cùm tamen secus habeat res: Ratioque à Christo Domino ad hæc damnanda auertenda, vel certè infirmanda debeat ab ijs adhiberi, quos, cùm Christiani sint, atque haberi velint, Christum sapere, animarum salutem sitire, & eius iniuriam debito ordine vlcisci sint parati, necesse est.

Iudæi quib. scelerib. im plicentur.

B

Remedia. Cap. I I.

POrrò cùm damna consentent, Remedia perquirenda sunt, tum ex Doctrinę methodo, quæ Viri prestantes veritatem docent, tum ex varijs Principum, siue Ecclesiasticorum, siue Laicorum conatibus, quibus hac in re de Christi Ecclesia bene sunt meriti.

Primùm autem id statuendum est. Passione sua sanctissima Dominum Iesum obtinuisse potestatem à Patre in Cælis, & in Terra, vt vbique docererur Euangelium: cuius promulgationem audire tenentur, quicumque ij fuerint, Turcę, Indi, Iudęi, ac reliqui omnes. Hac potestate, præceptoq. nixi Apostoli, euntes iuerunt docentes omnes gentes, ac Iudęos: & baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Neque C verò Diuina hęc Prouidentia solùm ad Apostolorum tempora patuit, verùm progressus habuit ingentes in ijs omnibus, qui Apostolis eodẽ in munere, vti & in potestate succesérunt. Ac cùm ex Iudæis ipsis, qui ad Christum conuersi sunt, plerosq. voluerit Deus ad hoc opus assumere, Iudæi ipsi, *In quorum corde hactenus velamen perfidiæ haeret*, vrgeri possunt, vt eorum ingenia, doctrinam, sanctitatem suspicientes imitẽtur, ac Deo vocanti manus dent. Facilè verò docenti fuerit petere ex Ecclesiasticis historijs, quæ ad hanc rem faciant: cùm præter multos Apostolicos viros, qui à Iudaismo conuersi Diuinum fidei negocium usque ad sanguinem propagarunt, quindecim fuerint Hierosolymitani Archiepiscopi, qui continenter eam administrarunt Ecclesiam, plures Episcoporum decades passim, vt Christiana crescebat res: Sanctus Iulianus Archiepiscopus Toletanus: perplures doctissimi Rabbini: Linus, Euaristus, Theodorus Pontifices Maximi, quique sanctissimæ vitam egerunt (ac ferre nostris seculis) D præter alios, Paulus Burgensis primo Cartharinensis, mox Burgensis Episcopus, idẽque Castellæ, & Leonis Regis summus Cancellarius: Theologi verò, ac religiosi, & religiosorum generales Præpositi, quorum maxima laus hoc tempore fuit in Ecclesia. Horum igitur Patrum, & aliorum exemplo, qui etiam ex gentibus ad Christum sese adiunxerunt, instituenda esset (vbicumque sint aut seminatia Neophytorum, aut cætus Iudæorum) lectio, vel concio, his quidem per omne Sabbathum, vti faciebant Apostoli, ijs verò quibus diebus reliqua studia hoc paterentur.

Christus obtinuit à Patre potestatem, vt vbique pia Euangelium fidicaretur. *Matth. 28. Philipp. 2.* Iudæi vrgeri possunt ad audiendum Dei verbum. *Vide Euseb. hist. Eccles. lib. 5. cap. 2. Cor. 3.* Iudæi facti Christiani 15. Hierosolymitani Archiepiscopi. Alij plures Episcopi. Alij Pontif. Max. Alii Theologi &c. Lectio à christianis instituenda per omne Sabbathum, quam Iudæi audirent. *Act. 13. 15. 16. & 17.*

Atque vt permulti antiquitus, ac deinde alij aduersus Iudæos scripserunt, sic ex ijs tum lectio, tum concio, & eorundem librorum dissemination, ac disputationis ratio aliquo tamen ordine, ac cautione peti possent.

E

Scriptores antiquiores aduersus Iudæos. Cap. III.

IVstinus Martyr libro vno, siue dialogo aduersus Triphonem Iudæum.
Tertullianus.
Melchiades sub Commodo Principe.
Eusebius Episcopus Emisenus libris decem.
Aurelius Clemens Prudentius.
Theophanes Episcopus Nicænus.
Victorius Bucconius Castellianæ Vrbis Mauritaniæ Episcopus.

Cyprianus Episcopus Carthaginiensis libro vno ad Cyrinum, & tribus alijs de duobus montibus.
Ammonius Alexandrinus libro vno de Mosis, & Iesu consonantia.
Ioannes Chrysostomus quinque orationib. aduersus Iudæos.
Gregorius Nissænus libro vno.
Augustinus Episcopus Hipponensis libr. duob.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00471

Cyrillus Alexandrinus Patriarcha de defectu Synagogæ.

Vuilbertus Caruutensis Episcopus in illam prophetiam. *Non auferetur sceptrum de Iuda.*

Gen. 49.

Iulianus Pomerius Toletanus Episcopus, tribus libris ad Eruigium Regem.

Euthymius Zigabenus Alexio Imp. lib. uno.

Extat item in Vita S. Sylueftri primi huius nominis Pontificis Maximi, disputatio eiusdem cum Iudæis, quæ licet habeatur in Vitis collectis à Surio, copiosius tamen conscripta inuenimus in exemplari, quod in Abbatia Nouantulæ dictionis Mutinensis manuscriptum seruatur.

Rudigerus Hutzmatinus Spirensis Antistes in Germania; qui iuxit anno Christi Domini 1075. doctissimum contra Iudæos uolumen Imperatori dicauit. Quo factum est, vt Rudigero iurisdictionem omnem concederet in Iudæos, quorum magna pars Spiræ degebat.

RECENTIORES.

Alphonsus ex Iudæo Christianus.

Raymundus in suo pugione.

Paulus Burgensis Episcopus ex Iudæo Christianus.

Simon à Spira Carmelitanus.

Rabbi Samuel ad Rabbi Isaac libro uno Epistolari.

Gilbertus Anglicus.

Ioannes Spira, } ambo Carmelitani.
Ioannes Bacho }

Nicolaus Porchetus.

Nicolaus Lyranus duplici opere, & contra Iudæos, & contra impugnatorem Euangelij Matthæi. A

Paulus Venetus Augustinianus.

Petrus Galatinus Franciscanus.

Paulus Eredia ex Iudæo Christianus.

Oddo Episcopus Cameracensis libro uno ad Vilbodonem monachum.

Hieronymus à sancta fide, Medicus.

Petrus Brutus nobilis Venetus, Episcopus Cathanensis.

Triumphus crucis opera Siliceni aduersus Iudæos editus. B

Iacobus de Valentia Christopolitanus Episcopus, opusculo post suam Psalmorum explanationem posito.

Hadrianus Finus Ferrariensis libro vbere, & erudito, qui inscribitur est *Flagellum in Iudæos.*

Hector Castrius vniuersi Commentario quem scripsit in Esaiam, cui multa præfixit de translatione septuaginta Interpretum, quæ aduersus Rabbinos mendaces faciunt.

Petrus Alphonsus Hispanus.

Ioannes Senior Toletanus.

Ludouicus Caretus libro epistolari adhortatorio ad Iudæos. C

Ioannes Hildesheimensis Carmelita.

Paulus Ritius Neapolitanus,

Ioannes Figuerola Hispanus.

Io. Ludouicus Viues de ueritate fidei Christianæ.

Franciscus Torrensis Theologus Societatis Iesu de exponenda lege per omne Sabbathum Iudæis.

Iosephus Acosta de Christo reuelato.

Gulielmus Totanus, qui scripsit Fortalitium fidei aduersus Iudæos, & Sarracenos.

Quidquid autem in Euangelio, Actis Apostolorum, Epistolis Apostolicis huc pertinet, sapientissimis Patrum expositionibus est illustratum: Quare & ex ijs, quæ Dominus Iudæis respondebat, aut Apostoli cum ijsdem disputabant, principes loci eruuntur ad Iudaismum euertendum, atque ad Christianismum staturendum. D

Cautiones aduersus Iudæos. Cap. IIII.

Qua ratione cum Iudæis est agendum.

IN afferenda autem Christianæ fidei doctrina ad Iudæos euincendos, hæc inter alia præfanda sunt. Primùm in Diuinæ Scripturæ luce haurienda, septuaginta Interpretum Versio, vbi ab Hebræis, vel ab hæreticis non fuit corrupta veneranda est, ac diligenter perpendenda. De Versione verò hac, & de cautionibus ad eam adhibēdis suprà egimus, cùm de Theologia positiua loqueremur. Præterea Versio Chaldaica à Ionatha edita, inspicienda est, & obseruanda, quibus potissimùm locis haud corrupta fuit. Deinde Rabbinorum argumenta illa, quæ ad Iudæos conuincendos spectant, ad proprium commodum, & causſæ Christianæ propugnationē vsurpanda sunt. Ea ex Galatino, Porcheto, & eiusmodi aliis habentur ad manus. Postremò, interpretatio Diuinę scripturę iuxta literalem sensum ex antiquissimis potissimum Patribus, qui probatiores fuere, perenda est. Patrum eorum haud exiguus numerus ex secundo libro huius Bibliothecæ incurrit in oculos. E

Rabbiniquo modo aduersus Rabbinos citandi.

At quoniam citantur aliquando Rabbini, quorum scripta vetustiora, & pro Christiana Religione faciētia, Iudæi recentiores omni conatu tollere de medio conati sunt, ne videlicet ad eorum fontes accedere possimus, quem admodum factum est de libris Rabbenu Haccados, quem Hebræi Magistrum nostrum sanctum interpretantur, quique Antonino Imperāte uixit: propterea aut iste Iudęorum astus præmonendus est, aut

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00472

aut certè certiores Rabbini, quorum vel scripta, vel certa vestigia adhuc extant, afferendi sunt in medium: ne Iudæi, si libros poscant, è quibus hæc argumenta petuntur, nec verò habeantur, dicant esse à Christianis confictos. Id etiam obseruandum est, ne quid Hebraicè exprimatur, quod rectè, atque appositè haud pronuncietur: accuius significatio seu notio ex Auctoribus peritissimis linguæ sanctæ non accipiatur. Tractanda enim Euangelica veritas est Euangelicè, hoc est cum summa veritate, ac dignitate.

Si qui autem ritus obijciantur Iudæis, quasi euersi iam templo eosdem frustra obseruent, sedulo quærendum est, num reuera adhuc obseruent: quosdam enim obseruabant tempore S. Ioannis Chrysostomi, quos postea deferuerunt. Quam ob rem, qui eius Patris quinque orationes aduersus Iudæos eruditè, ac facundè scriptas leget, inueniet sanè nonnulla de agni paschalis esu, ac de tuba, siue cornu, quæ non vbique hoc tempore à Iudæis obseruantur. Ritus quos Iudæi seruiæ obseruandi.

Numeratur autem inter alia eiusdem Chrysostomi opuscula, libellus in Tomo Quinto eius operum, in quo & quinque illæ aliæ quas diximus Orationes habentur, verè aureus licet breuissimus. Eius inscriptio est. *Quod CHRISTVS est Deus.* quem libellum qui vel Hebræum faceret, vel in linguas Hebræis commodas verteret, profectò aliquam complanaret viam ad aliquos eximendos è cœno, in quo miseri voluntur. Chrysostomi libellus aureus aduersus Hebræos.

Quin & Robertus Card. Bellarminus libro secundo Controuersiarum capite secundo primi Tomi, ostendit è Codicibus Hebræis magis vrgeri posse Iudæos, quàm ex Latinis, & Græcis. Sicuti ex illo. *Apprehendite disciplinam*, quod in Hebræos legitur. *Osculamini filium.* Et in illo Isaiæ. *Et nos putauimus eum, quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum*, vbi in Hebræo legitur, *Percussum Deum, & humiliatum.* Quod certè magnum faciesse negocium Iudæis, qui Christum esse Deum non credunt. *Psal. 2. Isa. c. 53.*

Ceterum uide in Apparatu Sacro nostro, in uerbo, Rabbini, vbi pleraque huc faciunt, & quidem illa non mediocris momenti.

Reliqua spectantia ad rationem agendi cum Iudæis. Cap. V

IAm quæ reliqua iuuare hoc negocium possint, ex praxi accersenda sunt, quæ tenetur, quæ à Iudæis imminent, atque item ad nonnulla remedia, quæ ijs amoliendis adhibita sunt, legenda est prima Dominicani ordinis historiæ centuria, quæ non ita pridem (vt alibi diximus) prodijt in lucem ab eiusdē familiæ prudētissimo ac docto Theologo Ferdinādo Castillo; In ea agitur, quæ causse perpulere Catholicos Reges, vt ex Hispanijs pellerent Iudæos, quæve decreta sunt, vt obuiam iretur incommodis quę ex eorum reliquijs poterant accedere. Decreta Hispaniæ Reg.

Deinde legenda sunt, quæ in vniuersi iuris tam Canonici, quam Ciuilis corpore, præsertim quæ extant 28. q. 1. cap. Iudæi, & sequentibus. Quæ item habentur in vniuerso titulo De Iudæis, & in Clem. eodem, & in C. de Iudæis, & Cælicolis, & Cod. Ne Iudæi Christianum municipium. Præterea Diplomata quæ hac de tota re summi Pontifices hoc sæculo ediderunt. Extat quod à Paulo III. prodijt anno 1542. quo conceditur, vt Iudæi, ceterique infideles, ad agnitionem Catholicæ fidei venientes, bona patrimonialia, maternaliaque, & omnia eorum consuetudine acquisita, seu quę verum Dominium habere reminiscuntur, etiam viuis, & inuitis parētibus habere, tenere, & possidere valeant. Eodem diplomate iubetur, qua charitate quisque venientes ad lumen Christi, fouere, ac contumelias ab alij prohibere debeat: Quin & vt Ciuitate, priuilegijs, immunitatibus, libertatibus fruantur, quandoquidem per gratiam baptismi *ciues sanctorum, & domestici Dei* efficiuntur. Quid Sacerdotibus, & susceptoribus ad fontem baptismi, quidve Episcopis curandum sit, vt in Christiana fide instituti, nec cum Iudæis versentur, ne ad vomitum redeant, nec cum neophytis matrimonio iungantur, sed & abstineant ab ijs, in quibus Iudaizare possent, sed solennitates Ecclesiæ, ac ieiunia, & ritus Christianos obseruent, concionesque frequentent; Diplomata Pontificum. Iudæi ad fidem conuersi vt fruantur suis bonis. *Ephes. 2.*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00473

tent, si qui verò Iuda izantes reperti fuerint, contra eos tanquam perfidos hæreticos A
per Ordinatios locorum secundum Sacrorum Canonum institutа, procedatur.

Monasterijs, & Hospitale pro Neophytis. Alterum diploma eodem anno ab eodem Pontifice Maximo promulgatum est, quo facultas dabatur erigendi monasterium, & hospitale pro Iudæis, & infidelibus ad Christi fidem conuersis: fodalitatem item ad id pertinentem instituendi: ac quibus rationibus totum hoc negocium esset administrandum.

Tertium fuit Iulij III. anno 1555. aduersus Hebræos retinentes libros, in quibus aliquid contra fidem Catholicam noteтur, vel scribatur. Quartum eiusdem eodem anno. Quod quælibet Vniuersitas, seu congregatio Iudæorũ pro qualibet synagoga soluere debeat decem ducatos quolibet anno pro sustentatione Hospitalis, seu domus

Pauli IIII. statuta optima aduersus Iudæos. Catechumenorum in Vrbe. Quintum Pauli IIII. anno 1555. aduersus Iudæos, ne plus vna synagoga in quolibet loco habeant, neve immobilia bona possideant, si- B
gnum glauci coloris gestent, vt dignoscantur. Nutrices, seruos, vel ancillas Christianos habere nequeant: in libris rationum Italicè scribant, & Latinis characteribus vtantur. Hebræi medici ad Christianos curandos ne accedant. Cuiusuis Ciuitatis, in qua degunt, statuta obseruent. Sextum eiusdem Pauli Quarti anno 1556. De solutione singulis synagogis etiam demolitis, vel ad unam redactis, vel redigendis imposita, & per Hebræos Archiconfraternitati Catechumenorum facienda. Septimum Pij IIII. anno 1562. quo ordinationes & statuta lata sunt super modo viuendi Hebræorum Vrbis: quamquam & in altero Diplomate eiusdem anni, in quo agitur de Reformatione officij Camerę Apostolicę, aliqua eiusmodi de Iudæis, idest, de eorum tolerantijs vel priuilegijs agatur. Octauum eiusdem anno 1562. super reforma C
tione Banchariorum Hebræorum Vrbis. Nonum Pij Quinti anno 1566. De con-
firmatione, & innouatione litterarum Pauli IIII. contra Hebræos. Decimum eiusdem anno 1568. De Iudæorum exterminatione ex omni Dominio temporali S.R.E. & subditorum, præter Romam, & Anconam. Nouissimum Clementis VIII. anno 1593. editum.

Qua à Gregorio XIII. decreta sunt ad Catechumenos è Iudæis inuandos. Cap. VI.

AT Gregorius XIII. vt eam rationem iniuerat, quæ commodissima erat alliciendis animis ad fidem, inchoatum hoc negotium de conuersione Iudæorum duplici beneficio promouit: altero cùm singulis hebdomadis habendam ijs in Vrbe concionem instituit: alterum, cùm ad meliorem formam Seminarium Catechumenorũ, quod certis redditibus auxit, ac firmauit, ita redegit, vt qui in- D
de prodirent, hi posthabitis Philosophica, & Theologica studia, lucrandis Iudæis, & alijs perfidis apti operarij euaderent. Præterea Cardinalium, ac quorundam aliorum eruditorum congregatio certis diebus est habita, in qua libri Iudæorum blasphemi, aut purgarentur, aut tollerentur omnino: blasphemias verò illas nosse expedit ijs, qui cum Rabbinis disceptant. In templo autem Catechumenorum, Neophyti conueniunt, ac Christianam doctrinam & reliqua huiusmodi pro captu cuiusque docentur, ne nutantes in fide redeant ad vomitum, neque peccatis gratiam Spiritussancti amittant. Id autem fit singulis dominicis diebus à prandio post Vesperas. At altera quoque erat congregatio, quę Catechumenorum curam habebat sub Cardinali, cui tanquam Protectori tota hęc res fuit demandata. In ea non solum de eruditendis in fide catechumenis, verùm etiam agebatur de ijsdem educandis, & alendis, de distributio- E
ne munerum, & artium, quę cuique ętati, vbi adoleuerint, ingeniove conueniant, de explorandis, ficubi apud Christianos sint, infidelibus, Turcis, Maurisve, aut apud Iudęos Iudęis, qui Religionem Christianam posceрent, ne qua periret anima: cùm etiam domus ampla ad mulieres eas excipiendas instituta fit, quę Ecclesię adiungun-
tur: erat autem earum numerus ante paucos annos octoginta, quę & relicto Iudaismo omnes Christianam fidem erant amplexę, ac complures ex ijs cum illa baptismali in-
nocentia perpetuam Virginitatem, paupertatem, atque obedientiam vouerant. Quę omnia, si ubi Iudei commorantur, procurarentur, non solum in Italia, Verumetiam Auenione in Gallijs, Prage in Boęmia, in qua vna Ciuitate quindecim esse Iudęorum millia

Congregatio quæ Catechumenorum curam habebat.

Iudęorum multitudo vbi maxima.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00474

A millia dicebantur, Vienne quoque, & in alijs Germaniæ Ciuitatibus, ac passim in Polonia, & Lituania, ecquis non videt hunc Domino IESV laborem futurum esse gratissimum? Cerrè ad Hæreticos quoque conuincendos nulla planior est via, quàm si aduersus Iudæos de CHRISTI Dei filij Diuinitate, omnipotentia, & alijs attributis tractantes, ac quasi aliud agentes, ipsos eodem tempore hæreticos ad auitam fidem sensim alliciamus, cùm hi intelligant Hebræos inficiari eadem solere, non ob aliam causam, quam quoniam humanum captum excedant, Quæ tamen & Iudæi, & Hæretici credunt fuisse, atque esse ei facilia, quem Deum agnouerint & veracem, & mansurum nobiscum vsque ad consummationem seculi.

B *An Iudæi infantes inuitis parentibus sint baptizandi: vel ab ijs auferendi. Cap. VII.*

VErum quoniam qui saluti vacat animarum, semper affici solet ad merita cumulanda, indeque effici potest, ve puerorum Iudæorum salus facile comparari possit, si vel parentibus inuitis baptizentur, aut clam ab ijs propterea auferantur, ideo is, qui modum agendi cum Iudæis docebit, noscat, & doceat oportere quę fieri oportet hac in re sententia sequenda sit, nempe, quam S. Thomas, & alij communius sequuntur. Quam ob rem Sanctus hic Doctor legendus est. Videndum item, quid Dominicus Soto de hac ipsa Doctoris Sancti quæstione differit in Quarto distinctione quinta, quæstione prima, articulo decimo. Ceterum Paludanus, Scotus, Durandus, & alij eadem excutiunt. Iudęorū filij inuitis parentibus non baptizandi.

C *Quonam modo docendi sint, qui inter Turcas, & Sarracenos sibi variarum gentium sit colluuies, commorantur. Cap. VIII.*

CVm autem quasi inter intudem, & malleum res Christiana versetur inter Sarracenos, & Turcas, atque inter Hæreticos & Iudæos, iamque ex frequentissima in Orientem commeatione serpat in Ecclesiam Christi tanta labes, quan tam fortè difficulter videbimus vnquam abstersam. Qui errores eorum, quomodo confutandi sint, docere voluerit, non solùm ostendet, quibus id Auctoribus qui hac de re scripserint, effici possit: verùm etiam, qua ratione inter eos agere, ac si non illos, reliquas certè seu gentes, siue captiuos, siue etiam non captiuos Christianos iuuare liceat. Turcæ & Sarracenī quo Christo adiuuandi.

D *Quinam scripsere aduersus errores Mahometanorum.*

ADnotantur autem à Medina libro primo de recta in Deum fide sequentes auctores de Mahometana secta.

Ioannes Damascenus cognomento Grisorras, qui circa eius sectæ initia vixit, & apud Persas sub eorum Imperio captiuus, Christum Dominum defendit.

Euthymius monachus Zigabenus.

Theodorus Episcopus Charran, cognomento Abbucaras.

Euodius Monachus.

E Nicetas Byzantius Philosophus, & Monachus, tum libro contra Mahometem: tum altero contra epistolam quādam ab Agarenis missam ad Michaelem Imp.

Ioannes Cantacuzenus prius quidem Imp. Cōstantinopolitanus, postea verò Monachus, tum libris quattuor contra Sarracenos, tum quattuor orationibus contra Mahometē.

Stephanus Langton Episcopus Cantuariensis.

Alexander Halensis singulis libris de gestis Mahometis.

Adolphus Abbas Benedictinus.

Iacobus Vitriacensis.

S. Thomas Aquinas libro de rationibus fidei ad Cantorem Antiochenum.

Ioannes Vallensis Anglus ordinis Minorum.

Dauid Bois Anglus Monachus Glocestriensis.

Humbertus Generalis Magister ordinis Prædicatorum.

Nicolaus Cusanus Cardinalis libris tribus ad Pium secundum Pont. Max. quos Alcorani cribrationem inscripsit.

Vipertus Iuris Canonici peritus.

Dionysius Ricelius Cartusianus opere grandi ad Pium Pont. Maximum.

Richoldus Ordinis Prædicatorum, q apud Sarracenorum Athenas Baldach Vrbem, literis ac studijs Arabicis operam nauauit.

Ioānes Turrecremata Cardinalis Sācti Xisti.

Ioannes Toletanus senior.

Nicolaus Ianuensis Episc.

Ioannes Ludouicus Viues libro quarto de veritate fidei Christianæ.

Rationes

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00475

Lingua Arabica necessitas ad Turcas inuandos. Cap. IX. A

EXtant Epistolæ Nicolai Clenardi, inter quas unam Iacobo Latomo satuberem scripsit anno 1541. cum Fesæ esset in Africa, quo ad Arabicam linguam addiscendam traiecerat, & vbi nouennium ideo impenderat, eo animirum consilio, vt, quemadmodum aduersus Hæreticos à pluribus Latinè scribebatur, sic ipse contra Mahometanos Stylum Arabicum stringeret. Id quod fieri non posse iudicauit, nisi illorũ dogmata penitus cognita habuisset, nec tantum hauriret quod Latinorum libris de gente illa traditum fuerat. Nam præter Alcoranum, habent libros SVNNÆ adeo ridiculos, vt ipsi sese pœnitet confutare, nisi miseris esset persuasum Mahometũ fuisse Prophetam veracem. Hos autem Sunnę libros cum se conquisiturum Clenardus pollicitus esset, & aduersus eos Arabicè scripturum; (etenim contra Mahometum (inquit) Latinè scribere, quid pertinet ad eos Orbis Nationes, quę solum linguam norunt Arabicam?) inscio tamen an unquam id præstiterit. Nusquam verò sic feruebat Alcoranus vt Fesæ: Tuneti quidem vigebant ceteræ omnes Turcicę disciplinæ, at Scholastici dicuntur, qui de eorum Cęremoniis agunt, de Lustratione, Oratione, Matrimonio, & aliis eiusmodi, quarum periti nominantur *Alfachy*, hoc est, Sapientes. Porrò Dialecticam, Rhetoricen, & artes aliquas, vix pauci attingunt. Est autem apud eos hic mos; statim à primis annis ad verbum ediscunt Alcoranum, & memoriæ mandant, quem non intelligunt, nec tamen vllis in Scholis hic Codex apparet. Sed Ludimagister è memoria depromit pensum, & in tabula lignea describit; id puer reponit in animo, & postridie alterum scribitur pensum, donec anni, aut bien nij spatio totum ediscat Alcoranum. Multo plures reperias, qui teneant hic Alcoranum, quam qui ipsum habent domi codicem. Quare difficillimum est irrepere mendas in Alcoranum. Post hunc ad verbum ediscunt libellum qui dicitur Cęremoniarum Turciarum, nec tamen eis aliquid exponitur, nisi quod assequun tur commercio fœmonis vernaculi, qui licet multum differt ab ea orationę, quę conspicitur in libris, aperit tamen aditum ad percipienda pleraque uocabula: Hinc iam pergunt ad Grammaticam, estque apud eos receptus auctor *Ibun Melic*, qui Chiliade uersuum, idest mille Dyrichis eam est complexus uniuersam. Hanc uerò Chiliadem difficilem admodum è tabulis suis memoriæ mandant, vt quotidie pensum reddant præceptori, domi interim lectitantes Glossemata, nam in Scholis nullus comparet liber. In hac autem Grammatica fermè uersantur biennio, sine etiam quidam quadriennio. Porrò auctoritates citantur à Grammaticis penè omnes ex Alcorano, vnde fructum memoriæ capiunt. Citantur item crebro Poetæ, quibus Arabes abundant. Verum ita hæc poetica discipulus intelligit, vt Carmen Ennianum Thomistã, qui post Alexandrum, & Petrum Hispanum flatim lectitat Scholasticos. Quare paucos reperias, qui eleganter, ac purè loquantur. Nam est Alcoranistæ sint, isque liber stylo sit elegantissimo scriptus, contenti sunt tamen memoria, & magis suę falsę Religionis gratia discunt Alcoranum, quam vt eum curent intelligere. Si quidem dogmata sua iam ex aliis libellis norunt, vt Ethica nouit Thomista, qui tamen non legerit ipsum Aristotelem, Adeo vniuersus Orbis inter se consentit, vt rerum magis, quam uerborum cognitio appetatur. Exrant ergo apud Arabes poetę quamplurimi, quos tamen pauci lectitant: Dum enim in artium scriptoribus utuntur vocibus ijs, quę passim non sunt obuiæ, ea uelut ad aliud seculum & priscum ab ijs pertinentia putantur. Scholę sunt in ipsis remplis ad quæ non licet adire Christiano, neque Iudęo; Taberne librarię non habentur Fesæ, quammuis tam multi sint literarum studiosi: Ceterum die Veneris singulis Hebdomadis, peracta oratione, apud summũ (quod nominant) templum est librorum auctio: Illuc conueniunt, quotquot emptuntur, seu uenditurint. Prodeunt autem ferme codices uetusti, pauci admodum, quod ab hinc annos ducentos refrixit amanuensium industria, & in desidiam sine lapsi Fesenses, estq; hęc merx cara, quę tamen ab omnibus magno pretio rapitur. Quod si quis sit liber iuste magnitudinis, non eum reperies venalem, nisi per fragmenta; Ac fortè totius uitę curſu non consequeris

Sunna Scriptor Mahumeranus. B

Alcoranus vbi feruebat. C

Alfachii Sacerdotes Arabum.

IBVN. MELIC. D

Poetis abundant Arabes. E

Libri quomodo de prostẽt Fesæ.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00476

A consequeris aut Zemach ..... aut alios Commentatores Alcorani, sed nunc caput, nunc .... dimidiatum, nunc manus mutilas ipsius libri in foro videbis, vt sepius idem eogaris emere si totum postules, idque vix post multos annos. Prela ignorant. In hunc auctionis locum Christianis, aut Iudæis licet intrare, vna tantum lege, nempe, vt obruti saxis, pereant, tam religiosè suos Codices inuident à Religione Mahometi alienis. Multa, & alia conspiciuntur inter Mahometistas, quæ præferunt aliquam virtutis speciem, qua Satanas nefariam sectam tegat: nimirum, vt non multum solicitisint de craftino, nec duris casibus frangi videantur, ita vt in blasphemias erumpant, sed potius illud pronuntient, laudetur Deus. Quo magis dolenda est earum Nationum ia&tura, quod homines huiusmodi tam turpibus opinionibus à Christo sint abstracti, non aliam ob causam, quam quod credant Mahometum fuisse verum

B Propheram, qui vt in Alcorano Trinitatem negat, sic penitus tollit nostræ religionis fundamentum. Negat Christum à Iudæis Crucifixum, negat eum Redemptorem humani generis. Atque hæc cum asseuerent, aiunt sese credere Euangelio, & veteri testamento, verum & nos, & Iudæos iam non habere libros incorruptos. Hic est disputationis cardo. Proinde (aiebat Clenardus) spes est, vt gens ista in viam aliquam do redeat; Quod & olim facile fuerat, si recta via restitissent nostri maiores, & tam studuissent bellum gerere cum Numa, quam capiunt libenter arma aduersus Tullum: dicam id clarius: Numa, confi&o congressu cum Dea Ægeria, populum continuit, Tullus vim omnem posuit in armis: vtrumque Mahometus expressit, nam primo nouas leges, quas stupidis ea tempestate Arabibus imposuit, ad Gabrielem Angelũ referebat, quo monitore sese omnia mentiebatur gerere. Deinde postquã fraus in suspicio

C nem uenit, præsertim ob Iudæos circa Mecham incolentes, quibus odorandi nasus non deerat, robur induit Tullanum, & quos arte capere non poterat, viribus in nouũ dogma subiugauit, atque ita deinceps propagata est hæresis, iacto quidem dolis funda mento, gladijs tamen postea sic prolato Imperio, vt victoriis ingentem Mundi partem occuparit. Ergo subdebat Clenardus, quia sine linguarum præsidio bellum istud geri non potest, forte in seculum hoc nostrum dilatum est, quod iam cereris linguis floret, præter unam Arabicam: mirum, ut noue professionis auctor Antimahometus mortem oppetat inter Mahometistas.

Rationes alia iuuandi Turcas. Cap. IX.

D MIchael autem ipse Medina libro primo de recta in Deum fide, capite quarto, rationes aliquas affert, quibus præmuniri possint, qui forte ex Mahome tanorum prosperitate nutarent in fide: Nimirum inquiens familiare esse infidelibus, vt in præsenti vita felicitate aliqua fruantur: Vel quod bona quædam fa ciant, quæ Diuinam Magnificentiam quodam modo remunerare non dedecet, aut quod magis dicendum est, ad probandos fideles. E Diuina porrò Scriptura diligenter, & aptè idem Medina hæc confirmat, quanquam & Hieronymus Sauonarola in fine Triumphi sui de cruce, optima ante Medinam scripta reliquerit. Quæ sanè tanquam Prolegomena essent ei pronuncianda, qui de hoc genere controuersiarum Prælectiones institueret. Ac certè hæc eadem, seu pro suggestu in concionibus, seu libel lorum, qui illa continerent dissemination docendi essent exercitus, & classes Christianæ, si quando in Orientem fieret expeditio, ne dum ferro alios appeterent, ipsi er

E roribus aduersus fidem inficerentur.

Quin etiam Auicenna (licet Mahometanus) veritate coactus, quem quidem Maho metani colladant tanquam præstantissimum virum, vnico testimonio, quid de sua illa lege senserit, ostendit his verbis, *Lex nostra* (inquit) *quam dedit Mahomet disposi tionem felicitatis, & miseriæ, quæ sunt secundum corpus attendit. Sed est alia promissio, quæ attenditur intellectu. Sapientibus ergo Theologis multo maior cupiditas fuit ad apprehendendum istam, quam corporum, quæ quamuis daretur eis, non tamen attenderunt eam, nec in pretio habuerunt in comparatione felicitatis, quæ est coniunctio cum veritate.* Hęc ille. E quibus verbis intelligunt prudentes Viri, quanta se det occasio alterius etiam felicitatis insinuandę inter ipsos Turcas, & eorum animos ad altiora concipienda eue hendi:

MICHAEL MEDINA. Præcautio. fidelcs cur bonis in hac vita afficiantur. HIERONIMVS Sauonarola.

Auicenna libro de prima philosophia. Spiritualis felicitas agnita ab Auicenna.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00477

heudi: quamuis sanè non expediat (nisi Deus aditum faciliorem aperiter) aduersus Mahometanam legem proloqui. A

Plato Arabice versus.

Prætereà cùm Arabicè verùm habeant Platonem, hinc patet, campus colloquendi de ijs, quæ Philosophus ille minus absona à Christiana Religione differuit. Et hoc quidem inter Medicos, & eos, qui Philosophię operam nauant.

Duplex quasi Turcarum genus, & quomodo agendum cum ijs. Cap. XI.

Iesu. 6. Quinam deciliores Turcis.

CVm verò duorum generum sint Turcæ: Alteri, qui Christianam fidem eiurarunt: Alteri qui è Turcis parentibus orti, nunquam Religionem nostram sunt amplexi; Prioris generis omnino difficiliores sunt, quod grauiore Apostasiæ onere pressi cùm *bonum Dei verbum gustauerint*, claudentur oculos, ne in Cælum aspicerent. Docciliores tamen ij reddentur, qui tantùm metu, aut adeò carnis illecebris, Christo renunciarunt. Cùm enim reclamantem sentiunt conscientiam, rationeque aliqua euperent auitam Religionem iterum amplecti. Reliqui autem Turcæ ipso naturali lumine ducti, ac Christum blasphemari non permittêtes, diuitias, & pulchritudinem Christianę legis eo magis admirantur, quo magis, aliquis vitę probitate, plus quam argumentis, auctoritatem sibi apud eos conciliauerit. Et probitas enim, ac temperantia, quarum virtutum reciśima norma est nostra religio, præcipua ratio est, atque peressicax (quod alibi quoque diximus) ad persuadendum. Quam ob rem id altissimè ijs, qui adierint ad Turcas, & Gentes, infixũ cordi esse debet, quod Apostolus Petrus dilpertis in Oriente fratribus scribebat, dicens: *Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.* Ac posset penultimo eiusdem epistolę capite. *In quo* (ait) *admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes, qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos, & mortuos.* Hoc igitur virtutis fundamento nixi, si aliud non consequeremur, quàm ut peccati fœditatem agnoscerent; atque ab eo sensim secederet aliquatenus attenteremus ac propterea minus peccatorum committerent, certè Diuinę pietati gratissimum esset. Accedit ad hęc. Quòd, quicquid hiusmodi est, quod in Oriente sub alieno illo Dominatu egrius procurari posset, id inter Christianos, ad quos ueniunt Orientales, tentari commodè licet. Qui enim Venetias, Anconam, & alò naugant, si Christianarum uirtutum exempla uiderint, uel item à nobis acciperint libros, unde earum uim agnoscerent (plures enim Italicè Gallicè, Hispanicè nosciunt) Arabicè quoque ac Græco vulgari idiomate, & Slauoni cè conscriptos assequerentur, quid prohiberet, quo minus præstaremus, quod Christiana nos decet charitatis officium, ecti ipsi nil deinque proficerent?

B

C

Virtus quanti boni causa.

Cum Turcis quomodo agendum. Libri variarum linguarum peruti les.

D

Guilielmi Parisiensis loca, quibus optimè agit aduersus errores aliarum legum, quæ Christianæ aduersantur. Cap. XII.

HIc verò ego peruelim, vt Sacerdotes, qui eas Orientis siue Insulas, siue oras frequentant, librum de legibus Guilelmi Parisientis, ac præsertim eiusdem libri vigesimumquartum caput diligenter euoluant. Eò enim planissimè docet, Obtenebrationem, & corruptionem naturę humanę causam fuisse, & radicem impietatis, ac nobilissimæ mentis humanę prostitutionem, per quam multi ueritatem non propter ipsam, sed propter aliud cupere fludeurunt stulta curiositate. Idcirco variis erroribus implicati, ac multis inquietudinibus vexati, reqiuerunt animis haud inuenerit, hoc est Deũ, qui est, quies uirtutis nostrę & rationabilis, & apprehensibilis, cõcupiscibilis, quæ data sunt animæ, vt per eas recte ordinatas anima efficiatur capax perfectæ beatitudinis, & legitima sponsa Dei: cum alioquin necesse sit ipsam animam fornicari. At & idem Guilelmus superioribus eiusdem libri capitibus, præsertim decimooctauo ac decimonono, planius aperit, quis Sergius Monachus, qui orio Mahometanæ secte, quæ gens Ismaëlitica, qui progressus fuerint eiusdem, ac quibus rationibus facilè possint euinci: Vigesimo autem recitat eorum sententias, qui dixissent

E

A xissent legem Hebræorum legem esse fortunæ, legem Sarracenorum legem esse naturæ, legem Christianorum legem esse gratiæ. Mox affert opinionem tribuentium huiusmodi legum diuersitatem stellis, sicut sectarum particularium, coniunctionibus, & participationibus planetarum. Id quod ingeniosissimè improbat. Sed & vigesimo primo, secundo & tertio capite destruit errorem credentium vnumquemque in lege sua esse saluandum: deque peccato egregiè agit. In libro autem de Pœnitentia capite nono Hæreticis, Iudæis, & Sarracenis respondens, alia præsertim ac grauissimè consultat. Quæ omnia cum imbuendis pietate animis, magno futura sint vsui, nemo est, quin ex ijs tectè perceptis possit & serpsum statuere, & alijs solidè opitulari.

Legem Iudæorum fortunæ, Saracenorum naturæ Christianorum gratiæ dicentes confutantur.

Frænandi quinedi Religiosi, vel Clerici, qui ad Turcas commeant. Cap. XIII.

B Porrò cum qui ex Europa ritus Latini homines in Orientem nauigant, si Catholici sint, hi vel Regulares, vel Clerici, vel Laici sint, ideo non eadem cum omnibus agendi ratio fuerit. Quippe ex Ecclesiasticis & Regularibus seligendi essent tum legatorum Christianorum Sacellani, tum pauci quidam in cænobijs, qui alijs exemplo, doctrina, oratione ad Deum præluceremus: si ergo commodissimè tractâdi, atque ad spiritualia exercitia, si his indigeant, sin minus ad auxilium alacre ad ani mos iuuandos inuitandi, aut certè ab illis quoque consilium petendum, quibus libros pios, & alia tradere erit peruile. Ex Catholicis etiam habendus delectus, vt per quos facilius ac suauius insinuari veritas, & pietas possint, per istos fiat. Doctrina Christiana, si Christianorum pueros doceatur, ea publicè potius in templis, quàm priuatim tradatur. Arripiunt enim scandali, atque calumniæ occasionem aliqui, tradi-

Doctrina Christiana pueris in templis tradenda.

C cendorum Sacerdotum, si in domos pueri aduocentur. Cum Hæreticis nisi valdè opportunè id fieri possit, aut nisi quærentibus respondendum esset, de ea, quę in nobis est fide, vitanda erunt colloquia, ne quid præfertim Caluiniani commisceantur, quo operarij Ecclesiæ ablegentur. Si quid pijs effici potest libris illic, id fiat. Sin minus, committenda Deo res est. Ceterum quæ de ratione agendi cum Hæreticis diximus, ex septimo libro petenda sunt.

Libri inuenti in classe Turcica. Cap. XIIII.

Postremum, quod huic loco uidetur adijciendum, erit librorum Index qui in Turcica classe sunt inuenti, cùm ad Naupactum prope Echinades Insulas Victores fuere fœderati Catholici: Hinc enim conijcere cordatus, atque idem eruditus, vir Dei poterit, quanam ratione aliquando se in gratiam Turcæ alicuius primarij po

D terit insinuare; si quo modo tandem concepta de nobis meliore sententia, legis Christianæ præstantiam tanquam à fide dignis audire cuperet.

De cœlestium orbium numero liber vnus.
De Intelligentiarum numero tractatus.
De vnitate aut pluralitate Mundi.
De sursum, aut Deorsum.
De Mundi, & Cœli dextera, & sinistra.
De Galaxia, siue lacteo Circulo.
De vmbra tam Elementaribus, quàm ex Cœlestibus corporibus, Stellis, &c. (solem excipio) proficiscente.
De sex stellarum fixarum in Aplane, hoc est firmamento, vbi sunt Planetæ.

E Quota hora sit apud omnes eiusdem Regionis gentes, qualis item diei nostræ hora quolibet anni tempore.
De centro Mundi, & vniuersi Cœli ad ipsum collati constitutione, ac Motu.
Quare sol pauciori tribus Australia, quam Borealia peragat signa.
De altitudine Caucasi Montis, de qua Aristoteles in Meteoris loquitur.
Futuram maris tranquillitatem, aut tempestatem recognoscere.
De Elmet num magis ab Aequinoctiali linea Sol eum ad Cæsum, quàm ad Capricornum accedit, cognoscere.
Ratio noscendi, quantus vniuscuiusque aquæ decidentis sit impetus: Vniuscuiusque altitudinis, vel magnitudinis, vel Ventti, vel nauis, vel triremium, vel virium Remigũ, vel vnius triremis generatim, aut singuli remigis.
Facilitas agendi remos in triremibus, ac minore cum Remigum numero parem maiori impetu promouere.
Monita addenda ponderi statera, qua de materia scripsit Cusanus.
Passuetria, hoc est, Ars præcisè dimetiẽdi quot siue passus, siue passuum millia nauis processerit in longum, latum, mixtum, ac terrenum orbem mixtum autem dico, vbi Terra, & aqua sunt trasfunda.
Ars dimetiendorum milliarium terra, marive secundum Mundi longitudinem, atque corporum Cœlestium considerationẽ, Res difficilis, atque à nemine inuenta, quemadmodũ

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00479

à Francisco Copere Hispano Historiographo Occidentalium Indiarum obseruatum fuit.

Facilitas & ars mouendæ nauis.

De Verisimilitate Acus, seu Indicis nauigatorij: De magnete, & eius Vsu ad quoduis humanum commodum.

Artificiale Velum, quo cum Vento ad dexterã, vel læuam pro desiderio Rectoris clauì, nauis moueri possit.

Artificialis cõstructio triremis, quę sine remis, ac Vento nauigat.

Hydrotechnia, hoc est liber, siue Ars omnium commodorum, quæ natura, vel arte possunt ex aquis proficisci.

Architechnia, hoc est, Artificium Principum, ad perpetuandos suos Principatus sacros, vel Ciuiles omnium nationum.

Anemologia, hoc est Tractatio de ventis, eorumque supra Terram situs, & motus.

Dioptometria, hoc est ars metiendi quęcunque sub mensuram cadere possunt, cælestia, terrestria, propinqua, distantia per Quadrantẽ Astronomicum. A

Horametria, hoc est, Ars constituendorum omnium Solariũ Artificiorum per ipsum Quadrantem.

Tetrametria, hoc est Modus dimetiendorum omnium corporum, plenorum, vacuorum, per solum Quadrantem, aut Quadrilongũ, Ac reductionis omnium figurarum mensurabilium, ad horum figuram, & de Quadratura Circuli.

Consolatio Vitoneia, quod est Volumen omnium consolationum, quæ ex scientijs, studijs, & veritatibus capiuntur ab hominibus earum studiosis. B

Pyromachia.

Ydromachia.

De Gentibus ac præcipuè Indis Noui Orbis, deq; eorum tribus elassibus. Cap. XV.

Sapientis est dubia quæ-rere.

QVod S. Thomas Aquinas scripturas aduersus Gentes præfatus est *officium quidem sapientis esse veritatem eloqui, & errorem qui est contra veritatẽ oppugnare: At contra singulorum errores agere, id esse perdifficile: quod aut singulorum errores ignoti sint: aut quod non omnes vetus, vel nouum Testamentum admittant, per qua Indæi, & Hæretici possint euinci: ac proinde esse confugiendum ad rationem naturalem, cui omnes assentire cogantur: quæ tamen in rebus diuinis est manca*; Id iam facilius est, cùm non solùm patuerint hoc seculo, quæ S. Doctore superstite, Prouinciæ minus innotuerant, verumetiam nouus ipse orbis se exeruerit, frequentique Christianorum ad eos cursu, & nauigatione, non tam regionum, quam & ingeniorum qualitas singulis annis magis illuxerit. At multo adhuc facilius quotidie fit, posteaquam non tam mercatores, quàm Theologi, importantes in omnem terram Euangelium, sępe iam nauigarint; inde autem reuersi plures eadem retulere, quin & scripsere luculenter. Ac dẽ ijs quidem, qui tum antiquitus, tum hoc seculo, hoc præsertim tempore, sequenti capite dicemus; Nunc autem Ordinis ratio poscit vt è libris de natura noui Orbis, & de procuranda eorum salute, qui libri à Iosepho Acosta Theologo Societatis nostrę, qui in Indijs ali quot annos Euangelio annunciando commoratus est, fuerè conscripti, aliquid de tribus Indorum classibus huc inseramus, quandoquidem ad eas reliquę ferme omnes gentes referri possunt. C

Facilius esse nunc, quam tempore S. Thomæ Gentium errores eum cere.

Iosephus Acosta.

Quamuis igitur (inquit) *Indorum nationes innumerabiles sint, quarum singulis sui certi ritus & mores sunt, quas alio atque alio modo instituere oporteat, tamen cùm id ego præstare non possem, cui plurimæ gentes ignotæ sunt; & vt maximè essent cognitæ, imminet non opus exiguum singillatim de omnibus disputare, operæpretium duxi, vt Barbaris omnibus accommodatius scriberem, Pertinuisse maximè habere rationem.* Idq; feci duabus ex caussis; Vna, quod hę Prouinciæ mihi notiores essent, vt aliquid certius afferrem: Altera, quod hoc Indorũ genus ueluti mediũ mihi inter cetera semper est uisũ, ex quo facilius veluti extrema iudicari queãt. Etsi enim Indi uocãtur Barbari oẽs, quos nostra ętate Hispani, & Lusitani suis classibus lõgissimo Oceano traiecto inuenerũt, non solùm ab Euangelica luce alieni, sed ab humanis quoq; institutis abhorrentes, tamen nõ oẽs eiusdẽ ordinis sunt, sed Indus Indo, (vt Comicè dicã) multũ interest. Barbarus Barbaro lõgè præstat. Barbaros aũt probati auctores eos esse definiũt, qui à rectâ ratione, & hominum communi cõsuetudine abhorrent. Vnde Barbarica ftolidităs, Barbarica feritas, Barbaricæ quoque opes, & opera apud nobiliores scriptores celebrari solẽt, quę & ab vsu hominũ ceterorũ valdè recedunt, & sapiẽtię, certèq; rationis uix quicquam habẽt. Hos autem omnes Noui Orbis Barbaros, inde Indos appellatos existimo, quod apud veteres remotissima regio, quę fines orbis terrarum claudere putaretur, India esset, quo Alexandrũ Macedonem, & Traianum Cęsarem penetrasse, & sacri, & profani scriptores, tanquam terminos terrę adierint, cum

Indi omnes dicuntur qui inueti nostra ętate fuerãt, alij tamen, alijs sunt meliores. *S. Thom. epi. ad Rom. c. 1. lect. 6. & 1. Cor. 9. lect. 2.* Indi cum appellentur populi recens inuenti. *1. Mach. 1.* E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00480

A cum, magna laude commemorant. Ex quorum imitatione nostri nomen ad nouas à se inuentas gentes deriuasse mihi videntur. Quanquam initio non Indi, sed Insulani, aut Antiliani, Occidentales barbari dicebantur. Cùm igitur horum Prouinciæ, nationes, genera plurima sint, tamen mihi diu rem diligenter peruestiganti, tres veluti classes esse barbarorum videntur, quę magnoperè inter se discrepent, ad quas ferè nationes hæ Indicæ redigi possint.

Prima classis Indorum, qui à rectâ ratione non recedunt. Cap. XVI.

PRima classis eorum est, qui à recta ratione, & consuetudine generis humani non ita multùm recedunt. Hi sunt potissimum, quibus & Respublica cõstans & leges publicæ, & Ciuitates muniræ, & magistratus insignis, & certa, atque B opulenta commercia sunt, & quod omnium caput est, literarum celebris vsus. Nusquam enim literarum, & librorum monumenta extant, quin eæ gentes humaniores, & maximè politicæ sint. In hoc genere primi videntur esse Sinenses, quorum ego characteres uidi Syriacis perfimiles, qui librorum copia, academiarum splendore, legum & Magistratuum auctoritate, publicorum operum magnificentia plurimum florere dicuntur. Secundum hos sunt Iaponenses, tum pleræque Indiæ Orientalis Prouinciæ, ad quas Asiatica, atque Europæa instituta olim peruenisse ego non dubito. Hæ gentes quamuis barbaræ re uera sint, & recta, & naturali lege plerisque in rebus diserepent, tamen ad salutem Euangelij non aliter ferè vocande sunt, quàm olim ab Apostolis Græci, & Romani, ceterique Asię, atque Europæ populi. Nam & potentia præstant, & nonnulla humana sapientia, atque à sua ipsi ratione potissimum, C Deo intus agente, vincendi sunt, & Euangelio subigendi, quos si per uim & potentiam Christo subijcere pergas, nihil aliud agas, quam vt à lege Christiana alienissimos reddas.

Sinenses Indorum præstantissimi.

Quomodo hi ad Christum cõuertendi.

Secunda classis Indorum, minus politorum. Cap. XVII.

IN secunda ego classe eos barbaros numero, qui quamuis neque literarum vsum norint, neque leges scriptas, neque philosophica, aut ciuilia studia habent tamen Magistratus suos certos, habent Rempublicam, habent frequentes, & certas sedes, vbi politam suam seruant, habent militiæ & Duces & Ordinem, & Religionis suæ celebritatem quandam. Denique ratione quadam humana reguntur. In hoc genere erant Mexicani, & Peruenses nostri, quorum imperia & Respubl. & leges, & D institutа merito admirari quiuis possit. Et quod incredibile penè videatur, literarum inopiam, tanta ingenij dexteritate suppleuere, vt & historias, & vitas, & leges, & quod est amplius, temporum cursus, & rationes numerorum ita teneant quibuslibet à se excogitatis signis, & monimentis, quos ipsi Quipos uocant, ut nostrorum literis suis plerumque eorum peritię cedant. Nescio equidem, an certiores Arithmeticos, cum quiduis est numerandum, aut partiendum, literę nostrę faciant, quàm hos signa illa sua. Memoriam uerò omnino est admirabile, quàm fidelem etiam rerum minutissimarum per Quipos suos diutissimè conseruent. Multum tamen etiam hi, & à recta ratione, & à consuetudine generis humani absunt. Hęc autem classis latè patet, & primum imperia continet, quale Ingarum fuit, deinde regna minora, & principatus, quales Caciqui plerique habent, tum Magistratus publicos ab ipsa Republica E creatos, quales Araucani, Tucapelenses, ceterique Chilenses ferè sunt. His omnibus illud commune est, ut oppidatim viuant, ac non palantes more ferarum, vt certum Iudicem, præfectumque habeant, & iura sua cuique seruentur. Sed quia morum, & rituum, & legum monstra tot, tantaque apud hosce sunt, & tanta in subditos seuiendi licentia, vt nisi potentia superiore, & auctoritate reganter, vix aut Euangelij lucem, aut homine ingenuo viram dignam accepturi uideantur, aut si semel acceperint, non facile in ea perseueraturi intelligatur, meritò his præfici qui inter tales ad uitam Christianam transierint, Christianos principes & Magistratus, cum res ipsa deposcit, cum Ecclesię auctoritas præcipit: sed ita tamen, ut facultatibus, fortunisque suis, & legibus non naturę, aut Euangelio contrarijs, uti liberè permittendi sint.

QUIPI certissimi Arithmetici.

Horum Indorum mores.

Christianis Magistratib⁹ hi opus habent.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00481

Tertia classis Indorum ferorum quos continet. Cap. XVIII. A

IAm verò tertia, atque extrema classis barbarorum, quos hominum nationes, quot huius noui orbis regiones teneat, dici non potest. In hac sunt homines syluestres, feris similes, vix quicquā humani sensus habentes, sine lege, sine rege, sine fœdere, sine certo magistratu, & Republica, sedes idem idem commutantes, aut ita fixas habentes, vt magis ferarum specus, aut pecudum caulas imitentur. Huc in primis pertinent, quicunque à nostris Carybes dicuntur, nihil aliud quàm sanguinolentiam exercentes, in hospites omnes sæui, qui humana carne vescuntur, nulla veste, vix ipsa virilia regentes. Hoc barbarorum genus Aristoteles attigit, cùm ferarum more capti, & per vim domari posse scripsit, quorum in nouo orbe sunt infiniti greges. Tales Chunchos, Chiriguanas, Moxos, Itcaycingas nobis vicinos nouimus, tales pleroſque B Brasilienses, tales Floridæ propemodum vniuersę populos narrat. Pertinent etiam ad hanc classem ij barbari, qui etsi atroces non sunt, neque tigrides aut panthery, tamen à pecudibus parum distant, nudi & ipsi, timidi, fœdissimę Veneri, aut etiam Adonidi, vulgo dediti. Quales esse ferunt, quos nostri Mosœas uocant, in nouo regno, quale Carthaginis, omnisque eius oræ promiscuum vulgus, & qui permagnos Paraguay fluuij maximi campos incolunt, tum etiam plurimę gentes, quæ infinitum utriusque Oceani medium tenent, nondum nobis satis explorataę, sed fama certę. In Orientali quoque India Insulares permulti eius generis esse uidentur, vt Maluquiani. Huc etiam spectat aliud barbarorum genus mansuetum, sed sensu valde exiguo, qui nonni hil superiores excellere videntur, quandam Reipub. imaginem prę se ferentes, sed C nugarum persimiles, & leges, & cultus gerentes: cuiusmodi esse feruntur, qui apud insulas Salomonias dictas innumerabiles habitāt, & maximè continēti herere dicūtur.

Aristot. 1. & 5. Polit.

Quomodo hi ad Christum adducendi. Cap. XIX.

HOs omnes homines, aut uix homines, humāna docere oportet, vt homines esse discant, tum puerorum more instituere, & fiquidem blanditijs sponte ad melioraducantur, benè. Sin minus, deserendi non sunt, sed si aduersus salutem suam proterantur, & in magistratus, medicosque suos insanient, per potentiam, & honestam vim quandam, ne Euangelium impediant, coercendi sunt, & in officio continendi, quos de syluis transferri ad vrbes, & humanam uitam, & quodammodo inuitos ad regnum introire compellere expedit. Neque enim de omnibus Indorum Gentibus eodem modo pronunciare oportet, nisi grauiter errare malimus. Neque verò, aut cupiditatem, & tyrannidem magistratum adhibere Euangelij, aut quod æquè noxium est, otiosam imperitorum quorundam philosophiam certæ, & exploratæ rerum ipsarum fidei, & experientiæ anteferre. Mihi cùm in has vastissimi orbis terrarum Gentes tot sæculis ante ignotas oculos conuerto, nihil aliud magis dicere libet, quàm illud: *Secundum altitudinem tuam multiplicasti situs hominum.* Verè enim altissimi, & nobis penitus inscrutabilis consilij fuit, vt tot Gentes multiplicaretur, quibus esset tamdiu salutis ignota via. Quas tamen nostro sæculo, quod alijs ge nerationibus non est agnitum, ad Euangelium vocare dignatur Dominus, *& concorporales facere, & compartícipes mysterij Christi:* idque eo ordine & modo, ita aliud agen tibus nostris hominibus, vt altitudinem diuini consilij humana mens penitus reformidet. Horum igitur omnium salutem procurandam, & sentimus, & dicimus Christo duce: ac pro nostra inopia aliquid afferre tentamus; quo ministri Euangelij iuuati queant. Et res quidem ipsa difficilis, noua, varia existit: vires autem nostræ perquam exiguæ. Qui autem docere dilucidè poterit, & quæ docuerit, animo persuadere, ille certè est Magister omnium, *idem Sapientię dux & sapientium emendator, in cuius manu sumus & nos, & sermones nostri.* Ipsi honor, & gloria, & nunc, & in diem æternitatis Amen.

Luc. 14.

Psal. 17. Consilij Diuini vis inscrutabilis vbi sit. Ephes. 3.

Sap. 7.

Gentium

A *Gentium in nouo orbe conuertendarum rationes variæ. Cap. XX.*

PRorsus Gentium vbique, ac præcipuè in nouo orbe iuuandarum non eadem fuit ratio: neque adeo vna hoc tempore sententia est. Viuinitio potius, quàm Euangelio est actum. Contra nunc Euangelio tantum, non armis, aut Magistratus auctoritate agendum esse quidam existimant. Cordatiores Euangelium, & Magistratus auctoritatem necessariam esse iudicant, rectè. Sed & interea non desunt, qui urgeant opus illud esse omnino deserendum. Reliqui si non deserendum, certè ab excipiendis Indorum confessionibus, & ab sacra ijs porrigenda Eucharistia esse abstinendum. Qui dicunt esse deserendum, asserunt tanti non esse vniuersum illum Occidentis, & Orientis tractum, vt transmittendis tot maribus, & linguæ illi difficili addiscendæ, ac concionando uita sit addicenda. Hæc quidem illi. Quæ omnia si æquo
B animo, atque attentè perpendantur, nemo non intelligit unius spiritus esse non posse, quæ non cohærent. Pleraque certè astum Satanę produnt, qui se in multiplices spiras torquet, vt bene currentium conatus, aut retardet, aut prorsus impediat: Diuinæ interea Sapientiæ uias reprobet, quasi negotium tam insigne, noui orbis ad Christianam fidem uocati, ex Deo non fuerit. Qua arte simul patrocinium Regum auertat; Christi regnum, quod inde augetur, imminuat; necessaria remedia remoueatur: Qui Christo dedere olim nomina, tanquam omni præsidio destitutos adducat in desperationem; eos, qui Christianam amplexi sunt fidem, seducat. dissensiones inter se culares Magistratus, atque Ecclesiasticos serat; Gentes licet deuictas, nondum tamè erga Christianos propensas, ad seditionè commoueat; Eos, qui nouissimè Christianæ se adiunxerunt Ecclesiæ, tanquam calamos quassatos conterat: Hæreticos iuuet, qui
C nimis, velis que; addo, & piraticam exercentes Catholicorum Sacerdotum Euangelium re Indias importantium sanguinem iam fuderunt, quem ex aliis sitirenon desinunt.

Contra eos, qui negantes sua iuri Indorum procuranda ea candum esse.

Horum igitur primò retundenda sunt tela, mox è CHRISTI penu promendum est, *qui fecit vtraque vnum*, quod iuuandis gentibus conducat. Ac quidem summi momenti est in qualibet re, præsertim autem in tanta, quanta est Orbis noui conuersio, ut noscatur Diuina uoluntas: Ratio, qua ipsa in rem conferatur: Sedulaque operi manuum admotio. Testantur autem plurima, factum infinita Dei clementia fuisse, vt fidem hoc sæculo Christianam Indi susciperent, vt prorsus de ipsius uoluntate nullus restet ambigendi locus: Id quod & de Medijs Diuinitus ad tam insigne opus promouendum, negandum non est. Porrò illa Dei sunt propria; quę in id fi-
D mul conueniunt. Verbi Diuini Prædicatio. Domini IESV notitia. Conuersio complurium populorum. Salus plurimarum animarum, infantium, virorum, mulierum, ægrororum, etiam qui diu lecto affixi, denique baptismo accepto ad Cælum illicò euolarunt. Quę omnia magno cum rerum variarum euentu, atque miraculis contigerunt. Licet enim idipsum alij peroptauerint, & adeò nos cupiamus; *Deus tamen* (inquit Apostolus) *nouit, qui sint sui: ac quos ab æterno nouit, illos prædestinauit; quos autem prædestinauit, hos item* non solum internis inspirationibus, verùm etiam clara CHRISTI Domini prædicatione *vocauit; & quos vocauit, conuertit, & sanctificauit*; atque ad illos vt audirent, & conuerterentur, misit Concionatores; atque vt hi eo proficiscerentur, eos ipse & reliquos impulit, à quibus denique missi, transuecti per maria, conseruati, & custoditi sunt. Inde igitur uniuersa huius conuersionis moles, & ratio ortum, progressumque cœpit, vt quicquid ex ea boni manauerit, id Di-
E uinitus factum sit; quicquid autem mali acciderit, insistimè id à Deo fuerit permissum quippe qui hominibus semel traditam libertatem adimere non vult.

Voluntate diuina factum esse vt Indi eò uenerentur.

Eph. 2.

2. Tim. 2. Rom. 8.

Conuersio Indorum opus Diuinum fuit. Cap. XXI.

OPus autem Diuinum fuit: quoniam hęc tanta res absque eius voluntate ac patrocinio nunquam fieri potuisset: Tot enim maria, atq; vniuersę Terrę ambitum obire, ac Sanctum eius nomen, & IESV CRISTI Domini fidem, in tam diuersas gentes, easque adeò barbaras, & efferas, atque indomitas inferre, vt in to Terrę spatio nullus sit locus, in quo Christi fama, & nomen non percrebruerit, certè non potuit non esse *digitus, ac dextera Dei, quæ tantam virtutem fecerit.*

Inter alios effectus difficultatis timenis fuperata. Exo. 3. Pfal. 117.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00483

Nauigatio lusitanorum & Hispanorum immensa.

Et verò notum est pluribus, à Lusitania per Terrariam, & alias Insulas SVR, A
per quæ longissimam Africæ, atque Asiæ oram vsque ad Regnum Sinarum: & à Castella per Canarias, & alias Septentrionales Insulas, arq; peringentes tractus PERVANOS, & notam Hispaniam, atque Philippinas, ac denique vsque ad SINAS Mundum fuisse peragratum; spatiumque interea fidei Christianæ semen, excitaraque plurium corda, vt conuertantur, præter eos, qui conuersi, ac conuertendi sunt, quos ab æterno prænouit Deus.

Media diuina fieri, quibus Indorum procurata est salus.

Hæc cum ita sint, rursus eorum opinio, qui quoniam huic rei efficiendæ media quædam humana Deus adhibuit, eam haud diuinitus obligisse suspicantur. Tanto enim admirabilior Diuina Prouidentia, & sapientia apparuit, quæ tam infirmis vsa sit mediis, cupiditate, lucro, curiositate, & ipsis hominum vitijs, vt tãtam rem suauius, secretius, pacatius, sine multis miraculis, aut prodigijs, ac quasi sine sensu, quod ferè facit, B
promouerer. Quamquam enim compluranse dena leucarum millia itineris, quina per Orientem, totidem per Occasum sola ipsa videatur humana cupiditas, certissimũ tamen est, in hoc inprimis Diuinam concurrisse voluntatem, quæ Summo Pontifici desiderium, Regibus Zelum, Religiosis solicitudinem, & labores, permultis probis, ac pijs charitatem indidit, vt gentes, quæ longissimè aberant, fierent proximæ. Quam ob rem dum alijs maria cupiditas æquabat, vt aurum consequerentur, eadem inseruiebat Deo, ac seruis suis, vt ipsamet illa maria traijcerent ad animas CHRISTO lucrandas. Quibus enim medijs homines sua negotia agunt, ijsdem nec cogitantes excolunt Diuinum agrum, & findunt Terram, ex qua cælestis hortici feges Deo semper ferente, & operante maturescat ad frugem.

C

Non esse deserendum opus, quod improbi viuant inter bonos. Cap. XXII.

Nec verò recte faciunt, qui vt Diuinum hoc improbem opus, mala, quæ inter Indos committuntur, obseruant, bona non item. Verenur enim esse adhuc complures impios, & idololatras. At si propterea opus Dei negandum sit, Ecquis antè inter Christianos vim vllam Diuinam agnoscere, inter quos viuunt tot peccatores, Hæretici multi, plurimi vitiosissimi, incredulæ innumeræ? Sanè, quorum mens in Diuinæ Sapientiæ vias acutius inspicit, flores inter spinas, triticum intra paleas, aurum sub terra dignoscens, Diuinam eo magis bonitatem commendat, quo magis ille tectam, & latentem mentur apud nos fidem, plectatem Regum, & Principum, disciplinam Antistitum, virtutem bonorum Christianorum, vim frequentem Sanctorum Sacramentorum, Diuini Verbi prædicationem, studia scientiarum, lucem atque notitiam Dei, hoc est, totius boni. Ceterùm improbi iuuandi sunt; Nec reprobandus hortus, qui totus non sit flores; nec palea abijcienda, quæ tota non sit triticũ; nec vniuersa Terra exaltmanda est inutilis, quæ vniuersa non sit aurum. Quin & hinc tantò maior de misericordia Dei concipienda spes est, quod inter Gentes adeò barbaras tantam fidem plantauerit, fodinas (vt ita dicam) tot animarum aperuerit, Ecclesiam tot Archiepiscopis, Episcopis, Clericis, Religiosorum Ordinibus munitam excitauerit, tot item parecias, doctrinam Christianam, Sacramenta, Scholas, Academias, tot Principes Viros ibidem constituerit.

D

Sed & valide se istorum argumentis oppositi, qui recordetur mandantem Dominum IESVM Apostolis, vt vniuersum peragrarent Mundum, vt omnes docerent Gentes: ac Propheras prædicentes artenuationem cunctorum Deorum terræ; atque Aethiopiæ interfectionem gladio Domini, quod est Verbum Dei: & futuram omnibus Gentium Insulis ueram Dei adorationem, quæ dicturæ essent laudem Domino: Ac linteum eiurienti Petro oblatum, ne videlicet, putaret immundum, quod DEVS sanctificauit. *Quæ cum ita sint, non est* (inquit Iosephus Acosta) *Christiani pectoris, sed à CHRISTI Spiritu alienissimi, homines inde aucare, & à negocio gerendo dehortari: cum difficultates omnes quantascunque sint, Dei præcepto, & gratia superiores esse non posse, fructusque animarum, vt parcissimè succedat in tam infinita multitudine, non posse non esse copiosos, & multo maximamerites apud DEVM.*

E

a Mar. 16. Luc. 24. Act. 1. 2. Matth. 28. Aduer. 2. b Sophon. 2. Esaiæ 42. & 60.

c Act. 12. Rom. 1. Cassi. Isiodo. Acosta ish de procur. Indarum salute lib. 5. c. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. lib. 6. vbi agit de necessitate confessionis: & vt & consulat de Ecclesia persequendas. 3 & seq.

Difficul-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start?image=00484

Difficultas linguarum superanda. Cap. XXIII.

IDem dicendum est aduersus eos, qui cæteris difficultatibus linguarum, ineptitudine barbaroriem, & si qua sunt alia incommoda, æque pericula deterrentur. Quod quoniam aperè persecutus est idem Acosta ipsiusmet libris de procuranda Indorum salute, propterea rogo, vt qui esse vocati ad sanctam illam martium trahctionē senserint animarum, vt Deo Indos vocanti cooperentur, eum attentè verlent, ac perlegant: Septimum præcipuè caput libri primi. Quomodo Indorum ingenia tractanda sunt, vt Christo lucrifiant: Octauo enim satis aperte indicat, Barbarorum ineptitudinem non tam à natura, quàm ab educatione, & consuetudine proficisci.

Non desperanda humana præsidia. Cap. XXIIII.

VErumtamen quoniam non desunt, qui specie perfectioris boni cogitent nil aliud esse curandum ijs, qui ad Indias pro Euangelio nauigant, & adeò reliquis, qui Christiani sunt, quàm vt illhuc *tuto vehio, & però proficiscantur*; vni Deo absque aliis præsidijs innixi; certe, non omnibus omnibus in locis ita pensanda res est: Qui secundo addendum. Non solùm destrui finem, cùm media tolluntur; sed humana quædam pro diuersis Mundi quasi æratibus requiri. Potuisse quidem illud ab Apostolis præstari, quibus varia charismata, linguarum donum, & peculiaris à Deo concessa facultas fuerat, donec grandescerent, quæ planrabarut, Ecclesia. *At irrigata fuisset* (inquit Gregorius Magnus) *vbi arbor egit radices*. Et *quod non valet sacerdos efficere per doctrinam sermonem* (ait Isidorus) *tam possitas hoc debet implere per disciplinæ terrorem*. Sanè verò plurimis, qui sub Regum patrocinio, atque inprimis à Sede Apostolica ad Indias transmiserunt, si naueleti, naues, remiges, milites, commeatus, vectes, libri, portus, domicilia defuissent, ecquid inter illas truces gentes sine miraculorum, & linguarum dono efficere potuissent? aut quomodo sine Magistratu, præsidijsque vllis istuc fuissent? Et verò qui absque his medijs, *specie quidem zeli, sed non integra forsasse scientia impulsi*, in easdem gentes aliquando procurrerunt, paucissimi fuę, qui aut ne infecta, aut omnino non redierint, aut non perseuerauerint, aut denique nullum fructum non sint in Florida, in noua Hispania, in Brasilia, in Peruano tractu, in Philippinis, in Malucis, in Macano, Malaca, & in reliqua India. At contra reliqui Diuinum negotium bene gessere, qui priſtinam viam ingressi sunt, in eadem Florida, Chichimecis, California, noua Mexico, multis tractibus Peru, Brasiliæ, in plurimis item Insulis Archipelagi Philippinarum, Babuyanæ, Lequijs, China, Cochinchina, Camboya, Giamo, Iauâ, Butneyo, & plerisque alijs Insulis. Hucverò faciunt, quæ idem Iosephus Acosta octauo, & nono capite, ac sequentibus secundi libri de procuranda Indorum salute, magno cum iudicio, ac pietate pertractat, veterem, & exactam, euangelizandi rationem ostendens non posse seruari exactè inter Barbaros; docens item, cur miracula in conuersione gentium non fiant nunc, vt olim à Christianis Prædicatoribus.

Videe tab. & 9 in 2. Sept. Aceſta.

Rom. 10.

Qui è Indijs nullum fructum fecerunt, & qui maximum.

Auctores commodè iuuandis Indis. Cap. XXV.

PRo tot gentes docendas, atque ad Christianam Religionem ab earum calumnijs, vindicandam, scripsere Græce, Latinè, ac patria lingua plerique, è quib. alij quos attigisse sat fuerit, tum quod idololatria in multis nationibus concidit, quæ cumctis non indigent argumentis, quæ olim aduersus eas afferebantur: tum quoniam Euangelij luce dispulsæ sunt crassiores illæ tenebræ, quibus earum corda obscurabantur.

Pro Christiana Religione contra gentes plerique scripserunt. Hoc Tatiani opus adhuc videtur extare. Nam in libro, qui dicitur Orthodoxographa adnunciatur in ajijs Auctorib. qui tamen non ex legitimi hûtur.

Et egregiè quidem opus contra Gentes scripserat olim Tatianus, nisi quòd meritò gratiam perdidit, cùm post Præceptoris sui Iustini Martyris obitū nouam cōdidit hæresim. Quare & iudicio Diuino fortè factum est, vt integer eius labor interierit. Scripsere item Iustinus idem Martyr, Clemens Alexandrinus, Eusebius, cuius operum hæc de re Methodum secundo libro breuissimè inseruimus, Theodoretus de affectione Græcarum affectionum, Apollinarius Laodicenus, ac quotquot è Græcis, vel Diuinâ Scriptu-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00485

Scripturam sunt interpretati, vel orationes habuerunt aduersus Iudæos, & Gentes, vbi sese dabat occasio. Quales fuerunt inter alios Io. Chrysostomus, & Cyrillus Alexandrinus. Ex Africanis autem potissimum Tertullianus suo Apologetico, Augustinus opere de Ciuitate Dei nunquam satis laudato, & Arnobius, & alij. A

Extra Africam verò ij, quos supra memoraimus, nitidiore stylo; sed alij accuratiore, ac Scholastico examine: quemadmodum inter omnes Sanctus Thomas Aquinas, eo præsertim opere, quod scripturam aduersus Gentes interpretatus est magna cum laude Francisco Sylueftrius Ferrariensis. Et verò hic eius Interpres Clementi VII. Pont. Max. testatus est ingenuè, se nunquam, vel Schedulam à B. Thoma neglectam legisse, *quæ illum in eius admirationem non traxerit: aut nunquam B.T. hominem euoluisse, quin abierit doctior, vel eius amantior. In libris tamen istis, quos aduersus Gentium errores inscripsit, scepsum* (inquit Sylueftrius) *B.T. thomas visus est superasse: neque enim Christianæ Reipub.* (subdit) *aut nostræ fidei, aut humanæ, Diuinæq; Philosophiæ splendidius, inolentius, vtilius ve aliquid afferri potest.* Accedunt ad B. Thomam, quæ Guilielmus Parisiensis, tum in reliquis libris, tum præcipuè in primo de fide, ac legibus sapienter disserit. Ex his autem Ecclesiæ luminibus, qui vim illam rationum hausérit, vix dici potest, quàm armatus procedet *ad prædicandum prælia Domini*, quæ potissimum in eo consistunt, vt animi Deo vocati cedant, seque in Patris clementissimi manus dent integrè. 1567. Editio melior prodiit Lugduni ad insignia Salamandræ. Laus libri V. Tho aduersi. Gentes. Guilielmus Parisiensis. Quid sit præliari Domini. B

Sed quoniam in Scholasticis intelligendis, altior est pureus, quàm vt inde omnes hauriant: Ad omnium autem captum visi sunt ista scripsisse hoc sæculo, qui patria lingua suos hac de re labores edidere, idcirco sciant rudiores, vberem sese fructum percepturos ex ijs, quos diximus, Ludouico Granata, & Io. Auila: quorum ille in Introductione sua in Symbolum, hic verò suis spiritualibus epistolis de Euidentia credibilitatis fidei (vt loquar cum Scholis) apposititissimè egerunt. Vt certè valdè essent ex mendandi, qui eam susciperent curam, vt ex illorum operibus, hi duo libelli exempti euderentur, atque ijs qui in Gentes, atque ad Iudos commeant, subinde, cùm soluunt è littore, traderentur. 1. Reg. 18. & 31. Psal. 4. Ludouicus Granata. Io. Auila. C

Ipsum enim aut itineris, aut nauigationis otium ingentem ansam præberet ea legendi, quibus sese præmunirent, ac ceteros in fide statuerent, vel ad fidem Ethnicos, Deo inspirante, allicerent.

Extat vita B. Ludouici Beltrami à Vincentio Iustiniano Antistio Hispanicè scripta, in qua de eius inter Occidentales Indos commoratione per aliquot annos agit, septimo, octauo, & nono capitibus, quæ expedit attentè legere, quemadmodum ità B. Francisci Xauerij nostri itam, quam præter Maffæum, & alios, Horatius Torsellinus Societatis nostræ Latinè conscripsit. B. Ludouici Beltrami vita qualis. D

Iam verò è litteris Indicis, quas nostri ex India persæpe scriptas Typographi Itali cè, Hispanicè, Gallicè, Latinè ediderunt, obuia sit passim, & Christianæ Religionis inter Indos defensio, & eius vberius propagandæ ratio, quam certè eximiè licet intueri in vita Francisci Xauerij, ab Horatio Turcellino conscripta, qui penè primus uexillum Christianæ fidei intulit ad Iaponios, & ad reliquum illum Orientis tractum. At Iosephus Acosta noster, cum duplici Opere, Altero de Natura noui Orbis: Altero de procuranda Indorum salute: Latinè quidem antea, deinceps autem Hispanicè auctius egisset, tutam viam ijs muniuit, qui posthac ad Indos (præsertim Occidentales) mittétur à Deo. Nam quod pertinet ad Orientales, ipse Goenses, atque Iaponiæ, & Sinenses epistolæ materiam suppeditant vberem, eiusdem negotij rectè procurandi: Nisi quod, qui hactenus de Sinarum regno libri circumlati sunt, ac typis expressi, non adeò naturam illius, ceteraq; continent, quin plenius, & integrius (quare & verius) de quibusdam egerit Alphonsus Sancius Societatis nostræ, qui cum aliquot annos in Philippinis Insulis fuisset, ac bis ad Sinas nauigasset, ad extremum ab ea gente, Episcopo, & Regijs Præfectis ad Catholicum Regem Philippum, denique ad Pont. Max. allegatus, omnia nobis voce, scriptisque hic Romæ, vbi hæc scribimus, reliquit. Sed de Sinensibus pleniſſimè Michael Rogerius Italus, & ipse è nostris, qui cùm decennium prima Euangelij cum socijs eo in Regno fundamenta iecisset, saluus ad nos rediens pleraq; omnia Epistolæ Indicæ & libri Acosta legendi. De Sinensibus qui uberius scripserint. E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00486

A omnia mihi communicauit, quæ partim sequenti capite, partim alibi, Deo aspirante, copiosius attingam. Id vnum addo, quando in Asia, quæ Gentes Scythiam, atque alias Prouincias incolunt, eæ linguam Arabicam vel norunt, vel discunt, eodem quidimmate libros habent manuscriptos, & re futurum, si qui ad eos traijcerent, libros Romæ in magni Ethruriæ Ducis Typographia, quæ linguarum dicitur, tam eleganter Arabicè editos secum afferret. Qui verò hactenus sunt absoluti, hi sunt. Nempè, quattuor Euangelistæ Arabico omnes idiomate; ijdem deinde eum Latina interpretatione interlineati. Duæ Grammaticæ; Altera quam Caffiam vocant, Altera quam Garromiã. Liber Geographiæ Euclides. Quinque libri Auicennæ Canonum Medicinæ: Eiusdẽ Logica, Philosophia naturalis, & Metaphysica. Tam verò paratur editio Actorum Apostolicorum: Epistolarum Apostoli Pauli, aliquæ aliæ Grammaticæ, ac Dictionaria: plures alij libri Medicinæ. Grammatica item, ac Dictionarium idiomate Persico B cum Latina Interpretatione. Quattuor Euãgelistæ, ac libri alij Persæ autem libentius audiunt homines de Christiana Religione loquentes, & antiquum in pluribus vocib. Latinis obtinent, quippe quorum maiores antiquitus fuerint Christiani, atque adeò Martyria pro side Christi insignia subierint.

Libri Arabicè editi i Arabica typographia magni Ducis.

Libri Persico idiomate cõscripti.

Sinenses quomodo iuuandi, de illis historia, Cap. XXVI.

AD Sinenses quod pertinet, quando hactenus incertior eorum apud nos historia fuit, hæc dici nunc possunt, rem quidem totam propriis Commentarijs egere, quæ Deo iuuante enitentur in lucem, at interim eam percipi posse ex adiuncta (sed breuissima & vera) Regni Sinarum narratione: E libris, quos de virtutibus moralibus ante aliquot sæcula gentes illæ retinent. Ex Catechismo, quem in linguam Sinensem verti, & in eo Regno edi curauit, quemadmodum & plures annos est edoctus, Michael Rogerius Societatis nostræ, à quo hæc accepimus. C

De Sinensib.

Sinarum igitur Regio fœcundissima est, atque amplissima, vltima terrarum Asiæ ab Oriente, & à Meridie alluitur Oceano, quem Sericum vel eorum prisci dixere, ab Occidente Indiam vicinitem attingit, à Septentrione autem cingitur Massagetarũ, Scythar ũque limitibus, qui quidem Scythæ cum efferatissimi sint, identidem Sinas bellis infestant, licet certo quodam temporis spatio inter se aliquando fœdera pacisca tur, quam ob caussam Sinenses suis in limitibus ducentarum leucarum longitudine murum munitissimum struxerunt, qui eam Regionis partem tuatur. Tota Regio in quindecim diuiditur Prouincias, quarum singulæ quæuis eam mediocri Regno conferri possunt, inter quas duæ præcipuę (Pacquinum alteram, alteram Nanquinum in eobæ dixere) Regiæ uocantur, in altera, scilicet Paequino, quæ ad Scythas vergit, Rex suo comitatu maxime diuertatur. Hisce duabus Regijs aliæ omnes Prouinciæ subiectæ sunt. Vrbes præcipuę magnitudinis, quæ vocantur FV, hoc in Regno numerant centum quinquaginta quinque, paulò minores quæ dicuntur CEV ducentæ triginta quinque. Villæ autem (ut ait Villarum Hispanicarum) quæ vocantur HYEN, mille centum quinquaginta quattuor, reliqua autem parua loca innumerabilia penè sunt, in fluminibus tamen, quibus circumflua est tota Regio, mobiles habere domos obtemperant. Regio quia magna ex parte intra temperatæ plagæ limites continetur, cælo est satiberrimo, & puritoris auræ dulcedine perfruitur, ea fertilitate, vt ingenti prouentu diuersi generis (præsertim arocis) copiam frugum gleba fundat. Hinc hortorum innumerabilis multitudo, tam arte, quam natura amœnissimorum; fluminą, quæ magnas quoque patiuntur cymbas viridissimo riparum vestitu passim labuntur, magnam præterea volucrum vim, & ferarum ad aucupium, & venarum, paludes, luci, saltusque supeditant, metalla auri, argenti, & ferri gignit tellus feracissima: odores, aromata, gemmæ, margaritæ præcipuæ nobilitatis, vasa fictilia, pecudes pelles, mollissimaq; serici fila, præter ingenium à natura pretium, vix vllum in huiusmodi æstimatione propter abundantiam habent; vt huic genti, quia hactenus negatus est paradisus (dicas datum esse terrestrem) nihil aliud de ac delitias quidem requirant. Incolæ (vt aliqua iam de

Sinarum descriptio verissima.

Sinarum ingens multitudo cur tanta.

Regionis vbertas.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00487

Magistratus qualis habeat.

de moribus attingamus)iustitiam in primis colunt, maiores Magistratus non ex indi- A
genis leguntur,quo magis inter ignotos odio,& amore vacui,rectam in administrando rationem sequuntur: non commendatione nobilitatis ad honores euehuntur, neque per ambitionem, aut corruptelas, fed dato fui in imis documento, gradatim ad maiora conscendunt; Magistratus,Præfecturasque non tam honoris,quàm oneris,nec tam beneficij, quàm laboris loco Rex tribuit; seruosque omnes,& assecias sua alit impensa,vt quot domesticos,totidem habeat non assentatores,sed vitæ arbitros, actionumque censores. Ex aperto administrãtur omnia,solitudines,& secreta colloquia, arcanique susurri verantur,quò minus fugitijs,& fraudibus,quæ lucem oderunt, aditus sit. Regij redditus pene incredibiles: infinita quadam tenentur argenti cupidita-

Argentum auro Sinenses præferũt.

te,quod auro præferunt, & tum indidem effossum, tum illatum auidissimè accumu- B
lant: in cultum corporis præcipua est capillamenti cura:nam crines exquisitè pexos, in verticem coactos illaqueant,& oblongum ex argento clauum in laqueum insertũt: neque omnes eodem modo crines componunt: Cœlibes comam à fronte discriminant,Mariti confundunt. Ceterum Primarij,quique militiam exercent serico versicolore,inopes,infimique bombice tegunt corpora: fagis vtuntur media fui parte crispis,ac rugosis; fusæ,& explicatæ,laciniæ sunt:accedit talaris tunica, quam qui è Re-

Cultus corporis qualis.

gia stirpe sunt,aut supremo aliquo Magistratu funguntur circa baltheum maximè,ce teri lumbo tenus acu pingũt,eaput operiunt præcelso pileo è subtilibus virgulis atro filo contextis:salutandi ritus inter plebeios eiusmodi, ieuam in pugnum constrictam dexterq; tegunt,ambas deinde ipsius admouent pectori, simulque accommodato ad gestum sermone amico blanditur,ac benè precantur: At Primores brachijs arcuatim extensis,ac digitis vtriusque manus implicitis identidẽ ac ad terram vsque submittunt, verbisq. humanitate plenissimis certant, vter posterior alterius honoris caussa quiescat; sellis mulieres,& hædis, & ychiculis viri feruntur: illarum sellæ prætensis ex omni parte velis, occultæ speculationis caussa reticularas habent ex ebore fenestellas ad latera,horum vehicula partim equis iunctæ sunt,partim hominum humeris deportantur:non sine magna voluptate rusticanturaucupio,venatui,piscationi multum

Piscandi ratio.

inuigilant:illa inprimis pisces capiendi iucunda ratio.prægrandes,ac domesticos eius modi prædæ cornus affluctos habent,horum colla nodo ita laxo constringunt, vt nequaquam intercluſa respiratione cibos tamen transmittere,ac deglutire non valeant: ita è cimbis demissis admirabili solertia sese in aquas immergunt,pisciculos ore conceptos,maiores autem rostro apprehensos fideliter in cymbam vnde abiere identidem referunt,quoad solutis faucibus ipsi quoque ad satietatem pascantur. D

Animos Sinenſis quomodo excolant.

Quod ad animum attinet, præcipuas eius partes duas,intelligentiam,atque voluntatem ita excolunt,vt si solùm naturæ lumen inspicias, nihil habeas, quod quasi desideres: nam cùm variæ sint pro rerum varietate facultates,omnes in penè artes toto pectore peruestigandas incumbunt. Poetæ inter illos plurimi, & egregij nascuntur, ex quo illorum ingenij præstantia cognoscitur, præcrim cùm illorum carmina non certo tantùm podum numero, sicut Latina,sed quadam etiam, sicut Italica, sint necessitate rychmorum astrictæ in eloquentia plurimùm elaborant,& frequentes habent de religione,de Reipublicę administratione, & de virtutis laudibus conciones; Geometriam,& Arithmeticam optimè callent; Physicam tamen vix attingũt; Astrologiam penitus amplectuntur,vt humana contemnere, cælestia appetere videantur, E
cùm tamen miseri ad inferos ruant: reliquis etiam artibus incredibilem vim declarãt ingenij,& industriæ quam licet summam habeant,multùm tamen ab huius potentię distant perfectione;quippe cũ ex Sancti Augustini sententia,*vera cognitio vtam intelectui aperiat, infidelitas claudat*. Voluntatem non habent illam quidem perfectam (qui enim fieri potest,cùm humi depressi optimum rerum omnium Iesum Christum non amentẽ?) ita tamen informant,ut quo fidei destituta præsidio peruenire natura possit, peruenisse videatur. Cuiusdam autem uoluminis de moribus,quorum plurima habẽt (in hoc enim ferè toti uersantur)hoc est initium.

Liber

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00488

Liber Sinensium de moribus initium. Cap. XXVII.

HVmanæ institutionis ratio posita est in lumine naturæ cognoscendo, & sequendo, in aliorum hominum conformatione, & in suscepta probitate retinenda. Quando autem competentum fuerit vbi sistendum est, tunc homo consistit, confisus quæ sit, quietus, securus est, securus potest ratiocinari, & diiudicare, demum potest fieri voti compos.

Res habent ordinem, vt aliæ antecedant, aliæ sequantur. qui scit hunc ordinem tenere, non procul abest à ratione, quam natura præscribit.

Principio qui voluerunt naturæ lumen, animis hominum ad mundi perfectionem concessum, inter mortalitatis huius tenebras dispicere, prius Regnum constituerunt; qui autem
B *Regnum optimis voluerunt institutis, & legibus temperare, domum suam recte administrarunt, Domum suam recte administrare qui voluerunt, semetipsos ex rationis præcepto formarunt: Qui vitam suam penitus cum ratione consentire cupiuerunt, eius, quod intimum esset, cordis scilicet, & mentis statum summo studio direxerunt: Qui cor quæsiuerunt ab omni labe fuisse alienum, eius cupiditatem, & studium aliquod, vel amplectendi, vel fugiendi ordinarunt; hoc verò vt præstarent, cuiusque rei caussas, & naturas noscere studuerunt.*

Præclara gradatio.

Sic illi eo in Volumine de moribus. Quinque autem virtutes ponunt, quas perpetuas vocant, de quibus ferè totis suis illis voluminibus fusissimè, & subtilissimè disputant. Primam, Amorem, quem vniuersalem dicunt, hoc est, qui ad vniuersos, vel inimicos, & hostes deriuetur; qua virtute inducti Rogerium è nostris, quem diximus, qui paulò antè fuerat expulsus, reuocatum amantissimè susceperunt; tum Beneficiorum memo
C riam, & grati animi declarationem; necesse, enim videtur esse, vt beneficiorum sint memores, cùm immemores sint iniuriarum: tum etiam sunt vrbanitatis studiosissimi, cum qua singularem sociant Prudentiam, quàm ita exercent, vt per mille, & eò amplius annos, rerum pretium, neque auctum, neque imminutum sit, nihil de imperio de tractum, denique huic etiam comitem penè necessariam Veritatem, & simplicitatè adduxt, scilicet, ne Prudentia sola in astutiam vergat, quæ virtutes, maximè sunt præparationes ad Christianam Religionem excipiendam, & quasi præcultiones quædam, & subactiones Terræ, vt semen Diuini Verbi facilius exceptum, felicius effundat; nam verè si inspicere velimus, quæcunque possunt quempiam in Christianam Religionem inflectere, omnia summa Sinenses habent: nam ijs, quæ diximus, diligens accedit re-
D pressio, & moderatio cupiditatum, ex quo fiet, ut pacato animo, atque tranquillo ve ritatem facilè agnoscant, agnitamque amplectantur; vt illud Platonis, qui pro foribus Academiæ scriptum apposuerat, *nemo huc accedat, nisi Geometra*, hoc est qui omnia, & præsertim corporis sui terrestres, & humanos motus rationis regula metiatur, optimè ad hoc transferri possit, vt scilicet ad Christi Academiam admittantur, hac quasi cultura præcuti. Huc accedit naturalis ipsa Sinensium docilitas, atque facilitas, quod si, vt Poeta canit; *Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit, si modo cultura patientem accommodet aurem*; multo magis gens non efferato, sed facili ingenio excolitur, præsertim si cultorum præstantia adhibeatur. Adde, quòd nescio qua animi inductione, vix vllo in honore suos habent Sacerdotes (si sacerdotes dicendi sint) nec admodum patrijs sunt dediti superstitionibus, an quòd inanes esse deprehenderint, an vsi iam con
E firmato, non dixerim facilè: Certè cùm hoc sit, non erit difficile, eos ab illa Secta auel lere, cui non ita tenaciter inhæreant; Quod manifestissimè apparuit superioribus annis, dum Patres nostri per decennium commorati, numquam mutis illis Deorum simulacris signum aliquod veneritionis ostenderint, immò verò nonnulla ex Idolis destruxerunt, & noua templa ad veri, atque immortalis Dei gloriam cum Prætorum licentia erexere; nec propterea aliquam iniuriam, aut offensam ab Ethnicis acceperùt; Ergò à religione non abhorrent, neque suis sunt superstitionibus addicti, suos enim contemnunt Deos, quippe quos præter externam speciem, & ligni materiam, vident habere nihil: intelligunt autem perspicacissimo viri ingenio, illam animorum in mutà animantia transmigrationem absurdam esse. Deinde cum Pseudosacerdotes illi, neminem consequi posse beatitudinem dicunt, nisi perpetuo flexis ante Idola genibus degat,

Virtutes quas maximè Sinenses colunt.

Platon. dicit idem de Academia scripsisse Laertius explicatur.

Horat. epist. 1. lib. 1.

Sinenses nō sunt suis nimium addicti superstitionibus.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00489

Sinensium Sacerdotum vanitas.

degat, & quasdam precatiunculas, certo numero, & conceptis verbis effundat, hanc necessitatem à nulla vera religione imponi posse apertissimè vident. Quin etiam cũ in historijs antiquos illos suos Patres longè se castiores, honestioresque fuisse compe riunt, qui hæc Idolorum monstra non nouerant, sic ratiocinantur; *unde hæc tantamorũ diuersitas? si hi Dij essent, ad omnem nos virtutem incitarent.* Sunt etiam LVII. sacerdotum genus, qui quamuis inanissimam ipsi suspicionem inducant, Idolorum tamen multitudinem acerrimè impugnant. Hæc dixerim, ne quis eos animo puret esse à religione aliena, sed eò magis ad Christianam propẽsos esse intelligat, quo à sua tam alie niores. Iam verò maximam rei gerendæ facilitatem Regni totius administratio, statusq. suppeditabit, quippe, cùm perpetua pace fruantur, nõ erunt armorum strepitus, qui rem perturbent, aut remorentur, quod maximum est in Iapone impedimentum. Ac cùm ab vno Rege ita pendeant, vt quicquid ille probauerit, probent omnes, & amplectantur, videtur res in vno tota consistere.

Sinenses facile ad fidẽ Christianã Deo tollẽte conuertentur.

A

B

Catechismi Sinensium capita. Cap. XXVIII.

SEquitur Catechismus, quem idem Rogerius Superiorum permissu edidit characteribus Sinensibus, hoc est notis, & figuris, quibus in scribendo utuntur, excutum, quem iam plerique in eo Regno liberè legebant. Rationem in eo conscribendo habuit ille earum rerum, quæ folitæ sunt à Sinensibus interrogari. Itaque hæc capita continet

1. Ostenditur esse vnum Deum.
2. De Diuinis Virtutibus.
3. Declarantur hominum errores circa Dei cognitionem.
4. Agitur de ijs, quæ pertinent ad Deum omnium Creatorem, & dissertim de rerũ creatione.
5. Agitur de euentu Angelorum, & primorum parentum.
6. Ostenditur animum humanum esse immortalem.
7. Agitur de ijs, quæ pertinet ad Deum Legislatorem, & quoties lex Diuina fuerit promulgata.
8. Prosequitur Sacerdos tertiæ legis Diuinæ promulgationem, & Deum assumpsisse naturam humanam exponit.
9. De articulis Fidei.
10. De decem Christianæ Legis mandatis.
11. De Consilijs à Christo propositis.
12. Differitur de Sacramentis, & præcipuè de Baptismo.
13. Agitur de Deo quatenus remunerator est.

C

D

Is autem Catechismus Deo dante Latinus edetur. Interea verò, ne auidos moret lectores, hæc pauca habeant.

Christi incarnatio & passio vnen fes multum delectant.

Iuuantur Sinenses potissimùm doctrina remedij tanti, quantùm fuit Christi Domini nostri Incarnatio, & Passio. Nam cùm vnum finem administrandi rectè Rempubli cam sibi proposuerint, intelligunt verò perturbationib. animi fieri, vt eum consequi nequeant, curentq. enixè, vt adolescentes, dum literarum studijs operam dant, peccatorum occasiones declinent, victoriam tamen illam non consequuntur, quòd frustra sine Diuina gratia laborent, licet minus inhabiles fiant.

Propterea item summopere iuuantur, si hæc doceantur, quæ sequuntur.

E

Fuisse Incarnationis, & Passionis Dominicæ remedium præsentius, præstantius, & Diuinæ gloriæ conuenientius.

Fide Guilielmum Parisi. Cur Deus homo.

Non fuisse rem vilem, quòd Deus humanitatem nostram assumpserit, cùm eam ornasset tot gratijs vnionis personalis, & vniuersalis capitis, vna cum gratijs alijs gratis datis, linguarum, miraculorum, Prophetiarum, & aliarum virtutum, & donorum supernaturalium: his enim omnibus vilitas humanitatis nostræ ab humanitate Christi sublata est.

1. Cor. 1. Mors Christi quare nõ ignominiosa, sed gloriosissima.

Mortem crucis, etsi *fuit gentibus stultitia, & Iudeis scandalum* mysterium tantum ignorantibus, honorificentissimam tamen coram æterno Patre fuisse. In cruciatibus enim,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/startatti.htm?image=00490

A enim, & morte, non propter pœnam malus quisque est iudicandus, sed causa spectanda est: hæc verò causa si iusta sit, & ob publicum bonum, quanto acerbior sit, atq; ignominiæ plenior, tanto gloriosiorem existere in patiente fine propria causa. Id quod maximè suspiciunt Sinenses, cùm glorientur & ipsi si innocenter, atque ob Rempubli cam patiantur.

Sinensium propensio erga Diuinam legem. Cap. XXIX.

SEd & mirificè erga Decalogum afficiuntur. Erat in Prouincia eius Regni, quæ dicitur QVANSI, Prorex in publico confessu. Aderant plerique Ciuitatum Præfecti. Is cùm, ceteris audientibus, Decalogi præcepta legisset, grauissimè locutus. *Hæc* inquit, *Lex Diuina est. Nam si ab aliquo Rege condita fuisset, ea tantum ipsius Regno esset vtilis. At hæc vniuersalis est, atque omnibus quadrat.* Quin Sinenses sibi persuasere, leges omnes, quæ ab hominibus scriptæ sunt, errare, ac proinde salutem afferre non posse. Idque ipsum credunt de sua ipsorum lege, quam à Sciechia accepere, quem XACAM vocant Iaponij.

B

Immortalem esse animum: hæc enim veritate imbuti, facilius reliquas veritates imbibunt.

Ac publicè quidem eos baptizari prohibet nemo. Verùm summa deinde adhibenda cautio est, ne plures simul conueniant ad Ecclesiam. Alternatim igitur sat est, si de cem, quindecimve accesserint, nequid videlicet Præfecti suspicentur. Cùm autem mulieribus nunquam domo egredi liceat, nulla ratione id modò cum ijs præstandum est. Quin ea cura relinquenda parentibus, & maritis, ut illas domi & Catechismum doceant, & baptizent.

Baptismus viris tantum non fœminis conferri potest.

C

Externas ceremonias admirantur, quæ quanto decentius fiunt, tanto ædificantur magis.

Pecuniæ, rerumq. mundanarum auidissimi, ex earum contemptu, quem vident in Christianis sacerdotib. rapiuntur in admirationem. Huic contemptui si addatur gratietas quædam humana, & auctoritas, omnia facilius Deo adiuuante persuadebuntur.

Pijs operibus, visitatione ægrotorum, eleemosynis, & ieiunio permonentur. Extat in eorum libris caput, quo abstinentia, atque ieiunium ad castitatem, ac puritatem seruandam docenè efficax esse, atque conueniens sacerdotibus suis remedium.

Qui eorum conuersionem sataguntur, non ostendant peritos esse se, aut regionum, aut climatum &c. facile enim suspicantur inde aliquid damni Regno posse imminere.

D

Idiomatis Sinensis notitia perutilis, ac necessaria est. Quòd, si quemadmodum Mahometanis concessit Rex Sinarum, vt Meschitas in suo Regno excitarent, ita Christianis aliquando integrè liceat, ingens ad Christianismum accessio speranda erit.

Quomodo apud Sinas Christiana religio fit propaganda.

Iam de libris, qui in Europa de Sinensibus rebus editi circumferuntur, erit locus agendi, siue in Commentarijs nostris, siue certe in nostro Sacro Apparatu. Id interim pro certo habendum est, multa ad eorum, qui eos scripsere, non potuisse venire notitiam, quibus, vel diuturna commoratio non fuit, vel interior aditus in eo Regno non patuit. Certè, quæ vel de militum copijs penè innumerabilibus, vel de prædicatione S. Thomæ Apostoli, ac de alijs ab illis scripta sunt, secus se habere plurium annorum spatij commoratione experti sunt nostri.

E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00491

ARGVMENTVM LIBRI DECIMI.

QVAE cum Indis, & Gentibus essent agenda, postremo superioris libri capite breuius, quam tantares poscat, egimus: spe Commentaria vberiora emittendi. At interim ne quem fraudemus, cuius cor tetigerit Deus, vt ad diuites illas animarum sodinas traijciat, omnino addendus huc fuit vtilissimus liber, quem non tam scribendo, quam operando, triginta totos annos edidit Alexander Valignanus, qui pro Societate nostra in vniuersa Orientis India fuit tum Visitator, tum Prouincialis, hodieq. adeo eum tractum ingentem ex parte administrat. Cuius certè scripta in tanto illo negotio versatissimi, potius erant huc adtexenda, quam vt nos ipse aliqua decerpentes, nonnihil nostri magis, quam salutis, & vtilitatis aliorum videremur habuisse rationem: siue enim per nos, siue per alios glorificetur Christus, in hoc gaudendum est.

Alexander Valignanus qualis.

Hinc igitur cum Iaponijs quidem. At & cum vniuersis Gentib. ne dicam etiã cum Catholicis, quorum corda calefacienda sint) quanam ratio adhibenda sit, intelliget, qui vtrumque librum, qui in hac nostra Bibliotheca locum Decimi, & vndecimi occupant, perlegerit attentius.

ANTO-

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Decimus

QVI EST DE RATIONE PROCVRANDAE salutis Iaponiorum, & aliarum Orientalium gentium.

C *RATIONEM ESSE INSTAR LVCIS CVIVSDAM, qua intellectus humanus in percipiendis, & diiudicandis rerum differentijs illustratur. Caput Primum.*

DISCRIMEN; quo vno potissimum à ceteris animantibus homo secernitur, est, quod reliquæ animantes vita tantùm, & sensib. præditæ sunt, quorum ministerio ad propria vitæ suæ commoda trahuntur, & sese tuentur, & seruant: ratione vacant, mente, & intelligentia carent, qua quid in rebus verum sit, quid falsum, & quid prosequendum vt honestum, & bonum, quid fugiendum, vt turpe, & malum, discernere queant: homo verò præter vitam, & sensus, quibus eum Deus suo beneficio donauit, vi quadam, & facultate longè præstantiore constat, quam Mentem, & intelligentiam vocant, qua per rationes, & argumenta confecta, rerum veritatem inquirit, & quid differat inter honestum, & turpe, cognoscit. Mens itaque, siue Ratio, & intelligentia in hominibus verè instar lucis cuiusdam est, qua intellectus humanus in percipiendis, & diiudicandis rerum differentijs illustratur: & sicut candelæ lux iuuat ad oculos corporis dirigendos, vt qua sit eundum, homo probè cernat: alioqui sine lumine in caligine, & tenebris oberrat: nec nouit, quà feratur, aut tendat: sic animal, quod rationis, & intelligentiæ luce caret, in cæcitate, & rerum ignoratione versatur: nescit verum à falso, bonum à malo distinguere: nescit, turpiterne, an honestè, & benè faciat: & quemadmodum rerum colores sunt propria oculorum obiecta: neque enim potest corporis aspectus vllam rem intueri, quæ non sit aliquo colore affecta: nec satis est ad videndum color, sed opus est etiam lucis præsidium, nam dū rerum colores lucent, & versantur in tenebris, nihil penitus cernere possumus: sic proprium mentis, & intelligentiæ obiectum est verum, & ratio est veluti lux, qua veri notitiam percipimus, quaque dignoscimus, sitne verum, an falsum, quod dicitur. Ob hanc rem tanta est inter verum in ratione positum, & hominis intelligentiam consensio: vt quod ratio falsum esse demonstrat, intellectus, vt verum iudicare non possit: & quod turpe esse, & malum ostendit, tanquam honestum, & bonum prosequi nequeat: & quoties homo fallitur pro vero falsum amplexus, ideò labitur, & errat, quia falsum ei, vt verum apparet: quapropter ne decipiatur, opus est, vt intentum, & vigilantem animum adhibeat, rerum differentias duce ratione expendat, vt sic ductu rationis, tanquam veri luminis fulgore diiudicet, sitne verum, an falsum, quod dicitur, sitne malum, an bonum, quod fit: ita vt, quod ratio naturalis verum esse docet, & quod

Discrimen inter Hominē, & Bruta.

Mens in homine instar lucis est.

Mentis obiectum est verum.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00493

Tractatio de ueritate, ac probitate legum.

bonum ostendit, id amplectatur, & teneat: & quod falsum esse, & malum iudicat, id to tum improbet, & respuat. Tractaturi igitur de veritate, & probitate legum, vt verâ, re ctamque legem, & dignam, quæ eligatur, & obseruetur ab omnibus, cognoscamus, ra tionem ducem sequi debemus: cuius præuio illustrati lumine, videbimus quæ sit vera, & recta iuuendi lex, quæ item falsa, uana, & hominum deceptrix: & vt hoc melius in telligatur, Laponiorum sectas, & leges principio tractabimus: ubi ueritas eorum, quæ in hac Laponensium sectarum, & legum constitutione tra denntur, firmis rationum præ fidijs munietur: vanitas uerò, & fallitas eorum, quæ in hisce sectis, & legibus detegen tur, mendacia, fraudes, commenta, & fabulæ, argumentis ueriſſimis confutabuntur. Ni hil dicetur, quod iniuria aliquem afficiat, uel offensione lædat: sed potius eo animo, ut planè omnes intelligant, quid differat inter uerum, & falsum: hoc enim unum solicitè curamus, & magnoperè cupimus, ut uniuersi ueram, rectamq. uitæ legem amplexi, eã sectentur, & teneant uiuendi normam, quæ saluos eos ad optatiſſimum sempiternæ ui tæ finem, rectiſſimè perducat.

A

De Laponio rum sectis, & legib.

Finis huius tractationis, & scopus.

B

Vnum esse primum principium intelligentia præditum.

Cap. I.

Prima quæstio, quæ homines uersi in uestigandi cupidos pulsat.

PRima omnium quæstio, in qua ueluti quodam naturæ impulsu incitati summo studio nituntur homines ueri aliquid, & certi inuenire, ea est, sine aliquis primus, & summus mundi opifex, cuius nutu, ui, & potestate tota hæc rerum uniuersitas procreata sit: & an ille res curet humanas, & hominũ genus administret, & regat, ita ut piorum, & impiorũ rationẽ habeat: & bonos pro bene gestis operibus, be neficijs, & præmijs remuneret, & improbos supplicijs meritis, & debitis afficiat: & in præsenti, uel in futuro seculo reddat unicuique prout benè, uel malè se gerit, aut meri tos honores, aut pœnas. Hęc quæstio, ut quę uehementer omniũ hominum interest, quo quisque suam uitam benè, rectèq. instituat, ita est in omnũ animis naturaliter insita, & impressa, ut nullæ penitus sint nationes, & gentes, à quibus non fuerit accuratè tra ctata, & disputata diligenter. Id apertè testantur tot, tantaq. scriptorũ uoluminа, tam diuersis ubique hominũ linguis de huius quæstionis tractatione confectа: nec est ulla hominum natio tam barbara, tam rudis, & ignara rerum, quæ ductu rationis, ceu quo dã luminis radio illustrata nõ intelligat, necessariò constitui debere unum primum, & summum rerum omniũ principium, à quo sum ducat initium, & originem habeat totus hic mundus, & quidquid eius complexu uastiſſimo continetur. Cetersi in hoc primo rerũ principio inquirendo in tribus maximè cernimus homines dissidere: primò, in huius principij ui, & natura, siue substantia docenda. Secundò, in ratione expli canda, qua primum principium rebus omnibus cõmunicat uim, & naturam, qua constant, & sunt: nã quisque hac in re id dixit, & docuit, quod sibi probabilius uidebatur. Tertiò, in exponendo ultimo omniũ hominum fine, in quem uniuersæ uitæ nostræ actiones referuntur: & què nosse nationes omnes, & gentes summo semper studio curatunt: nimirũ, an huic uitæ præsenti alia succedat, in quã homines huius seculi munere, & officio functi transferantur: & an primus, & summus rerũ omniũ opifex prouidentiam rerũ humanarum habeat: an administret, & regat hominũ operas: an curet, qualis quisque sit, quid boni admittat, quid mali agat, quid eligat, ac probet, quid respuat, & fugiat: ita ut in hoc præsenti, uel in alio futuro seculo, unũquemq. pro meritis ratione, uel beneficijs, & præmijs, uel supplicijs, & tormẽtis afficiat: & in hac ultima quæstione fuit semper lõgè maior, quàm in ceteris difficultas. De his etiã quæstionib. sectę Laponiorũ, & leges aliquid tractant: quæ quãuis multę sint, & inter sese discrepantes, & tam confusè de hisce reb. agant, & disputent, ut uix percipi, & intelligi queat, quod dicitur, & sententiam subinde uarient, & mutent: omnes tamen in uno uerbo communi opinione consentiunt, nimirum GONIIT, quod duo significat, veritatem, & ueritatis speciem, ideſt uerum, & apparens. Alij namque rerum tãtùm specie ducti, id conſectantur, quod foris apparet, & cernitur, ac dicitur: alij uerò quod intus latet, amplectuntur, quam ipsi ueritatem appellant. Quod autem ad opinionem eorum, qui rerum

De primo re rũ principio tres sententię.

An huic uitę alia succedat.

An prouidentia sit rerum humanarum.

An præmium pœnaue sit. Sectæ Laponiorum inter se differẽtes.

C

D

E

GONIIT uerbum Laponicum, designat ueritatem & ueritatis speciẽ.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00494

A rerum faciem extrinsecus apparentem sequuntur, spectat, communis est omnium sententia, in qua fuisse XACA, & AMIDA, & alios eiusdem generis FOTOQVE legimus, esse quædam certa, & distincta loca in quatruor mundi plagis, & partibus constituta: quibus in locis quorquot habitant, lætam, & felicem vitam agunt, suisque rebus satiati, & contenti sunt, & vniuersas Iaponiorum leges tuliſſe FOTOQVE, quas qui obseruant, & colunt, quum primùm ex hac vita discedunt, ea loca petent, & ibi renascentes FOTOQVE mutabuntur in formas triginta duabus figuris donati, & octoginta qualitatibus affecti, quibus præditi in omnem æternitatem viuent læti admodũ, felices, & sua sorte contenti. Aiunt insuper in hæc loca fœminas admitti non posse, vnde eas, quæ prædictum legum obseruatione, & cultu saluæ fient in virorum formam, & figuram solitas transferri, eo quod fœminæ sint natura detestabiles, execrandæ, & immundæ. Docent item eos, qui instituti, & informati à FOTOQVE prædictas leges violauerint, quum ex hac vita præsenti migrant, in alia quædam inferorũ loca delabi, quæ sex esse dicunt, & ibi sex pœnarum genera passuros, nec vnquam in posterum ab illis cruciatibus, & supplicijs liberandos: & quamuis de hisce rebus vna quæque Iaponiorum secta loquatur, ve vult, communi tamen consensu quicunque extrinsecam rerum faciem sectantur, in hoc, quod diximus, conueniunt, & hanc opinio nem rudes, & vulgares homines amplectuntur. Porrò quòd attinet ad sectas eorum Iaponiorum, qui intus latentem, vt ipsi putant, & dicunt, rerum veritatem sequuntur, tametsi inter eos nonnulli sint, qui prædictam de extrinseca apparenti rerum specie, opinionem profitentur, alij tamen eam sententiam prætermittunt, & negligunt: sunt- que omne studium, & operam collocant in meditando, abijcientes omnem prorsus di-

C sciplinam, quæ in verbis, & sermone consistit: huic sese totos exercitationi addicunt, & dedunt, quam suo proprio vocabulo SOQVXIN SOQVBVT vocant, quod significat cor: Paradisum, & inferos tollunt, hoc est beatam bonorum in cælis sedem, & sempiternam perditorum hominũ apud inferos pœnam, dicentes vnum esse principium rerum omnium primum, & summum: quod in rebus singulis inest: & tam ipsorum hominum cor, quàm reliquorum omnium intimum nihil ab eo principio differre: omnia item quæcunque sunt, quum dissoluuntur, in vnum, & idem principium reuerti, quod ipsi dicunt IXIN, quòd fuit ab omni æternitate vnum, clarum, & lucidum, ab omni decremento, & incremento alienum, figura carens, ratiocinationis expers, vitam agens otij, quietis, & tranquillitatis plenissimam. Hoc rerum principiũ, quod dicunt vnicum, & singulare XIN quidam appellant unicum, & eximium, sin-

D gularem, ac verum FOTOQVE: alij vocant *cor*: alij *primam rationem, vel purissimam sententiam*: alij esse dicunt *gradum claritatis*: alij DAINICHI CAQVVO, quod significant, *magnum Solem, & Regem intelligentem*: alij *veritatem cælestem vnice claram, & perspicuam*: alij vetam substantiæ, & accidentium imaginem: alij sempiternum AMIDA, alij IPPOQVQVO quod significat *verbum subito productum*: alij veram absque dignitate personam: alij perexiguam sermonis mutationem in loquendo factam, quales sunt ij, qui apud eos CAMI nuncupantur, appellant QVNITOCO TACHINOMICOTO: alij, qui Philosophi apud ipsos habentur, quales sunt COXIROXI, vocant QVIOBVNODAIDO, quod significat *maximè, & longissimam rem confectorem*. Quod verò pertinet ad merita hominum supplicia, vel præmia aiunt, eos, qui in hac vita præsenti ad perfectam primi principij notitiam, &

E intelligentiam peruenerunt, perfectam FOTOQVE, & successorum eius gloriam, & honorem assequi: eos verò, qui nunquàm ad absolutam primi principij cognitionem pertingunt, ex vno inferorum loco in alium renascendo commigrare: in alio autem sæculo omnes in illud primum rerum omnium principium redire, quod vocant ICHIBVTXO, inter inscitiam, & sapientiam nullum esse discrimen, inquiunt: & quòm ad hoc inquirendum, & examinandum uenitur, continuò dicunt, malum, & bonum non esse duo, inter prauum, & rectum nullam esse distantiam.

Quod attinet ad primam Iaponiorum sententiam, quæ foris tantum apparentẽ rerum speciem constituit, nihil est, quod in ea confutanda immoremur: siquidem, vt ex ipso vocabulo deduci facilè potest, planè constat, quidquid in ea dicitur, solùm ef-

Xaca, & Amida Iaponiorũ magistri.

De futura felicitate, quid Iaponij.

Fœminæ an & quomodo felicitate fint adepturæ.

Duæ Iaponiorũ sectæ.

Altera quæ speciem ueritatis, Altera quæ latentẽ rerum veritatem dicitur sequi.

SOQVXIN SOQVBVT

IXIN.

Rerum principium quale Iaponij fa- ciant.

XIN.

Philosophi qui apud Iaponios.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00495

BONZII.

se apparens verum, nihil in se firmi, & solidi, nihil certi, & veri habens: nam (vt ipsi- A
met Bonzij, qui suæ sententiæ Magistri, & Doctores sunt, apertè fatentur) totam de
CAMI, & FOTOQVE disciplinam propter rudes, & inscios rerum homines, captu,
& ingenio imbecillos, esse compositam, vel potius confictam: non quod aliquid eorū,
quæ in ipsa docentur, verum sit. Quamobrem si quidem id, quod docent, ipsi dissol-
uunt, & confitentur ingenuè, esse falsum, & solùm apparens, & propter eos tantùm
compositum, & fictum, qui imperiti & ignari sunt, nihil est, quod auxij, & solicitij si-
mus in huius doctrinæ falsitate ostendenda: nam si falsum, & vanum est, quod doce-
tur, quidquid in eo intus continetur, & latet, vt falsis mendacijs innixum, falsum
& vanum esse, conuincitur. Insuper ea, quæ de CAMI, & FOTOQVE re-
feruntur, tam ridicula sunt, tam absurda, tam sibi inuicem repugnantia, & ex nu-
mero eorum, quæ fieri nulla ratione queunt, vt facilè constare possit, ea omnia es- B
se vana commenta, inanes fabulas, confictas rerum narrationes, quæ feminas dun-
taxat, & rudem plebem deceant: quoniam verò in alio loco nonnihil de hac doctri-
na dicemus, ostendentes rationes, & causas, ex quibus ortæ aniles de CAMI, & FO-
TOQVE fabulæ irrepserunt in mundum, eam in præsentia silentio præteribimus, &
de ijs tantùm differemus, quæ Bonzij in Iaponiorum secta docēt, quæ quod intra res
later, sequitur, & tenet, quam ipsi ueritatem appellant.

Quatuor capita, ad quæ referuntur, ſ de uno principio dicuntur.

Hæc doctrina, ut liquet ex ijs, quæ commemorauimus, ad quattuor capita potissi
mùm redigitur, in quibus uideatur tota consistere. Primum est, secundum eam unum
esse primum rerum omnium principium, quod multis, & varijs nominibus appellāt,
ut etiam suprà dictum est: quod item principium aiunt esse omni ex parte perfectū, C
sapientia præditum, sed nihil intelligens, co quod in summa quadam quiete, & tran-
quillitate vitam trahuerat, nihil curans ea, quæ in hoc mundo geruntur, instar homi-
nis, qui, quod acriter in rem unam mentis aciem intendat, aliud non cogitat, nihil de
reliquis aduertit. Secundum est, hoc primum & summum rerum omnium princi-
pium in rebus singulis inesse: cùm ipsisque suum esse communicat, ita ut res ipsæ
vniuersæ cum illo primo principio sint idem: & in illud unum principium cuncta, ci
finiuntur, & desinunt, reuertantur. Tertium est, intimum hominis cor esse unam, &
eandem rem cum illo primo rerum principio, & cum homines ineerent, ipsius corda
prorsus perire, & abiumi, superesse tamen in eis illud primum principium, quod ui-
tam ipsis ante conferebat. Hinc consequitur secundum hanc doctrinam, alteram huic
vitæ præsenti, non succedere: neque post hanc hominum uitam ullum esse beatefacto- D
rum præmium, aut ullum malefactorum supplicium. Quartum est, posse hominem
in hoc seculo summum primi principij gradum, & locum adipisci, & tenere: ad am-
plissimam illius maiestatem, & dignitatem ascendere: eo quod possit in hac uita medi
tando, & perfectè cognoscendo principia rerum, ad summam illam vitæ tranquillita-
tem, quam habet in seipso primum principium pertenere: & hoc esse omne bonum,
quod possit homo consequi, & donec hoc adipiscatur meditando, & cognoscēdo per-
fectè, continuo motu agitatur, & ex vno Inferno in alium subinde transferatur, in nul-
la re quietem adeptus.

Falsitas superiorum opinionum demonstratur.

Porrò, ut uideamus, quanta sit totius huius doctrinæ falsitas, & quanta in ea insit
hominum inscitia, eam primùm ob oculos ponamus, nunc quatuor eadem capita argu-
mentis, & rationibus adhibitis examinabimus: & in singulis tractandis tria potissi-
mum agemus, primò clarè, & apertè vana esse, & falsa, & nullo modo constare, quæ E
dicunt, aut fieri posse, monstrabimus: secundò ostendemus, quæ sint rationes, & caus
sæ, quibus in tā falsas opiniones, & tā multos errores inciderint, tertiò nos eam, quam
complecti debemus, veram, firmam, & solidam doctrinam trademus.

De primo principio Iaponio pauciſſima tradunt.

Primò igitur à priore capite inchoantibus, planè liquet, pauciſſima esse, quæ de
primo, & summo rerum principio huiusmodi Iaponiorum sectæ tradiderunt: & ea,
quæcunque de illo docent, vana, & falsa esse, & imperitè dicta, duabus præcipuè ra-
tionibus conuincitur: primò eorum inscitiam coarguit dogmatum, & sententiarum
paucitas, quæ de prædicto rerum principio tardunt: nihil prorsus clari, & a-
perti docent: nesciunt ad interrogata respondere: quæstiones soluere: obiecta diluere:

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00496

re: confirmare sua: omnia vnico verbo putant se dissoluere, dicentes, *hominum non interesse huius principij vim, & naturam perscrutari inquirendo, aut disputando*: quod totum manifestè constat, ex ignoratione profectum, & natum.

Secundo, quia quidquid de hoc primo principio dicunt, facilè reijcitur, facilè confutatur: defendere, & tueri nulla ratione queunt: hinc apertè deducitur, eos nescire prorsus, quæ docent, aut aniles fabulas, & superstitiones vanas esse eorum sententias. Quare, quum ipsi huius primi principij vim, & veritatem ignorent, esse alijs submittere deberent, & ab ijs discere, qui de primo principio veriora, solidiora, & certiora dogmata constituunt: quique claris, & apertis rationibus ea tuentur, & comprobant: est enim rationi admodum consentaneum, vt qui ignari, & imperiti sunt rerum, dirigantur, & discant ab ijs, qui scientia, & doctrina præstant, & valent.

Et quæ docent de re sunt vanissima.

Ceterum vt ad horum comprobationem ve niamus, & quæ primum docent, re ctè nos, an secus doceamus, ostendamus, facilè monstratur, falsum esse quod dicunt, hisce rationibus subiunctis. Prima, quia ipsi inquiunt, primum rerum principium esse omni ex parte perfectum, sapientia præditum, sed nihil intelligens; quod planè ridiculum est, & apertè cum recta, & vera ratione pugnans, neque secum penitus cohærens: nam si sapientiam habet, quæ sapientia potest, vt nihil intelligat, cùm sapientia sit rerum, vel alicuius harum causa rum notitia subiuncta, vel eadem sit perfecta rerum cognitio per rationes, & causas altissimas, ex quibus oriuntur effecta, & certa procreantur? Item sapientiæ est res quæ sque dirigere, & earum causas suo debito ordine, & dispositione collocare, vt ex eis probè digestis effecta singula conseguantur. Qua igitur ratione percipi potest, vt quis sapien tiam habeat, & non intelligat? Insuper sapientia proprium in mente, & intelligentia sedem habet, & sicut signum corporum non potest in alia re, quàm in quantitate consistere; sic sapientia ab hac mente, & intelligentia esse non potest. Ob eamque rem solus inter animantia homo sapientiam habet, quoniam solus inter reliqua animalia mentem, & intelligentia constat: quare sequitur, vt primum rerum principium, siquidē est sapientia perfectum, sit quoque intelligentia prædium: quod si sapit, intelligat etiam oportet.

Constitutio primi principij.

DE SAPIENTIA DEI.

Homo cur solus sit sapiens inter animantia.

Secunda ratio est: id quod primò docent pugnat omnino cum eo, quod secundò tradunt: nam in secundo doctore, primum rerum principium in rebus singulis inesse, quibus natura, & subiantiam præstat, qua sunt, vires, & facultates confert, quibus mouentur, & agunt: at in hac rerum vniuersitate plurima sunt, quæ intelligentia pollent: rerum notitiam, & cognitionē habent: primum igitur principium intelligentia, & cognitione viget, ac præstat: alioqui enim procreatis ab eo rebus cognoscendi, & intelligendi vim communicare non posset: neque enim vllus id conferre, daréve potest, quod ipse re, aut potestate non habet. Item siquidem primum principium rebus singulis vires, & facultates, quibus præditæ sunt, & quibus vel mouentur vel agunt, subministrat, & in ipsis omnibus inest, necesse est, vt eas probè cognoscat, vt videat, quid his rebus, quid illis communicet: quid his deceat, quid illas: non enim vt experimento didicimus, res omnes eisdem viribus, & facultatibus donantur, & constant.

Primum principium quale sit ex Iaponiorū sententia.

¶ Tertia ratio est, primum rerum principiū, vt ipsi quoque docent, est omnibus numeris, & partibus perfectum, & ita est reuera dicendum, quoniam tribus rebus singulis perfectionem, quam in seipsis habent: oportet igitur, vt intelligentiam habeat aliquoi enim summa omnium perfectione careret: inquidem intelligendi vis, & facultas est omnium perfectionum maxima, quæ in rebus conditis sunt: ideo enim homo animantium est perfectissimus, quia solus inter animantia mente, & intelligentia præstat.

Perfectum esse primum principium.

¶ Quarta ratio est, quoniā si primum rerum principium, vt ipsi dicunt, nihil intelligit, sed in quiete quadam perpetua, & tranquillitate viuit, instar hominis nihil cogitantis, nihil intelligentis: aut hoc ideo est, qua vim, & facultatem intelligendi ratio non habet: & tunc omnis intellectus, mentis, & rationis est expers, imperfectū maximè, & parum à lapide, & saxo distans: aut vim, & efficaciam cognoscendi habet, nihil tamen intelligit, qui alia non curat: omnia negligit, & occupati in cetera non vult: & tunc vel inertissimum, & desidiosissimum in otio vitam aget, vel somniculosam per somnum omnibus rerum curis, & negotijs vacuam, & erit principium stolidum, stupidum, & hebes.

Primum principium quale sit ex Iaponiorū sententia.

¶ Quinta ratio est: si primum principium nihil intelligit, ei igitur conuenire non possunt, quæ de eo in ipsorum doctrina traduntur: non enim vocari potest certus quidam claritatis gradus, vel prima, & summa ratio, vel puriſsima ens tentia, vel cælestis veritas singulariter clara, vel vera vita: quibus illud ipsi nominibus appellāt: nam veritas, claritas, ratio, & sententia puriſsima in mente, & intelligentia proprium sedem, & sum domicilium habent: qui verò mente, & intelligentia vacat, nihil horum prorsus habere potest: ideirco, vt planè constat, bene conseguitur, secum ipso in doctrina pugnare, aduersa, & contraria docere: & falsam penitus, & absurdam sententiam, & disciplinam ipsorum esse, clara ratione conuincimus.

Cōtradictio in doctrina Iaponiorum.

Ceterum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00497

Ceterùm quonam nonnulli sunt, qui primum, & summum rerum omnium auctorem, à quo sit tota hæc mundi moles fabricata, temerè inficiantur: ostendemus modo alijs productis in medium rationibus firmissimis, quæ hominis ingenium, & intellectum satis clarè conuincant: esse necessariò ponendum vnum primum, & summum rerum principium, quem rerum Conditorem, & Creatorem uocamus, à quo procreata est pulchra, & magna hæc rerum vniuersitas, quem mundum ab ornatu appellamus. Item hunc mundi fabricatorem, non solùm quomodocunque cognoscere, sed perfectissimam etiam intelligentiam omnium rerum habere: vt sic eisdem omnino rationibus tam ij, qui negant esse primum rerum principium, quàm ij, qui docent esse quidem, sed nihil intelligere, coarguantur.

Contra negantes vnum primũ principium.

Prima ratio est. Quum innumeræ sint in toto terrarum orbe nationes, omnes, aut saltem fere omnes conſtentur, esse diuinam aliquam uim, diuinumque Numen: quod pertinescunt, & horrent Gentes, cùm mala perpetrant: quod precibus placant, quum sibi iratum esse arbitrantur: cuius opem, & auxilium implorant, quum ærumnis & calamitatibus: affligũntur. Et quamuis multi homines in vera huius primi, & summi Numinis notitia inquirenda, & docenda fallantur: ipsa tamen ratio, & natura cogit, & docet, omnes asserere, esse in Cælis huiusmodi vim, potestatem, & Numen, quod ipsi quoque Sinæ, & Iaponij fatentur, & nominant TENTO. Hunc summum mundi præsidem reformidant: hunc inuocant: ad huius præsidium malis uexati confugiunt: credunt enim, res humanas ab eo probè cognosci. Porrò cùm hanc hominum animis, & membibus natura notitiam imprefferit, fieri nequit, vt falsa sit: neque enim quod naturalis ratio præscribit, falsum esse potest: siquidem veritas nihil aliud est, quàm notitia, qua res talis esse cognoscitur, & iudicatur, qualis est in sespa: quare concluditur, esse necessariò ponendum vnũ primum, & summum mundi principem, & dominum, qui res omnes finxit, & condidit: quique intelligit, ac nouit quæcunque in hoc mundo geruntur.

Diuinam esse vim, quã omnes mali pertimescũt.

TENTO.

Quæ sit rõ naturalis prouidentiæ, falsũ esse non potest.

Secunda ratio est, nullo pacto intelligi potest vt idem seipsum gignat, aut faciat: alioqui eiusdem esset, antequam esset: idcoque quum primum rem aliquam factam esse cognoscimus; vt verbi gratia, domum, nauem, picturam, imaginem, aut aliquid aliud simile: statim intelligimus, non ipsam seipsã fecisse: sed aliquẽ auctorem, & opificem fuisse, à quo effecta res illa sit: & quo artifice ciosius, pulchrius, accuratius, & melius illud est factum, eo artificem peritiorem, præstantiorẽ, & meliorem esse intelligimus, quare, siquidem totam hanc mundi structuram videmus tam va stam, tam ornatam, & pulcbram, & tam bene vn dique compositam, non aliud profectò capere possumus, aut iure debemus, quam tanti operis artificem, & conditorem esse maximum, optimum, sapientissimumm, & summè perfectum.

Idem seipsũ non gignat.

Primũ principiũ quomodo sapientissimum.

Tertia ratio est. Ipsa natura duce cognoscimus, quoties res aliqua bene est ordinata, & sapienter disposita: fuisse aliquem peritum, & sapientem compositorem, vnde statim atque domum alienam intramus, & singula fuo ordine rectè digesta conspicimus, expansa humi peristromata, tapetia depicta, optimè strata cubilia, hortos pulchrè compositos, arma fuo loco disposita, & reliquam supellectilem cultè, distinctè, & ordinatè collocatam, intelligimus, esse ali quem, qui ilia omnia sapienter, & ornatè disposuerit, at in hoc mundo videmus admirabilem omnium rerum ordinem, & concordiam, certos, & constantes Solis, Lunæ, reliquorumque siderum cursus, atque circuitus, terram, aquam, aerem, & cetera omnia suis in locis, ac propijs sedibus commorantia, est igitur aliquis, qui hæc omnia recto hoc ordine conſtituit, quique nõ solum intelligat, sed etiam qui mente, & sapientia excellat.

Ordinata rerum dispositio sapientem opificem arguit.

Rerum ordinatarum aliquem fuisse cõpositorẽ.

Quarta ratio est, nihil est, quod inanimum, & uitæ expers cum sit, in suo naturali loco eum sistens moueri queat à se; sed impulsu agitatur ex eo, quoties inde, uel ibi mouetur, at motus ex alio extrinsecus aduenire certo, & stato ordine non potest, nisi ex aliquo, qui intellectu præditus sit, sicut quum contemplamur ratem in uastissimo pelago expansis aliquibus uelis suis rectum, & firmum tenere cursum ad nulla saxa, & scopulos appulsam, intelligimus, scientissimũ aliquem esse in nau rectorem, qui eam optimè gubernet, & moderetur, quamuis neminem nauigio uectum uideamus, at nos Solem, Lunam, & reliquas cælorum Stellas perpetuo circumuolui videmus suis proprijs in locis, ac sedibus, ratio, & stabili ordine tantam in has inferas mundi partes efficientiam habentes, intelligere ergo iure debemus, & confiteri cogimur, esse aliquem in cælis præsidem, atque gubernatorem, qui tam recto, fixo, & constanti ordine mouet eos; licet illum nostri corporis oculi non cernant, & hunc mundi rectorem, & principem, mente, & intelligentia præstare.

Moueri ordinatè nõ posse aliquid, nisi ab aliquo, qui sit præditus intellectu.

Quinta ratio est: si res singulas perlustremus, & rogemus eas, uerbi gratia, homines, & ceteras animantes, herbas, arbores, & reliquas terræ fetus, vnde procreatæ sunt? & quomodo in hanc mundi lucem prodierunt? & quis ipsis uires, & facultates tam uarias, & diuersas, & tam suis naturis congruentes, & commodas præstiterit? respondebunt sanè, se ex suis parentibus, aut semi nibus progenitas; & parentes ex suis alijs maioribus procreatos, & semina ex alijs herbis fuisse generatas: quod si ultra progredi, quæramus, vnde

Ad primam rerum originem in omnibus rebus creatis esse veniendum.

In infinitum non dari progressum.

Omnia, cum
proprios
dirigan
aliqua
ipsæ
dirigi,

unde, nam illa orta fluxerunt, dicent, ex alijs. & illa item ex alijs prodijsse, & sic tandem ad primam rerum originem veniemus: nam cum in infinitum progressio esse non possit necesse est, primos aliquos homines extitisse, prima animalia, primas herbas, & primas arbores, ac stirpes, quæ ex alijs hominibus, animátibus, plantis aut seminibus orta non fuerint, quapropter fateri debemus, esse vnum rerum Conditorē, qui primos illos homines, animalia, & stirpes eiusmodi, siquidem prima illa seipsa gignere, aut efficere non potuerunt, & omnium prima cum fuerint, ex alijs formata non fuint, oportet etiam, hunc rerum primarum auctorem sapientia maxima vigere, vt qui nouit omnibus procreatis res bus tot, ac tantas vires, & facultates cōferre eas rum naturis maximè congruentes.

Sexta ratio est, omnia, quæ in rerum natura consistunt, ad suos propositos fines diriguntur, qui ipsis sunt proprij, & fuis naturis conuenientes, & apti, neque verò ipsæ res, cum partim vitam, partim sensū, partim rationē, & intelligentia careant, intelligunt fines, aut media eis finibus accommodata, quem admodum cernimus, vermiculos setcium conficere tanto ordine, ut debitum sibi finem assequantur, araneolas tam bene, & industrie telas, & retia texere, quibus postea sustentētur, sic etiam volueres uidemus nidos fingere, atque construere, & stirpes suis radicibus terræ affixas ex iucco ab ea tracto nutriri, nos primo frondes emittere, quibus flores, fructusque suos operiant, tueantur, & seruent, quæ postea flores edunt, & tandem fructus proferunt, vt sic demum constitutos sibi à natura fines consequantur. Hunc eundem modū, & naturæ cursum cetera retinent. Porrò cū ipsa non intelligant, quod faciunt, nec fines eos ad quos naturæ impulsu feruntur, agnoscant, fieri nequit, vt per se ipsa ad fines debitos dirigantur, nec esse poterit, vt appositis, & idoneis ad fines adpiscendos mediis vtantur, ob eamque rem fateri necesse est, esse aliquem naturæ opificem, & Dominum, qui hanc in rebus omnibus vim, & impetum impreſſerit, quiq; singulas ad certos, & destinatos fines direxerit. Nam quum sagittam recta ad propositum scopum tēdentem videmus, ab aliquo sagittario perito emissum cognoscimus, ut sit natura usluti sagitta, uel iaculum præstitutum sibi finem recta pe tens. At quoniam mediis ad finem aptis uti non possumus, nisi ratione, & intelligentia duca mur, necesse est, vt is, qui vniuersa tam ordinate, & distincte ad fines naturæ debitos dirigit, ac refert, summa, & infinita intelligentia præstet.

Septima ratio est, quoniam exemplo melius demonstratur, quod dicitur, fingamus, nos globum, & sphæram videre, ubi depicta sint, Sol, Luna, & reliqua sidera cælis insita tanta artis industria factam, ut per seipsam in circulum moueretur, & planetæ in eo, errantesque stellæ eodem exortus, contrarios occursus, & occasus haberent, quos nunc in cælis tetinent, & dies, menses, horæ, & reliqua anni tempora non secus, atque in cælis apparent, describerentur in ea, ut multi literis prodiderunt, olim effictam fuisse in Vrbe Roma ab eximio, & insigni quodam artifice, qui Posidonius dicebatur, profecto nemo fuisset tam Barbarus, & rudis, qui tanto artificio formatam sphæram contemplans, non statim intelligeret artificem illius, intellectu plurimum præstitisse. Quamobrem cum hanc ingentem, & pene immensam mundi sphæram cernamus tanto ordine, & concordia procedentem, quis est, qui in dubium reuocare queat, sit ne aliquis artifex, qui in hac sphæra tantum ordinem, & concentum posuerit? cum ipsam uideamus tam admirabilem, & pulchram, tam sapienter, & artificiosè exornatam, profectò qui dubitat, num hęc sphęra ab aliquo effecta sit, aut num is, qui ipsam construxit, mentem, & intelligentiam habeat, se potius stultum, rationis, & intellectus expertem prodit, quàm dubium, an sit huius tantæ sphæræ artifex, & an sit sapientia prędituς. Quibus omnibus rationibus, & argumentis clarè conficitur, falsum esse, & penitus absurdum, quod Iaponiorum sectæ primo loco de summo rerum principio docent, ex quo tota huius mundi coagmentatio profluxit, id nihil intelligere, sed in perpetua quadam quiete, & tranquillitate uitam agere, nec res humanas curare, nec ijs, quæ in mundo geruntur, aliquid consulere. Imò sanè ex hoc ipso quod dicunt, & ex ordine, consensu, & motu rerum constanti, qui in singulis manifestè cernitur, & ex cæteris, quæ suprà iam diximus, planè concluditur, non solum ponendum esse primum, & summum rerum principem, ex quo sit procreatus hic mundus, sed etiam illum summæ, & perfectæ intelligentiæ compotem, qui res universas intelligit, qui singulorum curam, & administrationem habet, quique omnibus tribuit, quod ipsorum naturis est debitum, & commodum. Hinc etiam sequitur, ut primum rerum principium totum hunc mūdi globum regat, & seruet, nam quum eximium, & summum intellectum habeat, nul læ ipsi occupationes possunt aptius conuenire, & attribui, quàm illę, quæ sunt omnium maximæ, perfectissimę, & præstantissimę, quales sunt, res universas, quę toto mundi ambitu continentur, sapienter moderari, curare, regere, & conseruare, quamuis, ut infrà dicemus, tanta est eius potestas, & sapientia, ut nullis prorsus negotijs, & occupationibus impeditus totum mundum conseruet, ac gubernet.

Cur

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part?image=00499

Cur Iaponij in errores de primo rerum principio prolapsi sint: De quo vera, & certa doctrina traditur. Cap. III.

AT vt Iaponij in errores adeò graues prolapsi sint, inde est factum. Omnes homines semper hactenus credidere, primum rerum principium esse in seipso beatum, & summè perfectũ: & ob eam rem in perpetua quadam quiete, & pace consistere: Bonzij verò Iaponiorum, non callentes qualis nam esset ista pax, & vitæ tranquillitas, atque perfectio, cum ex altera parte conspicerent, quidquid ratiocinando percipitur, laboriosè nimis, & imperfectè cognosci: rati itaque humanarum curam, & eorum, quæ in mundo accidunt, administrationẽ esse huiusmodi, vt primo principio quietem, & tanquillitatem adimeret: vel aliqua ex parte minueret: molestiam ei, & solicitudinem pareret: intelligentiã ab eo, & rerum notitiam sustulerunt, dicentes, ipsum nihil curare res, & gesta mortalium, sed in iugi quadam quiete vitam traducere, nihil cogitantem, nihil prorsus intelligentem: vt igitur omnem ab eo laborem, & molestiam depellerent, & ab omni cura liberarent, inscium, otiosum, & ignauum posuerunt. Ceterum, horum opinio ex inscitia, & ignoratione manauit: non enim intellexere, duas esse intelligendi rationes, & duos etiam aliquid operandi modos: vnam cognoscendi per ratiocinationem, quæ est hominum propria: & hæc laborem, & molestiam adfert, & semper imperfecti aliquid habet admixtum. Alteram intelligendi citra ullam ratiocinationem, qualis est notitia omnis ea, qua res obiectæ, vt in seipsis præsentes cognoscuntur, quæ verè tunc ineſt, quando res veluti præsens cernitur, & hæc intelligendi ratio est perfectissima, ab omni molestia, & labore aliena, quoniam quidquid sic intelligitur, ante præsentiam, & conspectum propositum est, ita vt mens intelligendo saturata, contentaque sit, nullis curis, aut laboribus in cognoscendo defessa. Sunt item duæ efficiendi, seu operandi rationes, una, quæ machinas, & operum instrumenta adhibet, vt solent homines admouere, cum aliquid fingunt, componunt, aut formant, hæc imperfectorum opificum est, ac laboris, & defatigationis plurimùm habet: altera est, quæ nullis instrumentis adhibitis ad agendum utitur: sed res sit solo nutu, imperio, & potestate facientis: quia adeò potens est, vt quidquid velit, possit efficere, complere, & ad exitum perducere, & hæc faciendi ratio est cum summa oblectatione, & infinita perfectione coniuncta, omni caret lassitudine, & molestia. Primum igitur, & summum rerum principium non habet illam primam, vel intelligendi, vel operandi rationem, sed secundam: ob eamque rem est summè beatum, summè perfectum: quod quia Iaponensium sectatum Doctores non distinctè cognouerunt, primum rerum Auctorem intelligentia, cura, & administratione mundi priuarunt, & eum otiosum, ignauum, & imperfectum penitus reddiderunt.

Bonsiorum erroris causa.

Duas esse intelligendi rationes.

Duos esse operandi modos.

Primũ principiũ quomodo intelligat, & operetur.

Porrò uera, & certa de primo rerum principio doctrina hęc est: ipsum esse substantiam quandam spiritalem, ab omni prorsus corporis genere, & ratione seiunctam, & alienam, sua natura, et operatione perfectissimam: longè sublimiorem, quàm ut ab homine ullo aut intelligi, aut cogitari queat, æternam, omnis principij, et finis expertem, quoniam ipsa tempori principium attulit, et ijs omnibus, quæ in tempore constant, quę ex nihilo hunc mundum effinxit, et condidit, et tandem quæcunque in ipso cernimus, et singulis eas uires, et facultates distribuit, quæ suis naturis maximè congruebant, ipsa item perfectiones uniuersas, quas rebus singulis communicauit, in se continet gradu quodam multo nobiliore, et præstantiore: quoniam ipsa est omnis perfectionis, et ordinis summa, et prima regula, et norma, iccirco etiam necessariò vitam habet, et intelligentiam, et præter modum sapientia, et consilio pollet, vt clarè, et apertè cognoscitur ex pulchitudine, perfectione, ordine, et concentu, quem in rebus omnibus impressit, ipsa item in intelligendo ratiocinatione non eget, nec uti potest, neque enim rem vllam prius nouit, quàm aliam, uniuersa habet ante suam præsentiam, diuinum aspectum, et intelligentiam proposita, et sic omnia simul unico, & simplici

Vera de primo principio doctrina.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00500

& simplici mentis intuitu agnoscit. Quare nulla est in ea intelligentia temporis vicissitudo: nullæ ibi sunt temporum differentiæ: nihil ibi præteritum, nihil futurum. vita tam habet in omnem æternitatem perpetuam: in qua semper habet cuncta sibi præsentia: quamuis res in seipsis sibi inuicem succedant, & procedente tempore elabantur, atque mutentur: suo diuino nutu, & potestate operatur, quidquid uult, absque vllo instrumentorum ministerio: iccirco omnipotens est, potest enim efficere omnia, quæ sibi placent: vnde in summa quiete, & tranquillitate degit: summa cum iucunditate, & suauitate intelligit, curat, & administrat vniuersa, quæ in hoc mundi complexu concluduntur: rebus singulis consulit, ac prouidet, prout ipsa natura expostulat: nec tamen vnquam molestijs, vel laboribus defatigatur, defatigarive potest: & quia est principium in seipso vndique perfectum, continet rerum omnium perfectiones, vires, & facultates; & inde consequitur, vt sit omni iustitiæ, & æquitate, misericordia, benignitate, & bonitate plenissimum: est denique summum, & infinitum bonum, fons, & origo omnis bonitatis, & perfectionis. Cæterum omnes huiusmodi virtutes, & perfectiones sunt in ipso primo principio longè aliter, quàm sint in hominib. nã in eo est scientia absq; ratiocinatione, consilium absq; inquisitione, operatio absq; vllis instrumentorũ præsidijs: amor absq; vlla animi perturbatione, iustitia sine vlla debiti obligatione: misericordia sine vlla animi commotione: est vbique nullis locorum spatijs circumscriptus: est semper nullis temporum interuallis conclusus: est magnus, & tamen omnis quantitatis est expers: demum omnes virtutes, & perfectiones in gradu longè no biliore, & sublimiore continet, quàm quomodo in mortalium hominum genere reperiuntur: hoc primum rerum omnium principium iure Deum nocamus, quo nomine significatur is, qui cuncta curat, prouidet, moderatur, & regit: tribuitque singulis, prout videt eorum naturæ expedire.

Summi principii perfectiones.

Virtutes in Deo aliter esse, quã quæ sunt in homini bus.

Dei nomine quid intelligamus.

Rationibus modo ostendendum est verum esse, quidquid de primo rerum principio traditum est, quod deinceps hoc nomine scilicet Deum appellauimus. Quod igitur ipse, nimirum Deus totum hunc mundum condiderit, ex argumentis, & rationibus supra in medium productis aperte colligitur; sed quòd etiam mundum perpetuo conseruet, & regat, & vniuersa, quæ cõtinentur in eo, hac ratione comprobatur.

Quoties ad rem aliquam conseruandam naturæ, & diuersæ causæ conueniunt, sic ordine inter se connexæ, & congruentes, vt una ab alia vim suam, & motum accipiat illa, quæ omnium est prima, à qua reliquæ vim suam, & efficacitatem habent, totum, quod efficitur, conseruat: vt verbi gratia, ad rem aliquam vsui aquæ pleno contentam calefaciendam, & genitum ibi calorem conseruandum concurrit ignis, qui vas ipsum calefacit; & vas, quod aquam calefacit: & aqua, quæ calefacit rem intus in vase contentam; quoniam tamen aqua recipit calorem à vase: & vas ab igne dicimus ignem esse, qui gignit, & conseruat totum illum calorem, quem habet res vasi conclusa; sic etiam ut sint, & conseruentur omnia, quæ tota hac mundi vniuersitate claudũtur, concurrit Sols vis, & facultas. Lunæ, & reliquarum siderum potestas, quæ per aereum interiectum aureas suas in his inferis mundi regionibus exercent, cæli etiam suis motibus conueniunt, concurrit similiter Deus, cuius nutu, & imperio cæli circumferuntur, & à quo Sol, Luna, Stellæ, & ipsi cælorum orbes um suam, & efficientiam accipiunt, ita ut, si Deus ab illis mouendis, & sustinendis communicando desistat, res ipsæ moueri nequeant, nihil posslint efficere, nec conseruari, & consistere queant.

Deus prima omnũ causa.

Deus veluti Sol.

Quapropter Deus, siquidem est prima omniũ causa, res singulas conseruat, & ipsæ earum actibus à Deo operantur, ita tamen, ut nihil agere, vel facere ualeant, nisi Deo conseruante eas, & operante una cum ipsis. Est Deus veluti Sol, qui non solum suum lumen effundit, sed etiam effusum per aera tuetur, & seruat sic, ut suo recessu lumen penitus intereat, & nox offundatur rebus, & mundus tenebris obscuretur; item cum Deus sit omnium causarum prima, & perfectissima, necesse est magis ex ipso, quàm ex aliis causis effecta pendeant, si lumen igitur, & alia eiusmodi suarum causarum præsidio conseruari, magis oportet, ut à primo rerum opifice Deo conseruentur.

Alia entia Deus habet perfectissimum modũ operandi.

Insuper Deus est altissima, & perfectissima omnium causa, habet igitur perfectissimum operandi, & efficiendi modũ, at causa eò est perfectior, quo magis ab ea effecta pendent, & ea est perfectior, à qua effecta non solùm procreantur, & fiunt, sed etiam conseruantur, Deus igitur non solùm res procreat, & formar, sed etiam formatas conseruat.

Alia entium probatio.

Item, quod causæ conditæ, & factæ habent, Deo omnium perfectissimo deesse, aut denegari non potest, at in rebus multas causas uidemus, ex quibus effecta non tantum oriuntur, sed exorta etiam conseruantur, Deus igitur non solùm mundum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00501

mundum efficit, sed etiam efficitum conseruat.

Dei prouidē tia mundus gubernatur.

Similiter ostendirur, summa Dei cura, & prouidentia mundum gubernare: qua si ipse mundi suis motibus ciet, & conseruate, & res vniuersas ad certos propositos fines dirigit distinctè, & ordinatè: plane confitetur, vt mundum ipsum gubernet.

Deus est ubi que.

Hinc etiam concluditur, esse vbique Deum, & rebus omnibus præsentem: non quia Deus pars aliqua rerum procreatarum sit: aut quia condita res aliquid diuinæ substantiæ participent: sed quia ipse Deus res singulas conseruat: & in ipsis operatur: & vnicuique tribuit & substantiam, qua est in rerum natura, & vires, quib. mouetur, & agit: sit igitur, vt Deus vbique, & in rebus omnibus sit: siquidem operatur sine medio vbique, & in singulis: & vis, & potestas Dei ab ipsa Diuina substantia non differt: vt alijs contingit in rebus: quæ ideò non semper ibi sunt, ubi aliquid efficiunt: quia faciunt, & operantur per aliquod e missum à se: Sol per lumen effusum terras illustrat: ignis per calorem immissum in corpora lo co distantia calefacit: nix refrigerat non solùm ui cina sibi corpora, sed etiam aliquantulum remotiora: at Deus vbique, & in omnibus per suam proximè substantiam operatur. Item Deus infinitus est, & immensus: nam cùm ab aliquo factus non sit, siquidem ipse est primum omnium principiū: ab alio eius substantia intra aliquos fines, & terminos concludi non potuit: si igitur infinitus est, & immensus, ubique pe sens sit necesse est, alioqui certis locorum spatijs clauderetur, & infinitus, & immensus non esset, nec est maior ratio, cur uni loco, uel rei præsens sit, & non alteri: siquidem infinitus est, & immensus.

Deus immen sus.

Insuper, sicut hoc ipso, quod est æternus, semper est, nec vllo certo tempore concluditur, sic hoc ipso, quod est immensus, vbique est: nec potest ullis locorum spatijs definiri, sed omnib. est longè superior, & maior: item quia cognitio eius est infinita, cuncta habet ante suum aspectum, præsentiam, & notitiam proposita, nihil eum fugere, latereve potest, omnia sunt nuda, & aperta ante conspectum ipsius. Item de omnibus, & de singulis potest efficere, quidquid sibi placuerit: siquidem est omnipotens, & ipse omnia ex nihilo condidit, & conseruat ea, solo suo nutu, & imperio.

Deus perfectissimus.

Deus est æternus.

Deus est omnipotens.

Hinc etiam consequitur, Deum esse omnis principij, & finis expertem: quoniam ipse est omnium temporum, & eorum quæ suis certis tempo ribus fiunt, procreator, & causa, ipse est æternus, qui ab omni æternitate fuit, tunc que in omnem æternitatem, item ipse factus non est: quia ab alio fieri non potuit cùm ipse sit omnium primū principiū, nec à seipso fieri potuit, quia nihil ipsum facere potest: insuper est omnipotens, quia cùm eius natura, & substantia sit infinita, necesse est etiam, ut eius uis, & potestas sit infinita. Item, sicut eius substantia, quæ facta à nullo intra fines aliquos, & terminos concludi potuit, sic eius vis, & potestas, quia facta ab alio, uel accepta nō est, nō habet, cur intra aliquos certos terminos claudatur. Item potest facere quidquid secundum se repugnantiam non habet, ut fieri quatenus omnia ex nihilo efficuerit, atque formauerit, & nihil eius voluntati possit obsistere. Est etiam perfectissimus, quia in seipso continet rerum omniū perfectiones, ut qui singulis uires, & facultates, quibus sunt præditæ, contulerit, & quia inter res ipsas alias sunt perfectiores alijs eo ipso, quòd Deo uiciniores, & similiores reperiuntur, ipse est enim rerum omnium perfectarum mensura, & norma. Ex quibus etiam efficitur, ut Deus sit iustissimus, æquissimus, sapientissimus, misericordiæ, & benignitatis plenissimus, & demum est Deus institutum quoddam bonum, fons, & origo, unde prouenit quidquid in rebus singulis perfectū, honesti, iucundi pulchri, & boni cernitur.

Deus iustissimus, æquissimus, &c.

Deus absque Corpore.

Sequitur insuper, ut Deus sit ab omni genere & ratione corporis alicuius, nam corpus ui, & natura sua uitam non habet, sed accipit eam ab anima: & inde fit, ut anima sit corpore nobilior, atque præstantior, quare si Deus ex corpore, & animo constaret, non esset omnium primum, nā ea ex quibus aliquid componitur, semper sunt sua natura priora, quam ipsum compositum: sunt enim priora ligna, quam domus, vel nauis ex ligus conflata: est prius autum, argentum, marmor, quàm statua ex auro, argento, uel marmore fabricata. Item si Deus ex animo componeretur, & corpore, necesse esset, ut aliquid eo prius antecederet: quidquid enim constat ex partib. ab aliquo componitur, non enim se ipse componuit, atque coniunxit, semper est aliquis, qui copulata connectēs, & colligit: item aliquid habet ex se ipso Deus, nimirum corpus, quod non est ex omnium perfectissimum, nam spiritus, mens, & animus perfectior est corpore, cùm sit illud perfectius, quod ex se uiuit, quàm id, quod uiuit ex alio. Quapropter est omnino dicendū, Deum esse substantiam ab omni genere, & ratione corporis secretam, spiritalem, intellectualem, longè multò sapientiorem, & meliorem, quàm ut ab imbecillo hominis captu, & ingenio percipi, aut cogitari possit.

Deus non est compositus.

Deus unus probatur.

Ex his etiam conficitur, ut unus tantum sit Deus, nec possint esse plures Dij. Nam Deus, ut hactenus ostendimus, est summum, & infinitum bonum, est item prima, et maxima perfectio eorum omnium quæ sunt, quare fieri nulla ratione potest, ut sint plures uno Dij, quoniam si plures essent, nullus eorum esset primum, & summū bonum, cum non esset ceteris omnibus prius, & maius bonum. Item Deus est omnipotens, ut hactenus diximus, solusque seipsum facere potest, quidquid sibi placuerit, non igitur habet, nec habere potest socium, & consortem, nam finge esse duos Deos, tunc unus alterum, uel potest perdere, delere, & de summa dignitate deijcere reque hoc, si non potest, non igitur est omnipotens, & ideo nec Deus si autem potest, non erit omnipotens is, qui deleri, & perdi ab altero potest, siquidem dignitatem, honorem, & potestatem suam tueri, & defendere nequit. Item si duo essent, & illorum unus uelit aliquid facere, quod alter

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00502

aliter fieri nolit, cùm sit omnipotentes vterq; eodem temporis momento illud fieret, & non fieret, fieret quidem, quia aliter illorum, qui est omnipotens vult vt fiat, non fieret etiam, quo niam aliter æquè potentem vult vt fiat, aut necesse est dicere, vnum illorum omnipotentem non esse, quare sequitur necessariò, fieri non posse, vt sint duo, vel multi Dij, sed vt sit tantum vnus numero Deus perfectissimus, & omnipotens. Insuper quia Deus est summum, & infinitum bonum, vt prædictum ipse est, necessariò sit etiam, vt sit vltimus rerum omnium finis, in quem veluti scopum propositum unius sa quodam naturæ impetu diriguntur, quoniam cuncta, quæ in rerum natura sunt, Deus ipse finxit, & condidit, & conditæque seruat, vt fæ maiestatis gloriam, & splendorem omnibus apertum, & manifestum reddat.

Deus ideo super omnia est adorandus.

Eadem quoque ratione fit, vt Deus sit sua natura in seipso beatus, beatitudo enim nihil aliud est, quam perfecta, & tuta quædam omnitò bonorum possessio, & hominis felicitas est, sui vltimi finis adeptio, in quo omne bonum consequitur, & in quo omnis eius cupiditas expletur, satiatur, & conquiescit, & sicut Deus est in se ipso beatus, sic etiam homines beati fiunt, cum Deum ipsum præsentem clarè cernunt, & intuentur, & clarè visum tuti, & securi possident, & amant, nec potest homo vlla in re conquiescere, donec ad hunc vltimum finē, & summum bonum perueniat, quia quoulque summum bonum obtinet, eius voluntas nullo potest bono saturari.

Deus est beatus in seipso.

Ex quibus omnibus consequitur, vt Deus ab hominibus coli, adorari, & amari super omnia debeat, ab eoque solo universi homines pēdeant, ipsumque inuocent, & ab eo petere, & sperare debeant, quidquid boni, vel ad huius vitæ commoda, & subsidia, vel ad alterius consequationem exoptant, ipse est enim optimus, maximus, omni ex parte perfectus, omnipotens, huius universitatis, & tanti operis effector, terræ cælique moderator, & dominus, qui cuncta ex nihilo condidit, quique singula ijs, quibus prædita sunt, naturæ dotibus, & conditionibus exornauit, & omnia dispensare, & disponere pro suo nutu, & arbitratu potest, est summum, & infinitum bonum, in quo uno tota hominum salus, & alterius uitæ felicitas sum ma consistit, & ob eam rem super omnia diligi, coli, & adorari debet, & hæc quidem de ijs, quæ ad primum caput spectant.

Quod verò de secundò docent, longè etiam est à veritate, et ratione alienum, et insicitiæ plenissimum, hoc est, primum rerum principium esse in omnibus rebus, ita vt vnum, idem que sit cum ipsis, et vniuersa in ipsum diffolui, cùm intercunt, et desinunt, quod totum argumentis, et rationibus, falsum esse, et nullo pacto fieri posse, apertè conuincitur.

Nam si cuncta vnum, idemque sint cum primo, & summo principio, aut hoc est, quia primum rerum principium sit tota ipsa substantia, rerum diuersa sibi nomina vendicans, propter varias ipsarum facultates, & dotes, ac tunc necesse est, multa vt esse fingantur absurda. Primum, res omnes esse vnam, eandemque rem, & non multas, & rerum omnium esse vnam substantiam, atque naturam, & inde fieret, vt res unaquæque seipsam euerteret, ac perderet, siquidem una est omnium rerum substantia, & rerum aliæ alias perdunt, ac delent, hic fuit error duorum ueterum Philosophorum, qui Parmenides, & Melissus vocabatur, quorum insticiam confutauit Aristoteles, qui fuit alius Philosophus Gentilis, insigni, & singulari doctrina præditus, in primo libro eorum, quos de rerum naturalium principijs, & causis conscripsit, quo in loco, ve falsam, & cum ratione pugnantem illorum Philosophorum sententiam ostendit, nimirum quam docebant, vnum esse rerum omnium principium, quod sit ipsa rerum substantia, atque natura, ita vt vniuersa sint vna, & eadem res, & sint una, & eadem substantia cum primo principio. Secundo dici inde vere possit, cum res aliqua perit, ac delinit, primum rerum principium interire, & extingui, nam quū ignis pannum exurit, ipsam panni substantiam

Absurdi-tas.

absumit, vt experimento nouimus. Si igitur substantia panni est primum principium, ignis primum principium exurit. Tertiò primum principium vere dicereur saxum, equus, & vnumquodque eorum, quæ in rerum natura sunt, vt & ipsum saxum dici possit equus, & vnaquæque res uocari nomine alterius, quoniam si omnium rerum est vna, & eadem substantia multis tantum appellata nominibus, eo quòd sit multis, ac varijs facultatibus prædita, & exornata dotibus, recte primum principium multis, & uarijs nominibus, imò iure optimo omnium rerum nominibus posset appellari. Nam si quis multarum artium, virium, & facultarum est copos, & ob eas multa sibi nomina vendicat, ita vt faber ferrarius, faber lignarius, architectus, argentarius, & sutor dicatur, quod earum omnium artium gnarus, & peritus sit, profectò sequitur, vt de huiusmodi vi, & artifice perito dici valeat, hic uir est faber Ferrarius, faber lignarius, est architectus, est argentarius, est sutor, & eadem prorsus ratione dici queat, hic Faber lignarius est Argentarius, hic Faber Ferrarius est sutor, hic sutor est Architectus, & singula horum nouissimè dicuntur, quia ita se res habet, sicut enunciatur, ac dicitur in his singulis. Quare si primum principium est omnium rerum substantia, & uaria sibi nomina assumie

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part?image=00503

pro variis rerum conditionibus, & viribus, verè dici poterit, hoc primum rerum principium est saxum: hoc primum principium est equus: hoc primum principium est homo, & eadem ratione fit, vt verè dici queat, hic homo est equus, & hic equus est saxum: quæ lanè summa fuerit dementia: nulla ergo ratione fieri potest, vt primum principium sit ipsa rerum omnium natura atque substantia.

An primum principium sit rerum omnium substantiam, co quod sit pars quædam substantiæ ipsarum, ex qua res habêt, vt sint: tunc enim necesse est, vt primum principium sit forma rerum omnium substantialis, ex quo hæc sequentur absurda, primum, vt summum rerum initium sit pars res ipsas cõponês, & proinde sit aliquid ignobilius rebus ipsis cõpositis: quoniam omne totum, & compositum ex partibus est perfectius: nam continet partẽ, ex qua componitur, & aliquid amplius, sicut experientia docemur; Quapropter si primum principium est pars rerum substantialis, siet inde necessariõ, vt res ipsæ sint longè perfectiores primo principio, ex quo componuntur, & ita fatum erit primo principio perfectius, quod stultum est dicere.

Tria incommoda ex ea opinione sequi absurdi sima.

Secundò sequeretur, vt vniuersa quæ in rerum natura sunt, vnam prorsus, & eandem naturam, ac rationem haberẽt, quia primum principium vnum quum sit, est omnium rerum forma substantialis, at res omnes à forma habent, vt tales sint, res igitur omnes vnam secundam naturam habêrent, quod quidem absurdum fatẽ cst: nam res omnes variis sunt donatæ viribus, variis facultatibus prædiæ, multiplici, vel vitæ, vel naturę ratione, & conditione distinctę, ex quo concluditur apertè, eas in diuersa formali principio consistere.

Quænam ex hac opinione sequã tur absurda.

Tertiò sequeretur, vt tam inordinatæ obliquæ, & præuæ actiones ex hominibus non oriẽrentur, quoniam res per formam operantur, si igitur primum principium est rerum omnium substantialis forma, cùm sit ex seipso ordinatissimum, & rectissimum, nihil non rectum, & ordinatum posset homines efficere, quia à primo principio obliqua, & praua non oriuntur, hic etiam error fuit aliorum quorundam veterum Philosophorum, quorum sententia fuit, esse vnã in hac rerum vniuersitate substantiam, quæ sit forma & substantiale principium omnium, quæ vt falsa, & ab omni rectã ratione abhorrens cõmuni omnium consensu refellitur.

An Vniuersa sint vna, & eadem res cum primo rerum Principio.

Aut sorsan docent, vniuersa esse unam, & eãdem rem cum primo rerum principio, quia primum principium est in omnibus, & in omnibus operatur ministerio procreatarum rerum instar artificis instrumentorum, vel ministrorum operis, & fabidio vtentis, sicut, verbi gratia: Nauarchus qui est magister, & gubernator nauis, instrumentis, & administris vtitur, sed hęc sequerentur incommoda, nempè summum rerum initiũ, aliam rem esse à rebus ipsis, in quibus operatur, licut nauarchus non est ipsa nauis, quam moderatur, & regit, neque artifex ullus est instrumentum, quo arte facta formantur, quod quidem ipsorum sententiam euertit. Secundò rerum omnium actiones essent propriæ primi principij actiones, ita ut ipsum primum principium vniuersa conficeret, sicuti verè dicitur à Nauarcho gubernari, & dirigi nauem, & ab artifice fingi opus arte factum. Sic igitur verè dici posset, à primo Principio duci, ac dirigi equum, dum currit, aut dum hinc, atq; illuc fertur, & à primo Principio domum exuri, cum ab igne inflammata comburitur, & primũ Principium insanire, & furere, cùm homo desipit, insanit, & furit.

Error ueterũ negantiũ haud tamen manum mittens eum esse substãtiale corporis formã.

Præterea sequeretur, vt dici nequaquã possit hominem loqui, equitare, ingredi, currere, aut ignem exurere, quia sunt primi Principij instrumenta, & opera non in instrumentis, ut cas fas referuntur, sed artificijyt ipsorũ auctori, tribuuntur, sicut verè dici nequit, nauem à gubernari, & dirigi, aut opus arte confectum à malleo, vel serra fabricatum esse: fieri igitur nulla ratione potest, vt primum principium sit in omnibus rebus utens ipsis velut instrumentis, & administris, & ob id esse vnam, & eandem rem cum ijs omnibus, quæ sunt. Hic etiam fuit error aliorum veterum Philosophorum dicentium, humanam mentẽm non esse substãtialem corporis formam, sed inesse corpori instar nauarchi nauis ducentis, & vti corpore veluti instrumento ad suas actiones idoneo, quæ opinio tanquam falsa confutata est ijsquinter ab Aristotele, & à reliquis doctis Philosophis. Ex his omnibus planè efficitur absurdum esse, quod isti docent, nimirum primum Principium ita esse in rebus omnibus, vt unũ, idemq; sit cum ipsis: Neq; enim potest esse tota rerũ substantia, nec pars etiam minima ipsarum, nec ita opetatur in ipsis, vt eis vtatur veluti instrumentis, & administris instar artificis machinas & instrumẽta admouentis ad opera arte facta fingenda. Neque item minus fallo, & absurdè dicitur, res omnes cum interesse, & desinunt, in primum principiũ dissolui, & abire; Quoniam omne compositum in eas partes dissoluitur, ex quibus coagmentatur & constat: quare si vniuersa in primum principiũ dissoluuntur, necesse est, vt ex primo principio, tamquam partes conflentur, & tunc ea sequentur absurda, quæ suprà deduximus, essent enim procreatæ res primo principio digniores, & præstantiores. Deinde Res, ei primũ pereũt, & desinunt, incipiens suam perfectionem consumatã habere, quia, cũ interẽut, in primũ principiũ soluuntur, & abeũt. Quum igitur illud sit excellentissimũ, tunc res incipient esse perfectæ, quod profectò est absurdũ, quoniã quando desinunt, nihil sunt, & in nihilũ recidũt. Tertiò, quoniã primũ principiũ est substantia quædam omnibũ nobilissima, & præstantissima longissimè distans à cæteris rebus omnibus, cũ quibus nec genere aliquid commune habet, quare esse nulla ratione potest, vt in ipsam conuertantur, & abeant res, quando pereunt, & desinunt.

At-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00504

A At verò afferendę iam sunt rationes, cur in tantum errorem isti sint lapsi. Ea prima. Ignoratio diuersorum principiorum, è quibus res oriuntur, & fiunt: Rationis item, ac modi quo res ex principijs ortæ, & procreatæ conseruantur. Res itaq; omnes natura constantes, & ex quattuor elementis compositæ, ex tribus principijs oriuntur: quorum duo sunt, ex quibus res ipsæ conflatæ sunt: tertium uerò res componit, & inter se connectit, ac veluti vinculis quibusdam colligat, & legibus deuincit. Duo nimirum naturalium rerum principia dicuntur materia, & forma: materia est corpus illud quanti tate præditum oculis obiectum, nam vel aspectu cernitur, vel manibus contrectatur, vel aliquo sensu percipitur, forma uerò est, quę rebus dat, vel sensum, vel vitam, vel motu: à qua res ipsæ habent, vt sint, & à qua rerum uires, dotes, & facultates emanant. Si quis enim velit vas argenteũ effingere, opus est argento, quod est materia, ex qua formandum sit vas: mox aptè, ac certo ordine fingendum est vas, quoniã si figura, & forma careat, argentũ quidẽ erit, sed vas non erit. Quin si alio modo figuratur argentũ, erit catinus, vel patina, vel statua, vel aliqua res, alia formatæ pro varietate figuræ, qua figuratur argentũ; & quia figura, vel forma facit vas, vel catinũ, vel statuã, ideo forma est, quæ dat rebus singulis esse, & vires, ac facultates, quibus præditæ, & affectæ sunt. Res itaq; omnes naturales ex duobus sunt conflatæ principijs, nimirum materia, & forma. At quoniam ex his duobus principijs rerum natura, & substantia manat, & ambo in ipsa re veluti intrinseca principia sunt, fit inde, ut sint substantiales corporum partes, ex quibus res componuntur, & in quas, si vtraque per se iuncta consistere potest, composita dissoluuntur, & pro varietate formarum variæ rerum naturæ oriuntur, variæ rerũ conditiones, & vires, & ob eã rem est aliud canis ab equo, B faxũ à pane. Ac variæ, ac multiplices sunt rerum facultates, & dotes, prout variæ sunt rerum naturæ. Hinc etiam fit, vt aliæ sint alijs longè nobiliores, & præstantiores.

Cur in tantũ errorem inciderint Iapones.

Omnia naturalia, & ex elementis cõposita oriri ex tribus principijs.

Materia.

Forma.

Tertium principium est, quod eum materia formã colligat, & iungit instar artificis, qui figuram in cera imprimit, & in annulis sigillum: principium efficiens dicitur. Quod etsi rebus singulis dat esse, & rerũ naturam, atque substantiam componit, non est tamen, vel ipsa substantia rerum, vel substantiæ pars; sicut argentarius, qui vas fingit argenteum, licet in materia figurã, & formam impresserit, non est tamen vasis substantia, nec pars substantiæ eius. Porrò ad formam in materia imprimendam, vt inde rerum natura exoriatur, necesse est, vt materia bene affecta, præparataque sit: item vt semel impressa forma conseruetur, quibusdam affectionibus eget, quæ illam in materia contineant, quare necessaria est opera efficientis principij, quod materiam D præparet, & idoneam efficiat. Alioqui enim nec poterit forma in materiam induci, nec inducta conseruari diutius: nam experimento didicimus, nec in cera sigillum insculpi, nec inscribi in charta literas, nec imprimi in argento uasis figurã, nec in lignũ formam ignis induci, nisi prius obstantia quæque, & impedientia è medio tollantur, & ab omni contrario materia exuatur. In rebus sanè naturalibus hæc materiæ præparatio consistit in quodam ordine, & certa temperatione qualitatum contrariarum, quibus affecta sunt quattuor elementa; ex quibus omnia corpora naturalia ortum, & interitum habentia componuntur. Vnaqueque forma, vi, naturaque sua proprium ordinem, et propriam harum qualitatum temperationem, et moderationem exigit; sine qua nec in materiam inferri, nec semel illata conseruari potest in ea. Atque hinc animantium obitus, ftiripium occasus, et reliquorum interitus contingunt. Nam E dum debitus ille ordo, et temperatio qualitatum aliqua ex parte soluitur, vt vel sanguis corruptus fit, vel calor immodicus redũdet, vel frigiditas in corpore, morbi, egrotationesque animalium nascuntur. Quod si omni ex parte moderatio qualitatum dissoluitur, morte vita eripitur, vt res omnes naturales.

Causa efficiens tertiũ Principium.

Obstantia subuehenda, si quod effici debeat.

Materiæ præparatio quo nam consistat.

Videnda omnium rerum accidunt interitus.

Sic itaque dicimus, Deum esse huius mundi effectorem, et omnium rerum summũ, et primum opificem, qui nutu, potestateque sua vniuersa fingit, ac formate materiam præparat, formam imprimit, et ita res coagmentat, et constituit, vel per seipsum, vel per proprias, et proximas ipsarum rerum causas efficiences, quibus ipse uires, et facultates indidit, & quas sinit operari iuxta fuæ naturę vires, & cõditionesti: iccirco ipse, nec est, nec esse potest substantia rerum conditarum, nec vna, & eadem res cum

Deus opifex omnium rerum.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00505

ipsis, sed est quædam substantia longè multò nobilior, & præstatior, vt suprà dictũ est. A

Cum autem res naturales ex materia, & forma certo ordine, & temperatione coniunctis componantur, subiato ordine, & debita temperatione detracta, totus materię, & formæ nexus, & vinculum solvitur; & à materia forma secernitur, & ita res ipsa composita desinit, & dissolvitur in eas partes, atque principia, ex quibus constabat, non in principium, et causſam, quæ illam effecit, et colligauit.

Altera causſa erroris Iaponiorum.

Secunda causſa, ob quam in hunc errorem incidertunt, est, quod haud intellexerint, multis modis aliquid esse in alio: nam vel aliquid est in alio, sicut in loco, vt in hoc cubiculo, in hac aula: vel sicut pars est in toto, & ita materia, & forma sunt in re naturali, quia res naturalis ex illis componitur. Vel sicut causſa in effectiis, quibus vi tam, motum, & formam communicat, & communicata conseruat; Atque ita Sol est in his omnibus inferioribus corporibus, quibus lumen præbet, & datum conseruat: sic ignis ferro calorem communicat, & conseruat in eo: & dicitur esse in illo, quod sic est in rebus, quia facit eas, & effectas conseruat, non tamen est, nec esse potest substantia, & natura rerum procreaturum. Nam Sol neque substantia est, nec pars minima substantiæ eorum corporum, quæ sui luminis radijs illustrat. Quare primum, & summum principium est in rebus omnibus sicut earum auctor, & opifex, quia ipsas procreauit, & condidit, & semel conditas conseruat, & ita nec esse potest, aut tota substantia, aut pars minima ipsarum rerum conditarum: & ipsæ res sicut sunt per formas sibi communicatas à Deo, ita per vires, & facultates in ipsis impressas à Deo operantur. Iaponiorum igitur sectæ non intellexerunt modum, quo causſa efficiens est in effectis, & ideo confundentes modos, quibus vnum est in alio, putarunt, primũ principium esse in rebus, sicut materia, aut forma est in composito naturali, cuius est pars substantialis. C

Aliquid in alio esse dici diuersimodè.

B

Deus quo sit in omnibus rebus.

Tertia causſa huius erroris est, quod neque perceperint, duos esse modos, quibus vnum alteri communicat esse. Primum est secundum rationem formæ, quæ pars est substantialis, & principium intrinsecum rei; & est etiam operandi vis. Alterum secundum rationem causſæ efficientis, quo pacto primum principium, quod Deus appellatur, rebus vitam, motum, et formam confert, ordinemque ac temperationem qualitatum debitam, et naturam rebus singulis largitur: et hæc omnia suo nutu, et potestate facit, nec ob id tamen est pars substantialis, vel accidentalis rerum, sed est substantia longè superior, & altior, sicut Sol est alia res, & substantia seiuncta ab ijs corporibus, quæ suo lumine perfundit, fouet, & seruat.

Tertia erroris causſa. Duo modi, quibus vnũ alteri cõmunicat esse.

VERA de primo principio sententia.

Ex his omnibus cognoscitur vera sententia, quæ de primo, & summo rerum principio habenda sit. Nimirum, quod sit rerum omnium auctor, & conditor, qui principio materiam, & quattor elementa procreauit, ex quibus vniuersa naturalia corpora componuntur: & hæc ex nihilo effinxit, & condidit: quique in rebus singulis, aptas & idoneas formas impressit: ipse est qui cunctis communicauit esse, & conseruat illud: quique in singulis operatur nutu, & potestate sua: ita ut ipso non conseruante, vniuersa in nihilũ reuertantur. Est enim sicut lucidissimus Sol, qui inferiora corpora sua luce cõpleat, & illustrat, cuius absceſſu caligine, & tenebris obuoluuntur. Porrò tribus modis Deus est vbiq; & in singulis rebus: primum per essentiam, substantiamque suam; quę cum infinita, & immensa sit, nullis locorũ spatijs concluditur, nec ita est in vno, certoque loco, vt differt ab alio, non est maior ratio, cur sit in vno, & non in alio, cum tota sit immensa, & indiuisibilis prorsus, & vbique proximè operetur. Secundò per præsentiam, quia omnia videt, & intuetur, omnia sunt ipsius notitiæ obiecta, & exposita: nihil penitus est quantumuis abditum, & occultũ, quod ipsius cognitionẽ fugere queat: quidquid cogitamus animo, & mente voluimus, multò melius intelligit, ac penetrat, quam ipsi nos. Tertiò est in rebus omnibus per potentiam; nã pro nutu, imperioque suo efficere potest, quidquid voluerit. Cum igitur his tribus modis sit in rebus, nec est, nec esse potest substantia rerum, vel pars ipsarum: & ob id res cum pereunt, & desinunt, nequeunt vllo pacto in ipsum dissolui: sed res singulæ dissoluuntur in eas partes, atque principia, ex quibus constant, nimirum in materiam, & formã: ex quo intelligitur, quam falsa, & absurda sit sententia Iaponensium sectatorum.

D

Deus tribus modis vbique.

Res singulas dissoluit in ea principia ex quibus constant.

E

Humanum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00506

Humanum cor non esse vnum, & eandem rem cum primo Principio, id quod Iapony docebant, vnde sequitur, post hanc vitam nullum superesse præmium, aut panam. Cap. IIII.

IAm verò & falsum, & absurdissimum est, primum rerum principium esse vnam, & eandem rem cum humano corde, quod quidem pars sit hominis substantialis, vnde vitam, & motum habet: quare sicut primum principium nequit ullo pacto esse forma, aut pars substantialis ceterarum rerum, sic non potest esse forma, aut pars ulla substantialis hominum. Deinde quia primum rerum principium est sapientiæ, cõsilij, & veritatis plenissimum; At humana mens est plurimarum rerũ inscia, & ignara, sæpè fallitur, & errat: non est igitur humana mens primum rerum principiũ.

B Tertiò, primum principium, quod probatum est suprà, est summum, & infinitum bonum, perfectissima substantia: at humana mens est multis ex partibus imperfecta, multis passim concussa, & oppressa malis, peccatorum inuentrix; scelerum sectatrix: fieri igitur non potest, ut humana mens sit primum principium. Quarto, primum principium est æternum, & omnino immutabile, ut etiam suprà diximus, at humana mens, subinde mutatur; nunc ignorat, nunc sapit; modo vult, modo non vult: respuit, quæ antea probauerat, & probat, quæ ante respuerat: discit, quę ante nescierat, & obliuiscitur, quæ ante didicerat, non igitur esse potest, vt humana mens sit primum rerum principium. Si dicat aliquis primum principium suapte natura esse sapientissimum perfectissimum, & ab omni penitus mutatione alienum, sed cum ineſt in hoc corpore, ratione materiæ, cui ineſt, has habet imperfectiones, & crebras mutationes: dici hoc C nulla ratione potest: quia hoc primum principium, vt dictum est suprà, est omnipotens, quare impediri ipsius uis, & potestas non ualet à tam infirma, debili, & fragili re, quale est corpus humanum: imò potius hac ratione concluditur, primum principium, quippe quod est potentissimum, & perfectissimum, non esse eandem rem cum humana mente, quæ tam imperfecta, imbecilla, & tenuis est: sed esse aliam substantiam, & rem longè superiorem, & nobiliorem. Causa verò huius erroris fuit: quia videmus humanam mentem aliquid amplius habere, quod est in ea eximium, singulare, quo ceterarum rerum naturas, & formas, & aliarum animantium uires exuperat quod considerantes aliqui dixerunt, humanam mentem esse quandam substantiæ diuinæ portionem corpori immersam: & ob id tanto interuallo à ceteris animalium, & rerum formis differentem: cum enim intelligere non possent, vnde nam genus suum, D & originem ducat humana mens arbitrati sunt, eam esse portionem quandam Diuinæ substantiæ, quæ sublimis, & singularis est, sed decepti sunt, nam ut ostendimus, id nulla ratione constare potest.

Causa erroris Iaponiorum.

Hac in re ueritas sic se habet, humana mens est substantia quædam, & forma spiritualis, quæ sensum, vitam, & motum corpori præstat, quęq; nobilior, & præstantior est ceteranum rerum naturalium formis, & quia spiritualis est, fit, ut interitus si ex- vnde. pers, & post hanc uitam in perpetuum duratura; Nihilominus tamen creatura Dei est à primo principio ex nihilo formata, et condita, alterius longè inferioris naturæ, et substantiæ, quàm sit ipsum primum principium, quod procreauit eam, et ita primi principij imperio, et potestati subest, sicut reliqua sub Dei ditione constituta sunt.

HVMANA mens, quid nam sit: &

Porrò hanc humanam mentem immortalem esse ab omni interitu abhorrentem mo- HVMAdo ostendemus, confutantes, id quod secundo loco docent Iaponiorum sectæ in ter- NAM mentio hoc capite, de quo in præsentia disputamus: aiunt enim hominem, cum primum moritur, in vniuersum perire, nec in aliam commigrare vitam, nec vllum futurum sup plicium, aut præmium: quæ sententia est omnino falsa: apertissimis enim argumentis comprobabimus, humanam mentem esse immortalem, corpore soluram, nunquã interituram, sed pereunte corpore in aliam uitam transferri, & deduci, vbi à primo rerum Auctore, quem Deum nos appellamus, quique illã ex nihilo finxit, & condidit, aut debitis supplicijs, aut meritis præmis afficitur, vitam, & gloriam sempiternam, apud superas beatorũ sedes, aut ignominiã, & pœnã perpetuã apud inferos damnatorũ carceres, & tenebras cõsequuta, prout benè, vel malè se in hoc mortali seculo gessit.

tem esse immortalẽ Iaponios.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00507

Mors qd sit, & vnde fiat.

Principio nosse vos oportet, mortem esse viuentium rerum interitum, vt sapientes Philosophi tradiderunt, & ipsa experientia docet, ac ratio naturalis ostendit: interitus autem rerum ab aliquo contrario fit, quod rem pereuntem absumit, & dissipat: nã vnumquodque naturaliter viuere, & esse desiderat, & naturaliter seipsum tuetur, & seruat, & ita si contrarium non habeat, cuius vi dissoluatur, & pereat, esse in perpetuũ conseruat: quare, cum vniuersa corpora naturalia, quæ mortalia experimur interitui obnoxia, ex quattuor elementis, coagmentata sint: & elementa vires, & facultates contrarias habeant, quibus inter sese pugnant, nam ignis siccitate, & calore viget, & dominatur, aqua humida est, & frigida, ex opposito pugnans: aër humidus, & calidus est: terra frigiditate, & siccitate resistit, & pugnat; fit, vt aliquando tandem intereãt, & desinant dissipata à contrariis: Natura namque & substantia rerum naturalium exigit certum ordinem, & temperationem quattuor qualitatum: & ideo, cum primũ debitus ille ordo, & certa qualitatum temperatio deletur, rerum natura, & substantia perditur: prædictæ verò quattuor elementorum qualitates, quia sunt sibi inuicem contrariæ, & aduersæ, diu consentientes, & concordes esse non possunt (aliæ enim aliis enertere, & è medio tollere contendunt) inter sese continuo pugnant, & quo malignius una earum dominatur, & regnat, eo magis debitum illum ordinem, & temperationis una earum dominatur, & regnat, eo magis debitum illum ordinem, & temperationem disturbat, ac dissipat, in qua rerum natura, substantia, & vita consistit. Hinc animalium morbi, ægrotationes, & obitus: hinc stirpium decrementa, & occasus, hinc eæterarum rerum interitus oriuntur: & quo magis rei compositio his qualitatibus contrarijs obnoxia est, eo facilior est eius interitus. Sic itaque belluæ, & homines, quia magis qualitatibus aduersis sunt naturaliter obiecti, citius, & facilius intereũt, quam faxa, & metalla, & alia similia, quæ tarditus, & difficilius dissipantur, quoniam minus sunt contrarijs expósita. Hinc etiam fit, vt nihil eorum, quæ sunt ex contrarijs constiata, in perpetuum permanere queat: sed ex suæ naturæ constitutione citò, vel tardè pereat: & è contrario nihil eorum, quæ omni contrario vacant, dissolui, seu interire possit: Nam cum contrarium non habeant, cuius vi, & actione perdantur, perpetuò durant: semper enim esse tuentur, & seruant; sicut cernimus, permanere semper Solem, Lunam, Syderæ, & cælestia corpora; quæ quia ex quattuor elementis composita non sunt, contrarijs carent, à quibus dissipentur, perpetuo lucent, semper extant: Qua re concluditur à pereæ, viuentium mortem, & aliarum rerum interitum ex aliquo contrario nasci: & vbi contrarium non est, ibi nec mortem, nec interitum esse.

NATVRA rerum exigit temperationem quattuor qualitatum:

Vnde nam abiquarum citior fit interitus.

Quæ omni contrario carent dissolui nequeunt.

HVMANA mens, quoniam contrarium non habet, dissolui nequit. Probatio, qd humana mẽs nullum contrarium hẽat.

Hoc fundamento iacto, planè confictur humanam mentem esse immortalem, omnis interitus expertem, hac ratione.

Humana mens contrarium non habet: non igitur habet, à quo dissoluatur: est ergo immortalis, & ab interitu aliena, secundum suæ naturæ conditionem, quod autem contrario careat, hoc argumento probatur, omne habens contrarium ex quattuor elementis componitur, & eo ipso materiam habet, & corpus est, ut experientia docemur: at humana mens materiæ est expers, corpore vacat, quia spiritualis est forma, atque substantia, non igitur contrarium habet, cuius vi extingui, & absumi possit.

Quod autem forma, & substantia sit spiritualis, omni materia secundum se, et corpore vacans, multis rationibus manifestè comprobatur, prima sumitur ex varietate cupiditatum, et propensionum naturalium, quæ animam nostram spiritualem esse sub stantiam ostendunt, primo, quia anima nostra dominatum, et potestatem habet in suos affectus, nulla enim res corporata, et materiam habens, uim liberam, et facultatem habet, qua naturalem appetitum, et motum cohibeat, atque impediat, imò potius naturali appetitu, veluti quoddam naturæ pondere, et impetu ferrur, et ita appetitui naturali veluti subiecta paret, quia omnis appetitus naturalis, et motus ex ipsa natura fluit, et ex naturę cõditione, et necessitate proficiscitur, et ita uidemus, bel luas uim liberam non habere, qua possint, quum uelint, suos animi motus, et impetus continere, et refrænare, at humana mens liberè, prout vult, suos affectus, et motus coercet; et temperat, corpori imperat, sensibus dominatur, non igitur est substantia corporea, sed est natura quędam, et forma superioris, et altioris ordinis, nimirum

1. Ex libertate arbitrij.

Mens habet vim, & potestatem in corpus.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00508

A nimirum est substantia spiritualis materiæ expers secundum se: & ideo vim habet, & potestatem in corpus, & in corporis affectus.

Secundo probatur hoc idem: quia quisque nostrum passim experitur in se duos animi appetitus contrarios eodem tempore, & erga eandem rem, & materiam obiectam: verbi gratia sæpè experimur, inesse nobis magnum cibi, vel potus appetitum, vel alicuius rei voluptariæ, & amœnæ cupiditatem: & simul etiam sentimus in nobis aliam voluntatem repugnantem prædicto appetitui, & respuentem cibum, & potū, & vetantem capi à sensibus voluptatem: ita ut liberum nobis sit hoc prosequi, & amplecti, aut repudiare, & abijcere: & aliquando cibum, potum, uoluptatem respuimus, solum quia volumus: aut quia rerum spiritualium studio, & honestatis ratione ducimur, quantumuis uideamus, cibum, potum, uel uoluptatem illam corporis sensib. pro

Secunda ratio ex ui, & potestate coercendi contrarium appetitum, & corpus, ac sensus contrarios in officio.

B futuram: ea igitur voluntas, quæ ius, ritus, & potestatem habet contrarium appetitum coercendi, & corpus, ac sensus continendi in officio, incorporea est, & spiritualis, & superioris, ac sublimioris ordinis: neque enim vna, eademque substantia, & natura corporalis simul ad contraria fertur, sed ad vnum solum recta contendit: sicut homo simul cernere, & non cernere eandem rem obiectam oculis non potest.

Tertio similiter probatur, quia naturale animantium desiderium est eorum naturæ consonum, quippe quod ex ipsorum innatis principijs exoritur: verbi gratia, quoniam equus sesipsum conseruat capessendo pastum, & ex conquisitis herbis, non autē ex carnibus uiuit, naturaliter herbas appetit, ad pastum natura fertur, non ad carnes: contrà vero canis, quia naturaliter carnibus, non autem pastu uiuit, ad carnes, non ad pastum quadam insita naturæ propensione properat: ut uidemus plerosque homines

Tertia ratio ex appetitu finis, & desiderio inniti talitatis.

C firmiter credere, humanam mentem esse immortalem, & eos, qui vel in hoc dubium vocant, vel opposítum assueerant, naturaliter optare uitam immortalem, & perpetuam: cosque uidemus incredibili desiderio teneri cognoscendi huius rei ueritatem, & res alterius seculi, ac statum huic præsenti, & mortali corporis vitæ, succellurum: hoc igitur naturaliter impressum hominibus desiderium non potest non esse ipsorum naturæ consentaneum: & ita humana mens immortalis est, & interitus expers: neque enim belluarum aliqua est, quæ hoc immortalitatis desiderio teneatur, quia belluæ sunt naturæ suæ conditione mortales.

Quarta ratio ex cognitione, Amore, & Appetitu rerum Spiritualium.

Quarto probatur: quia nulla substantia, quæ sit secundum se corpore, & materia, affecta, rerum spiritualium studio ducitur, vel cura solicitatur, vel desiderio tenetur, spiritualia enim superant eorum captum, atque naturam: & ita inter belluas nulla est,

D quæ aliquid supra corpora desideret: solum cibum, potum, somnum, & alia id genus belluæ desiderant: sola est humana mens, quæ spiritualia cognoscat, diligat, & appetat: nouit enim Deum, colit, adorat, amat: nouit, & diligit: reliquas spirituales substantias: honoris, & gloriæ studio, & appetitu ducitur, quærit, & curat honestatem in rebus, virtutem colit, multa causſa virtutis agit: disciplinarum, & scientiarum est compos, famæ, & laudis est cupida, est igitur humana mens spiritualis, corpore, & materia vacans, & ita immortalis, & ab interitu aliena.

Quinta ratio ex studio æternitatis cōsequendæ.

Quinto monstratur, quia inter mortales res, quæ intereunt, & occidunt, nulla est,

E quæ vitam sempiternam, & perpetuam desideret, quia huiusmodi desiderium supra captum ipsarum est: nulla est bellua, quæ vitę sempiternę desiderio teneatur: sola est humana mens, quæ perpetuam, & æternam vitam appetit: & ita pro viribus studet perpetuam sui memoriam in hominibus relinquere, & vt hoc assequatur, multa sustinet, multa patitur, multa præstat: humana igitur mens tor, & tantarum rerum auida immortalis est, & æternæ vitæ capax: siquidem huiusmodi desideria sunt veluti quidam naturæ impetus, & pondera.

Alter modus probandę spiritualis cōditionis humanæ mētis ab obiecto.

Secundus rationum, & argumentorum modus ad comprobandam spiritualem humanæ mentis conditionem, & immortalitatem sumitur ex ratione cognoscendi, & intelligendi res, quam in humana mente naturæ auctor impressit. Primò omnis facultas, & potestas naturalis habet propositā sibi obiecta suæ naturæ consona, & cōgrua: ita vt si vis naturalis, & facultas sit corporea, habeat obiecta perpetualia: contrà verò si obiecta facultatis spiritualia, & ab omni materia secreta sint, facultas quoque naturalis

ralis spiritualis sit, & ab omni materia seiuncta: verbi gratia, aspectus corporis, quia A
facultas est corporalis, non habet obiecta, nisi corporalia: nam si spirituale obiectum
sit, sub aspectum cadere nulla ratione potest: cùm oculorum naturalem vim, & facul-
tatem exuperet: & ita cernere oculis non possumus aerem inter cælum, & terram in-
teriectum: quoniam licet corpus sit aer, est tamen ita natura subtilis, & tenuis, ut spi-
ritus esse uideatur; & multò minus intueri possumus spiritualem substantiam: hoc ide
paret manifestè in reliquis corporis sensibus: gustatu enim nihil percipi potest, nisi
corporeum sit: nec auditu percipitur, quod est corporis expers: nec aliquo exteriori
sensu concipitur, nisi quod corpus est: sola humana mens, solæque eius vires, & facul
tates obiecta sibi proposita habent spiritualia, ab omni corpore, & materia separata:
proprium enim intellectus obiectum est uerum, vt supra dictum est: in solo uero, ut in
proprio obiecto, aut in eo, quod putat, & credit esse verum, conquiescit: & voluntas B
ad bonum, ut ad sum proprium obiectum fertur: bonum naturaliter appetit, nec
alia re satiari potest, verum autem, & bonum spiritualia sunt, non corporea: nam ue-
rum in spiritualibus rebus etiam reperitur, bonum quoque spiritualibus conuenit
substantijs: humana igitur mens, quæ obiecta spiritualia habet, spiritualis est substan-
tia, & proinde immortalis, & omnis interitus expers, sicut ab omni corpore, & ma-
teria aliena.

Secundo probatur, quia humana mens, quando rerum naturas, & substantias in-
quirit, scrutatur, & intelligit, eas modo quodam spirituales reddit: nam verbi gratia,
si hominis substantiam consideràt, intelligit eam non esse id, quod aspectu corporis
intuemur: idque, quod est oculis nostris obiectum, non esse eam figuram, quam cerni
mus, eam quantitatem, & molem, quam tangimus: probè enim nouit, hæc omnia esse C
hominis accidentia: sed cognoscit, substantiam hominis esse aliquid aliud, quod nec
visu corporis, nec tactu, nec gustatu percipitur: itaque quando hominis substantiam
mens cogitando perquirit, eam facit quodammodo spiritualem: siquidem ipsam co-
gitatione à materia, mole, figura, & quantitate secernit: est igitur humana mens spi
ritualis à materia segregata, aliter enim quomodo posset rerum naturas materiæ con-
creatas à materia cogitatione semouere? Item hoc idem probatur: quia quidquid susci
pitur ab aliquo, ita ut in ipso receptum insit, recipi solet iuxta modum eius, quod re-
cipit: verbi gratia, si uas, in quod aquam infundit is, sit rotundum, eo ipso congloba-
tur aqua. quod si uas quadratum fuerit, aqua formam accipit quadratam: in eam igi-
tur figuram, & formam aqua mutatur, quam habet uas, quo aqua concluditur: sed
quidquid intellectus sua cogitatione complectitur, & concipit, fit quodammodo spi- D
rituale: nam amplissimas urbes, vastissima regna, latè patentes campos, mentes, & co-
gitatione concipimus, quod non fieret, si corporali modo mentem, & animum nostri
subirent. Mens igitur humana spiritualis est, quippe quæ res materia coniunctas à
materia cogitando separat. Insuper, quum humana mens rerum naturas inuestigan-
do perquirit, singulas earum conditiones, & circunstantias omittit, & solum consi-
derat, quæ in genere communi rebus conueniunt: & in quibus ipsa singularia commu
nicant: verbi gratia, quando hominis substantiam intelligit, non cogitat aliquid co-
rum, quæ propria priuatorum hominum sunt, quæ propria personarum, nimirùm Petri,
uel Pauli dicuntur: sed communem hominis naturam concipit quæ communis natura E
spiritualis quodammodo est, quia à materia, & singularibus personarum conditio-
nib. cogitatione seiungitur: mens ergo humana, quæ hanc hominis communem natu
ram spiritualiter cognoscit, spiritualis est, & ab omni materia separata.

Tertiò probatur. Quia vis omnis, atque facultas corporalis, eo ipso, quòd mate-
rialis est, modo quodam corpori colligatur, & corporeis vinculis constringitur; ita ut
supra corpora sese attollere nulla ratione possit, sic enim bellua, etsi sensu uigeat, ac
cognitione dicuntur, multaque appetunt, nihil tamen percipiunt, nisi sit corpori, &
materiæ coniunctum, quia sensus, & ceteræ facultates, quibus eas natura donauit, u-
res sunt materiales: & ita obiecta sibi proposita habent suæ naturæ congruam: nec sese
ita in sublime erigere possunt, ut spirituales substantias intelligant, uel communes re-
rum naturas considerent, uel proprias suas essentias cognoscant, equus enim nescit

naturam

Propium in
tellectus ob-
iectum est,
uerum.
Voluntatis
autem, bonū.

A modo in-
quirendi sub
stantias rerū.

Substātia ho
minis, nec tā
gitur, nec cer
nitur.

Quidquid re
cipitur, per
modum reci-
pientis, reci-
pitur.

Facultates
corporales su
pra corpora
sese nequeūt
attollere.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00510

A naturam equi: nec canis nouit naturam canis, sunt enim bellarum sensus, & uires ac facultates naturales carnis vinculis astrictæ instar auium, quæ quum ad lignum alligatæ, vel sune aliquo deuinctæ sunt, euagari, aut euolare non possunt: sola humana mens est instar auis omni vinculo solutæ, quæ sese erigit in altum, & sublimia petit: & ita suam propriam naturam considerat, & communes rerum essentias, & non solum corporalium rerum, sed etiam spiritualium substantias intelligit: & ab omni corporis, ac materiæ nexu, & vinculo libera, per omnia cogitatione euagatur, omnes mundi partes perlustrat, uniuersa gentium regna uno temporis momento peruolat, cælos ipsos penetrat, & pro suo arbitratu id facit, ac præstat, quod uult, respuit, & abiicit, quod non probat: oportet igitur asserere, intellectum, & uoluntatem humanam non esse uires, & facultates carnis vinculis astrictas, aut alicui corporis organo alligatas, B sed esse a corpore, & materia solutas, & ita immortales, & interitus expertes.

Similitudo de Humana Mente.

Intellectus, & uoluntas carnis uinculis non alrin guntur.

Quarto probatur hoc idem. Quia omnis substantia corporalis, eo ipso q; corporalis est, certis materiæ, & corporis limitibus, veluti quibusdã cælestibus concluditur, & appetitũ habet intra certos naturæ terminos constrictum, qui sunt ipsi naturæ conuenientes: & ita belluæ non appetunt, nisi admodum pauca suæ naturæ congrua, & accommodata; quæ quum primum adeptæ sunt, conquiescunt, explentur, saturantur. sola est humana mens infiniti boni capax, cuius intelligentia in nullo procreato uero con quiescit, cuius uoluntas nullius boni creati adoptione satiatur: quidquid intelligat, & quantãcumque rerum notitiam, & sapientiam consequatur; semper plura nosse, & plus sapere desiderat: qualescumque delitias, & opes obtineat, numquam expletur; semper plures voluptates, & plura bona cupit, & appetitus ille ad nullum creatum omnes nos experi C mento didicimus: humana igitur mens est natura quædam substantialis materiæ, & corporis expers, nullis carnis vinculis astricta, nullis sensus limitibus concluſa. At con firmari potest hoc idem: quia natura, & substantia appetitus, & capacitatis conuenit, & concordat cum eo, quod res ipsa consequi potest, sed humana mens appetit nosse infinitum verum, desiderat adipisci infinitum bonum, est igitur capax infiniti ueri, & boni per intellectum, & voluntatem, quibus est Dei beneficio prædita: at hunc finem in hac mortali uita obtinere non possumus, ergo oportet ut in alia futura vita assequatur & ita necesse est, ut sit immortalis, & interitus expers. Præterea quia natura, & Deus, qui est naturæ conditor, rebus singulis uires, & facultates concessit, quib. debitos suos fines consequantur, sed homo est res longè multò ceteris nobilior, atq; præstantior, & infinitum uerum nosse desiderat, atque infinitum bonum possidere: eũ D ergo ad hunc sibi propositum, & constitutum a Deo finem perduci non possit in hac uita mortali, necesse est, vt humanus animus sit immortalis, & corpore exutus post hanc uitæ functionem, debitum sibi finem obtineat, nisi improbi malè actæ uitæ mores impediant, alioqui enim uilior, & abiectior, siue deterior esset hominis conditio: si quidem reliqua suos aliquando tandem fines pertingunt, homo uerò nunquam ad definitum sibi finem peruenirer.

Ratio quarta.

Sola est humana mens infiniti Boni capax.

Humanæ quid sit.

Tertius argumentorum modus ad probandam humanæ mentis immortalitatem, simul & alterius consequutæ uitæ supplicia, & præmia sempiterna, sumitur ex singulari unius summi Dei prouidentia: est enim à nobis supra demonstratum, esse unum Deum totius huius mundi principem, ac dominum, rerum omnium auctorem, & moderatorem, qui est summum, perfectissimum, & infinitum bonum, quique cunctas res E rum finis est ultimus, ad quem uniuersa referuntur, & quem cuncta appetunt, & qui rerum humanarum, & omnium prouidentiam, & curam habet. Quo fundamento iacto, primo ita probatur. Bonum suapte natura sese communicat cum alijs: ac quisq; quo melior est, eo magis sua bona, alijs impertit, & proximorum inopiam subleuat: Sed Deus est summum, & infinitum bonum, potest que non solum communicare cum rebus uitam corporalem morti obnoxiam, sed etiam spiritualem, & mortis, atque interitus experrem; quippe qui omnipotens est: credendum igitur est, Deum hanc uitam spiritualem, & ab interitu abhorrentem, rei perfectissimæ contulisse: at humana mens est omnium formarum perfectissima: ergo procreata est à Deo rerum omnium opifice immortalis, ab omni corpore secũdi se, & materia aliena. Itẽ Deus est perfectissimus,

Tertius modus probandi Immortalitatem Animæ, & præmia futura sumitur ex singulari Dei Prouidẽtia.

Ex Natura sui mi boni.

Ex summa Dei perfectione.

non

non solum in seipso, sed eti am in suis operibus, & factis; nam condidit hunc mundi A
vndique perfectum, & singula etiam iuxta suæ naturæ conditiones perfecta forma-
uit: cum autem in hac rerum vniuersitate possent esse non solùm corporea, & materia
prædita, atque mortalia; sed etiam spiritualia, materiæ expertia, & ab interitu alie-
na, fuisset hic mundus imperfectus, & foret sanè hæc rerum vniuersitas manca, si Deus
aliquam naturam, & formam spiritualem, & immortalem, non procreasset: nam deest
ent in mundo substantiæ perfectiores, & nobiliores: oportet igitur fateri, esse in hoc
Debete esse mundo formam, & naturam aliquam immortalem, solo spiritu constantem: at hęc es-
in hoc Mun- se non potest, nisi ea, quæ est omnium formarum præstantissima, & nobilissima om-
do naturam aliquam im- nium naturarum, quas mundus suo complexu continet, ut est humana mens: est igi-
mortalem so lo spiritu cõ tur ea spiritualis, & ita immortalis, atque interitus expers: & inde consequitur, ut
stantem. Deus in alia consequiatura vita ipsi suæ gloriæ amplissimos honores, diuitias sui re- B
gni summas, & ornatissimum suæ maiestatis domicilium, & sedem ostenderet: neque
Ex allis, quæ enim Deus est parcus, & tenax, sed munificus suorum bonorum largitor: Insuper con-
Deus cęlis, & vniuersę Mundi ma- remplare singularem Dei sapientiam, & planè agnosces, qua ratione Deus Optimus
chinæ com- Maximus cælum, & terram ex nihilo finxerit; cælos clarissimis Solis, Lunæ, reliquo-
municauit. rumque siderum luminibus illustrauerit, terram ac totam huius mundi molem mul-
Solus homo tis, & variis gemmarum, herbarum, fruticum, arborum, piscium, auium, & quadrupe-
rerum natu- dum formis exornauerit, in quibus innumeras, incredibiles, & admirabiles vires, & C
ralis cognitio ne potest Pe- facultates impressit, ut cuiuis diligenter singula consideranti facilè pateret: posse-
quirere. lus est homo inter cætera naturalia procreata, qui mente, & intelligentia præstat,
qua possit harum rerum naturas, facultates, vires, & dotes cogitatione pęquirere:
has igitur res tot, ac tantis uiribus, & facultatibus prædituas, non temerè, non frustra
procreauit: nec hominem ipsum consilio, sapientia, & intelligentia vigentem sine
Cur Deus causa effinxit: cerrè mente, & intellectu Deus donauit hominem, ut per hæc varia re-
homini mẽ- rum genera veluti per quædam impressa, & relicta vestigia Dei sui amplissimam celsi
tem dederit. tudinem, magnitudinem, & potestatem consequeretur, & consequutam amaret, ama-
tam coleret, & summa uenerationæ adoraret: Sic facere decuit summam Dei sapien-
tiam, & benignitatem: & sicut hominem mente, & intelligentia exornauit, ut suum
conditorem, & parentem agnosceret, atque diligeret, sic eum immortali animo à cete-
ris distinxit, ut eum ex hac mortali uita discedentem meritis honoribus, ac præmijs re
muneraret: alioqui enim quid homini prodesset nosse Deum? Deum ex omni corde
coluisse, & totis viribus amasse? Item, Deus, vt suprà dictum est, summè, & infinitè
Ex necessita te dirigendi bonus est, & eo ipso consequitur necessario, vt vniuersa ad se tanquam ad ultimum fi- D
ad ultimum nem dirigat. Si humana autem mens immortalis non esset, non foret vniuersa ad
finẽ vniuer- Deum, vt ad vltimum finem relata, quod esset absurdum: nam cetera naturalia uno
sa. dempto homine, cùm intellectu, ratione, & uoluntate careant, Deũ consequi non pos
Dei adepti- sunt vt vltimum finem; Quippe Dei, qui est ultimus finis, adeptio non fit, nisi media
one non fit, nisi media sor- notitia, & amore: est igitur humana mens immortalis, quæ intelligendo, & amando
tia, & amo- Deum propositum sibi finem consequitur, & homine consequepte, cetera etiam, ulti-
re. mum finem assequuntur, quoniam reliqua sunt propter hominem procreata, & ho-
mo ipse propter Deũ, & Deus est summè, & infinitè bonus, qui sui participem homi-
Ex Dei iusti- nem fabricauit, & proinde immortalẽ effecit. Ad hæc, si Dei iustitiam, & æquitatẽ
tia, & æqui- confideres, eam summam, & infinitam cognosces: porrò multos in hominum genere E
tate iu mma. comperies, qui cum bene, & sanctè, ac pure viuant, honestatem colant, toto studio,
opera, & diligentia Deo famulentur, & seruiant, in hoc tamen Mundo grauiter, &
acerbè afflictantur, vi, tyrannide, & seruitute opprimuntur, arũnis, calamitatibus, &
malis uexantur, plurima denique aduersa patiuntur, & sustinent: cõtrà uero cernimus
multos improbos, ac perditos homines, facinorosos, nefarios, impios, in Deũ ipsum
iniuriosos, & contumeliosos opibus affluere, in delitijs uersare, prosperè, et feliciter ui
tam transigere: ergo si hominũ animi immortales non sunt, & uita alia futura non est,
ubi sint bonorum hominum præmia, & supplicia malorũ, profectò magna esset rerũ
confusio, & perturbatio, neque esset summa, & infinita Dei iustitia, æquitas, ac sapien
tia, quod sanè cum omni recta ratione pugnat. Ex quibus omnibus rationibus satis
apertè

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00512

A apertè conficitur, animũ humanũ esse immortalẽ, omni interitu vacantem: & eisdem rationib. concluditur, futuram esse aliam vitam, vbi sit salus, & felicitas bonorum, & malorum extrema calamitas, atque perditio: & vbi recipiet quisque debitam sibi mercedem, prout benè, vel malè vixit in hoc seculo: & quoniam alterius seculi vita perpetuò est duratura, ideò tam præmia bonorum, quàm malorum supplicia futura sunt sempiterna.

Præterea ad animorum vim, naturam, & substantiam cognoscendam, sciendum est, animum nostrorum duos modos, & rationes habere, quibus existit: nam est forma spiritualis, intelligentia, & notitia præditus; & hac ratione conuenit cum substan tijs spiritualibus, quæ mente, & intellectu vigent: & ita secundum se ex corpore alligata non pendet, & tribus viribus, seu facultatibus ornata, quas Philosophi animæ

Duoesse modos, quibus anim. noster exsistit.

B potestates appellant. Prima est memoria, quæ est veluti commune quoddam receptaculum, & vas, in quo seruantur repositæ rerum effigies, & cum res ipsæ corporatæ sint, imagines tamen ipsarum in memoria receptæ, & impressæ fiunt modo quodam spirituales, vt suprà diximus: hinc fit, vt in hac nostra memoria conseruare possimus præsentes magnarum vrbium, amplissimorum regnorũ, & latè patentium terrarum imagines. Neque enim, dum in nostra memoria velut inscriptæ, insculptæque manent, loco, & spatio concluduntur, & pro varietate harum imaginum in memoria inhærentium, & hominis cogitationem, ac notitiam subeuntium, recordatur homo. Se cundò animi facultas, seu potestas est intellectus, quo mens hominis ratiocinatur, in-

Intellectus quærum facultas sit.

C telligit, considerat, & rerum naturas discernit; verùm à falso distinguit, honestum à turpi, bonum à malo; vt suprà dictum est. Tertiò animæ vis, atque facultas est voluntas, ratione cuius homo liberum habet arbitrium, & liberè vult, aut non vult, liberè operatur prout vult, harum trium virium ministerio obeunt homines officia, & munera omnia spiritualia. Et quamuis, dum animus noster viuit in hoc mundo corpori coniunctus, ratione corporis, cui copulatur, prædictæ facultates suas actiones cũ corpore communicent, & ex corpore pendere videantur, quia rerũ simulacra, & effigies, sensuum opera, & ministerio, suscipiunt; nihilominus tamen vires sunt secundum se spirituales, nullo corporis organo, vel instrumento colligatæ, nullis materiæ vinculis astrictæ, ita, vt liberæ, & solutæ corporis, aut carnis legibus, sua opera, & officia præstare queant. Neque enim, sunt veluti corporis sensus, & reliquæ materiales facultates, quæ quia sunt alicui corporis organo alligatæ, aut materiæ vinculis deuinctæ,

Voluntas spinam facultas fit.

D sine corporis organo, aut absque materia nihil possunt efficere, hinc etiam fit, ut animus noster (licet sit à corpore seiunctus, & corpore exuitur) harum trium virium officijs fungi possit commodissimè. Est item animus noster secundo modo substantialis forma hominis, & hac ratione corpori, & carni coniungitur, sicut forma suæ materiæ copulatur, hac etiam ratione suas proprias uires, & facultates habet, & actiones penitus ex corpore pendentes, ipse enim animus corpori vitam præstat, cum illo etiã communicat sensum, & motum, & appetitum, ac cetera, quæ cum belluis communia retinemus. Et quia huiusmodi uires ita sunt corporeis organis & instrumentis alligatæ, ut nulla ratione officia sua facere possint absque corporis opera, & ministerio, fit hinc, ut anima nostra soluta corpore nihil sentiat, nimirũ uidendo, gustando, tangendo, audiẽdo, odorando. Quare cũ homo diem uitæ suæ claudit extremum, & anima separatur à corpore, amittit animus dominatum, ius, & potestatem, quam ut forma habebat in corpus, perdit etiam sensus, & reliquas corporeas uires, & actiones, retinet tamen suum proprium esse, quod, ipsi conuenit ut spiritualis substãtia est intellectualis, ratione cuius non pendet ex corpore, & ita etiam conseruat in se tres uires, & facultates spirituales, memoriam, qua recordatur, intellectum, quo intelligit, uoluntatẽ, qua honestum, & bonum amplectitur, turpe, & malum detestatur, & ob id quoque in alia uita corpore solutus animus, tristari, gaudere potest, & sic supplicij, præmijsque capax est. Et ut hæc omnia exactius, & commodius intelligantur, ea hoc exemplo in medium producto declarabo. Fingamus hominem quendam Regem esse, profectò in eo duę personę rationes sunt, Vna, quatenus homo est, qua ratione proprias hominis actiones habet, & exercet, sentit, ingreditur, dormit, comedit, uiuit: Altera, quatenus

Animus post corporis mortem utitur tribus suarũ virium officijs.

E Rex

Ab similitudine hominis Regis.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00513

Rex est, qua simili ter ratione, sua propria opera, & officia præstat, gubernat enim, leges condit, imperat, punit. Quod si Rex hic, casu, vel alio pacto suum regnum amittat, cum eo simul regiam amplitudinem, & majestatem perdit, omnem quoque imperandi potestatem, puniendi vim, & legum ferendarum auctoritatem, quibus antea excellebat: non tamen vitam, rationem, & formam hominis amittit, & proinde propias hominis actiones, & officia non perdit: & ita quamuis è regia dignitate, & imperio decederit, vt tamen homo est, sentit, dormit, ingreditur, comedit, & vivit, ac reliqua hominis munia obit. Sic etiam sese habet animus noster, & ita per scipsum manet, ex corpore nequaquam pendens, suis proprijs functus muneribus: & corpore solutus, ac liber migrat in aliam vitam, ac seculum, ubi in perpetuum est duraturus, vel debitis supplicijs, vel præmijs afficiendus, prout bene, vel malè in hac fluxa vita se gessit. B

Quæ de apparente, quam vocant, Doctrina Japony docent, ea esse falsa, & absona. Neque Cami, Fotoque, Zachum, Amidam, posse in hac vel alia futura Vita dominari: ac proinde nullam esse felicitatem, quam Japony docent. Cap. V.

IAm verò tanto magis absona est Doctrina illa, quam apparentem Japonij vocant. Id quod ex ratione ipsa docendi, quam huius sectæ professores obseruant, facilè intelligi potest. Primò, quia homines decipiunt docentes exterius ea, quæ ipsi interius non credunt, imò contraria, & aduersa sequuntur, & approbant: & proceden te tempore nonnullis eorum, quos antè deceperant, sua mysteria secretò narrant, & ad veri cognitionem, ut ipsi putant, eos traducunt: Quæ docendi ratio profectò tota est fallax, mendax, hominum deceptrix: quare consequitur, vt eorum leges prauæ, & iniquæ sint, vtpote mendacijs, dolis, & fraudibus innixæ. C

Secundò cur, quod ipsi norunt falsum esse, id alios docent? si dicant quod solent, se id facere, quia non omnes idonei sint vero percipiendo: quod multi sint simplices & rudes, qui aliter instrui nequeant nisi vti pueri, qui, cum plorant, ut pectuscolam au ream, vel argenteam recipiant, placari solent exiguo aliquo munusculo quod ipsi aurum, vel argentum putant: nihil sanè est hoc: probi enim, & sapientis hominis est, rudes, & imperitos instruere, errantes dirigere, non, noua inuenta inducere, noua consilia excogitare, ad homines decipiendos, & imperitiores reddendos: Quare negare nulla ratione possunt, se esse deceptores potius hominum, quam Doctores, nam hisce suis confictis narrationibus, & fabulis, plurimos fallunt, qui alioqui non decipe rētur, si rei veritas illis explicaretur. Sin rursus dicant, se ista docere solitos, ut admoneant D alios de ijs, quæ in hoc Mundo contingunt, & quia aliter regi, & gubernari non possunt rudes, & vulgares homines: hoc etiam nihil iuuat eos: Nam leges, quæ sapientis, & proborum hominum consilio, & prudentia decernuntur, prauos, & corruptos mores probare non debent: ac cultum, & uenerationem impendere ijs, qui CAMI, ET FOTOQVE nominantur, uanum, & ridiculum est, & infestia magna, ut ipsi quoque fatentur: nefas igitur est, quod ipsi ista doceant: impium sanè est, et execrabile, quod ipsi hominibus persuadeant, ut cultum, et adorationem exhibeant CAMI, ET FOTOQVE: siquidem eorū sectæ, doctrinæ, et leges improbæ, et perditæ uitæ mores constituunt: quod si rudes, et imperiti homines latis ab ipsis legibus E satis commodè gubernari nequeunt, argumento est, leges quas ipsi tulerunt, et quas ipsi interiores, et ueras appellant, uanas, inanes, et fallas esse: nam si æque, et iustè essent, homines in officio continuissent, et ipsum quoque uulgus à malo deterruissent: hoc enim proprium est rectè, et iustè legis officium, ut conferat plurimum ad bonè uitæ institutum, et uirtutem magna ex parte promouendam: contra verò prauæ, et iniquæ leges, honestatem euertunt, officia tollunt: quare si lex, quam foris coulgant, mendax, et fallax eum sit, iuuat ad homines in officio retinendos, & lex, quam intus, et secretò tradunt, quamque ipsi ueram existimant, si doceatur, nihil iuuat ad id, quod est rectū, et bonum promouendum: confequitur sanè, ut melior, et præstantior sit fallsras, quàm ueritas: siquidem fallsras plus roboris, et uirium habet in tuendo, conseruandoque bono: quod profectò absurdum est, et ab omni recta ratione alienum; quippe ueritas et honestas

CAMI, & FOTOQ. legum Iaponicarum conditores.

Proprium sit fit legis officium quod nam sit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00514

honestas bona sunt, mala contrà, falsitas, & turpitudo. Pala m hinc colligitur, eos, qui doctrinam istam euulgant, cùm norint inanem esse, & falsam, nihil aliud curare, nisi vt opes sibi congregent, honores comparent, vt eos facere videmus, summa ope, & studio nitentes, ad sua dogmata, & placita homines allicere, ut beneuoli ipsis munuscula offerant, eleemosynas largiantur, pecunias reddant, beneficia conferant, honores deferant: hisce igitur artibus, & fraudibus homines decipiunt: sciunt enim sese nihil expiscaturos, nisi hisce fallendi artibus vterentur.

Porrò quàm multi passim decipiuntur hac doctrina apparenti, rati eam esse rectā, & veram: operæ pretium est, eam ut falsam, & absurdam, & cum recta ratione pugnā tem, argumentis, & rationibus compr obare: & vt commodius hoc præstare possimus, vniuersam hanc doctrinam ad tria potissimum capita redigemus.

Primum erit, in quo docent, esse CAMI, ET FOTOQVE, quos ipsi multis, & varijs nominibus appellant, & hos affruunt, quidquid boni in hoc mundo homines haberent, conferre, & post huius vitæ obitum in alio seculo salutem præstare ijs, qui ipsorum leges obseruauerint.

Secundum caput est, in quo docent, salutem, quam in alio seculo homines consequuntur beneficio CAMI, & FOTOQVE in hoc esse sitam, vt homines in FOTOQVE mutuo octoginta qualitatibus affecti, & triginta duabus figuris donati, & inter fruchum, & florum amœnitates viuentes, multis, ac variis musicorum cantuum generibus oblectati, multis recreati delitijs, omni iucunditate perfruuntur lætis, & alacres, & suis rebus maximè contenti in quattuor terræ partibus constituti.

Tertium caput est, in quo docent, omnes homines, donec illam felicitatem, & salutem prædictam assequantur, cursare hucatque illuc, sex vijs insistentes, quæ in varijs uitæ statibus, & conditionibus consistunt, in quibus versantur animæ ex uno corpore in aliud migrantes, ita vt modo homines fiant, modò dæmones, aliquā de bellicæ pro meritorum ratione, quousque iterum homines fiant, qui leges latas à XACA, & AMIDA ac tuent, quarum obseruatione post sint fibi salutem comparare: & quamuis in his tribus capitibus pro varietate sectarum multa dicant tam inter se contraria, & pugnantia, ita que absurda, & ridicula, vt aperte constet, ea esse conficta. Dicimus itaque nullos esse CAMI, nullos esse FOTOQVI, qui ius aliquod vel potestatem habeant hic, vel alibi, & ita nullum illis impendendum honorem aut cultum: non esse ab hominib. adorandos, vel timendos, quod & suprà comprobatum est, & magis adhuc probabitur.

Prima ratio ex ijs argumentis existit, quæ allata sunt, aduersus eam Iaponiarum sectarum doctrinam, quam veram appellant, monstrauimus namque, neque esse, neque esse posse nisi vnum tantùm primum principium, quem Deū vocamus, cuius nutu, & imperio tota hæc rerum vniuersitas creata ex nihilo est, conseruatur, ac regitur: & cuius potestate fieri potest, quidquid voluerit, Petes hunc Deum esse ius, & facultas seruandi homines, & ad ultā in alio seculo sempiternam perducendi, fieri igitur nō potest, ut alicubi sint isti CAMI, ET FOTOQVI, qui in hoc mundo homines beneficij, & in alio honoribus, & præmijs afficiant: quippe Deus vnus tantùm est, qui toti mundo domina tur, & imperat.

Secunda, quia XACA, AMIDA, & ceteri CAMI, ET FOTOQVE, quos Iaponij colunt, & venerantur, homines fuerunt, fuos maiores, & progenitores, filios, vxores, & familiā habentes, quique & orti aliquando, & procedē re tempore obierunt, ut manifestē nobis constet per ipsorum gestis, & uita narrationes traditerum, non igitur esse potest, ut eorum potestate, & consilio mundus hic gubernetur, uel hominibus in alio seculo salus, & felicitas conferatur, item gubernatio, & administratio Mundi, siue terræ, cælorumque moderatio, & cura totum hominum captum, sapientiam, & fa culatem exuperat, vtpote qui formicā exiguā, aut vilem muscam, & minimum culicem efficere nequeunt, nedum totum hunc mundum temperare, & regere, est igitur ridiculum, prorsus huius mundi administrationem infirmis & mortuis hominibus tribuere, quales fuerunt CAMI, ET FOTOQVI, & reliqui similes, quos Iaponij honore, & ueneratione prosequuntur.

Item, isti progeniti ex suis parentibus sunt, & parentes ipsorum ex suis maioribus nati fuerunt, & maiores ex alijs hominibus suum genus, & originem traxerunt: ante omnes tamen mundus extitit, nam quando orti sunt, mundus iam erat, in mundo enim ipsi nascebantur, ergo antequam CAMI, ET FOTOQVE in hanc communem lucem ederentur, ab aliquo alio mundus hic gubernabatur, & aliquis erat, qui hominibus salutem, & felicitatem conferret. Item CAMI, ET FOTOQVE, & alij similes, quos colunt, & adorant supplices Iaponij, vel sunt Dij, qui mūdum hunc ex nihilo condiderunt, & hoc est absurdum, ab omni recta ratione penitus abhorrens, nam plures Dij esse non possunt, ut est suprà monstratum à nobis, vel non sunt Dij. Si Dij non sunt, nihil iuris, & potestatis habent, uel in hoc, vel in altero mundo: & ita perperam coluntur, adorantur, timentur.

Porrò varijs, & casuis orti sunt errores qui.

ius & facultas seruandi homines.

Vacare Amidā Cami Fotoque fuisse homines.

NOTA.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00515

bus non solùm hominibus mortuis diuinos honores, & cultus tribuerunt, verum etiam belluas, & lapides, ac ligna rationis, sensus, & vitæ expertia coluerunt.

Prima fuit, quia, vt initio diximus, naturaliter homines unum mundi principem agnoscit, sed quòniam in multa flagitiorum genera prolapsi sunt, ideo à vera rectaque ratione normâ abstrahunt: Mox crassis tenebris, & ignorationis excæcati cum summum rerum omnium opificem non coluissent, nedum agnouissent, diuinos honores, & cultus procreatis à Deo rebus tribuere cœperunt, & summum rerum principatum, ac potestatem vero Deo debitam ad alia transtulerunt, in quibus eximium aliquid, & excellens elucere cernebant, hinc factum est, vt alij Solem, alij Lunam, alij reliqua cæli sydera coluerint, alij ignem, alij aquam, aerem, terram, & elementa adoauerint, ex quib. alia corpora fieri, & componi videbat. Alij alias res pro creatas ex nihilo à summo Deo ueneraberunt, quia ex ipsis alia multa prosse putabant. Fuerunt alij, qui homines diuinis honoribus prosequuti sunt, ratiui eis aliquid diuinitatis ineſſe, quòd ipsos cæteris hominibus multis in rebus antecellere viderent, & ita aliquibus iuerint habiti, exitimantes, Dij, quod plurimum bello, & armis valerent, alij quòd virtutis, potentiæ, vel sapientiæ, & literis præditissent: alij quòd inuentores artium aliquarum, vel magnarum rerũ auctores extiterint, quales fuerunt nautæ & scientiæ conditores, & artis medicinæ parentes, qui dij marinivocati sunt, dij salutares, dij bellatores, dij rustici, dij syluani, montani, & similes.

Prima causa fit peccati. Cur non solùm homini bus mortuis, verum etiam creaturis sensu ſ. expertibus tribuit ſint honores à Ioppotuijs.

Secunda causa fuit, ſeu ſenata honoris, & gloriæ cupiditas, & libido, quæ in hominum genere dominata eſt, nonnulli enim cùm opulenti, potentes, & ſuperbi eſſent, & vbique per ſeipſos imperare non poſſent, erigi ſibi ſtatuas, & ſimulacra iuſſerunt ex argento, vel auro, vel alia ſimili materia, quæ ſuam ipſorum amplitudinem, & maieſtatem referrent, & ex variis, ac multis locis conſtituerentur, ubi ipſi, ac ſi coram preſentes cernerentur, adorarentur ab omnibus. Alij verò ijsdem ſuos ſuos parentes, vel maiores, vel filios adamantes, vel dolorem ob ipſorum obitum aliqua ex parte leuarent, ipſis iam mortuis ſtatuas, & ſimulacra exſtruxerunt, vt in illis imagínibus mortuorum parentum, vel filiorum memoriam refricarent, & ſubinde repeterent, cum quæ fabricatis ſtatuis honorem, & veneratione impenderent, imperarunt ancillis, ſeruis, famulis, ac reliquis ſuæ ditioni, & poteſtati ſubiectis, vt illas imagines, & ſimulacra cultu, & honore proſequerentur; ac ſi viui eſſent ij, quorum figuram imagines adumbrabant; hac ſefe arte fallebant, & ſeipſos conſolabantur mortuorum imaginibus conſpectis, ac ſi viuorum coram præſentia cerneretur, procedente tempore nepotes, & poſteri cum in magna inſcitia, & ignoratione verſarentur, arbitrati numen aliquod in ſimulacris ineſſe, Deos aliquos eſſe iudicarunt.

Tertia cauſſa fuit, ſumma dæmonum malitia, quos TENGV Iaponij vocant, & immodica hominum libido. Dæmones enim hominum genus exoſiob eas cauſſas, quas ſuo loco dicemus, cum de dæmonum malitia tractabimus, ad homines decipiendos, eſſe in illas ſtatuas, & ſimulacra hominum arte, & induſtria confectas abdebant, & inde reſponſa rogati dabant, huc, atque illuc imagines loco mouebãt, & ita loquendo, reſpondendo, & ſeſe dæmones in illis imaginibus mouendo ſignificabant hominibus in illis ſtatuis Diuinitatem ineſſe, quæ ad interrogata reſponderent, oracula ederent, conſilia præberent, miracula parrarent, loqueterur, incederet, & hinc factum eſt, ut deluſi mortales, & miſeri homines, diuinos honores confectis à ſe imaginibus deferrent, indeque arrepta occaſione alij homines quæſtus auidi, & cupidi ſeſe ſacerdotes talium ſimulacrorum, & Bonzos finxerunt mille conficti is fabulis, mendaciis, & deliriis gentium populos ſibi conciliantes: morum varios cultus, ritus, cæremonias, ſacrificia, & uicthimas inſtituerunt, perſuaſerunt hominibus, ſimulacra eſſe Numina, eſſe Deos, quibus victimas, & hoſtias offerri oporteret, ut placarentur, ut ſalutem concederent, ut nam conſeruarent, ut peſtem, famem, morbos, & calamitates arcerent, ut terræ fructus tuerentur, denique ut in hac fluxa, breuique peritura uita, beneficia conferrent, & felicitatem in altera, templa, & aras dicarent, vt in eis munera offerrentur ab omnibus, quę in ſuos ipſorum vſus conuerterentur, & immodicam lucri cupiditatem explerẽt, atque maximam ipſis laudem, & gloriam conciliarent. Non defuere alij, qui ut hæc facilius aſſequerentur, pacto cũ dęmonibus inito uaria ſortium genera excogitata ĩ terrarum orbẽ inuexerunt, & ita vi pacti cum dæmonibus initi, cum certa ſigna, circulos, & figuras deſcribunt, ſeſe illis præſentes inuocati dæmones exhibent, varias, vel hominum, uel pecudum formas induti, & ad ipſorum iuſſa exequenda parati, & ad ſumptarum figurarum horrore terrentes alios homines, ac perſuadentes ſtatuas, & ſimulacra conſtrui ſimilia ijs figuris, in quibus ipſi inuocati comparuerunt, & hinc factum eſt poſtea, ut talia ſimulacra dæmonibus dicata colerentur, & mulcæ, ac variæ conſcriberentur hiſtoriæ plenę mendaciis, & commentis ad fallendos homines mira dæmonum arte conficiis, Dęmones enim vel ex magna rerum experientia, uel ex naturalium corporum peritia aliquando nonnulla præſentiunt, atque diuinant, & cum quę uentura ſunt prænunciaſſent, prę ſe ferebant, ſe eſſe rerum omnium futurarum conſcios, cum tamen non niſi ea, quæ naturaliter ipſi percipiunt, & ex rebus ipſis ſeire poſſunt, præcognoſcant, atque prædicant, tunc enim mendaces, & ſeſe futurorum gnaros nugantur, & ſibi diuinos honores, & cultus uendicarunt, & nefarię vſurparunt, & hac ratione introducta ſunt auſpicia, augutia, ſortes, diuinationes, & reliquæ uanę ſuperſtitiones, quibus

Tertia cauſſa. Dæmonum odium.

Aſtus Dæmonum.

Bonzij.

Pactum cum Dæmonibus initum.

Hiſtoriæ mendaciorũ plenę.

Augutia, ſortes, & cæteræ ciuſmodi, & de introductæ.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00516

quibus sunt imbutæ gentes : item ex his tribus cauſſis veluti ex fontibus idolorum cultus, & ſuperſtitioſa, ac falſa religio promanauit, & veri Dei notitia, ac ueneratio extincta, ſublata, & ſepulta eſt: nam hominum, & aliorum quoq; animantium effigies, & ſimulacra adorari cœperũt : item earum rerum imagines, & figuræ, quibus ſeſe hominibus dæmones vilèndos præbebant; & hinc factum eſt, ut in Iaponiam dæmones CAMI, & FOTOQVI ingrederentur, & in alias mundi plagas alia innumera ſimulacra, quibus diuini cultus ſunt exhibiti; poſtea verò exorta in de eſt effrenata quæſtus libido, nam excogitata ſunt varia ſacrificiorum genera, quibus dæmones tanquam Dij placarentur, exædificata, & erecta templa, creati, & conſtituti ſunt Sacerdotes, qui ſacrificijs, & ſacris præſſent, quique ut quæſtum non minimum ſibi compararent, fexcentas hiſtorias, & fabulas confingerunt mendacijs plenas, & in Iaponię Bonziçtiſi ſuorum CAMI, ET FOTOQVI hiſtorias credunt eſſe ridiculas, & meras nugas ; ne tamen lucrum amittant, quod ex ipſis faciunt; & quo viuunt, populum ſummæ opę, & ſtudio nituntur in CAMi, & FOTOQVI cultu, & religione ſuperſtitioſa, & uana retinere.

Hanc autem Dęmonum fraudi ſingularis Dei Prouidentia nunquam occurrere deſtitit, tam enim detegere, & è medio tollere tribus potiſſimum modis, & remedijs adhibitis curauit. Primo. Opportunis temporibus homines, & literis, ac ſcientia, & moribus, atque uitæ integrita te conſpicuos tanquam legatos miſit, ut gentes docerent, quo fibi ab his dæmonum artibus, & fraudibus cauerent. Secundo. Permiſit, ut in his ſectis vanis, ac ſuperſtitioſis tot, ac tanta ridicula commenta, mendacia, abſurda, & incommoda eam omni recta ratione pugnantia trade rentur, vt facilè cordati, & prudentes homines perquirendo noſſe ualerent, ea omnia eſſe aniles, & inanes fabulas ab hominibus excogitatas, & confictas. Tertio. Permiſit Dæmones in tam monſtroſis, & portentoſis figuris apparere, ut abſque vllo negotio poſſent homines conſectare figuras, & imagines tam fœdas, & teteas, tam aſpectu terribiles, tam monſtroſas eſſe non poſſe rerum bonarum nunciatrices, tepræſentatrices bonorum Deorum, ſiquidem ita apparebãt ut potius terrerent, & in fugam conuerterent homines, quam docerent, & cum hæc dæmonum, & hominum inuenta fuerint, in ſingulis quibuſque terræ partibus, etiam minimis, varia CAMi, & FOTOQVI genera coluntur, & adorantur, quoniam maiores, & priſci illi gentium patres, bello, & armis multas, & uarias terrarum prouincias ſuæ ditioni ſubegerunt, & in ſingulis tot, ac tam vanas ſectas, & idolorum cultus reperuerunt, ut innumeras ſuperſtitiones inuexerint. Ita uarias CAMI, & FOTOQVI ſectas in Iaponia inuenimus tantis mendaciis, & commentis ridiculis, & fabulis abſurdis plenas, ut quotquot hęc legerint, uel audierint, non poſſint non admirari, quo pacto fieri potuerit, ut cordati, & ſapientes homines talia crediderint. Sæpe enim huiuſmodi confictę hiſtoriæ de ſuis CAMI, & FOTOQVI obſcœna, turpia, iniqua, & nefaria referunt, quæ puræ, & mundæ hominum aures deteſtantur, nec quiſquam ea audet recenſere: commemorant infinita homicidia ab eis patrata, furta, adulteria, & alia flagitia, & ſcelera impia, & facinoroſa, inueniuntur etiam in omnibus terrarum locis quædam homínum, & aliorum animantium figuræ, & imagines, quas gentiles adorant, tam fœdæ, & prodigioſę, ut cuilibet facilè in Iaponia cernere liceat, ubi pinguntur Dæmones ſuis propriis figuris horribilis, & monſtroſis in medijs ignium flammis ardentes, ita ut uel ipſo aſpectu doceant, & admoneant mortales homines, quibus cruciatibus, & ſupplicijs torqueantur, & quæ tormenta maneant eos, qui ipſis cultum, & ueneratione mpenderint, & paſſim his terribilis, & portentoſis figuris ſtipatę pinguntur effigies, & imagines XACA, & AMIDA, quę eiſi in Iaponia cultę, ornatę, & pulchrę depinguntur, quoad fieri poteſt, nunquam tamen finit ſingularis Dei prouidentia, & æquitas, ut hiſce monſtroſis, & horrendis inferorũ dæmonis figuris deſtã tuatur, quib. monẽtur homines quos nã ſocios et cõſortes habeãt XACA, & AMIDA, & docẽtur, in illa eadẽ turba, & grege uictũros eos quiquos diuinis honoribus fuerint profequuti.

Dæmones in Iaponia quo modo pingã tur.

At uerò (quod erat ſecundum caput) quoniam docent, alterius uitę felicitatem in eo conſiſtere, quod homines, octogintą qualitatib. præditi, & triginta duas figuras in duti, uictuti ſint inter fructuum, & florum amœnitates multis, & uarijs oblectati cantibus, atque inter ſonantes undique tibias, & lyras, & alia id genus muſica inſtrumenta: quanquam ipſorum hiſtorijs produntur, eadem ipſa eſſe, ut aiunt, aniles fabulas, ridicula, & uana commenta, & deliria excogitata ab hominibus, qui neſciunt quod dicunt: nos tamen relictis eorum uerbis, quibus utuntur, cum iſta docent, loquentes more ſapientum, oſtendemus falſum eſſe quod tradunt, & fieri nulla ratione poſſe, ut noſtra felicitas, quam futuram in alia uita ſperamus, ſita ſit in ijs, quæ corporum ſenſibus uoluptatem afferant, quod hiſce firmiſſimis rationibus comprobatur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part?image=00517

Ad felicitatē necesse esse, ut desiderij vndique fit expletum.

Primò, vt homo sit omni ex parte beatus, & adeò sitis bonorum sorte contentus, opus est, vt eius desiderium sit vndique expletum, & ea, quæ sunt in homine præcipuæ facultates, eò nobilissimæ, adeóque sint bonum, quod earum cupiditatem satiet, at planè experimur, in nulla re, quæ corporis sensibus obiecta percipitur, nostrum hominum conquiescere, vel intellectum explere. Nam quantacunque sensuum voluptate perfundatur homo, quantiscunque opibus abundet, delicatissimo cibo, & potu fruatur, nunquam saturatur omnino: semper enim plura, & maiora bona appetit: fierigitur non potest, vt alterius vitæ felicitas posita sit in fructum, & florum amœnitate, in fonantibus vndique fidibus, in musicis cantibus, & in aliis id genus delitijs, quæ corporis sensum oblectant, animum non satiant.

Necessarij est le proprij obiecti adæquatione ad facultates animi explendas.

Secundò. Quia nulla animantium facultas expleri, satiarive potest, nisi sui proprij obiecti adæquatione: verbi gratia, gustatus non conquiescit, vel oblectatur odore, sed rerum saporibus, qui in cibis, quibus animalia, reperiuntur: auditus non satiatur corporum coloribus, sed sonis, qui aures demulcent, sic intellectus noster, ut suprà diximus, verum habet ut proprium obiectum, non tamen quodcunque verum, sed vniuersè ve rum, vnde satiari nequit alicuius primarij veri cognitione: quia nullum est peculiare verum effectum, quod totum eius capaciteam æquet: quare in nullo vero conquiescit, donec omne verum obtineat. Similiter noster voluntas fertur sua natura vt in proprium obiectum in id, quod est vniuersè bonum, & ita nullo peculiari bono satiatur, quousque omne bonum possideat, ac in his rebus, quæ corporis sensibus obijciuntur, neque ineſt vniuersè verum, nec vniuersè bonum, siquidem præter istas res sensibus expositas, aliæ sunt multò ueriores, & meliores. Non igitur esse potest, ut alterius vitæ felicitas in his rebus, & bonis consistat. Item, quia hæc bona sensibus oblata non sunt propria obiecta intellectus, vel voluntatis, quippe quæ sunt obiecta sensus, & appetitus, qui sensuum est comes. At præstantissimi hominis facultates sunt intellectus, & voluntas, quibus mens est prædita; fieri igitur nequit, ut in alio seculo con quiescat homo, nisi hę mentis facultates suorum propriorum obiectorum expleantur.

Cum homine intercunte sensus corporis intereuntibus vere to animi facultates tanquam cōpotes sui, sanctè esse futuras felicitate.

Tertiò. Quoniam (quod dictum est suprà) homine intercunte, omnes sensus, & corporis instrumentis sunt alligatæ, & corporis unculis astrictæ, & carue concretæ: & ideò extinctus homo, nec audit quidquam, nec cernit, nec gustat, nec odoratur, nec manib. contrectat, sed soli post hoc obitum superstant tres animi facultates, quæ rationis compotes vocantur, quæ ad suas fructiones corporis adiumentis, & instrumentis non egent, quia nulli corporis partiallignatæsunt, nimirum memoria, intelligentia, voluntas; quæ mortis, & interitus experces tia, sunt, vt suprà est à nobis fusè tractatum. Est igitur ridiculum, & penitus absurdum, quod alijs docent, nempè alterius seculi felicitatem esse positam in choris, cantibus, tibijs, & fidibus, & alijs id genus rebus, quæ sensus nostros oblectant, quandoquidem animus corpore solutus, & in alium vitam translatus, sensibus caret, quos unà cum corpore amisit: & idcirco nihil percipere valet eorum bonorum, quę ad corporis sensus spectant, sed eius felicitas consistit in tribus spiritualium facultatum actionibus, nimirum in functione memoriæ, qua semper est memor eorum bonorum, quę possidet, in actione intellectus, qui est omni sapientia plenissimus, utpote qui omne verum, cuius mes hominis capax est, cognoscit perfectè absque ullo errore, deceptione, & lapsu, neque enim ulla falsitate, aut emendacio decipitur, neque ullis ignorantię tenebris obiectarum, nec alicuius rei diſcendæ studio, & desiderio tenetur, & in operatione voluntatis, qua semper iucundissimo quodam amore diligit Deum, qui est summum, & infinitum bonum, & his actionib. expletur, & satiatur animus, dulcissima omnium bonorum, quę possunt expeti, possessione contentus.

Felicitas homi nis posſibilis mortem inter quo cōſiſtat.

Causa cur in errores imi ciderint. Ex ponij.

Porrò causa, ob quam in huiusmodi errore prędicti sectę incurrerunt, fuit, quia cum homines essent sensuum voluptabius, & corporis delitijs dediti, ut qui ventri, & carni indulgerent, intelligere non potuerunt, aut potius noluerint, alia esse bona hisce sensuum, & corporis bonis longè præstantiora, & ideo in corporis, & sensuum delitijs, ac voluptatibus alterius vitę felicitatem ultimam collocarunt, qui sanè plurimum à uero aberrarunt, quia sunt alia bona cęlestia, atque diuina hisce caduca, fluxa, & breui interitui rebus sublimiora, quę consistunt in cernendo clarè, amando, & possidendo Deum rerum omnium principem, ac Dominum, qui est omnis sapientię fons, & origo, & omnium bonorum auctor, qui solus nostri animi capacitatem implet, & omne nostrum desiderium satiat, intellectum omni sapientia illustrans, & voluntatem omnium bonorum incunditate perfundens. AMIDA autem, & XACA, & alij similes. FOTOQVI caruerunt huius Dei Optimi Maximi notitia, & iccirco in ijs, quibus Iaponijs tulerunt legibus, nihil de eo tradiderunt, imò ibsi ipsis uenditarunt honorem, cultum, et ueneretionem, quę soli Deo Optimo Maximo debentur. Hinc fit, ut credi nulla recta ratione possit, eos esse saluos, aut alijs salutem conferre potuisse, sed potius ut meudaces aliorum Duces, et uanos hominum Doctores, supplicijs cruciari sempiternis una cum ijs, qui iplorum vestigia sectati, vitam, et mores imitati fuerunt. Hoc fatis est ad secundum caput coarguendum.

Sed

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00518

Sed & tertio capite docent Bonzij, humanos animos, donec ad prædictam felicitatem, & salutem perueniant, per sex illas curritare uias, ex uno in aliud corpus migrantes, aliquando dæmonum, aliquando belluarum, aliquando hominum formas induitos: ex quo planè intelligitur, in quanta ignoratione uersentur non solum diuinarum, sed naturalium rerum; manifestissimis namque rationibus ostenditur, fieri nulla ratione posse, ut mens humana ex uno corpore migret in aliud, ita, ut aliquando fiat dæmon, aliquando bellua.

Humanam mentem, ex una non migrare in aliam.

Primo. Quia, mens substantialis est forma, quæ homini uim, motum, sensum, uitam, & naturam præstat, omnis uerò forma substantialis rerum, rebus singulis esse, quod sunt, tribuit. Quare pro uarietate formarum uarię sunt rerum naturæ, atque substantiæ: & ubi est una, & eadem forma substantialis, ibi nulla potest esse naturæ distinctio: & hinc fit, ut in hominibus sit eadem secundum speciem natura, quia eadem est secundum speciem forma: sed dæmones, ac belluæ diuersas secùdum speciem naturas habent, atque homines: ergo fieri nequit, ut eisdem secundum speciem formis constent, & eadem ratione sit, ut mens hominis fieri nequeat dæmon, aut bellua.

Quibus est eadem forma substantialis, ibi nulla distinctio naturæ.

Belluarum animas esse per se materiatas.

Secundo. Quia inde conficeretur, ut dæmones, belluæ, & homines, eandem naturam haberent, quod nullus dicere potest, quisit rationis compos, & mentis humanæ particeps.

Tertio. Quoniam (quod suprà probatum est) ut substantialis forma cum sua materia coniungatur, necesse est, vt materia prius debitè præparetur pro forma, quam susceptura est, conditionesque sint forma ipsius lignum debito calore, & siccitate instaurata: & pro diuersitate formarum substantialium diuersæ sunt affectiones, & præparationes materię, quę sunt ueluti ornamenta, quæ forma ad suum in materiam aduentum postulat. At in belluarum, & hominum corporibus diuersę penitus affectiones, & qualitates sit, fieri igitur non potest, ut hęc tam diuersa corpora eadem secundum speciem forma inbuantur, sed potius sicut diuersæ sunt corporum dotes, ita diuersę sunt formę.

Mens humana sic eorum intellectum, & uoluntatem ex corpore non pendet.

Quarto. Quia ut supra etiam ostendimus, belluarum animę sunt secundum se materiatæ, & quę oriuntur, & pereunt, ut quę intra naturam suam ex corpore pendent, & nullà actionem habent, quę corporis adiumentis non egeat, sed humanæ mentes sunt immortales, omnis interitus expertes, materię non adstrictę, nec obnoxię à corpore liberę, & innumeris, quarum uires, & facultates memoria, intellectus, & uoluntas nullis corporum instrumentis alligantur, non igitur fieri potest ut humania mens sit belluarum forma.

Quinto. Quia mens humana, ut diximus hactenus secundum intellectum, & uoluntatem ex corpore non pendet, nec est corporatorum instrumentorum legibus obligata, uel affricta uinculis, ut quæ sine ullo corporis admiculo suis potest commodè fungi munetibus, nimirum intelligendo, & amando, ergo si mens humana in bel luarum corpora sese recepisset, pro uaria, arbitrioq. suo posset intelligere, & appetere, & amare, quę uellet; siquidem in his uitæ functionibus corporis instrumentis non egeat, at oppositum omnino in belluis compertum. Est igitur penitus absurdum, & à uera ratione alienum, quod isti de tertio hoc capite docent, nimirum mentē humanam ex corpore uno in aliud migrare, & per sex illas uias summa celeritate loca transcurrere. Hinc aperte concluditur, totam istorum doctrinam esse falsam, ineptam, ridiculam, omnis nitidæ plenissimam, & ita iure optimo cum mani omnium doctorum Ecclesiæ consensione etiam ipsorum Bonziorum sententia condemnatur.

Veruntamen, quæ in quarto capite docent, ex omnibus quæ hactenus dicta sunt, facilè intelligitur, eos vehementer falli, cum dicunt, posse hominem in hac mortali vita ad primi rerum omnium principij naturam, & dignitatis fastigium peruenire: quasi homo possit exactè res cognoscendo, & meditatione penetrando, eam vitę tranquillitatem adipisci, quam summus rerum Princeps in seipso habet. Nam, cum hic primus rerum opifex sit Deus Optim. Maxim. qui est infinitus, immensus, undique perfectissimus, omnipotens, totius mundi auctor, dominus, conseruator, & rector, finis nullo pacto potest, vt homo, vel in hac, vel in alia futura vita ad huius primi principij naturam perueniat: nec potest homo eum vitæ statum, & conditionem assequi, vt nihil penitus intelligat, nullum bonum expetat: quia in summa infcitia, ac in summa imperfectione ibi crassissimè iaceret: imò potius maxima vitæ perfectio, & tranquillitas, ad quam homo potest in hoc sæculo prouehi, posita est in bene ordinata, & instituta suarum actionum ratione, qua sui animi affectiones, & motus ita temperat, vt rationi pareant, & ratio summo rerum principi Deo obtemperet, & nullatenus impediatur, aut abstrahatur à veri Dei cognitione, amore, & cultu. Hæc enim vera,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part?image=00519

& germana huius uitæ perfectio, hæc uera tranquillitas, quæ in hoc seculo potest obtineri. Porrò quia animus dum est in hoc mortali fragili, & infirmo corpore, nequit summum rerum Principem Deum ita contemplari, atque ita diligere, ve deberet, quia passim ab eo diuellitur, & in uaria studia citò distrahitur, ideò in hoc seculo cum nunquam uitæ statum retinere potest, ut beatus sit: in alia tamen futura uita summa felicitas comparatur, quæ in clara Dei Opt. Max. uisione, & amore consistit, ut dicemus, cum de ultima hominis felicitate tractabitur. Itaque ex his omnibus efficitur, ut falsa sit, & prorsus absurda omnis Iaponensium sectarum doctrina, quam isti appellant disciplinam ueritatis, in abditis rerum arcanis contentam.

Leges Æ Iaponij latas, esse falsas, & iniquas: salutem per eas nullam conferri: earum cultores damnatum iri. Cap. VI.

IAm uerò planius ostendenda est legum Iaponiarum iniquitas, & falsitas, sumptis argumentis ab ijs, quæ in istis legibus traduntur, docentur, permittuntur, præscribuntur, quæ profectò detestabilia sunt, omni æquitati, & rectæ rationi aduersa. Vt uerò nunc alia taceamus, quæ millies secum inuicem pugnant, & in quibus summa est insicitia, stultitia, & amentia, pauca hic attingenda sunt pro absurdiora, & detestabiliora.

Idololatria legum Iaponicis præcipita

Primo omnes Iaponiæ sectæ, & leges vbique Idolorum cultum præscribunt, quod est inter peccata, & crimina grauissimum: & scelus cũ recta ratione pugnans. Idololatriam vocamus crimen, quo honorem, & cultum soli summo rerum principi Deo Opt. Max. ut huius mundi conditori, rectori, & conseruatori debitum, in hominum mortuorum, vel dæmonum, vel aliarum rerum effigies, & simulacra transferimus, vt fit ex præscripto legum Iaponensium, quibus præcipitur cosi, & adorari CAMI, FOTOQVE, dæmones, & alia secunda portenta, & monstra: à quibus supplices Iaponij petant, & sperant in hoc mundo beneficia, & in alio salutem sempiternam: manifesta ratione comprobatus hoc crimen, & scelus esse detestatione, & iniquitate pleniſſimum: nam cum Deo rerum omnium Domino pugnat aperè, & illi quasi bello indicit: & qui huiusmodi crimen perpetrant, quã tum est ex parte ipsorum, Deo summo rerum præsenti, & auctori gloriam, honorem, dominatum, & potestatem eripiunt, & eius naturam euertũt, & dissipant: quia Deiin hoc mundo notitia extincta, & è medio sublata, diuinos honores, & cultus dæmoni impendunt, qui est utiliſſimus, abieCtiſſimus, impudiciſſimus, immundiſſimus, & perditiſſimus, ac flagitioſiſſimus omnium spirituum, qui sunt à Deo procreati, qui mortales inimicitias gerit cum Deo auctore suo: quique hominum animos perdere cupit audiſſimè. Sicut nullum crimen in Regem, ac Principem potest grauius admitti, quàm eum è suo regno pellere, è regiæ dignitatis gradu deijcere, & alium in summum regiæ amplitudinis fastigium euehere: ita summa est in Deum iniuria, summum in eum scelus admittitur, cum diuinus honor, & cultus, qui ipsi soli debetur, in alium transfertur, ipsi detrahitur, alij tribuitur. In istis Iaponicis sectis, & legibus, Dei notitia penitus extinguitur; deletur diuinus cultus, & honor adimitur; ad dæmones, atque ad CAMI, ET FOTOQVI hominesi mortuos traducitur. Sunt igitur inquæ leges, & falsæ. Item quis non videat, apertam iniuriam fieri alteri, cum ab eo auferitur debitus honor, ut alijs tribuatur, quibus nulla ratione debetur? & quò dignior, & superior est is, cui honor eripitur, eò est grauior, & atrocior iniuria: sed summus rerum princeps, ac Dominus Deus est infinitum, & immensum bonum, & cui infinitus honor, & gloria debetur: ergo summa est iniquitas, summa iniuria, summum scelus, ipsi diuinum cultum, & honorem detrahere, & in alios transferre, qui sunt ipsius potestati, & imperio subiecti.

Quantũ scelus Idololatria.

Secundo. Ex istis Iaponiæ sectis, & legibus conflat, Bonzijs esse arctiſſimè interdictum fœminarum usum, nam in Bonzijs omnem cum fœminis concubitum, ut rem fœdam, turpem, & detestabilem damnant: at usum puerorũ permittunt, imò in eisdem Bonzijs coitum cum pueris approbant, ut rem honestam, & sanctã. Hinc fit, ut ipse puerorum usus in Iaponijs passim, & ubique uigeat: quodque peius est, cũm hoc crimen, & scelus post idolorum cultum sit impudiciſſimum, & immundiſſimum, & maximè detestabile, (quia tamen Bonzijrum res honesta, & sancta censetur. Porrò istum puerorum usum crimen esse grauissimum, & admodum execrandum, & contra rectam rationem, aperte monstratur, quoniam est contra omnem debitum naturæ ordinem, & ita uniuersæ ferè nationes, & gentes appellant hoc detestabile uitium peccatum contra naturam: & quia est turpissimum,

Nefandũ simulatq; mũ peccatorũ in legib. Bonzior rũ permitt

Nota.

Cur omnes execrandũ peccatum natura

Procreatio-nem impe-dit.

pissimum, & omni execratione dignissimum, so-let etiam vocari peccatum nefarium, quod per-inde est, ac si dicatur, peccatum, quod quia est impudicissimum, & immundissimum, nec nomi-nari debet. Quod autem omnem debitum na-turæ ordinem hoc crimen euertat, & tollat, co-stat manifestè. Primò, quia natura rerum or-tum, procreationem, & mutuationem procu-rat, at hominum ortus, & procreatio sit, consti-tuitur, & retinetur fœminarum vsu, non puero-rum, & ita constituit Natura fœminarum vsũ, non istum turpissimum cum pueris concubitũ, neque enim ex ipso oriuntur, procrearive pos-sunt homines, imò isto tam impuro, & immun-do masculorum coitu omnis hominum procrea-tio impeditur. Est igitur iste puerorum vsus spurcissimus, & qui debitum naturæ ordinem dissipat. Item bellaz ipse, & cetera animantes rationis expertes, quarum actiones natura dirigi-gnatur, nullum alium concubitum agnoscunt, nisi maris cum fœmina, viri igitur, qui relicto & spreto fœminarum vsu, cum masculis coeunt, omnem debitum, & à natura institutum ordinẽ euertunt, peioresque sunt ipsis belluis, mutisq; animantibus. Est itaque hoc crimen detestabi-le maximè, & obscenissimum. Item, Deus, & natura singulis rebus attribuit vires, facultates, & instrumenta apta, & conuenientia ad suauia turales functiones, verbi gratia ad incessum, pre-stitit hominibus, & belluis pedes, oculos ad aspe-ctum, aures ad voces, & sonos audiendos, itaq; pro ratione functionum, munerum, & finium cum rebus omnibus debita, & accommodata in-strumenta communicauit. Sed vbi cum vitio fœminam Deus procreauit, vt vir consortem haberet, cuius opera, & vsu hominum ortum procuraret, & fœminæ destinatus est vir, vt socius, cuius opera semen hominum procrea-tioni aptum reciperet, & in se conciperet fœtum. Puerorum igitur vsus contra totum debitum na turæ ordinem est, fœminarum vsus natura est institutus, vt idoneus, & aptus ad homines pro-creandos. Insuper nemo est sanæ mentis com pos, qui indignum non iudicet, ut vir adultus, & prouectæ ætatis utatur VACAVV. Item quis non iudicat, rem esse spurcissimam, & om-ni detestatione dignissimam, virum esse tam ef-fœminatum, mollem, ut mulierbre usum, & offi-cium præstet abectissimè? uefas igitur est, ut puer fœminarum mulierbrem usum exerceat, & enim hic ulus pueris heret, sicuret quoquinis adultis, imò etiã ipsis feminis, siquidem est idem usus naturalis, nec quia puer adolescit, mutatur natura hominis, at virum munera, & functiones mulierbres obire in hac re, obscenissimum est, impudicissimũ est, abiectissimum est, & est ig tur hoc flagitium admodum detestabile, tur-pissimum, & contra omnem debitum naturæ ordinem.

Bellua non agnoscẽ cõ cubitũ alii, quam maris cum femina.

Similitudo quæ peccati fœditas monstratur.

Item si quis oriam, aut frumentum semi-nasset in tabula, uel saxis, iure diceres, eum esse hominem stultum, & insanum, & mentis ac ra-tione captum, nam semẽtem iacimus, ut meta mus, ut fruges colligamus, at nisi semina man-dentur terræ aptæ, & idonee, & ad semina suscipiendã præparatæ, nullæ messes, nullæ segetes prouenire possunt, semen humanum est à na-tura institutum ad homines procreandos, vt ip-sa experientia didicimus, committet ergo debe-tur, & loco legitimo, & ad id à natura destina-to, aliqui enim (sicut frumentum seminatum in tabulis, uel saxis) amittitur, itaque contra de-bitum naturæ ordinem extra legitimum, & so-litum fœminæ usus seminatur, sed igitur puero-rum usus contra rationem, & contra ordinem à natura in hominibus constitutum, & fic exe-crabilis.

Insuper id dicitur contra naturam, quo uti-mur contra finem, & ministerium naturale, & debitum: at est à natura institutum, siue in pue-ris, siue in uiris, siue in fœminis, vt redundantes, & superfluentes potus, & cibi fœces, & excre-menta egerantur, & emittantur e corpore, ergo is, qui eo utitur ad semen hominis recipiendũ, naturæ ordinem peruertunt, & ob eam rem iste abusus interdictus est siue in pueris, siue in fœminis, siue in uiris, & quia crimen est omnino execrandũ, & spurcissimũ, fuit diuina lege sanci-tum, ut sine masculus sine fœmina, qui se hoc flagitio polluerit, occideretur, & medio penitus tolleretur, & hinc est ita, ut in Castellanorum Prouinciis, & regnis huius fœdissimi criminis rei, interfecti comburantur, ut tam iustis, quam me-moria eorum funditus deleatur, & peccatum tam spurcum, & fœdum penitus extinguatur, quare hinc intelligitur quales sint Iaponiæ ge-nes, & fœdæ, quæ hunc impurissimum puerorũ abusum permittunt ut mundum, honestum, & sanctum.

Vtumquod-que naturali-ter seipsum cõseruare co. natur.

Tertio. In Iaponicis legibus, & sectis prohi betur cædes multorum animantium rationis expertium, ut quæ CAMI, ET FOTO-QVI dicata, & sacra censetur, tamen res bo-na, & sancta permittitur hominum occisio, qua esse inuicem homines inter imunt, imò etiam se ipsos necant, & credunt hoc ipso, non solum suis CAMI, ET FOTOQVI rerum gratissimum facere, fed etiam fieri de CAMI, ET FOTOQVI, & in Diuorum numerum ascribi, hinc fit, ut multi seipsos in mare proijciãt, & submersi, & obruti aquis intereãt; alij se uiuos humi sepeliant; alij sese ignium flammis committant, & uini exurantur, alij ex aliis rapibus se præcipitent, & discerpi, ac dila-cerari miserabiliter pereant. Porrò quia seip-sum occidere, ut res bona, & sancta habetur, eo miserie Iaponij deuenerunt, ut passim homines Iesibus de cauffis fuum uentrem discindant, ma tres filios interimant, aliquando fœtus pestife-ris herbis enecent, aliquando compressis fanci bus crudeliter suffocent in lucem editos, quæ omnia manifestè recte rationi aduersantur, & ipsam naturam subuertunt. Est hoc delictũ grauissimum, & admodum dete-stabile: tum res vsuq; quæ naturaliter seipsam tueri, & cõseruare conatur: iure homines suam vitam

Homium uoluntaria cæ-des permitti-tur.

VACAVV.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00521

vitam defenduntur vnde inſtitum eſt à natura rebus ſingulis deſiderium propulſandi iniurias, re pellendi vim, fugiendi contraria, & ſua ſaluti, vitæ, & naturæ noxia, & aduerſa vitandi; quare hominē ſeipſum necare, eſt hoc ſic ſibi ipſi vitæ, & naturam eripere, eſt contra omnem rectam rationem, & contra debitum ordinem, quem in rebus natura conſtituit. Item id euertere, quod natura conſtruxit, & fabricauit, eſt ſanè naturæ ipſam perſequi, naturæ bellum indicere, cum natura diuinitate, cum fœtus in matris vtero foouetur, & alitur, eum ſenſim natura perficit, vt tandem in hominem euadat, membra efficiat; oſſa corroborat, corpus format, vt animum à Deo Opti. Max. conditum ſuſcipiat ieiuſtum, ergo ſubuertere hoc naturæ opus, hanc naturæ fabri eam diruere, & impedire tantum naturæ conatum, & ſtudium venenis, & herbis moriferis adhibitis, eſt profectò cū natura ipſa pugnare. Item bellū omnes, licet earum multæ ſint natura fœdæ, immanes, naturaliter ſuos fœtus, & filios diligūt, & eos tuentur, & feruāt anxiè, & diligenter, fœtus ſolicitè & cautè edunt in lucem, editos aptis lactis ſubminiſtratione nutriūt, donec adoleſcant, confirmentur, & robuſti ſiant, ad hæc enim ipſa natura matres inſtigat, impellit, & quodam inſtinctu cogit, ergo matres diſ ſuos filios occidunt, eſt eum geſtant in utero, vel poſtquam produxerunt in lucem, totum naturam ſubuertunt, & maior eſt in hominibus ſæuitia, quàm in belluis, & feris ipſis cernatur.

Quartum abſurdum in legibus lapo nioris Innocentij Decimi tuis.

Quarto in iſtis Iaponij ſectis, & legibus continetur, homines, quantumuis innumeris ſint pollutæ flagitijs, hoc ſolo, quod inuocent NAMV AMIDABVT, vel clament FORENGVEQVIO, vel alium dæmonem nominent, continuò ab omni peccatorū labe, & macula purgari, quia ipſis hæc ſola inuocatione veniuerſa delicta, & crimina licet aliquoti ingentia, & plurima condonantur, nullam ratione nem habent pœnitentiæ, nihil de ſatisfactione pro peccatis adhuſis redenda, nihil de bonis operibus præſcribunt, aiunt, iniuriam fieri meritis XACA, ET AMIDA, ſi peccatorum pœnitentia, & ſatisfactio exigantur, quia ſatis ipſi pro peccatis dolnerum, ſatis pœnitentiæ egerunt, ſatis pœnarum pro hominibus peccantibus exoluerunt, quæ omnia dæmonis ſūt inuenta ad ſeducendos, & perdendos homines, hæc enim arte, poſſūt homines delinquunt, intrepidè malè perpetrant, ſpe vana decepti, & quamuis ſatis aperte XACA, ET AMIDA meritis fint conſutata, cum eos æterno ſupplicio damnatos oſtendimus, manifeſtè tamen, vel hac vna ratione monſtratur, prædictā iſtarum ſectarum doctrinam eſſe penitus abſurdam: nam licet is, qui prædictis nominibus invocatur, Deus verus eſſet, ſicti neq; ut ſolo his nominū inuocatione peccatorum remiſſio, & venia impetretur, & ſola aliquarum uocum ui delicta, & flagitia uniuerſa condonentur, neq; enim peccata deleri queunt, niſi nos eorum pœnitentiæ ex animo, & niſi ſimul firmiſſimè ſtatuamus, deinceps nos numquam peccaturos, trans greſſuroſve Dei, & rectæ rationis legem, quod his probatur argumentis. Primum, quia omne peccatū à nobis commiſſum propria noſtra uoluntate perpetratur, & ita qui uoluntarij uiolatæ rectæ rationis lege naturę ordine & diuinis iuſſis contempsit Diuinam maieſtatem offendunt, & ſummā iniuria afficiunt, neceſſe eſt, ſi iuxtum peccatorum, & ſcelerum uelint uenia obtinere, ut à malè agendo reſipiſcant, inſaniorem, & meliorem mentem redeant, uitam emendent per ueram cordis pœnitentiam, quæ malè antea ctæ uitæ deteſtationem, & uitandi poſtea peccata, ac bene, & intra diuinarum legum præſcriptum uitandi propoſitum complectitur; nā ratio, & experientia docet, ſi te quiſpiam contumeliaſ, vel alia iniuria læſit, ultitque tibi recōciliari, profecto non eum prius tuæ amicitiæ, & beneuolentiæ reſtitues, quàm cum iniuriæ tibi illatæ pœnitaet, quid enim facies ſi eā nouerit ſolūtato animo eſſe te amplius offendendi? anum ignoſces? condonabis ueniam quærenti oc caſionem te contumelioſius lædendi? non ſanè, immò potius indignaberis uehemētius in eum, ut qui tibi illuſit, & mentitur, licet ſupplex pœnitentiæ ſigna præbeat, & ueniam petat, cum eius animum penitus noueris. Deus autem Opt. Max. omnium animos, corda, & cogitationes, quamuis alijs occultiſſimas, exactiſſimè nouit, parum igitur prodeſt, ſi peccandi uoluntatem, & animum non deponas, ſi per ueram cordis pœnitentiam ad mōrem uitæ frugem non redeas, licet aliqui ipſius nomen ore clames. Secundo. Deus eſt optimus, iuſtiſſimus, rectiſſimus, peccator nerō malus, iniquus, prauus, opus igitur eſt, ut peccatorem ſui delictiex animo pœniteat, nimirum malè anteactam uitam odio habeat, & deteſteatur, & ſtatuat poſtea, nullum unquam crimen præterturum poſtea, ſi uelit ſibi ſuorum peccatorum ueniam condonari, nam Deus, cum opimus ſit, non poteſt non odio habere, & deteſtari peccatorem, quamdiu peccator eſt, & peccator tamdiu peccatorum labe, & ſordibus polluitur, quamdiu peccandi uoluntatem non abijcit. Tertio multa ſunt peccatorum genera, quibus non ſolum Diuina Maieſtas offenditur, ſed etiam proximis inimica, & damnum infertur, qualia ſunt furta, rapinæ, latrocinia, adulteria, quare ſi is, qui huiuſmodi peccatis proximum lædit abſque ulla reſtitutio ne damni, iniuriæq; ſatisfactione diuinitus abſoluereturà culpis per ſolam diuinis nominis inuocationem, Deus fuiſſet iniuſtus, ſicut iniquus Rex aliquis eſſet, qui furibus, latronibus, prædonibus, & raptoribus ueniam concederet nulla facta furti, rapinæ, & prædæ reſtitutione, quare abſurdum eſt, & cum recta ratione pugnat, quod iſti docent, nempè, homines ſuorū peccatorum, & ſcelerum ueniam obtinere per ſolū horum nominum inuocationem, NAMV, AMIDABVT. Quarto, hæc doctrina an ſam, & occaſionem præbet hominibus, ut malè uiuant, & iniquimultò peiores fiant: ita ut in ter

Deus omnis animos, cor & & cogita ones opti mè nouit.

Quid dea nah facere pecca tor, cum ad mi pœnitētiam redit.

Tamdiu peccator peccatorum labe ſordibus polluitur, & peccandi uoluntatem non abijcit.

Abſurdum eſt homines obtinere ueniam ſuorū ſcelerum per ſolam inuocationē Diuini nominis, niſi priuſ ſatisfecerit cui debeant.

NAMV AMIDABVT.

Penitentiam peccatorum eſſe neceſſariam & cur,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00522

ter homines nulla ratio habeatur honestatis, & turpitudinis; quasiam si sola horum nominum inuocatione N A M V, A M I D A B V T, homines veniam, & salutem impetrant, & assequuntur, cum facillimum sit hæc nomina clamare, absque vllo rationis freno, legisue metu. homines furta, & latrocinia patrabunt, plurimorum cædes efficient, in omnium scelerum, & flagitiorum genera pro libidine sua prolabentur, vt qui facilem suorum omnium peccatorum remissionem habent, inclamando solum N A M V, A M I D A B V T, & ita id experimento in Iaponiorum regnis didicimus, vbi peccata ibi solent tam facile, quàm bibi aqua consueuit, & ubi eo ignorantia, & cæcitas processit, vt scelera omnium impurissima, atrocissima, & maximè detestabilia impune licere & honesta esse existimentur, qualia sunt, quæ suprà retulimus.

Hinc absque dubio sanè tot, tantisque calamitatibus, & malis perpetuò Iaponij afflictantur, plagis iusto Dei iudicio immissis puniuntur, vt debitas suorũ scelerum pœnas luant, assiduis vndique bellis diuexantur; continuis sese cædibus enecant, fame, peste, & alijs sexcentis ærumnis, & miserijs premuntur, exitiosis subinde ortis coniurationibus trepidant, sese inuicem defraudant, & passim decipiunt, vbique doli, fraudes, & in sidiæ dominantur, ferius hero fidem non seruat, homium pacta, & fœdera violantur, ita ut inter eos nulla pietas, misericordia nulla, nulla charitas esse videatur, siquidem sæpe serpsos interimunt, & alij alios impunè trucidant, filij suos parentes impiè necant, denique tot criminum, execrandorumque scelerum genera regnant, vt aperte colligatur, quales sint Iaponienses leges, & sectæ, vt quæ talia impunè permittunt, imò etiam probant, hoc satis erit ad istas omnes Iaponias sectas confutandas, siquidem planè constat, tam eas, quæ nullam aliam ultam futuram, nec bonorum præmia, nec ulla malorum supplicia constituunt, quàm eas quæ in alio sæculo alteram vitam, & bonorum felicitatem, meritorum remunerationem, & malorum pœnam annunciant, esse Dæmonij inuenta, ad seducendos, & perdendos homines, & esse hominum fraudes, & quasdam confictas fabulas ad alios decipiendos, ad quæ stum comparandum, ad opes expiscandas, ad populorum benevolentiam conciliandam, ad captandam fidem, & auctoritatem, & vt istæ humanæ fabulæ tamquàm leges probarentur, & colerentur ab omnibus alijs, curatum est, vt plautu, & approbatione populorum reciperentur, & ita constitutæ sunt leges non seueræ, non rigidæ, non acres, sed laxę, remissæ, leues, quæ docent, facilè cuique patere aditum ad salutem, & felicitatem sempiternam, facile peccata, & scelera condonari, & deleri, simul etiam trahentes, non tantam esse flagitiorum prauitatem, vbique peccatorum turpitudinem minuentes, quibus omnibus rectè viuendi habenæ laxantur, & honestas eijcitur, & quilibet ventri, sensibus, & carni indulget, ita vt vbiq; & passim peccata dominẽtur.

Christianorum Legem, & Doctrinam esse à Deo latam, & traditam: Ex hac vna veram, rectam, & certam viuendi normam existere, quæ homines ad salutem sempiternam adducat, eumque fides necessaria sit. Cap. VII.

SVpereſt, vt agamus de ea lege, quam Christiani, ideſt Christi cultores sectantur, & colunt, vt simul etiam inuestigemus, num Christianorum lex, & doctrina sit à Deo Optimo Maximo lata, & tradita, ita ut ea sit uera, recta, ac certa viuendi norma, quæ homines ad felicitatem, & salutem sempiternam perducat, quod profecto hisce sequentibus rationibus comprobamus.

Primum. Illa lex sola est à Deo, & est vera, & recta vitæ regula, quæ potest hominibus salutem animorum præstare, at ea sola potest homines saluos facere, quæ docet, & tradit veram veri Dei notitiam, cultum, & Religionem, ac charitatem, quia solus Deus verus est, qui potest hominibus salutem perpetuam conferre; ce verum sola Christianorum lex efficit, quę docet, & continet ueri Dei ueram notitiam, cultum, Religionem, & charitatem, sola igitur lex Christiana rum est lata, & tradita à Deo, & quæ possit homines saluos efficere. Secundo, lex lata à Deo est pura, omni ex parte recta, sanctæ, ab omni immunditia penitus abhorrens, aliena prorsus ab omni errore, tota undique perfecta, quę docęq homines omnem uitæ perfectionem, & sanctimonię

Christiana lex lata est à Deo pura, & ex omni parte perfecta.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00523

Sanctitas vitæ in quo cõsistat.

sanctitatem, sicut Deus ipse est totus secundũ se perfectus, purus & sanctus. Porrò sanctitas & vitæ puritas non solùm in externis cæremoniis consistit, sed in moribus etiam internis voluntatis, & mentis, in animo enim tanquam in sede sunt virtutes, & vitia, ob eam rem lex, quæ iusta, recta, & sancta est, & veram Dei cognitionem ostendit, non solùm ritus, & cultum externum præscribit, & externa opera interdicit, vel præcepta, sed etiam curat, vt totus interior homo nitamus sit bene cultus, & mundus, & homines sint puri, & sancti corpore, & animo, sicut enim homo ex his duabus partibus constat, sic tam corpore, quàm animo bene dirigi, ornari, & perfici debet, at sola est Christianorum lex, quæ puram & integram corporis & animi sanctitatem præscribit, vt quæ tradit ueram Dei notitiam, cultum verum, Religionem, & charitatem.

Quid lex quæ sancta & iusta sit, efficiat in hominibus, & hæc sola est Christianorum lex.

Lex quæ lata est à Deo nihil habet stultum, aut falsum quod quidem habent reliquæ omnes sectæ præterquam Christianorũ legem.

Tertiò, ea lex, quæ est à Deo lata, omni ex parte est rectæ rationi consona, nihil debet habere stultum, falsum, imperitum, non debet, quæ turpia sunt, prauа, & iniqua approbare, aut fouere, hæc enim omnia primæ, & summæ ueritati, summæ sapientiæ, & bonitati aduersantur: & Deus est prima, & suprema ueritas, sapientia, & bonitas. At reliquæ omnes sectæ præter unam Christianorum legem, sunt insitia, stultitia, falsitate, errore, mendacio, & multis contra rectam rationem absurdis plenæ, vt quæ continent ridicula, fabulas, commenta, & inutilia incommoda, quæ nulla ratione defendi queunt, immò facilè conrgubari: sola est Christianorũ lex, quæ tota rationi innititur, vel auctoritati, & testimonio diuino, quo multa creduntur, vt diuinitus hominibus patefacta, ita ut hæc Christianorum lex summa sit sapientia constituta, & talis, vt suorum dogmatum, vel rationem reddere, vel veritatem diuinæ auctoritate valeat comprobare, & quæ rebiquas aliarum nationum, & gentium sectas confutare queat, nec tamen ab vlla possit conuinci. Sola igitur Christianorum lex est à verò Deo condita, & stabilita, hoc in Sola Christianorum lex à Deo cõdita.

Iaponia passim experientia docet: nam Doijcoro vnus si cum Christianis quatuor dies in Ecclesia versetur, omnium literarum alioqui rudis, & imperitus, qui literas nunquam didicerit, potens est, & adoneus ad Bonzios Iaponiorum Doctores, & duces coarguendos, cum ipse tamen ab eis conuinci non possit. Satis ergo concluditur, has sectas Iaponiorum falsas esse, & mendosas, Christianorum uerò legem esse uerissimam.

Ab initio mundi cepit, & vsque ad finem integra permanebit.

Quartò, Christianorum lex iam inde ab initio mundi conditi cepit, quandoquidem Deus ipse ueram hui ipsius cognitionem, & cultum, ac Religionẽ hominibus exhibuit, quæ duratit ha ctenus, à primis hominum parentibus in posteros continuata successione transmissa, & extabit semper, quamdiu totus hic mundus integer per manebit, numquam abrogabitur, numquam vl la ipsius sententia, aut dogma mutabitur, cum tamen ceteræ leges, & sectæ subinde abrogentur, tollantur, & varientur, & cum passim hominum opiniones mutari cernamus, Christiana leges sententiæ, & placita numquam per tot annorum seculа mutata sunt, aut mutabuntur posthac. Hęc igitur sola Christianorum lex est à vero Deo auctore lata, & ita immutabilis est, sicut Deus conditor ipsius est immutabilis.

Christiana lex doctissimorum hominum iudicio est approbata.

Quintò, lex Christianorum sępius innumerabilium doctissimorum hominum iudicio est approbata, sępius discussa, examinata, nam, vt vera, & probatę historię commemorant, sępe grauissimi, & sapientissimi uiri ex uariis mundi regnis, & partibus conuenerunt, ut de Christiana lege ueritate tractarent, atque differerent, & tamen sępe communi omnium consensione non solum recepta, sed etiam laudata est. Item cum hęc Christianorum lex tam fouerè carnis, & sensuum delitias, & uoluptates coerceat, ustijs resistat, cum mundanorum hominum libidinibus afsiduum bellum gerat, uiriorum tamen doctissimorum, Regum, & Principum potentissimorum iudicio est commendata, & libenti animo susceptа, & colta, quis non uidet homines aliquot sapientia, & literis conspicuos, iudicio, & consilio graues, opibus, potestate, honoris, & dignitatum titulis illustres, mundi delicijs de licatos, molles; tam libenter Christianę legis iugo, carni, & sensibus aliquoi duro, fœcero, & rigido sese subdere non potuisse, nisi huius nostrę legis ueritate compulsos? Item, unde est, ut innumeri uiri doctissimi diuersarum regionum, linguarum, & gentium maximo interuallo distantium, qui sese inuicem alloquentes intelligebant, infinita pene librorum volumina conscripserint de Christianę legis ueritate tractantia, in quibus est summa sententiarum, & dogmatum consensio, summa argumentorum, & rationum concordia? qui fieri potuit, ut omnes tã facilè consenserint, cum alij aliorum scripta nõ nossent, non legissent, nisi quia ueritas erat una, vnus Deus, una lex verissima, certissima, quam omnes probabant, in quam omnes consentiebant, eos intus mouente Deo, & sue diuinę gratię lumine dirigente?

Christianorum ministerio promulgata, quæ sanè cum essent omni uitæ, & morum integritate clarissimi, eam legem non prędicassent, nisi purissimam, sanctissimam, & à Deo hominibus latam probè cognouissent. Item hęc Christia norum lex quàtum ad ea dogmata, quę ex Deo reuelante tradita, & accepta credit, fuit multorum uitorum, quos misit Deus, uatiçinijs prænunciata multo ante tempore, quàm contigerint ea, quæ tempore procedente nouis, & credidit, ut id non solum Christianorum historiæ, sed etiam Iudæorum, & Gentium scripti libri prodiderunt: nam licet Iudęi, & Gentiles Christiani nominis, & Religionis fuerint hostes, nõ potuerunt tamen rei veritatem inficiari, quę ipsorum tempore euenit. Sola igitur Christianorum lex est à Deo lata, siquidem tanto tempore antè prænunciari non potuisset, nisi ea diuino

Christianæ legis cum viribus pugnat bellum.

Christianæ lex ministerio sanctorũ virorum promulgata.

Vaticinijs prænunciata.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00524

uino afflata reuelata hominibus fuisset.

Septimò, hanc Christianorum legem non solùm promulgarunt, & prædixerunt ante multa secula Sancti Dei ferui, quos nos Christiani Prophetas vocamus, ideò, homines diuino inflatu illustratos, qui venturæ, siue futuræ præconi gnoscunt, & prænunciât, sed etiam eam vltimus prædicauit in terrisipse Deus, & comprobauit, ac confirmauit, innumeris editis miraculis, vt eam tanquam legem latam à Deo susciperent, colerent, & seruarent vniuersi, quæ facta diuinitus sunt in terra, mari, & cælo, multis à morte ad vitam reuocatis hominibus, restitutio cæcis aspectus, claudis incessus, surdis auditus, & mutis linguæ, & sermonis vsu: ventis diuino imperio parere compulsis, cæcis maris procellis sedatis, consistente soly, & suum terris subrahente lumen meridiano tempore, cùm claritima esset vndique cæli facies: alij denique multis confectis miraculis tam apertis, & magnis, & totius naturæ vim superantibus, vt eorum, & multitudine, & magnitudine victi, & coacti homines esse fatoti haec legis Christianæ iugo subdiderint, vt ex veris, & certis historijs edocti sumus, quas literis mandarunt plurimorum vitorum testimonijs confirmatas ij, qui illis ipsis temporibus vixerunt, quare dubitari non potest de huius Christianæ legis veritate, maior quippe certitudo esse nequit, quam sit ea, quæ ex Deo est.

Octauo, quia plurimi Principes, Reges, & Imperatores infideles hanc Christianorum legem penitus abolere summo studio, & conatu contenderunt, ne leis Gentilium tollere tur è medio, & ad hoc præhandum sumunt, se fassimis tormentis Christianos vexabant, alios immanteris, & exquisitis cruciatibus necantes, alijs bona, & facultates omnes eripientes: alios omni honoris, gloriæ, & dignitatis gradu priuantes, vt à Christianorum lege, & Religione deficerent, & tamen infinitipene hominis, quamuis illis honores, & diuitiæ, ac magistratus promitterentur, mortii esse tradiderunt, & vitam potius, quam legem, & Religionem perdere maluerunt, & eiam hæc Christianorum lex tam sit carni, sanguini, & corporis sensibus aduersa, tot hominum consensu approbata est: qui reuera non approbassent, nisi eam esse legem diuinitus latam hominibus certo crediidissent. Item nisi lex hæc esset à Deo, ill, qui pro hac lege pugnabant, & acerbissima mortis supplicia perferebant, diuinæ gratiæ præsidio, & auxilio non iuuarentur, & tamen in medijs ipsis tormentis mira dulcedine, & consolatione recreabantur, & innumera miracula supra totâ naturæ facultatem fiebant: alij in medias ignium flammas ardentes conijecti non exurebantur, sed illæsi, integri, & viui cantica concinebant: alij gladijs nec iugulari, nec eorum capita truncari, nec vulnerari poterant: alij feris bestijs obiecti nihil mali patiebantur, sed potius bestiæ alioqui sæuissimæ ad eorum pedes esse abijciebant, eos reuerebantur, alij nullo tormentorum genere interficipo terant, donec ipsi supplices Deum optimum Maximum precabantur, vt eos ex hac fragili vita migrare lineret, vt ad cælestem Patriam conuolarent: quibus visis miraculis innumeræ gentes ad Christianorum legem, & Religionem cõuertebantur; itaque aduersâri non solum suis tormentorum generibus hanc Christianorum legem, & nomen delere, & extinguere non valebant, sed etiam tandem victi manus dabant, & huius legis ueritate compulsi ad Christianos se adiungebant; Christianorũ Legem profitebantur, & hac ratione toto terrarum orbe maxima Regnorum copia est ad Christi cultum, & Religionem traducta.

Porrò scire nos docet dogmata Christianæ legis, quæ de Deo Optimo Maximo tractant, esse duplicia. Alia enim sunt adeo clara, vt ratio ne naturali efficaci comprobari queant, tum vt intellectus cognuncatur, alia sunt, quæ fide credi debent, nec minus sunt uera, & certa, quam reliqua, quæ ratione naturali cõprobãtur, hoc autem oritur ex nostri intellectus imbecillitate, & diuinæ naturæ magnitudine, & maiestate. Sicut Sol nõ minus est sua natura apertabilis, quam cetera colore affecta, quæ oculis obiecta cernuntur, immò est magis sua natura visibilis, vt qui est lucidissimus, atque clarissimus, & cuius lumine perfusi nos reliqua intuemur, sed quoniam affectus nostet imbecillus est, tantum Solis fulgorem pati non potest, nec tantam lucem videre: itaque cernere lucidissimum cæli astrum non possumus, vt noctuæ, & vespertiliones interdiu videre nequeunt, donec appetete nocte possit Solis occasum rebus tenebræ ofundi cœperint. Sic igitur nos Diuina interuri, & contemplari nequimus: Diuina quippe substantia est spiritualis, omni materia, & corpore vacua, infinita, & immensa; nostet verò intelle ctus infirmus, & debilis tantum Diuinæ naturæ splendorem ferrè non potest, & ideo nequit omnia Diuinæ substantiæ propria argumentis, & rationibus comprobare, licet ipsa secundum se diuina, certissima, & certissima sint. Quare sicut fulsum est dicere, non esse lucidum Solem, quia noctuæ, & vespertiliones eum videre non possunt, sic insanum est profectò, dicere ueritates Diuinæ naturæ proprias, quas in seipso Deus habet, non esse certissimas, quia eas nostet intellectus capere, comprobareve ratione non potest, hoc idem alio exemplo intelligitur. Certum est enim homines intelligentia, & ratiocinatione præstare, sed quia rerum alię sunt alijs difficiliores, sublimiores, & occultiores, & hominũ captus alius perspicacior alio, fit hinc, vt non omnes res eodem modo percipiantur, nec omnes homines possint eãdem rem capere. Hæc enim ratione variæ artes, & disciplinæ fiunt excogitatæ, nam alij has, alij alias inuenerunt, alij has res intelligarunt, alij alias suo ingenio perscrutati sunt, & hoc interest inter sapientem, & doctum, atque inter insipientem, & imperitum hominem, quoniam sapiens, & peritus utpote disciplinis instructus, multa percipit, quæ

Dogmata legis Christianæ quę de Deo tractãt, duplicia.

Intellectus noster imbecillus respectu naturę Diuinę.

Intellectus noster nõ-dũ compa ratur.

VULGARVM

Hominum alij, alijs perspicaciores. Varię artes vnde.

Discrimen inter sapientem, & doctum.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00525

quæ rudis non poteſt. Quare ſicut magna eſt imperitia, ſi quis impentius negaret, quòd à magno Doctore conſtanter aſſeritur, quia ipſe illud percipere non poteſt; ſic ſine ſumma eſſet inſipientia, ſi quis diceret, hoc aut illud, quod Deus de ſenſu dixit, verum eſſe non poſſe, quòd non illud capere, vel ratione oſtendere non valemus. Itaque Diuina aliqui ſunt, quæ tametſi nos ingenij noſtri exiguitate probare non poſſumus, veriſſima ſunt, & ideo ea credi oportet, nō ratione oſtendi probarique poſſe habeat Deus, quæ eo dignatur hominibꝰ, patefacere. Fides porrò in his ſolis rebus Diuinis, quæ ratione oſtendi nequeunt, eſt ſicut oculare ſpeculum, nam ſicut oculi acies infirma rem procul diſtantem nō cernit, adhibito tamen ſpeculo eam videt, ita mens humanis infirmata cognitionis ratione naturali cōſequi nequit, quæ ſunt diuinæ ſubſtantiæ propria, fidei lumine iuuatur ad credendum, quæ Deus voluit nobis reuelare. Ergo fides eſt donum naturam ſuperans à Deo hominibus collatum, quo firmiſſimè creduntur Diuina, & ſuper naturalia myſteria, & arcana Dei ſanctiſſimi reuelata, quæ ratione naturali cognoſci nequeunt. Addo; ſi quis ſeſe aliquo procul conferre velit, dū terreſtrem iter conficit, pedibus incedit, vel equo vehitur: Ad eam marę trajicit, nec ſuis, neque equorum pedibus vtitur, ſed nāuim conſcendens mare trajicit, ſic qui vitra naturæ vires ad Diuina conſcendere intelligendo voluerit, ſiue peritus, & doctus ſit, ſiue imperitus, & rudis, ſiue magnus, nec eſſeeſt, vt fidei ſeſe committat. Præterea, ſicut trajectorium mare ſe Nauiculario trado dicat ad optatum portum appellat, ſic qui fidem recipit de Deo dicit committere debet. Et ſignat fides velut nauis, quia per ſuperna naturalia uehimur, & Deus ipſe fides Diuinę auctor eſt velut nauicularius, cuius fidei addicti ad ſupernaturalia tanquam ad tutiſſimum portum perducimur, & quæ naturę ingenio, ac uiribus perquirendo conſequi non poſſumus, fidei miniſterio, & Dei opꝰ, & beneficio obtinemus, ſidem cum Deo Optimo Maximo præſtamus reuelanti nobis, quæ propria in ſe habet. Porrò, quia ueritas eſt maximè noſtro intellectui conſentanea, quantumuis eam ratio naturalis non alleuatus, non capiat, non demonſtret, conuincitur tamen ad eam credendam hiſce præcipuè rationibus. Prima, qua intellectus noſter probè nouit, ſe eſſe ſatis infirmum, at Deum eſſe ſubſtantiam immenſam, vt non magis cati poſſit capere, quàm vniuerſam pelagi aquam intra cuiuſdam exiguum cōcludi locat. Quinetiam experimento docemur, plurima ſic ri, quæ reuera mira eſſe cognoſcimus, admiramur, ſuſpicimus, cauſſam eorum neſcimus, quo pacto fiant, ignoramus. Item multæ ſunt in ſtirpibus, gemmis, metallis, & animantibus aires, & facultates, quæ noſtram notiam effugiunt, quid ergo mirum, ſi multa diuina ſint, quæ nos omnino lateant? & ſicut aires rerum abditas, & occultas credimus, & ſi nos fugiunt, ſic multa diuina oportet nos credere, licet noſtræ mentis capacitas exuperet. Atqui licet multa Diuina aſſequantur, intelligimus tamen eſſe credituſ diuiniſſima, atque à ratione abhorrentia, non abſurda, non incommoda.

Fides Deo habenda. Fides tanquā conſpicilli.

Fides quid.

Pvlcrvm

Fides velut nauis. Deus velut nauicrus.

Intellectus quo conuincitur ad credendum ueritatem.

Ad immenſitate Dei.

Ab mirabilibus effectis quæ credimus.

Addo. Mens noſtra naturali ratione dicta cognoſcit, Deum eſſe primam, & ſummam ueritatem, quæ nec fallit, nec fallere, nec mentiri poteſt, & omne dictum à Deo eſſe ueriſſimum, atque certiſſimum, quamuis homo id intelligendo non conſequatur, ſed ſimul etiam intelligit, quæ Chriſtianorum lex de Deo ſuperaturalia præcepta tradit, ac docet, tametſi ratione naturali non probantur, digniſſima eſſe credituſ eſſe admodum conſonꝰ, nihil cum recta ratione pugnare; ergo natura mens credit prudenter, ac ſapienter, quæ lex Chriſtiana præſcribit.

A multis, quę neſcitur tur, ac tamen creduntur.

Nemo item eſt, qui non probè norit, homines non poſſe uiuere, quin multa credant, quāuis ea clarè non uideāt, & adeo uerum eſt hoc, vt licet certò experiamur, homines ſæpe deludere, labi errare, mentiri, plurima tamen uera eſſe animaduertimur, ſolum, quia ijs quæ ea dixerunt, fidem habemus, verbi gratia MEACVM, DAIRI, NOBVNANGAM nunquā vidimus, & tamen credere cogimur, quia ea viuuerſi teſtantur, ſi ergo uiuere non poſſumus, ſum multa, ſolo hominum cęſtimonio, & auctoritate credamus, quid mirum ſi plurima diuina ſint, quæ ratione non comprobata, diuino tamen teſtimonio pateſacta credamus? nec hinc conſequitur, vt ea, quæ Deo reuelante credimus, & ratione naturali non demonſtrantur dubia, ambigua, incertaue ſint immò certiora ſint, & ueriora, quàm ea, quę naturalis ratio, vera eſſe demonſtrat, aut ea, quę corporis ſpectu cernimus, quia quę Deus teſtificatur, & dicit, fieri nulla ratione poteſt, ut falſa ſint, aut ambigua, vel incerta, ſicut eſſe nullatenus poteſt, ut Deus, vel fallat, vel fallatur, uel mentiatur, ea, quę vel ratione conſequimur, uel oculis intuemur, aliquando falſa ſunt, quippe homini ratio fallꝰ, & decipi ſæpe poteſt, & ſenſus corporis fallaces ſunt, experientia didicimus rem alioqui magnam, paruam uideri, quia é lōginquo ſpectamus, & corpus uno colore affectum exiſtimari à nobis longe alio colore tinctum, & vire gam media ex parte in aquam immerſam putare nos, ſectam eſſe cum tamen ſit integra, obliquam uideri, cum tamen ſit recta, ſed Deus nul lo modo labi, decipive poteſt, quare ratio noſtra dum diuino teſtimonio fidem habens, aliquid verum eſſe credit, nullo pacto decipi, uel errare uidet: Deus quippe, ait diximus, eſt ſumma, & infinita ueritas. Opus itaque eſt fide, quare non multum expoſcetur cum ad credendum hortamur, quandoquidem nulla eſt, vel Iaponiorum ſecta, vel uana alarum gentium, & nationum ſuperſtitio, in qua non credantur plurima ridicula, mania, abſurda, & recte rationi aduerſa; Natura uerò comparatum ſit, res alterius uitę ſciri à mortalibus non poſſe, ſed ea credi oportere, & multa eſſe, quę quamuis ratio naturalis non probet, credi tamen debeant.

Ab vita quæ traduci non poſſit, ſed ſunt quæ tamen credantur.

Quæ Deus reuelat, eſſe ueriora, quā ea quæ aſpectus cernimus.

PNPS

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part=00526

Vnus Deus, Tres Personæ; Generatio, Processio æterna. Mundi creatio. Casus Angelorum, & Hominum. Cap. VIII.

PRimum autem omnium hæc Christianorum lex profitetur, & credit, vnum solum esse Deum verum, auctorem, principem, & Dominum omnium rerum, qui est summum, & infinitum bonum, quique est sapientissimus, perfectissimus, vndique omnipotens, qui cum sit spiritus purissimus, omni materia, corpore, & mole, fuæ quantitatæ vacat, totus simplex omnino, nullâ partium constitutionem habens: est substantia quædam longè altior, atque sublimior ceteris rebus, & longè multò præstantior, & excellentior, quam vt humano captu percipi, cogitarive queat, quip pe qui immensus est, & infinitus, noster verò intellectus finitus, fragilis, & infirmus: & ideo ad intelligenda ea, quæ ipsius naturæ competunt, opus est fide, cuius ministerio nobis est diuinitus reuelatum, vnum esse Deum secundum naturam, & substantiã, trinum verò secundum personas, ita vt sit vnus numero Deus in natura, tribus tamen personis distinctus: vna numero Dei natura, & substantia, tres personæ, Pater, Filius, & Spiritussanctus. Quæ personæ licet sint distinctæ inter sese, ita vt Pater non sit Filius, nec Spiritussanctus, nec Filius sit Spiritussanctus, vnam tamen omnes tres personæ naturam, & substantiam habent, vnam tantum intellectum, & vnam solam voluntatem habent, vnam vitam, & vnum esse retinent. Et iccirco Pater est Deus, & Filius est Deus, & Spiritussanctus est Deus, & non sunt tres dij, nec tres substantiæ, siue naturæ, sed vnus tantum numero Deus, & una tantum diuina natura, & substãtia in tribus personis existens, & hæc est una præcipua, & maxima fidei, & Religionis Christianæ sententia, ex ijs quæ credi debent: quam difficile noster intellectus capit, & ratione naturali demonstrare non ualet, quia est veritas, vt planè constat, super naturalis, & ira humanæ rationis, & ingenij caprum, & uires excedens, ob eas rationes, quas diximus: at uerò oportet, vt eam fidei lumine perfusi credamus, quia ipse Deus reuelauit hanc veritatem, qui nec mentiri, nec aliquem decipere potest, & quamuis hæc veritas, quia supernaturalis est, naturam superet, & intelligentiam humanam, non tamen est à ratione aliena, nec eum ratione pugnat, sicut nihil aliorum, quæ Christiana lex credit, recte ratiõni adiuuatur. Quare aliquo modo hanc veritatem ex ipsis rebus, in quibus Dei vestigia quasi impressa cernuntur, inuestigare possumus.

Vnus Deus Tres Personæ.

Veritas Trinitatis, licet intelligentiã humanam superet, non est tamen à ratione aliena.

Primò. Quia, Deus est summum, & infinitum bonum, & hoc est boni proprium, vt sese cum alijs communicet, frigitur Deus est sua natura infinite bonus, infinitè se communicare potest, at tota hæc rerum vniuersitas est finitaque est Deus suam bonitatem cum mundo communicat, infinitè eam participare non potest: Quare licet ratione naturali non probetur, Deum sese infinitè communicare, ea tamen nõ dictat, fieri non posse, vt Deus se infinitè communicet: Ac verò fides ostendit, Deum se infinitè communicare, ex sua propria substantia generando Filium, & producendo una cum Filio Spiritumsanctum. Itaque fides instructi cognoscimus, Deum se infinitè communicare Filio, & Spiritui sancto, & ratio naturalis non probat, hoc esse absurdum, immò dictat, summo, & infinito bono non repugnare, vt se infinitè communicet.

A natura summi boni, quod se possit naturaliter necessario, ac summè communicare.

Secundò. Ratione naturali docemur Deum, cum hanc rerum vniuersitatem ex nihilo effinxit, voluntariè, & liberè sese communicasse bonis effectis, quippe qui potuisset, si noluisset, hæc res nõ procreare, & nũc, si vult, potest nutu suo vniuersas in nihil redigere. At natura summi boni est, ut possit se naturaliter, necessariò, ac summè communicare: ergo Deus, qui est sua natura summum bonum, se summè communicat, naturaliter, & necessariò.

Generatio.

Et quamuis ratio naturalis intelligenda non consequatur rationem, & modum, quo id fiat, intelligit tamen, esse creditu dignissimum, & fides docet, hanc communicationem fieri, Patre æterno generante filium, & producente, una cum Filio, Spiritumsanctum, quæ quidem gene ratio Filij, & spiritussancti processio, quia naturalis est, & substantialis, necessaria est, nec potuit non esse, nec potest vnquam desinere.

Processio in Diuinis.

Ab æternitate.

Tertiò, Deus est æternus, & Mundus principio temporis fuit: à Deo ex nihilo conditus, & quoniam Deus est summus, & infinitè bonus, decet eũ, ut se summè, & infinitè ex omni æternitate communicauerit: quare intelligit ratio naturalis, recte credi, quod fides docet, in Deo esse generationem quandam æternam, qua ante omne tempus Pater Filium sibi in natura,

Generatio æterna. Processio æterna.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00527

& subſtantia parem genuerit, & Pater, & Filius Spiritumſanctum ſibi per omnia æqualem produxerint: nam Mundi creatio æterna non fuit, nec fuit naturalis, nec neceſſaria, ſed certo, & definito tempore, & liberè pro arbitrio ſuo Deus Mundum fabricauit, & ante tempus Mundus non erat: nec neceſſariò Deus Mundum effecit, fiquidem potuit non illum efficere, & poteſt modo, ſi velit, illum diſſoluere, & penitus delere. Alioqui eum niſi hoc poſſet, non eſſet Deus perfectiſſimus vndique, & omnipotens. Quare efficitur, decere plurimum id, quod ſides monſtrat, in Deo eſſe generationem aliquam æternam, quæ ab omni æternitate, Mundi ortum præcellerit, qua Pater æternus Filium generauit, cui totam ſuam naturam, & ſubſtantiam communicauit, & quæ, quia naturalis eſt, fieri nequit, vt aliquando non fuerit, vel aliquando futura non ſit. Ex quo etiam oſtenditur, Deum in ſeipſo quandam ſuæ naturæ, & bonitatis communicationem habere præſtantiſſimam, & perfectiſſimam, nec indigere, vt ſe huic Mundi creaturæ, nec à creatu Mundo vllam perfectionem recipere, ſiquidem in ſe habet Filium, & Spiritumſanctum, quibus ſeſe communicat infinitè, neceſſariò, & ab omni æternitate.

Mundi creatio non fuit naturalis, nec neceſſaria.

Deum habere in ſe quandam ſuæ naturæ, & bonitatis communicationem perfectiſſimam.

Exemplum, quo generatio & proceſſio in diuinis aliquatenus deſignatur.

Porrò vt rudi quidam Magiſtrus, hanc æternam generationem Filij, & Spiritusſancti proceſſionem inueſtigemus, ita patet hoc exemplo. Fingite hominem ante ſe habentem ſpeculum, eum primum in ſeipſum in ſpeculo intuetur, im primitur in illo effigies, in qua ſeipſum repræſentatum cernit, quæ quidem hominis effigies figura eſt accidentalis, quippe quæ ſubſtantia caret, at verò ſi effigies illa, quæ in ſpeculo impreſſa conſpicitur, licut eandem figuram, & ſimilitudinem habet, eandem quoque naturam, & ſubſtantiam repræſentati hominis retineret, eſſent profectò duæ perſonæ in eadem natura, & ſubſtantia, nam ena perſona fuiſſet ea, quæ ſe in ſpeculo intuetur, altera ea, quæ in ſpeculo apparet impreſſa, & tamen ſubſtantia vtriuſque perſonæ fuiſſet eadem, at ita eſſet una ſubſtantia in duabus perſonis exiſtens, hoc eſt in ſpeculo ſingimus, neutra eſt in in ſeipſa duæ natura: Deus enim in ſeipſo tanquam in ſpeculo quodam puriſſimo ſeipſum intelligit, & ita in ſe repreſentat ſuam diuinam ſubſtantiam, ſapientiam, poteſtatem, bonitatem, & ceteras omnes diuinæ maieſtatis ſpectiones, quas habet, & hoc imago in diuino intellectu repreſentans Patrem æternũ, qui ſeipſum in ſe videt, & intelligit, non eſt figura aliqua accidentalis, qualis eſt imago hominis in ſpeculo apparens, & ſeipſum ibi intuentis, ſed eſt ipſa Patris æterni ſubſtantia, & natura, quia Deo nihil accidit, nihil in eo accidentis rationem habet, quare hæc imago Dei ſeipſum in ſe intelligentis eſt Filius Dei naturalis, qui eſt alia perſona à Patre æterno, ſed non eſt alterius naturæ, vel ſubſtantiæ, nec eſt alius Deus à Patre, ſed eſt vnius, & eiuſdem naturæ ſubſtantiæ, maieſtatis, & diuinitatis cum Patre, & ita unus, & idem Deus, atque Pater. Et ex hac communicatione, qua Pater ſeipſum intelligens Filium generat, & Filius diuinitatem eandem, quam Pater habet, accipit, ſit ut Pater ſeipſum diligat, & Filium, & Filius ſeipſum, & Patrem amet, & ita producitur amor, in quo Pater Filium, & Filius Patrem diligit, & hic amor, infinitus accidens in Deo eſſe non poteſt, ſed eſt ipſamet ſubſtantia, & natura Filij, & Patris, hunc itaque amorem procedentem in Deo à Patre, & Filio Spiritumſanctum vocamus; unde fit, vt tres ſint perſonæ diuinæ, & una ſubſtantia, natura, & diuinitas. Tres perſonæ, vnus tamen Deus. Et huius Trinitatis perſonarum, & vnitatis eſſentiæ in Deo, in noſtra mente quoddam veſtigium apparet. In mente namque humana, vt dictum eſt, ſunt tres vires, & facultates, memoria, intellectus, & voluntas, quæ tres vires, & poteſtates ſunt inter ſe diſtinctæ: nam memoria non eſt intellectus, nec intellectus eſt voluntas, & tamen tres illæ poteſtates, & vires non ſunt tres animæ, ſed vna numero anima, & ideo reuelatum nobis à Deo eſt, humanam animam eſſe creatam ad imaginem, & ſimilitudinem ipſius Dei, & proin de eſſe ſpiritualem, & immortalem: Deus enim ſpiritualis eſt, & immortalis, & licet Dei natura, & ſubſtantia ſit longè multò ſuperior, atque ſublimior, nihilominus tamen hanc habent ea humana mente ſimilitudinem. Vt quemadmodum humana mens eſt una tantum anima, & ſunt in ea tres poteſtates, & vires diſtinctæ, ſic Deus eſt una tantum ſubſtantia, & natura, ſintque in eo tres perſonæ diſtinctæ, Pater Filius, & Spiritusſanctus, qui tamen non ſunt tres Dij, ſed vnus tantum Deus, & quia Pater, Filius, & Spiritusſanctus ſunt una ſubſtantia, & vnus numero Deus, ob eam rem tres perſonæ diuinæ ſunt per omnia ſibi inuicem æquales, ſicut ſunt unius diuinitatis, ſic unius, & eiuſdẽ poteſtatis, ſic vnius, & eiuſdẽ maieſtatis. Et proinde debet Filius coli, & adorari ſicut Pater, & Spiritusſanctus debet ſimiliter coli, & adorari vt Pater, hoc eſt ſicut Pater colitur, & adoratur ut conditor omnium, et dominus, et rex, et gubernator, & conſeruator omnium, ſic Filius, ſic Spiritusſanctus colitur, vt auctor, vt dominus, vt rex, conſeruator, & gubernator omnium rerum.

Nihil in Deo eſt accidentale.

In mente humana veſtigium Trinitatis.

Reuelatum à Deo fuiſſe animam eſſe immortalẽ.

Tres perſonæ æquales eſſe adorandas.

Porrò hic Deus in ſeipſo, & ex ſeipſo beatus, & nullius rei indigens, pro ſua tantum liberalitate, & beneficentia, ſolo nutu, & imperio ex nihilo condidit cælum, & terram, & totam hanc rerum vniuerſitatem, vnà cum omnibus rerum formis, quę in eius complexu continentur & rebus ſingulis uires, & facultates conceſſit aptas, & idoneas ad finem naturę conſentaneum conſequendum: & quia ſubſtantia, & natura rerum, vel eſt ſpiritualis, vel corporalis, ideo Deus res partim Spirituales, partim corporales effecit, ne aliqua natura in hoc Mundo deeſſet; at verò, quia ſubſtantię materię, & corporis expertes, ſua ſunt

Mundi creatio.

Res partim ſpirituales, partim corporales.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00528

Superioribus duobus fuit se ornatas spirituales substantias.

sunt natura altiores, & præstantiores, quàm res materia, & corpore concretæ, ideo substantias spirituales superioribus naturæ dotibus, & viribus exornauit: eas enim intellectu præditas effinxit, quo possent intelligere omnium rerum comparatarum naturas, & seipsas, & ipsum Deum rerum omnium opificem pro sua naturæ captu, & ingenio, item quia spiritus sunt, & ab omni corporis vinculo, & nexu immunes, & liberi, sunt sua natura immortales, & ab omni interitu alieni, qui in tanta multitudine, & copia creati sunt, vt sint ferè innumeri, hos item spiritus, & vt sublimiores in altiori quoque, & perfectiori loco constituit: nam eis domicilium, & sedem illustriorem attribuit, nimirum cælum, quod ut patrium, & naturale solum incolunt; similiter etiam, quia spiritus sunt sua natura immortales, voluit, vt cælum ipsum vbi est eorum habitatio, esset etiam corpus omnis interitus expers, neque enim contrarium habet, à quo solustur, neque est ex quattuor elementis constitum, qualia sunt cætera mixta corpora. Contulit autem eis alias multas naturales uires, & dotes, & multa quoque diuinæ gratiæ beneficia, quibus longè ceteris creatis rebus antecellunt, inter ipsos tamen spiritus alios fecit multo illustriores alijs, quia alios pluribus, & longè maioribus beneficijs cumulauit.

Homini datum Imperium in Mundum.

Angeli nata ra immorta les. Ferè innumeri. Cæleles.

Cælum inte ritus expers, & cur.

Angeli alijs Angelis illu striores.

At verò omnia corporalia, quæ cælorum vastissimo ambitu cluduntur, ex quattuor elementis constituit, vnde vnumquodque eorum aliquando perit, quia contrarium habet, cum quo pugnat, & ita victum interit, hæc omnia in triplici differentia sunt. Alia solum, quæ nec sensum, nec vitam vel motum habent, qualia sunt saxa, metalla, gemmæ, & reliqua id genus. Alia sunt, quæ vitam habent, sensu carent, qualia sunt bruta, herbæ, frutices, & arbores.

Ex elementis compositis cætera corpora constant. Trium genæ sunt sum.

Alia sunt, quæ vita, & sensu prædita sunt, qualia volucres, pisces, & aliæ terræ bellux, & ne huic tantæ rerum vniuersitati aliquid deesset, rem aliam, atque naturam creauit ex spiritu, & corpore constantem, nimirum hominem, qui ex animo, & corpore constatus est: ex parte corporis interitui obnoxius est, ex parte animi est immortalis. Quam ob rem ratione corporis sensum, & interitum cum belluis communem habet: ratione autem animi est substantia spiritualis, immortalis, ab interitu aliena, Angelis, qui sunt secreti, & remoti à corpore spiritus, similis. Itaque præter esse, vitæ, & motum, & sensum, intelligentia præstat, vt Angeli: vnde in homine reperitur esse, sicut est in saxis, vita sicut est in stirpibus, sensus sicut in bellüis, intellectus sicut est in Angelis, Homini verò terra data est tanquam sedes, & Mundus vt domicilium eius, cum primum creatus à Deo homo est, positus est bene ficio Dei in loco aptissimo, & suæ naturæ maximè congruo, qui quoniam amœnissimus erat, & iucũ dissimus, dicitus est Paradisus terrestris, qui

Homo ex anima & corpore constans.

Paradisus Terrestris.

varijs, & multis arboribus erat vndique consitus, fructuum suauitate gratissimus, florum varietate pulcherrimus, fontium, flaminum, & aquarum amœnitate optatissimus, multis denique delitiarum generibus plenissimus, Dedit quoque homini Deus dominatum, & imperium in omnia Mundi animantia, & in cetera omnia, quæ in hoc Mundo creata sunt in hominis ministerium.

Arbor vitæ.

Liberum arbitrium.

Porrò principio, vbi Deus Mundum creasset, virũ condidit, qui Adã vocabatur, & fœminam, quæ dicta est Eua, quod perinde est, ac si dicatur mater omnium viuentium. Hos duos homines multis, & magnis dotibus ornauit Deus ipsorum naturæ maximè commodis, sicut Angelos multis quoque beneficijs donauerat. Inter alia homini contulit donum præstantissimum, quæ iustitia originalis appellatur, cuius muneris vi caro adeo erat animo subiecta, vt illi per omnia pareret nihil obsistens, & animus erat rectæ rationi subiectus, ita vt rectę rationis ductum sectatus Deo Opt. Max. rerum omnium artifici obtemperaret, quibus hoc munere affectis promisit Deus, se huiusmodi munus daturum posteris, qui ex ipsis genus trasissent, si ipsi à diuina lege, diuinisque iussis non aberrarent, & ideo donum illud diuinitus hominí concessum dicitur iustitia originalis, hominem enim in officio continens iustum reddebat, & rectum qualem esse decebat, & in prima hominis creatione collatum est, & ex diuina promissione, quotquot ex primo homine genus, & originem duxissent, illud acciperent, datum etiam hominibus à Deo est, ut vitam suam tuerentur, & coleruarẽt perpetuò absque vitæ propriæ detrimento, & ad hoc inter alios arborum fructus, quibus paradisus abundabat, arborem conseuerat Deus proferentem fructum adeo salutarem, vt eius esu homines conseruari possent sine vlla uitę iactura in perpetuum, ita ut si primi illi hominum parentes in illo uitæ statu, & conditione perstitissent, post certum diuinæ legis seruatæ tempus ad cælum, & felicissimum Angelorum beatorum domicilium transferendi essent nulla corporis interecedente morte. Quare tam hominibus, quam Angelis, qui omnes intellectu pręditi sunt, donauit Deus liberum arbitrium, quo pro libito quidquid voluerint, præstare queant, ita vt liberi in operando essent, & suarum actionum, & affectuum liberum haberent imperium. Hac collata homini, & Angelo dignitate, gloria, & honore præ ceteris, quę facta in mundo sunt, euexit eos multis diuinę fuę gratię beneficijs, in primis eos condidit in gratia, & amicitia sua, nã sibi gratos, & charos procreauit, & tot, tantisq; muneribus ornauit, vt si uellent, possent diuinę gratię auxilio sese in gratia, & amicitia Deiperpetuo conseruare.

Obedientia iniuncta primis parentibus cum.

Porrò ut debitam Deo tanquam summo rerum omniũ dominо obedientiam agnoscerent, & agnitam præstarent, noluit eos statim ad glo-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00529

riam, ac beatitudinem sempiternam cuchere, quin potius debitam sibi voluit obedientiam in ipsis experiri, & ob eam rem iniunxit Angelis leue præceptum, nam præcepit eis, vt Deum conditorem suum agnoscerent, venerarentur, & colerent, tanquam summũ rerum omnium opificem, rectorem, & dominum, vt ei tanquã domino suo obtemperarent, & ab eo penitus penderent, ac peterent, quæ opus essent ad gloriam, & salutem æternam consequendam, ita vt se infirmos agnoscerent, ad eam suis proprijs viribus obtinendam, hominibus verò iegem tulit, ne ex interdicto cuiusdam arboris fructu ve Arbor scien- tie boni, & mali. scerentur, quam constituerat Deus in medio Paradisi, quæ dicebatur Arbor scientiæ boni, & mali, cuius esus, & fructus non congruebat eis, quoniam conditi à Deo erant omni bonorũ copia pleni, nec par erat, vt mali quippiam experirentur, omnibus igitur tam Angelis, quam hominibus promisit, si diuina iussa exequerentur, se illis daturum gloriam, & felicitatem perpetuam, in qua fruerentur bonis, quæ Deus ipse in se habet, sine vllo iactura metu, simul etiam comminatus est illis sempiterna supplicia, nisi diuinis mandatis parissent, amissuros eos gratiam diuinam, ceteraque supernaturalia bona, & incursuros simul iram sui diuini numinis, & mortem perpetuam, ac reliquas ærumnas, & calamitates, quas primorum parentum posteri nunc in hoc mundo patiuntur, & in alio perpetua illa tormenta, quibus impobii igne cruciati torquentur.

Lucifer, & casus Angelorum à cum ipsis. Porrò inter Angelos, quos Deus creauerat, quique pene innumerabiles erant, vnus fuit omnũ nobilissimus, & maximus, qui Lucifervocamus, qui cum ex vitiosi, eos, ac tantis naturæ dotibus, & gratiæ muneribus exornatum, in ipsorum prolapsus est, putans beatitudinem suæ naturæ deberi, vtpote pulcherrimæ, & maximæ, quam viribus propriis promereri existimabat, ceteris etiam Angelis idipsum suadebat, & in suam sententiam multos pertrahens peruasit eis, non solum vt debitam Deo obedientiam denegarent, & pro susceptis beneficijs gratias abnuerent, sed etiam vt temerè, & superbè contra Deum conditorem, aut dominum fuum coniurarent, & sibi plusquam fas est tribuentes, ipsi quasi bellum inferrent, suis meritis, ac suæ naturæ viribus sempiternam gloriã ascendere. Quamuis autem Angelorum plurimos in hanc prauam fuam sententiam adduxit, magna tamẽ eorum pars tam improbis, con sijs, & scelcratis conatibus obstitit, referens Deo Optimo Maximo acceptum, quidquid boni habebat; & damnans Luciferi, & sectatorum eius sententiam vt superbam, & eorum conatum vt intolerabilem audaciam detestans. Quæ re intelligens Deus Angelorum cogitationes, consilia, conatus, & opera, sententiam tulit æquissimam, qua eos, qui præ superbia inflati à sua diuina lege, & obedientia desecrant, & summis ceteris sedibus deturbatos cecit, & in imam terræ partem detrusit, vbi loeus est desidissimis tenebris, & mœstissimis luctibus plenissimus, quem fecit Deus carcerem terrum malorum Angelorum, quemque nos Infernum appellamus, vbi condemnati improbi Angeli suorum scelerum pœnas luunt suppliciis cruciati perpetuis ob impiam, & nefariam coniurationem, & superbiam suam. Hoc igitur modo aberrarunt à gloria, & felicitate sempiterna, quam Deus illis promiserat, atque parauerat, & cum antea spiritus essent pulcherrimi, mirificè exornati, insigni vi, & potestate præditi, facti sunt impurissimi, abiectissimi, & nequissimi, quippe, qui ab illustri honoris, & dignitatis gradu deiecti, priuati sunt diuinæ gratiæ munere, ad quam fuerant diuinitus euecti. Hi sunt, quos Iaponij TENGV appellant, qui mul to magis deformes sunt, quam qui in Iaponia depingi solent, & sunt flagitijs, & scelcribus plenissimi, ad omne iniquitatum genus, vel per se, vel per alios perpetrandum promptissimi: ceterum, quia vitiosi improbi serui in vincula à Deo coniecti sunt, & cæteribus coercentur, nihil possunt efficere mali culpæ nisi aduer fus eos, qui suum eis assensum præstiterint, quique sponte se illis tradiderint, sunt enim sicuti catenis, aut fusibus ligati, & affricti canes, qui quoniam vinculis detinentur, latrare possunt, sed solui à vinculis, mordere, & lædere neminẽ possunt, nisi aliquis fua sponte sese in eorum ora, & dentes immittat. Alij verò Angeli, qui in recto, & bono persteterunt, quique sese in officio continentes, debitam Deo obedientiam nullatenus denegarunt, diuinæ gratiæ beneficio gloriam, & felicitatem sempiternam assequuti sunt, in qua collocati semper beati erunt bonis expleti, ab omni malorum genere pœnitus alienj, hi sunt spiritus naturæ quadam conditione pulcherrima consticui, omnium, quæ sunt à Deo optice creata ex nihilo, formosissimi, potentissimi, & perfectissimi.

Boni Angeli.

Ceteris intimis malignus, & nefarius Lucifer, vnà cum suis sceleratissimis assectis, se in perpetuum è cælo exclusum, & ad tam acerba supplicia damnatum, & proiectum iã tam horrendum, terrum, & spurcum carcerem, in eam impudentiam, & peruicaciam deuenit, vt pertinacem, & obstinatam mentis sententiã retineat aduersus Deum conditorẽ suum, ratus iniustè torqueri se una cum suis sectatoribus apud inferos, & velut insanus, ac furens rabie commotus, appetit semper quæ sunt inimica, & aduersa Deo. Cum autem ista impurissimi spiritus nihil Deo nocere queant, summa opes, & studio nitũtur mille fraudibus, & artibus auertere homes à vera Dei Optimi Maximi notitia, & cultu, ac Religione, ob eã rem iã inde ab initio Mũdi primos illos hominũ Parentes Adã, & Euam à Diuina lege, & obedientia abducere studuerũt, vt una cũ posteris perpetuò condẽnarẽtur. Nã cognoscẽs Iprobus, & pditus Angelus, Diuinã esse hoi præceptũ iniunctũ, ac ueluerterat fructu arboris,

Deiectio ma lorum Angelorum.

Infernus.

TENGV. Dæmones.

Nil posse Dæmones contra nos, nisi assentiamur.

Boni Angeli ex obedientia quid sint consecuti.

Obstinatus malitiæ Satanæ mens contra Deũ.

Dæmones cum nocere nequeant, Deo, creaturas semper quærũt quas deuorent.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00530

boris, quæ dicebatur scientiæ boni, & mali, arrepta occasione curauit, vt primi illi homines Diuinam Legem transgressi, interdicto cibo ute rentur, quo ipsi, & eorum posteri in mortis sententiam incurrerent, ac in reliquas prolabe rentur pœnas, quas illis fuerat cominatus Deus: & ad eos facilè seducendos, figuram ser pentis indutus in Paradisum intrauit, vbi primos illos generis humani parentes Deus constituerat, & fœminam solam, ac fœtum aggressus, vtpote natura, sexu, & conditione fragiliorem: eam rogauit, num sciret, cur Deus ipsis eum arboris scientiæ boni, & mali interdixisset. At cum fœmina rogata respondereret, præcepisse Deum ipsis, vt abstinerent se omnino ab eis illius arboris, alioqui se morituros certò, nisi Diuinis mandatis paruissent, eum verò aliorum fructuum, qui in Paradiso erant liberum reliquisse, dixit tunc malignus spiritus figuram serpentis gerens, falli, & decepti eiius, si enim ex ista arbore vescamini, perpetuò viuetis: Deus vobis illius arboris eum prohibuit, quia nouit illius arboris fructui hanc vim occultam inesse, vt quilquis eis eius utatur, sit sicut Deus, bonum, & malum discernens, tunc putans fœmina verum esse, quod à diabolo per figuram serpentis loquente dicebatur, oculis inicctis in arborem, iutuita fructum est, & visus est illi fructui arboris pulcher admodum, iucundus, & gratus aspectui, & ob id firmius concepit ex diaboli sermone sententiæ adhæsit, & capta desiderio sciendi bonum, & malum more Dei, decreuit vesci ex arbore sibi interdicta, & statim decerpto fructu manu, comedit, & se ad virum suum Adam conferens inuitauit eum, ut arboris fructum gustaret, & ederet, ac tantum importunis suis precibus apud virum valuit, vt is probè alioquin cognoscens prohibitum sibi esse talis fructus esum, ip sum gustauerit, & comederit nolens vxori pla cere contra, ne participes fierl boni, & mali, illius igitur arboris fructum comedit uir, & confestim ambo ceperunt experientia discere, quid bonum, & quid malum esset, antea enim nihil mali fuerant experti, statim pudoris eo per eam capti ebi, sunt enim magno pudore sufecti, quod à diuina lege aberrassent, & cum esse nudos conspexissent, & ab originali iustitia & diuina gratia, quam cum ipsis Deus large communicauerat, alienatos, cœperunt in seipsis perturbatos animi affectus, & motus experiri, & cartem spiritui, ac rationi obsistentem, & vna cum iustitiæ originalis, & diuinæ gratiæ dono amisso, perdiderunt multa alia bona, quibus erant primum diuinitus ornati; ex quo factum est, vt in multas ignorantiæ tenebras incurrerent, & seipsos erubescentes, à conspectu & præsentia Dei se subducere cuparent: sed cum diuinum aspectum nihil vnquam latere possit, eos accersiuit Deus, & rogauit, cur intercidtum sibi cibum ceperint comedentes ex arboris fructu, quibus sic rogatis occasionem præbuit, vt perpetratum crimen agnosce-

Satanas figuram serpentis indutus.

Esus pomi vetiti.

Primi parentes nudi.

rent, & reipsi ecentes veniam postularent ab eo, ipsi tamen ut delicti rei, & sui peccati tenebris cæcecati se excusare, & culpam omnem in alium transferre voluerunt dicente Adam, fe esse deceptum à fœmina, quam sibi consortem dederat Deus: qua in re suum peccatum au xit, denuò delinquens, & errans, mendacio sese excusans: nam cum ex probatis arboris fructu comedit, probè nouit, se malè agere, & in ea re violata lege Deum offendere, quare non est seductus à fœmina. Porrò fœmina se quoque excusans, omnem culpa in in serpentem conicebt, dicens, se à serpente delusam, quam ob rem Deus iustissimè in eos animaduertit, sententiam, quam tulerat, & quam fuerat minatus pœnam, si à suis mandatis decederent, exequens. ipsos è Paradiso eiecit loco amœnissimo, & iucundissimo, & hanc terram iustè incolere, ut in exilium missos: vbi vna cum belluis commorati sunt, ad mortem condemnati: Nec solum ipsis adempta est originalis iustitia, sed eorum posteri quotquot genus sum, & originem trahunt ab eis, iustitia originis priuati sunt, & nascuntur peccati ex primis parentibus contracti labe, & sordibus infecti, à gloria cælesti excluſi, mortí obnoxij, prout fuerat à Deo sententia lata, & addit ad eam pitentiam pœnam, quam post corporis mortem subiturus, pertinus Dei clarissimo conspectu, & felicitate beatorum iucundissima carentes. Fuit enim admodum rationi consentaneum, ut talem pœnam exoluerent ij, qui magis diabolo, quam Deo paruerunt, quique sic execrare nullatenus potuerunt, siquidem bene intelligebant, serpentem esse sua natura, natum omnis loquelæ, & sermonis expertem, & prionde diabolum esse, qui in serpente loqueretur, cum serpens per se loqui non posset, diaboli verò nequitiam, fraudes, insidias, & dolos probè calleb ant. Cetrum, cum Deus sit summe pius, benignus, & clemens, hominum cunctum, & cæsim miseratus, & debitis pœnis diabolum afficiens, maledixit eis, promittens factiurum se, vt is cut ipse per deceptam fœminam viri ruinam, & exitium procurauerat, fœmina nascereur in mundo ex primis parentibus diceus originem ,eius filius ipius superbiam comprimerer, potestatem, & imperium dejceret, & omnem in homines dominatum eriperet, & demum genus humanum ad Dei obsequium, & cultum traduceret, & sic primis illis hominibus nimirum Adæ, & Euæ promilit ex eius posteris nasciturum Salutorem mundi, qui uniuersos homines speran tes in ipsum, & legem eius, ac Religionem amplexantes, à peccatis erueret, quos hisce promissis consolatus est, & ad sui peccati pœnitentiam agendam permouit, pollicitus quoque se eos saluos aliquando facturum, & in suam gloriam perductorum. Hæc ratione conditus est mundus, creatisque Angeli, & homines, hoc fuit cunctarum rerum initium, hic casus primo rum hominum, hæc hominibus diuina fæda pro

Agnitio peccati in primis parentibus.

A dempta originalis iustitia primis parentibus.

Iustissima Dei sententia in primos parentes.

Deus male dixit serpentiæ

Et ipsi conteret caput tuum.

Promissio Salutoris.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00531

missio de vniuo Redemptoris in mundum aduentu ad saluandos homines: quæ statim post primum hominum peccatum primis nostris parentibus innotuit: hoc reuelauit ipse Deus, reuelarunt Angeli, prodiderunt etiam ipsi dæmones qui ab obsessis hominum corporibus expuli si, nutu, & potestate Dei, & nostrorum hominũ sanctitate, & virtute compulsi, sæpè hoiuinodi veritatem confessi sunt. Hoc idem tradiderunt primi homines, ut legimus in diuinis historiarum voluminibus, quæ sanctæ sunt, & veræ, & receptæ, atque approbatæ sunt non solum à Christianis, sed etiam in summa veneratione à Iudæis habitæ, qui Christianorum sunt hostes, & aduersarij. Et hæc omnia sunt rectæ rationi consentanea: quod enim ad Angelorum creationem spectat, iam suprà monstrauimus, decuisse Deum, qui est sapientissimus, optimus, & perfectissimus rerum auctor, hanc mundi fabricam vndique perfectam efficere, & ita alias res corpore coniectas, alias verò à corpore seiunctas condere: alioqui hęc rerum vniuersitas manca, & imperfecta esset, si Angeli non fuissent creati diuinitus. Item cum Deus cælum simulatque tanta pulchritudine ornatum, Solis, Lunæ, & aliorum syderum splendoribus lucidissimum, tot, & tantis viribus affectum, par erat, vt ciuium aliquorum esset domicilium, qui immensum Dei maiestatem reuererentur, & colerent; & tantarum cælestium virium, & facultatum contemplatores essent, quos decuit esse immortales, & ab omni interitu alienos, quales cæli sunt. Item decuit diuinam maiestatem, quæ hanc rerum vniuersitatem condiderat, creare etiam aliquos spiritus, ut ei semper assisterent, honorem, & cultum impenderent, diuinas laudes deferrent, obsequium, & famulatum præstarent in his omnibus, quę ad corporatarum rerum gubernationem pertinerent: hos spiritus, Angelos vocamus, ut suprà diximus.

Quod verò ad Luciferi, & sectatorum eius casum ipectat, facilè etiam intelligitur, id omne, quod diximus, cum recta ratione congruere. Primò, quia omnis substantia spiritualis sua natura est ceteris rebus perfectior, sublimior, & sapientior: dæmones sunt substantiæ spirituales intelligentia prædituæ: decebat igitur eos esse sua natura reliquis creaturis nobiliores, perfectiores, & sapientiores: & eò pluribus, ac maioribus bonis ornatos: at nos in eis oppositum deprehendimus, ut ipsi quoque ingenuè confitentur: sunt enim spiritus immundi, iniqui, scelesti, semper ad malum prompti, hominibus semper insidias mouentes: non igitur est rationi cõsentaneum, ut ab initio suæ creationis fuerint mali conditi. Secundo, quia Deus est summè, & infinitè bonus: non ergo spiritus tam improbos, & impuros creauit, quales sunt dæmones: par igitur est credere, eos sua propria uoluntate in tantam malitiam prolapsos fuisse.

Quod ad hominum casum attinet, idem simliter cõfenditur ex ratione conueniens. Deus enim est perfectè bonus, & omnia recto ordine creauit, & constituit: inter corporeas verò res, quæ in toto hoc mundi cõplexu continentur, homo est reliquis multo perfectior: cum ratione igitur congruebat, ut Deus hominem crearet meliorem, & perfectiorem pulchriori, & nobiliori ordine constantem, quam res ceteræ habeant: at contrarium omnino cernimus: est enim homo ad malum pronus, difficulter bonũ prosequitur, passim ab honesto, & recto abertat, mille miẽsijs, calamitatibus, & malis obnoxius, quippe qui habet in se deprauatos animi motus, & carnem spiritui, & rationi sæpe aduersantem: non igitur incredibile est hominem esse à Deo creatum tot, ac tantis deprauatis animi affectibus addictũ, & proinde vt similis est, hominem è sesipso pollutum fuisse, sua propria uoluntate depraua tum, hoc enim est, quod suprà diximus creatum esse hominem rectum, fuisse iustitia originali donatũ diuinæ gratiæ munere: cuius tanti dono facultate se in officio, & recto rõnis ordine continere posset, si uellet. His itaque, & aliis rationibus apertè comprobatur credi non posse, cum Deus sit infinitè bonus, & in suis uniuersis operibus maximè perfectus, dæmones, & homines fuisse ab eo in peccato, & malitia conditos: non enim tantam diuinæ maiestatis bonitatem decebat, eos tam improbos, & tam immundos effingere. Hinc igitur cõficitur, quæ dicta sunt de Angelorum, & hominum casu, quæque sacræ Christianorum literæ, & historiæ commemorant, cum recta ratione consentire. Et cum hęc omnia diuina reuelatione patefacta Christiani cognouerint, nulla ratione fieri potest, ut uera, & certa non sint.

Scripturæ ab hostibus nostris Iudæis in summa veneratione habitæ.

Mancam Fituram fuisse hanc rerum Vniuersitatẽ sine Angelorũ creatione.

Casus primorum hominum.

Homo sua propria voluntate depraua tus.

Deus infinitè bonus, & in suis operibus maximè perfectus nec de monstes, neq; homines in peccato condidit.

Ex primis parentibus homines geniti quemodo in varios errores ruerunt. Veritatem tamen à Deo sibi nde semper fuisse humano generi per aliquos monstratam: caussa cur Dei Filius, incarnari, nasci, pati voluerit. Cap. IX.

Mũdi propagatio.

EX duobus primis hominibus nati sunt multi filij masculi, & fœminæ, è quibus deinde filij orti sunt alij plurimi, et ita procedente tempore propagatum est totum genus humanum, quod uniuersum Mundum replenit. Hos omnes filios Adam, et Eua ab initio mundi docuere, referentes ipsis casum suũ, et simul etiam spem, et diuinam promissionem, qua Deus pollicitus fuerat, redimendum

Traditio priorum parẽtũ.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00532

A dum esse genus humanum aliquando, per vnius Saluatoris aduentum, cuius beneficio essent homines à peccato liberandi, & demonstranda via, qua possent vniuersi ad gloriam peruenire, quam Adam sua culpa perdiderat: & ita filios hortabantur ut Deum adorarent, & colerent, & Naturalis Legis præcepta seruarent, quam in hominum mentibus Deus suo beneficio impresserat, neminem lederent iniuria, honestarem, & æquitatem tenerent in omnibus. Ceterum homines, quippe qui sunt natura liberi, & possunt pro libito hoc, aut illud efficere, alij id agebant, ad quod eos Adam incitabat, Deum venerabantur, sese in officio continebant. Alij verò neglecto Dei cultu, à recta ratione aberrabant, in varia peccatorum, & scelerum genera prolapsi: ad quæ quoque dæmonum persuasione trahebantur. Demones enim semper pro viribus studuerunt homines à vera Dei notitia, cultu, & obsequio abducere; semper ho-

B minibus persuaserunt malè operari, ventri, & carni indulgere; & sic paulatim homines à vera Dei religione defecerunt, & sensim Dei gratiam, & amicitiam amiserunt: donec tandem extincta fere est in eis vera Dei notitia, qua erant primum imbuti. Ité cùm hominum infirmitas tanta sit, & tanta eorum ignorantia, & insicitia, & propter peccatum natura ad malum prona seratur. deprauatis affectibus corrupta, dæmonijs, mentientibus sibi charos, & amicos esse homines, facilè decepti sunt homines, ut improbos sensuum, & carnis motus prosequerentur, pro libito viuentes, secundum propriæ voluntatis affectum, contempta Dei religione: qui eò cæcitatis, & malitiæ deuenerunt, ut omni Dei veri cultu abiecto, simulachra construxerint, statuas, & imagines coluerint, in quibus sese dæmones abdebant, responsa præbentes, & fudentes hominibus, vt simulacra, & statuas falsorum Deorum, & brutorum, colerent tanquàm

C Deos, & sic tantum dominatum, & imperium dæmones in homines obtinuerant, ut persuaserint credere, se esse Deos, & tanquam Deos coli, & adorari debere: & ita procedente tempore introducti sunt CAMI, ET FOTOQVI, confictæ sunt eorum historiæ, & narrationes ridiculæ, & vanæ, & tandem inuexerunt dæmones in Iaponiam tam multas, & varias sectas, & superstitiones: quæ quia sunt dæmonum, & hominum commenta, plena sunt mendacijs, fraudibus penitus detestandis, quia nihil aliud curasse videntur, quàm vt homines proprio affectu ducti, carni indulgerent, vitijs sese dederent, & omnem denique honestatem abijcerent.

Non omnes eandem pietatis vtam in statim post Adamum.

Dæmonum astus in hominibus decipiendis.

Dæmonum falsa responsa.

CAMI, FOTOQVI.

Porrò uidens Deus deceptos homines in peccata præcipites labi, cum sit infinitè pius, benignus, & clemens, & omnium bonorum largitor, miseratus est hominum ruinam, & summoperè eorum salutem desiderans, uoluit eos veritatem, & rectam ad

D gloriam, & vitam sempiternam viam docere: vnde per omnia Mundi secula misit in Mundum homines sanctitate, & uirtute conspicuos, fidelissimos sui nominis cultores, & sui honoris studiosissimos defensores, vt homines rectè, & sanctè inirarentur; ab insidijs dæmonum, mendacijs, & fraudibus, quibus passim capiebantur, abducerent; vera Dei notitia, cultu, & religione imbuerent: & tandem omnibus persuaderent, solum Deum ut Mundi artificem, Principem, Rectorem, & dominum; esse adorandum, simulacra detestanda, CAMI, & FOTOQVE relegandos, quippe nihil aliud sunt, quàm mortuorum hominum effigies, dæmonum statuæ, & imagines, quæ nihil prorsus nocere hominibus possunt, nihil mali inferre, ni-

E hil boni præstare: & simul etiam homines docerent, quo pacto essent à Deo Opt. Maxi. creati, & donati animo immortali: & qua ratione benè, & inculpatè uiuendo, possent æternam uitam assequi: & suorum operum redditurі rationem, & in alio uitæ se culo, uel debitis supplicijs, uel meritis præmijs afficiendi: & ob eam rem soli Deo ue ro Diuinum cultum, & honorem exhiberent: simul quoque docerent, polliceri Deũ, se missurũ in Mundum Redemptorem hominibusque sanctissimi illi uiri prædicarũt, totque, ac tanta signa eius aduentus prædixerunt, ut facilè dignosci posset eius in Mundum aduentus, ut homines probè cognoscerent ex ijs, quæ in Mundo suo tempore futura essent, Mundi Saluatorem uenisse: & eum esse, quem signa illa seculis multis ante prædicta monstrabant, et ueluti loquendo dicebant, eũ esse, quem Deus longe ante promiserat, ne à diabolo deciperentur. Porro quoniam sancti huiusmodi uiri, quos Deus subinde mittebat in Mundũ, plurima præcognoscebant eorum, quæ euentura erãt

Prophetæ à Deo missi in Mundum omni penè seculo.

Veri Prophetæ quid docuerint.

Messias promissus.

co

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00533

eo tempore, quo hominum Redemptor venturus erat, Prophetæ appellati sunt, quo nomine significantur homines Diuini numinis affatu illustrati, prædicêres futura: ex quibus autem homines horum Prophetarum dictis fidem haberent, magnam vim, & potestatem suis Deus Prophetis exhibuit, qua ingentia, & multa miracula edebant, egregia, admiranda, & supra omnem naturæ facultatem opera præstabant: quippe quæ ægrorum sanitatem, cæcis aspectum restituebant, & ad vitam mortuos reuocabant, ut Sacra Diuinarum literarum monumenta testantur: & quæcunque sancti huiusmodi Prophetæ populis dicebant, ipsi litteris confignata reliquerunt: vt ipsorum scripta testificari possent Saluatoris in Mundum aduentum, & eum venisse eo tempore, quo venit. Hæc sacra volumina à Sanctis huiusmodi Prophetis conscripta semper Hebræorum populus, ad quem suos Prophetas dignatus est Deus mittere, conseruauit. Ceterum quia sancti huiusmodi viri rectæ vitæ rationem, & normam homines doce re conabantur, & eos à vitijs, & criminibus deterrere studebant, seuerè, & acriter eos obiurgando ob depranatos mores, & iuram, & eorum CAMI, & FOTOQVE, è medio tollendo, pauciſſimique erant, qui benè, & inculpatè viuerent, & sui instituti ratio nem ad ipsorum dicta, & monita sanctiſſima cõponere, & emendare voluiſſentimmo potius BONZII, ET CAMI, AC FOTOQVE sacerdotes videntes sua delicta, & flagitia detegi, sua quoque nieudacia & fraudes prodi, eos capitali odio persequebantur, & plebi persuadebant, vt necarentur tanquam homines nefarij, & in Deos impij, & totius Reipublicæ libertatis, & salutis euersores. Nihilo minus tamen semper in variis Mundi regionibus multi uiri floruerunt, qui veram Dei notitiam habentes, vni Deo debitum cultum, venerationem, & honorem impenderint, CAMI, & FOTOQVE execrati tanquam exitialem pestem: potiſſimum verò floruit popu lus quidam, qui dicitur Hebræorum plebs, qui neglecto omni, CAMI, FOTOQVI, & gentium instituto, & ritu, utuebat iuxta præscriptum. Diuinarum legum, quibus instituebatur à Prophetis, quibus fidem habebat, quoſque vt sanctiſſimos viros, & tibi datos à Deo tanquam vitæ duces, & magistros venerabatur, & eorum conscripta volumina magni faciebat: Quam ob rẽ Deus populum hunc Hebræorum per multa secula summis beneficijs ornauit: quippe eum potentiſſimum reddidit, & omnium suorum hoſtium victorem effecit: & sic Dei munere in summa pace, & tranquillitate degebat: magna bonorum omnium copia, & vbertate affluebat: multis miraculis Diuinitus patratis in eo illustrabatur, vt est in sacris ipsorum literis proditum: Et vt certius, ac rectius Deum coleret, data est ei diuinitus lex, secundum cuius præscriptam rationem viueret. Hanc legem accepit populus ille Hebræorum minifestio viri cuiuſdam sanctiſſimi, qui dictus est Moyses, per quem etiam promiſit Deus, se posteà in Mundum miſſurum Saluatorem hominum: cui quoque reuelauit modum, quo Saluator adueniens esset homines redempturus. Hoc idem iuſit Deus, vt alij multi Prophetæ prædicerent. Post obitum verò Prophetæ Moyſis populus ille Hebræorum, quamuis alioqui multis à Deo beneficijs affectus, magnis cuẽgius honoribus, plurimis ditatus opibus, robore, & potentia præstans, pace, & tranquillitate gaudens, inmis genti bonorum cumulo exornatus, cœpit à Diuina Lege aberrare, & se fead Gẽtes ad appetere: & licet ex Gentibus vxores ducere Diuinis legibus esset interdictum, coniugia sæpe cum Gẽtibus celebrauit: cumque vxores nimium pulchræ, & idolorum cultrices essent, facile viris suis Hebræis persuadere paulatim cœperunt, ut eo ritu, & more quod ipſe sectabantur: & sic tam viros, quàm filios ad idolorum cultum, & CAMI, & FOTOQVI venerationem traxerunt, & hac ratione populus ille Hebræorum tot, ac tantis bonis Diuinitus cumulatus, seductus est: & Dei veri cultum, & venerationem neglexit: ad quem populum postea miſit Deus viros, & Prophetas alios sanctos, quorum consilijs, & verbis crebro admonebatur, vt resipisceret, ut ad meliorem vitæ frugem rediret, vt Diuinis Legibus pareret: ſin minus, intelligeret fore aliquando, ut deleretur, & funditus periret; Admonebatur quoque de aduentu Saluatoris in Mundum. Item iuſſu Dei, & nomine eius populum illi Prophetæ docebant, dicentes, ventu-

A

Prophetæ eurita vocati.

Prophetarũ miracula.

Hebræi conseruarunt D. Scripturam. Cur Prophetæ interfecti.

B

Populus Hebræorũ quando, & cur ßo rebat.

C

Lex Hebræis tradita. Moyses.

D

Hebræi desciſcunt à pietate.

Idololatria per carnis illecebras inrepit in Hebræos.

E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00534

turum Mundi Saluatorem Dei filium futurum esse: quod Dei Filius humanam naturam indutus, & factus homo venturus in terram esset, & ipsum Hebræorum populũ docturus veram Dei cognitionem, cultum, & legem: esseque multa, & magna miracula facturus, ita vt homines persuasum sibi satis arbitrarentur, eum esse verum Deũ, verum Filium Dei naturalem, & Redemptorem diuinitus promissum: item quòd liberaturus Mundum esset hac ratione, quòd vt homo passurus esset, & tandem moriturus pro hominibus libenter ferens pœnam, & mortem, quam homines ipsi pro suo peccato soluere deberent: vt sic ipse pro hominum peccatis satisfaciens Diuinam iustitiam placaret, & hominibus fuorum peccatorum veniam impetraret, & aditum ad cælum patefaceret, & demum cunctis salutem sempiternam præstaret. Porrò quia Hebræorum peccata, & delicta indies magis augebantur, ita ut ipsis quoque Prophetis vitam eriperent, innocentum sanguinem effunderent, quorum opera, & ministerio vtebatur Deus in suis diuinis legibus promulgandis, declarandis, & interpretandis, nec desisterbat populus ille Hebræorum à cultu, & veneratione idolorum, CAMI, & FOTOQVI: nec abstinebat à vitijs, corruptis, deprauatisque moribus, quibus imbutus erat: obid nisi etiam Deus alios Prophetas, quorum monitu corrigerentur, & per quos, eos sæpè admonuit, ob sua flagitia, & scelera in eam cæcitatem ideuenturos, vt Mundi Saluatori fidem habituri non essent, quando ad eos tandem venisset, & quòd eius legem recepturi non essent, nec sectaturi eius monita salutaria, recta consilia, & sanctæ ueritigia: immò potius, quòd ipsimet tanquam hostes essent illi interfecturi, & futuri ministri Diuinæ iustitiæ, & sententiæ, quæ lata à Deo erat, nimirum Saluatorem mundi moriturum pro hominibus, & crucis mortem acerbissimã subiturum, sed tertio postea die resurrecturum à mortuis, & ascensurum in cælos magnifica gloria exornatum, & liberaturum omnes eos, qui ab orbe condito in ipsũ spem suã collocauerãt, & legem impleuerant, & sese totos ipsius fidei commiserant: & quòd ipse post mortem suam magnam gentium partem esset ad suam legem, & religionem traducturus: eosque qui nollent ipsius legem, & doctrinam sectari, perditũ iri, est similiter ab huiusmodi sanctis Prophetis prædictum, Hebræos magnum flagitium contra Saluatorem mundi commissuros in eo occidendo: sed post ipsius necem perdendos: quod totum eo penitus modo posteà euenit, quo fuerat longe ante prædictum à sanctis Prophetis: Hebræi enim Saluatorem Mundi occiderunt, & postea fuerunt funditus deleti, & expulsi, & eiecti à patrijs sedibus, captiui abducti sunt in varias terrarum plagas, sicut antiquæ ipsorum historiæ prodiderunt, & sancta Prophetarum uaticinia, ac monumenta prædixerant, quæ nutu, & singulari Dei prouidentia, & cura, salua, & integra semper apud ipsos custodita sunt, ut planum, & certum esset semper horum, quæ diximus, testimonium.

Potuisset sanè Diuina Maiestas, absque Filij sui Incarnatione, atque absque Passione, uniuersum hominum genus saluum facere, si uoluisset. Deus enim est potentissimus, & eo modo poterat Mundum seruare, quo uellet. Ipsius est homines saluare, eis ueniam peccatorum concedere, sed uoluit homo fieri, & mortem pro hominum peccatis subire, & Mundum in libertatem asserere hoc modo, qui fuit multis de caussis commodissimus.

Primo, quia cum Deus sit summè iustus, & summè misericors, voluit in hominibus redimendis, & saluandis eum modum adhibere, ut suæ iustitiæ Diuinæ plenè satisfieret, & misericordia in homines retineretur plenissimè: non potuit autem ad hæc duo maximè præstanda commodior alius modus excogitari, quàm ut Deus fieret homo, & pro hominibus ipse pœnas lueret: & sic salua, & integra maneret Diuina iustitia: & misericordia suo etiam fungeretur officio: & ita factus est, homo, & pro hominibus mortem perpessus: Nam vt iuste hominum peccata contra Deum admissa vindicarentur, parerat, ut homines suorum delictorum debitas pœnas persoluerent, hoc enim Dei iustitia exigebat: vel vt æquum compensationem, & satisfactionem impenderent. Quippe si Deus culpas hominum absque vlla pœnæ solutione, & tunc vlla compensatione, & satisfactione redditæ, condonasset; summam quidem erga homines misericordiam retinuisset, sed Diuina eius iustitia debitas ab homine pœnas non sumpsisset. Quòd si (vt iustitia postulabat,) homines debitis supplicijs plexi fuissent, misericordia suum non præstitisset officium erga homines, nec Deus suam erga homines misericordiam tam apertè, prodidisset,

Mortis Christi prænunciatio, & Resurrectionis.

Mors Christi Domini. Et ita fidei funditus deleti, atque ex pulij eorum reliquiæ in varias Terrarum plagas.

Dei Filius cur uoluerit homo fieri, ac mori.

Iustitiæ, & Misericordiæ satisfactio facta erat.

dissetˇ; Quoniam igitur pœna, quam hominum peccata merebantur, infinita erat; (vpote, quia peccatum contra Deum admissum est, iniuria quidam illata fuerat contra infinitam Diuinæ Maiestatis bonitatem,) vt perfectè iustitia seruaretur in vindicandis hominum peccatis, opus erat in finita satisfactione ex parte hominum: infinitè autem satisfacere homo nulla ratione poterat, quoniam humana opera, & merita finiti valoris sua natura sunt: oportebat igitur, vt aliquis, cuius opera vim in promerendo, & satisfaciendo in finitam haberent, pro hominum delictis in Deū admissis satisfaceret; Deo æternus summi, & optimi Dei Filius voluit fieri homo, vt in sespˇo a Ioquei infinitus, & immensus, pœnas hominum susciperet, & sustinens, infiniti pretij satisfactionē redderet, & hac ratione Dei infinitæ iustitiæ, quā peccando homines offenderant, est cumulatissimè satisfactum, & in homines infinitæ benignitatis, & misericordiæ beneficium collatum: quip pe Deus, qui omni ex parte infinitus est, sespˇsit hominib. exhibuit: Sequitur ergo, vt hic modus afferrendi salutem hominibus sit sapientiæ, beni gnitatis, & iustitiæ plenissimus, quique summam Dei prouidentiā, & perfectionē maximè deceat.

CVR. DEVS HOMO.

A conueniē tia quis fu sse feminæ pri mus homo lapsus sit.

Secundò. Hic modus fuit commodissimus: nam primus vir fusione feminæ à Diuina lege, & imperio aberrans Deum offenderat, & totum genus hominum perdens modo peruicien, & extrinm attulerat, erat igitur rationi consentaneum, ut alius vir mundo salutem afferret, & ge nus hominum salium prællaret, in Deum autē pœna non cadit, ut ergo Deus ferre, ac pati pœnam, & adacrsa posset, & qua Deus mundum expurgallet, & qua homo supplicia sustineret, decuit maximè, ut homo fieret.

Ne Satanas gloriaretur.

Tertiò. Ne diabolus gloriaretur insolenter, a se virum fœminæ perfuatione deceptum, & in peccata prolapsum captiuum suum effectum, ita inde à primo orbis initio promiserat Deus, se alium virum in terras missurum qui natus ex fœmina vniuersum dæmonis potentiam labefactaret, superbiam cōfringeret, dominatum deleret, Modo salutem afferret, & homines ex dura eius seruitute, & crudeli tyrannide ereptos in libertatem gloriosissimā vindicaret. At uerò, quia homo ad hæc præstanda imbecillus fua natura erat, nullit Deus homo fieri, ut promissa perfolueret.

A premij spe atque à metu pœnæ.

Quartò. Quia nihil est, quod uehementius, & acrius hominum animos ad Dei Optimi Maximi cultum, honorem, & amorem impellat, & adhortetur, & inculpatè uiuendum omnes magis excitet, & inflammet, quàm gloriæ studium, immortalitatis spes, futuri præmij cupiditas, pœnæ, & supplicij metus: at nulla alia ratio ad hæc præstanda commodior iniri potuit, quàm si Deus homo fieret, & pro commisso hominis flagitio mortem subiret. Quum ob rem Dei Filius factus est homo, & pro homine seipsum morti tradidit, ut infinitam in homines suam charitatem declararet: & eos in sui amorem accenderet, & certissimum sempiternæ gloriæ pignus daret, non uoluit, ut sua morte culpam hominis expiaret. Neque enim gratis omnino peccatum remisit, ut ostenderet grauissimum mali genus peccatum esse, & maximo odio Deo semper fuisse, & acerbissimā hominibus interitum afferre, vt fic hominem à peccato detreriret. fi enim Deus suo filio non pepercit, sed potius eum morti tradidit, (vt qui hominum peccata in se transtulerat, ese poenis obijciens, quas fuerant homines meriti, debitas hominum delinquentium pœnas exoluereˇ) quid faciet hominib. in diuinas leges peccantibus? fi in suo filio alienam culpam non cōdonauit, mul to minus proprijs hominum culpis, & peccatis ignoscet, nisi reispiscant, nisi à peccando desistāt, nisi pro commissis delictis satisfaciant per veram animi pœnitentiam, ad saniorem, & meliorem uitæ frugem conuerti.

Peccatum uō est remissum gratis.

Necessitas pœnitentiæ.

Ob has, & alias rationes voluit vnicus summi Dei Filius fieri homo, & iubens mortem oppete re, & cum ignominia, ac dedecore mori ad crucem affixus. Quia fecit à principio deus hominib. à quibus ceteri propagati sunt, delictum fuit fructu arboris sibi interdictæ vescendo, cuius primi peccati labe sunt posteri commaculati: se est singulari Dei prouidentia constitutum, vt hominū culpa in arbore delereturˇ; & primi scelcris pœna in sanctissimæ crucis ligno lueretur: ut diabolus, qui hominem ligno deuicerat, atque deiecerat, in ligno quoque victus prosterneretur, & mōrtā le hominum genus per crucem salutem optatissimam consequeretur.

Ab eo ligni genere vertit.

Vt qui in li gno uicerat, ligno uincereturˇ.

Ceterum si qua aliquorū mentem, cogitationemque dubitatio hoc loco labibit, quo pacto Deus, cum sit sua natura immutabilis, & ab omni dolorum, ac laborum perpessione alienus, seri homo potuerit, & in cruce mortiſi enim, ut ſi pra est à nobis dictum, homo secundum suam subſtantiam in Deum conuerti, & mutari non potest, multò minus Deus in hominem transferri, aut fieri homo poterit. Huic dubitationi respondeo, Deus non est ita homo factus, vt Deus esse desierit, aut suam naturam in aliam verterit: aut eam cum humana subſtantia cōfuderit. Hoc enim fieri nulla ratione potest, sed homo factus est noſtram naturam humanam cum Diuina in vna persona conſocians, atque coniungens, ita ut IESVS Chriſtus Dominus noſter ſit Deus, & homo, una nimirum persona Diuina ex duabus, & in duabus naturis subſiſtens; nempe diuina, quam ex omni æternitate habebat, & humana, quam aſſumptam cum diuina copulauit, cum Deus factus eſt homo. Hæc itaque admirabilis vnio fuit in persona diuina, nimirum in Filio Dei facta, nō autem in natura diuina: & ſic filius Dei unione facta eſt homo, non autem natura diuina eſt natura humana, & quamuis in rebus nullum exemplum, nulla ſimilitudo inueniri queat, quæ omni ex parte cum hac unione conſentat, quippe res, quæ naturā conſtant, non ex toto eā, quæ ſunt ſuprà naturæ vires, exprimunt, & referunt, nihilominus tamen rem iſtam admirabilē, quadam ex parte oſtendere licet uno in medium exemplo producto. Sume tibi arborem quandā, uerbi gratia, pyrum multis natura procreatis ramis

Quonam modo diuina natura immutabilis ſit facta homo, ſcpatuerit homo, non poterit.

Deus non eſt ita homo factus vt Deus eſſe deſierit.

Dominus Deus ſuus vna perſona cum ea ex duabus & in duabus naturis ſubſiſtens.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00536

mis constantem: finge eius trunco intitum ex alia arbore, nimirum sic recisum sarculum, dum tunc eius stipitis arborum naturæ affixæ adhærebunt, nempe pyri natura, quam primum habebat, & ficus substantia, quæ illi hominis industria insita est, nec tamen pyri natura, & ficus substantia permixtæ, confusæque sunt, sed potius in vno, eodemque stipitæ arboris salua, & integræ duæ naturæ sunt, vna, quæ ficus edit, ac profert, altera, quæ pyra fert: sic fatemur personam, scilicet Filium Dei quæ per naturam sum Deus est, & cum natura diuina naturam humanam coniunxit absque vlla prorsus duarum naturarum permixtione, & confusione, & ita non desijt esse Deus, sicut Deus ex omni æternitate erat, cepit tamen ex tempore esse homo, secum consociata natura humana, & quatenus Deus est, in natura diuina subsistit, omnes diuinæ substantiæ actiones, & diuinæ vitæ perfectiones habens, quas in omni æternitate continebat, & quatenus homo est, anima constat, & corpore, & in eadem secundū speciem humana natura viuit, in qua ceteri homines subsistunt: hoc tamen excepto, quod in ceteris hominibus natura est mulcis ignorantiæ obscurata tenebris, peccati labe, & sordibus inquinata, multiplici ad malum propensione præfixa; at in Christo Domino nostro eit humana natura omni vitæ integritate, puritate, & sanctitate plenissimaque enim decuit, vt cum ea tura diuina, in Filio Dei, natura copularetur humana ignorantiæ tenebris obdurata, peccato infecta, aut prauis naturæ affectibus obnoxia. Sic cuiusque mundo eodemque arboris trunco conjunctæ sunt duæ arborum naturæ, nimirum pyrus, & ficus, non tamen inter se penitus, sed inuicem confusæ: sic in vna, eademq; persona diuina, qui est verbum sumnū Dei Filius, duæ naturæ, diuina, & humana consistunt, quæ inter se sunt ita connexæ, & secum inuicem congregatæ, vt vnitia ratione inter eas permixta, tue cui sufæ. Hoc exemplo intelligere commode, & aptè poteiis, quo pacto Deus factus sit homo, & qua ratione sustinere, ac pati incommoda, & aduersa, ac tandem mortem subire potuerit Deus, fatemur enim ipsum, qua Deus est, nec mori, nec pati posse: at simul confitemur, eum, qui homo est, mortuum fuisse, anima corpore soluta per mortem, & sic etiam fatemur, eum multa aduersa, & acerba pertulisse, quatenus homo est. Sicut in prædicto exemplo, quod in medium produximus, quamuis sici ramus arescat, aut resecetur, uel aliud quid mali patiatur, non continuo pyri ramus aliqua ex parte lædetur, quippe qui alterius naturæ est falsæ, & integræ. Hoc etiam percipi commodè, & aptè potest alio exemplo ex anima, & corpore sumpto: nam anima, vt supra à nobis est dictum, suum proprium esse habet, quod à corpore non pendet, ipsa per se ipsam immortalis est, insuper esse habet ut forma, quæ corpori tribuit, vitam, motum, & vim agendi, quam ob rem cum homo functus vita moritur, licet ex parte corporis moriatur, ex parte tamen animæ non moritur, quippe anima corpore interemte non perijs, sed ab omni corporis nexu, & vinculo soluta, per se ipsam subsistit, ac viuit: sic fatemur, Filium Dei suum proprium esse, vitam, & naturam habere in se ipso, at idem ipse per se tat etiam, & confere esse humanæ naturæ, quam in se ipso cum Diuina natura coniunxit, & ob eam rem licet anima à corpore separata per mortem Filius Dei pariatur, quatenus homo est, at quatenus Deus est, nulla ratione patitur, atque ex his intelligi potest, quo pacto Deus factus sit homo, & qua ratione, ut homo est, pati, ac mori potuerit, ut homines sua morte ex sena dæmonis tyrannide ereptos, & ab omni peccato liberos in cælorum felicissimis sedib, collocaret.

Cum igitur vnicus Dei Optimi Maximi Filius homo fieri voluisset, ut pro salute hominibus afferenda mortem opperetur, Virginem quæ dum omni mortumque vitæ integritate, & sanctitate plenissimam elegit ut matrem, ex cuius utero nascereetur vt homo. Hæc felicissima Virgo MARIA appellatur, quę una erat ex illis feminis, quę in ueteri Iudęorum populo viuebant, ac genus fuum, & originem ex regia Dauidis stirpe iam inde à magno Hebreorum parente Abraha mo deducta trahebat, orta fuit ex maioribus vitæ puritate, & prophetię dono clarissimis, quibus, & quorum ministerio vniuersis hominibus Deus sępe promiserat, oriturum ex virgine Dauidici generis, & familię virum, qui mundū pecati labe expiaturus, saluaret. Porrò cum hęc uirgo tantum dignitatis fastigium esset adepturæ, ac Dei gentrix foret, tot, ac tantis eam Deus Diuinę gratię beneficijs cumulauit, tot in omni uitę tutum genere munerib. exornauit, vt fuerit sanctissima, & perfectissima omniū feminarum, quę vel ab initio creati mundi extiterunt, uel existent deinceps, tanta enim morum, ac uitę sanctitas, tanta virtutum clarissimarum perfectio decebat eam virginem, quę futura erat mater Filij Dei, quatenus homo est. In huius Beatissimę Virginis vtero puriſſimo Filius Dei in se ipso cū natura diuina naturam humanam consociauit, quippe in eo factus est homo sine vllo viri semine, & opera conceptus, sola Spiritus sancti gratia, ui, & potestate generatus, nam ille in prædicte virginis visceribus mundissimis corpusculū formauit, ac finxit, & mox figurato corpori animum infudit, ac naturam humanam ex anima formatam, & corpore in ipsamet persona Filij Dei cum natura diuina copulauit, & hac ratione unico temporis momento fine ullo prorsus huius clarissimę Virginis damno, absque ulla eius virginitatis iactura, diuina ope Filius Dei factus est homo ex duabus, & in duabus naturis diuina, & humana subsistēs, Deus simul & homo, quod totum uno temporis puncto peractum est, quo fuit Filius Dei in Virginis utero conceptus, & hęc omnia sunt diuinitus patefacta Virgini mini ſterio Angeli è cœlo missi, ut Sanctarum Scripturarum monumenta testantur, in quibus filij Dei incarnatio, conceptio, ortus, uita, & gesta seri pta continentur. Cum autem hoc opus admirabile fuerit diuina ope, & potestate perfectū absque

Virgo matęr delecta &vn de.

Dona Beatissimæ Virg.

Sanctitas.

Incarnatio Filij Dei.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/part.htm?image=00537

que vlla hominum opera, sicut Beatissima Virgo Dei filium hominem factum sine vllo suæ virginitatis incommodo concepit: sic eundem peperit absque vllo eiusdem virginitatis detrimento: & ita post partum illæsum eius corpus, integrũ, & inuiolatum permansit, sicut Virgo ante partum erat, sic incorrupta Virgo in partu, & post partum extitit, nato ex ea, & in lucem edito diuinitus Filio Dei: quippe eum peperit sine sui corporis violatione, ab qua vllo prorsus dolore, & pœna, sed potius cum gaudio, atque lætitia, qua totus eius animus perfundebatur in tanta mysterij magnitudine, nimirum Filiũ Dei pariendo. Ob eam rem singulari, & eximio est priuilegio donata, vt ceteris antecellens, vt Filij Dei Mater, & tamen semper integra, & incorrupta Virgo, & Nam in eius utero castissimo Filius Dei naturam humanam assumens, prodijt ex eo sicut lux Solis, quæ per vitream fenestram permeat, ac transit, & tamen vitream non rumpitur, non frangitur, sed integrum permanet. Quod si hoc lux Solis, vt sua potest efficere, quid ni faciat Filius Dei qui est omnipotens? Potuit sane fieri homo, & nasci ex castissimo Virginis utero sine vlla ipsius virginitatis perpetuæ corruptione.

Partus Virginis sine vllo Virginitatis detrimento.

Sine vllo dolore.

Dei filius ex utero Virginis sicut lux solis permeat vitream fenestram, quę tamen non rũpitur.

Filius Dei factus fic homo ob salutem vniuersis hominibus dandam: vocatus est IESVS: hoc enim nomen est illi diuinitus impositum: sic enim vocati eum iussit Deus ministerio Angeli è cælo ad Virginem missi. IESVS nomen est Hebræum, quod Saluatorem significat. CHRISTVS nomen est Græcum, quod significat vntum: nam dictus est etiam Christus, quasi vnctus, vngebantur in illo veteri Iudæorum popu lo Reges, & ita dictus est Iesus Christus, hoc est Saluator, vnctus, electus, & constitutus diuinitus Rex. Hic fuit multis antequam nascereturex Virgine, temporibus in veteri Hebræorum Lege promissus à Deo, fuit multis Prophetarum vaticinijs prænunciatus, & figuris plurimis adumbratus, & ita expectabatur ab omnibus venturus in mundum, ut omnibus saluteꝫ afferret, & omnes ex duro dæmonis iugo, & imperio liberaret, sicut erat Abrahæ, & multis aliis Hebræorum

IESVS cur ita vocatus.

CHRISTVS

Prænũciatus à Prophetis Christus Dominus.

maioribus diuinitus prædictum. Hunc Iesum Christum, qui est Filius Dei, factum ob hominum salutem hominem, quique Deus verus, & verus homo est, nos Christiani colimus, veneramur, & adoramus. Hunc nostrum Saluatorem, Redemptorem, & Dominum agnoscimus, credimus, & confitemur. Hunc una cum Patre, & Spiritu sancto vnum in personarum Trinitate Deum, unius eiusdemq; naturæ, substantiæ, & omnipotentiæ Dominum profitemur, ut supra de hac personarum Trinitate tractatimus: in hoc vno Domino nostro tota nostræ salutis spes ista, & constituta est: quippe eius ope, & auxilio fecimus, saluos futuros esse speramus, ipse namque ut verus Dei Filius, factus propter nos homo, vniuersos mortales in extremo mundi fine & interitu iudicabit: ijs, qui crediderint ipsi, & Diuina eius præcepta, & mandata seruauerint, iuxta diuina eius promissa, salutem reddet sempiternam, eosque in beatorum felicissima sede, & domicilio collocabit, ubi vna cum ipso perpetua quadam pace, & æquitate, & gloria perfruetur, in rerum omnium iucundissima, quæ apud Deum est, possessione constituti: ijs uero, qui fidem eius, & religionem sectati non fuerint, & Legem eius nõ coluerint, nefario dæmonum imperio parentes perpetua supplicia rependet. Quia in obscurum, & eternum interorum carcerem cõijcientur, ubi sempiternis cruciatibus torquebũtur ministerio Dæmonum, quorum simulacra adorarunt, & quorum iussa fecerunt. Ibi summo mœrore confecti, & summis diuexati doloribus, omni miseriarum, & malorum genere prementur, omni prorsus salutis spe destituti, iustissimas suorum scelerum pœnas exoluent. Id enim Dei iustitia postulat, vt qui Mundi Saluatorem contempserint, & debitum Deo cultum, & honorẽ detraxerint, quique summo rerum omnium opifici, principi, ac Domino iustum, & meritum obsequium, & famulatum negauerint, dæmonibus subijciantur, dura eorum seruitute, & iugo afflictentur, quippe qui CAMI, & FOTOQVE coluerunt, & mortuorum hominum improborum simulacra adorarunt.

Saluator. Redemptor. Dominus. Deus.

In hoc uno Domino nostro tota nostræ salutis spes salutis

Infidelium pœna æterna

ARGV-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00538

ARGVMENTVM
LIBRI VNDECIMI.

DVO sunt, quæ mortalium animos ad spem beatæ vitæ potiundæ, & virtutem amplectendam excitare solent; vnum est vera fides, & religionis cognitio, ex qua errorum, falsorumq. dogmatum confutatio proficiscitur: Alterum Diuinæ legis assidua meditatio, quam Dei Optimi Maximi cultus, eiusq. sanctionum obseruantia consequitur. Hinc nimirum factum est, vt præcipui Christianæ Philosophiæ Magistri, non modo contra superstitiosa gentium dogmata disseruerint, sed etiam Christi famulos præclaris diuinarum rerum documentis, ad omnem virtutem erudierint. Quorum nos vestigia persequentes, postquam superiori libro Iaponensium dogmatum fundamenta inania planè esse demonstrauimus, atque adeò Christianam fidem constituimus, operæpretium duximus, hoc altero libro Diuinarum sanctionum, quas Decalogo comprehensas, à Deo accepimus, explicationem afferre, simulque ostendere, quanta sint in Ecclesia Sacramentis ad eadem præcepta facile obseruanda, præsidia constituta.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00539

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Vndecimus

QVI EST ITEM DE RATIONE PROGVRANDAE salutis Iaponiorum, & aliarum Orientalium gentium.

C

PRAESTANTIA DECALOGI, ET CVR VNA QVAEQVE natio eum seruare debeat. Cap. I.

SVPERIORE libro in eo argumento versati sumus, ex quo satis constare potest, quo pacto filius Dei factus sit homo, ut uniuersorum hominum peccata deleret, & uiam rectam, qua pergerentur in cælum ostenderet, & Mundo optatissimam salutem praestaret: Iam verò agendum est de ea, quam sanctissimè rulit, lege: & de reliquis, quæ diuinitus constituit, ut seruarentur perpetuo usque ad ultimum Mundi interituri finem. Cum autem ipse fuerit iliemet Deus, qui olim Ministerio Moysis legem condiderit in uetere Hebræorum populo, æternum confirmaturi eam denuo, postquam uenit in Mundum: Hæc verò lege, decem præcepta continentur, quæ iussit vt obseruarentur ab omnibus, & ea obseruantibus salutem promisit sempiternam.

D

Summa Decalogi.

Primum huius legis præceptum est. Vt vniuersi unum tantũ Deum colant, & venerentur, & eum ex toto corde, & animo suprà omnia diligant. Secundum, quo prohibemur, iurare uanè per sanctum Dei nomen. Tertium, ut Dies sacros, & festos colamus. Quartũ, ut oẽs suis parentib. de bitum honorem impendant. Quintũ est, quo prohibemur hominì uitam adimere. Sextũ est, ne adulteria admittamus. Septimum, ne aliena bona usurpemus. Octauum est, ne falsum aduersus aliquem testimonium dicamus. Nonũ est, ne alterius uxorem appetamus. Decimũ est, ne aliorũ bona concupiscamus. Hæc sunt decẽ præcepta quæ olim Deus in ueteri Testamẽto Iudæorũ populo iniunxit omnibus obseruanda: & postea Christus redemptor noster denuẽ stabiliuit Christianorum plebe, & Republica fundata: ex quibus rectè colligitur, ea esse diuinitus impositã: nam pauciſſimis verbis complectuntur quicquid hominibus iuberi

E

A Deo esse Decalogum.

Potest: & tam suauia mandata sunt, ut in omni prouincia, Regno, natione, & gente coli, & obseruari possint, & debeant: & reliquæ legis à mundi Principibus latæ, non habent: quæ etsi utiles, & cõmodæ sint in una prouincia, uel regno, in alio prorsus inutiles, incommodæ, & uanę sunt: Hęc tamen lex vtpotè lata à Deo, qui sapientissimus

Nullas leges habere uim obligãdi omnes gẽtes præter Decalogum.

est, & uniuersorum dominus, uim habet obligandi omnes gentes toto terrarum orbe dispersas: & ab vniuersis hominibus obseruari potest Dei ope, & auxilio. Porrò, ut hęc omnia intelligantur, nosse quisque debet, tria huic legi potissimum conuenire: nam cum sit lex diuinitus instituta, par est, ut in tribus excellat.

Primum

A Primum quod est, rectissima, & æquissima, summa ratione constans, quippe quæ à Deo, in quo est perfectissima ratio æquitatis, & bonitatis, sancita est, & lata est ho minibus mente, & intellectu consentibus, qui ratione ducuntur. Secundum, quod est omni ex parte absoluta, perfectè hominem instituens, vt omne malum deuiter, & bonum vndique sequatur. Tertium est, quod hæc lex in omni prouincia, & regno, ab omni gente, & natione obseruari, & coli potest. His potissimum excellit, & præstat cereris hæc diuina lex: hæc enim tria reliquæ humanæ leges non habent. Primum, hæc lex tota in ratione est, & æquitate innixa, & posita. Hoc facilè comprobari, & cô stare aperte potest, si singula huius diuinæ legis præcepta percurramus, & singula declaremus iuxta Dei mentem, quæ eam tulit. Tribus in rebus Decalogum excellit omnes alias leges.

Primò namque mandato præscribitur, vt nullus adoret, & colat, nisi unum tantũ I Mandatum legis.
B Deum, & vt omnes homines hunc Deum summo amore prosequantur: quæ res, quam sit rectæ rationi consentanea, quis non videat? quàm sit omni æquitati cõsona, quis quantumuis rudis, ac barbarus non intelligat? Nam si vnus tantum est Deus, vnus rerum omnium opifex, princeps, moderator, & Dominus, vt suprà est claris rationibus comprobatum, rationis, & iustitiæ lex exigit, vt ipsi soli diuinus cultus, & honor impendatur: & non rebus ab eo conditis, & ex nihilo procreatis. Insuper, si ipse est summa, & infinita bonitas, cuius nutu, & ope viuimus, mouemur, dirigimur & conseruamur, par est, vt eum ex toto corde, & animo suprà omnia diligamus. Nam primum, & summum bonum, summè, & ante cetera omnia expeti, & amari debet: & ita hoc præcepto interdictus est nobis omnis simulacrorum cultus: Prohibemur Camios, & Fotoquios venerari: prohibemur noſtram in illis spem, & salutem collocare: ab eis Cur Deus summo honore colendus.
C opem, & auxilium petere. Quam ob rem nefas est, eorum simulacra, & imagines colere: quia Deo debitus, & meritus cultus, & honor detrahitur, & creaturis impenditur: nefas est, mortuorum hominum effigies depingere, statuas erigere, ut diuinis cultibus adorentur. Præterea prohibentur nobis hoc præcepto veneficia, fortilegia, auguria, præstigiæ, & omnes Magicæ artes, ac superstitiosæ ariolationes, quę dæmonum opera, & ministerio peraguntur. Est enim Diabolus hominum deceptor, harum superstitionum, & artium inuentor, Dei aduersarius, & hostis. Hæc autem omnia ex eius malitia profluxerunt, & in mundum sunt inuecta, mille fraudibus, & mendaciis plena, quibus passim homines in errorem deducuntur. Est igitur vnus tantum Deus colendus, & adorandus, qui est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, qui vniuersa ex nihilo finxit, & condidit, condita gubernat, & conseruat, & ita vniuersorum est Do- Diabolus quo homines decipit.
D minus. Iesus Christus Redemptor noster colendus, & adorandus similiter est, quoniam est filius Dei, factus tamen homo ob nostram salutem: in hoc uno Deus, ipse no stra fiducia est: ab hoc uno tota nostra salus pendet, huius Dei auxilium petendum, & inuocandum est: ab hoc uno vniuersa bona promanant. Hoc tamen præcepto non est nobis interdictus cruciś, & aliarum facrarum imaginum, & statuarum sanctarum usus, qui est apud Christianos: nec prohibemur sanctos, qui in cælesti, & felicissimo beatorum domicilio consistunt, venerari, & colere: nam crucis imago refert nobis acerbissimam illam mortem, quam Iesus Christus unicus noſtrę salutis auctor sponte pertulit, ut nobis peccati labe corruptis salutem conferret. Aliæ imagines referunt Iesus Christus adorandus. Sanctarum imaginũ, & statuarũ usus haud interdiciur primo præcepto Decalogi.
E nobis cetera eius gesta: quæ dum in hoc mundo sanctissimè vixit, mirabiliter edidit. Aliæ item nobis referunt sanctos uiros, & egregia eorum facta, ex quibus ad uitam no ſtram benè, & sanctè traducendam inuitamur, quæque nobis in memoriam reducunt ea, quæ pro fide, & religione noſtra inuicto animo pertulerunt. Vnde, Christiani non colunt, neque adorant imagines, credentes in eis vitium, aut potestatis aliquid inesse: sed adorant, & venerantur Deum ipsum, & Iesum Christum filium eius in cruce, & alijs imaginibus adumbratum: & crucem, ac ceteras imagines colunt, & reuerentur ea ratione, qua figuræ sunt, nobis Deum, & Iesum Christum eius filium referentes, item sanctos vel homines, uel angelos, quos Christiani uenerantur, non colunt, neque adorant eo cultu, honore, & veneratione, qua Deum ipsum reuerentur. Nõ enim sanctos adorant, credentes eis ex seipsis sanctitatis & diuinitatis aliquid inesse. Solum enim Deum profitemur, & credimus ex seipso sanctitatem, & diuinitatem ha-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00541

bere: sed veneramur sanctos tanquam fideles Dei seruos, vt Deo chatos, & gratos amicos, vt Dei nuncios, & interim eorum opem, & auxilium inuocamus, ut sint nostri apud Deum patroni, sint aduocati, sint precatores, ut diuinam nobis gratiam, & benevolentiam concilient, ac cetera beneficia, quæ petimus, impetrent nobis à Deo, à quo solo peccatorum veniam, & salutem, ac felicitatem sempiternam expolci- mus, à quo, quidquid boni est, expectamus. Quamobrem eum summo cum amo re, & charitate complecti debemus. Ipse est ante, & suprà omnia diligendus: potius vitam perdere, quàm Deum debemus: uitæ detrimentum prius pati tenemur, quàm vllum mortale peccatum committere, quo Deus offendatur: & ita prius occidi nos patimur, quàm Dei fidem abnegemus; Christi religionem deseramus, vanas, & superstitiosas Idolorum ceremonias seruemus: CAMIOS, aut FOTOQVIOS veneremur, aut vllum illis sacrificium offeramus: & hæc sunt, quæ primo Dei mandato continentur.

Vitam potius amittendam, quàm Deum.

II. Præceptū Decalogi.

Secundum Dei præceptum est, ne vanè per sanctum Dei nomen iuremus: In quo præcepto nihil est, quod non sit æquitati, & rationi maximè consentaneum: Nam cum Deus sit vniuersorum auctor, Princeps, & Dominus, cui omnes cultum, honorem, & famulatum debent, aperiè colligitur, nemini licere per sanctum eius nomen iurare, siue falso, siue vanè, siue iniquè: Sanctum enim Dei nomen polluimus, cum illud temerè absque reuerentia, & honore proferimus. Hoc itaque præcepto prohibemur, mendacium iuramento confirmare. Est enim magna iniuria Dei, cum eum in mendacij testem adducimus: quippè qui est prima, & summa veritas, qui nec falle re, nec falli potest, quique summo odio mendacium detestatur. Item prohibemur id iuramento confirmare, quod nobis certo competturn non est: nam si rem incertam, aut dubiam iuramus, periculum iurandi falsum incurrimus, & iniuria fit Deo, si vt te stis incerti, vel dubij producatur. Item, hoc etiam præcepto interdicitur nobis iuramentum, quod temerè absque reuerentia, & honore Dei fit. Infertur enim Principi, & Regi iniuria, si nomen eius absque reuerentia debita tractetur. Item prohibemur rem iuramento confirmare, cui iuramento opus non est: non enim est Diuini nominis vsus futurus temerè, cui eum ratio non exigat, & necessitas postulet. Ité uetitum est nobis iurare nos aliquid facturos, vel omissuros, quod facere, vel omittere peccati sit: tunc enim debita iustitia iuramenti carebit, non tamen tam graue peccatum est iurare absque necessitate cogente quod verum alioqui est, & nobis certò explorati, quàm sit iurare mendacium, aut iurare nos facturos, quod fieri absque peccato non potest. Hinc etiã planè colligitur, omne blasphemiæ crimen esse nobis interdictũ: nã si nanè iurare prohibemur, maiori multò ratione vetamur, ignominiosè de Deo aliquid dicere, aut aliquid contumeliosè loquendo Deo tribuere, vel aliquid detrahere. Ceterum, non omne iuramentum in vniuersum hoc præcepto inhibetur: nam licet nobis iurare, quando veritatem certam, & nobis compertam, necesse est iuramento comprobare, ut dicto nostro fides habeatur, dummodo iuremus cum debita diuini nominis reuerẽtia, & honore: & ad id aliqua iusta necessitate cogamur. At verò iurare per Camios, vel Fotoquios, vel per rem aliquam ad eos pertinentem, nobis non licet: esset enim grande nefas, & crimen contra primum supradictum mandatum, quia Camis, & Fotoquijs cultus, honor, potestas, & veritas soli Deo debita, tribuerentur.

Quando pol luitur sanctũ Dei nomen. Iuramentũ

Vsus Diuini nominis non debere esse temere.

Blasphemiã omnem esse interdictam.

Iurandum quando sit & per quem.

Tertium Dei præceptum est, vt festos, & sacros dies colamus, quod vt probè intelligatur, prius scire oportet, quod sicut Principes, ac Reges terræ in more habent, ut certos aliquos dies constituant, quibus subditi famulatum ipsis, & obsequium præstent: sic Deus constituit statos, ac solemnes dies, quibus Christiani omnes ex legis præscripto rebus diuinis vacent, Deo cultum, honorem, & obsequium debitum impendant: sese in sacras ædes, ac templa conferant, Sacrificijs Missarum interfint: precationibus, & obsecrationibus Deum sibi placare, & suorum scelerum, ac delictorũ veniam, & animarum salutem obtinere conentur. Ob hanc rem in templa concurrimus, ut quæ sunt nobis necessaria ad salutem doceamur, & ea precibus, ac uotis à Deo flagitemus. Potrò ut hæc omnia melius præstarentur, iussit Deus vt factis, ac festis diebus opera seruilia intermittantur: studia, & negocia secularia deponantur.

III. Præceptum Dies festi.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00542

A tur, vt diuinis rebus commodius vacemus, & eos dies in honore, & cultu Dei retinendo, & noſtrarum animarum ſalute procuranda conſumamus: ob hanc iem conſecrati, & inſtituti ſunt omnes totius anni Dominici dies, & quidam alij præcipui, qui dicati ſunt ſanctis: quibus diebus myſteria, & geſta Ieſu Chriſti Domini noſtri in memoriam reuocantur, & facta ſanctorum hominum referuntur: quapropter Chriſtiani ſinguli, ſi commodè poſſunt, abſque graui ſuarum rerum detrimento, tenentur hiſce ſacris, & feſtis diebus templum petere, Miſſæ ſacrificium audire. At ſi iuſtis cauſſis, & negotijs aliquis ſit impeditus, ita ut commodè templum adire non poſſit, ſatis eſt ſi Deum corde, & affectu adoret, animo in templum eundi, ſi poteſt. Hiſce etiam temporibus ceſſare debent Chriſtiani, & nihil agere eorum, quæ ceteris hebdomadæ diebus operarij laborando ſolent efficere. Non licet hiſce diebus terram colere, ligna cædere, aut alia ſimilia opera præſtare, niſi ad ea neceſſitate graui coga mur, ut rerum noſtrarum incommodum, & iacturam deuitemus. Nam cum prædicti dies inſtituti ſint ad ſaluterm animarum promouendam, fas non eſt, eos in ſecularium rerum negotijs, & corporum obſequijs conſumere. Non tamen opera neceſſaria relinquere prohibemur. Quando obligemur ire ad ſacrum. Opera ſeruilia quando facienda.

B

Quartum Dei mandatum eſt, vt noſtris parentibus honorem debitum impendamus. Quod quàm ſit æquitati, & rationi conſonum, planum eſt: nam ſecundum Deũ id quod ſumus, à parentibus accepimus, qui nec vitam, nec ſpiritum quidem hunc, quem ducimus haberemus, ſi noſtri nos parentes non generaſſent: ipſi nos genuerũt, genitos educarunt, inſtruxerunt, gubernarunt, & ſua nobis bona tradiderunt. Quapropter iuſtitiæ lex, & ratio poſtulat, ut filij parentes ſuos honorent. Quattuor illis C debentur, amor, reuerentia, obedientia, & ſubſidium, quando ope egent aliena: nõ ſolum verbo eos honorare debemus, aut ſignis tantum & cæremonijs externis, ſed potiſſimum interno amore proſequi, & ex animo reuereri & ipſis, cum nobis iuſta, & recta imperant, parere, & eorum inopiam, & indigentiam ſubleuare, memores, quòd quidquid ſummus, ſit ab illis in nos collatum: quidquid habemus, ſit ab illis acceptũ. Hoc etiam præcepto iubemur patres ſpirituales, qui noſtrarum animarum curam habent, colere, & honorare, quales ſunt Sacerdotes, Prælati, & ſuperiores à Deo conſtituti: ipſi nanque noſtrarum animarum curæ, & ſaluti inuigilant, ipſi in terris Dei vice funguntur, & idcirco præcipit Deus, vt eorum iuſſis obſequamur, eos, quando no ſtra opera, miniſterio, & ſubſidio indigent, iuuemus. Hoc idem principibus, & regibus, & reliquis, quorum ditioni, & imperio ſubſumus, præſtari debet. Nam hi etiã D loco Dei in terris iuſtitiam adminiſtrant, populos, & reſpublicas moderantur, & ob id ipſis parendum eſt in omnibus, dum ea iubent, quæ cum recta ratione, & diuinis legibus non pugnant: fideliras erga eos magna eſſe debet, ſi opus fuerit, eſt pro illis ſanguis etiam ipſe fundendus, & uita amittenda, ut eorum uitam, honorem, principatum, & imperium tueamur ab omni prorſus proditione, & contra eos coniuratione, & rebellione alieni. III. Mandatum. Honor parẽtibus cur habendus. Patres ſpirituales. Honor Principibus cur tribuendus. Quãdo Principibus obediendum ſit.

Quintum Dei præceptum eſt, vt nulli vitam adimamus. Quo præcepto non prohibentur Reges, & Principes ſubditos occidere ob ſuorum ſcelerum pœnam. Immò potius iubet Deus, vt Reges, & Principes iuſtitiam in terris adminiſtrent, improbos, & perditos homines debitis ſupplicijs afficiant, eos vel morte puniant, vel in exilium mittant, vel ad perpetuos carceres damnent, vel denique alijs meritis pœnis addicãt: E tunc enim Principes nequaquam Dei legem violant, ſi eos interfici iubeant: neque delinquunt ij, quorum opera, & miniſterio occiduntur improbi iuſſu Principum, & ſententia Magiſtratuum. Item, non eſt nobis interdictum ius belli, quo fas eſt Principibus iuſtum bellum gerentibus hoſtes occidere ſuorum militum opera. Prohibemur ergo quenquam necare, vel ira, vel odio, vel alio depraũato animi affectu, uel priuata noſtra auctoritate: in quo iuſtitiæ lex, & rectæ rationis præſcriptum violatur, & ſicut ij faciunt, qui interficiunt alios, cum tamen ad id nullam habeant potestatem: quippe qui nec Principes ſunt, nec vlla Magiſtratus auctoritate, & officio fungantur. Item, hoc præcepto non ſolum eſt nobis interdictum quenquam occidere, ſed etiam vulnerare, mutilare, verberare, aut alia quapiam iniuria afficere: hęc V. Præceptũ. Quando liceat occidere alios, & per quos. Iusbelli quãdo eſt iuſtũ. Quęnã pro. hibeantur ſ. præcepto.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00543

omnia iustitiæ erga proximum debitæ, lex exigit, & rectæ rationis normâ præscribit. Item, prohibemur multò maiori ratione nos ipsos, vel filios nostros occidere, siue cum adhuc in vtero matrum concluduntur, siue postquam in lucem sunt editi. Est enim grande flagitium, & contra rectæ rationis, & naturæ ordinem, ut quis seipsum interimat, aut fœtum in vtero matris consistentem lethiferis herbis, veneno, vel alio exitioso medicamento adhibito perdat. Item, hoc præcepto vetamur prębere alteri consilium, auxilium, vel administrationem in occidendo proximo contra iustitiæ legē, & rationis ordinem. A

VI. Mandatum. Sextum Dei mandatum est, ne adulterium committamus. Quo præcepto interdicitur nobis omne libidinis, & luxuriæ peccatum, siue sit cum fœmina coniugata concubitus: siue cum fœmina omni coniugij vinculo soluta. solus enim Matrimonij vsus est iure licitus. Quæ omnia æquitate, & ratione sunt plena. Quod ut rectè, & liquido intelligatur, est aduertendum, maris & fœminę concubitum esse natura constitutum ad filiorum procreationem, homo verò, quia animal est, quod ceteris animantibus antecellit, pluribus ad sui educationem indiget: non enim solum exigit alimenta, qui bus alatur commodè, sed etiam requirit, vt bonis uirę moribus imbuatur, literis informetur, disciplina corrigatur, ut benè inculpatèque, quoad fieri poteſt, uiuat inter alios homines, ut tandem propositum sibi diuinitus finem assequatur. Porrò ad hanc rem bene prestandam, cum sola fœmina per se ipsam non sufficeret, instituit Deus, ut uir cum fœmina matrimonij uinculo copuletur, ut tam mater, quam pater pari cura, et diligentia filios educarent: Idcirco iussit primum ne fœminæ cum alijs uiris, quàm cũ maritis suis commisceretur: alioqui enim fœminis uirorum coitu promiscuè, & com muniter utentibus, totus generationis ordo perturbaretur: nam nec filij suos patres certò cognoscerent: nec patres suos filios possent certò discernere, & ita multi filij patribus orbarentur, & alimentis sibi debitis priuati, uix, aut non fine magno negotio uiuerent: & plerique alienos filios alere cogerentur: qua in re profectò naturę ordo confunderetur, & uiri, ac fœminæ concubitus debito sibi fine fraudaretur. Iussit secundo Deus, ut uir unam tantum uxorem haberet, & uicissim fœmina uni tantum uiro coniungeretur, ut prędicta, & alia incommoda deuitarentur: nam si fœmina plures uiros habeat, distingui non possit, quis cuius patris filius esset: quod si uir pluribus uxoribus uteretur eodem tempore ex duabus aut tribus uxoribus posset liberos suscipere, & tunc incertum esset, quis eorum legitimus hęres esse deberet: filij sese inuicem gladio perimerent, ut in bonis paternis iure hereditario succederent: item unus uir pluribus uxoribus satisfacere commodè non possetinter uxores oriętur discidia, inimicitię, inuidię, odia ob zelotypiam: nulla esset in familia pax, nulla quies, nulla securitas. Item lex coniugij est, ut uir, & uxor sint in thori fide, & debito coniugali soluendo pares: quare sicut uxor pluribus uiris commiseri non debet, sic nec uir pluribus uxoribus uti, & sicut uxor ex ui, & natura coniugij marito fidem seruare compellitur ab alterius uiri coitu abstinens, sic maritus datam sue uxori fidem uiolare prohibetur, & iccirco alteri fœminę coniungi non debet. Tertiò iubet Deus, ut uir, & fœmina matrimonio copulati, hanc mutuam fidem seruent usque ad mortem, ita ut coniugium semel contractum dissolui nequeat, nisi alterius coniugis obitu: quare neutri coniugum fas est, dum alter uiuit, ad alias nuptias transire, uno tamen coniugum moriente, alteri licet nouum matrimonium iterum contrahere: & hoc est diuinitus constitutum: Primò ne filij suis patribus, aut matribus destituantur, & ut propria suorum parentum cura, & diligentia educentur, quippe diuina lege ad id obligantur parentes: aliter enim solent filij in aliorum potestatem uenire, à quib. male educantur, malè tractantur, immò plerunque occiduntur, ut eorũ bonis naturales occidentium filij potiantur. Secundò, quia maximè rationi aduersatur, ut uir qui uxorem duxit sue dignitati conuenientem, & qua pro libito usus est, eam repudiet, domo ejciat, & aliam admittat, & accipiat. Tertiò, quia hinc oriri possunt multa, & magna hominum incommoda, simultates, dissidia, odia, trixę, non solum inter coniugum pro pinquos, & cognatos, sed etiam inter filios, ut qui sint ex diuersis patribus, ac matribus susceptι: imò etiam inter ipsas uxores, ut experimento nouimus in ijs locis, & tracti-

Matrimonium.

Promiscua cum fœminis uirorũ commixtione ordo generationis perturbaretur, & omnia confunderentur.

Lex cõiugii.

Cur utroq. coniugũ superstite nõ li ceat ad alias transire nuptias.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00544

A tractibus, vbi deprauatus hic mos retinetur: Deus verò, quia est pacis, & quietis auctor, omnis æquitatis, & iustitiæ fons & origo, vult summoperè hæc omnia incommoda è medio tollere, & ob id iussit, ne vir, quamdiu vxor viuit, discedat ab ea, nec fœmina viuente marito, alteri copuletur. At verò si coniugum alter ad Christi fidē, & Religionem conuertatur, & alter nolit Christi filem susciepere, & nolit eum altero coniuge sine iniuria Dei simul habitare, iure potest alterum relinquere, & cui voluerit matrimonio coniungi, & hoc Christi discipuli diuinitus edocti Dei auctoritate tradi derunt. Item, si coniuges iustis de causis simul habitare non possint absque peccato, tunc alter iure potest ab altero separari quoad thorum, & aliquando etiam quoad habitationem, ad alias tamen nuptias transire non potest, quamdiu viuit alter coniunx: hoc autem constituit Deus, ne alter alterum falsidiret, ne facilè inter se offen-

Alter coniugum si Christianus fiat, num possit iure alterum reliquere accui volucrit iungi.

B sionem haberent coniuges, occasione accepta ex permissa sibi facultate, vel matrimonio minus dirimendi, vel ab altero coniuge discedendi. Item, hoc præcepto interdicta est omnis humani seminis voluntaria effusio, nisi ea, quæ est intra naturale uas propriæ vxoris: nam humanum semen est à natura institutum ad fobolem procreandam, & liberos suscipiendos, ideo magnum est scelus, quod rationis, & naturæ ordinem pertuertit, prædictum semen emittere, ita ut debita, & legitima proles generati non possit. Sic etiam est hoc præcepto prohibita omnis libidinis actio impudica, quæ hoc præscripto à natura fine fraudatur, qualia sunt osculà, amplexus, tactus, nisi sint inter coniuges: maximè verò, & grauissimè est prohibitum impurissimum, & omnibus mo dis detestandum crimen Vacatorum, quod totum naturæ ordinem diuinitus constitutum, euertit, quodque ob id Deus summo odio prosequitur.

Interdicta omnis humani seminis effusio voluntaria & actio impudica.

C Septimum Dei præceptum est, ne rem alienam furemur, quod quàm sit æquitati, iustitiæ, & rectæ rationi consonum, omnes planè percipiunt, nec fusè hoc Dei manda to nobis interdicitur omne furtum, omnis rapina, præda, latrocinium, siue terra, siue mari committatur: sed etiam prohibentur doli, & fraudes in emptionibus, & venditionibus, & ceteris contractibus inter homines fieri foliti, quos ius gentium introduxit, vnde nefas est, rem vnam pro alia vendere, aut maiori pretio quàm sit vel lege, vel communi hominum æstimatione taxatum; nefas est debita non soluere, quando solui commodè possunt: nefas est plus debito à quoquam exigere, vel accipere. Quapropter hoc Dei præceptum, & legem infringunt, quotquot alteri damnum in rebus, & bonis inferunt, quotquot aliqua ratione sunt caussa, ut alius iure suo, vel re propria spolietur, & damna proximo illata restituere tenentur, ut sui peccati ueniam cō-

VII. Præceptum.

Furtum, Fraudes in emptionib.

Debita solue re. Non exigendum plus, de bito.

D sequantur, & dei gratiam, ac beneuolentiam sibi concilient. At non est hoc præcepto prohibitum, Prætorum, Iudicum, & Magistratum auctoritate eorum bona capere, qui patriam produnt, aut Regum, & Principum maiestatem lędunt, aut aliud facinus perpetrant, ob quod promereantur, vt suis rebus priuentur. Item non est hoc mandato interdictum, hostium bona capere iure belli, quod geritur, siue terra, siue mari, quando bellum iusta Principium auctoritate suscipitur, ut est à nobis suprà explicatum.

Quando hostium bona capi possim.

Octauum Dei mandatum est, ne falsum in alium testimonium dicamus, quo uel vitæ, vel honoris, vel famæ, vel eorum detrimentum incurrat. Item mentiri prohibemur. Similiter quemquam apud Principes suos, vel Iudices, vel alios calumniari, vt in eorum odium, & offensionem veniant, uel mali aliquid patiantur: item prohibe-

VIII. Mandatum. Falsum testimonium. Mendacium. Secreti detectio.

E mur secreta alicuius nobiscum communicata, aut fidei nostræ commissa, detegere, cō tra rationis ordinem, quando sunt alicuius momenti negotia, & talia, quæ possint dāno afficere proximum: Quæ omnia quantum cum recta ratione consentiant, nemo est, qui non apertè cognoscat, nam clarè iustitiæ leges violantur, si alium falsis criminibus accuses, si mendacijs, si calumnijs eius honorem lædas, aut famæ, & existimationi detrahas: fidem, & auctoritatem abroges: si consilia, & facta alterius, tibi secrè patefacta, aperias, & referas.

Nonum Dei præceptum est, ne quis alienam uxorem concupiscat.

IX. Præceptum.

Decimum est, ne quis alterius bona appetat: Quibus Dei mandatis apertè docemur, non solum esse prohibita externa furta, & adulteria, aut alia exteriora crimina,

X. Mandatum.

sed

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00545

Prava animi desideria vetita.

sed etiam prava animi desideria, & malos quoscunque cordis affectus, seu depravatas mentis cogitationes voluntarias, quæ omnia, maximę rationi inniti[n]tur: nam si opus externum iniquum est, consequitur, vt iniqua sit voluntas, & animus perpetrandi: quoniam licet voluntaria malæ mentis cogitatio, aut cordis depravatata cupiditas ad opus non perueniat, eo quòd idonea ad faciendum commoditas non fuppetat: nihilo minus tamen, ipsum nefarium opus satis est iam animo, & voluntate commissum; Iccirco iubet rectissimè Deus, ne quidquam eorum, quæ opere præstare iure non possumus, quia fiat nobis lege prohibita, animi desiderio, aut voluntate faciamus. Hoc autem intelligitur de ijs desiderijs animi, & cordis affectibus, qui voluntatis consensu, aut rationis plena deliberatione gignuntur: nam si malæ cogitationes homini suę currant, & illicitæ quædam rerum imagines eius animum subeant absque vllo nostræ voluntatis assensu, nullum est peccatum: atque ita intelligitur facilè, quo pacto prędicta de decem diuina mandata sint æquissima, & rectissima, & ideò dignissima, vt ab omnibus gentibus suscipiantur, colantur, et obseruentur: nam vniuersa eum rectæ rationis norma conueniunt, et eum ipso naturę ordine consentiunt: ex quo sequitur vt ea sint singulari Dei sapientia constituta, qui est rationis, et naturæ institutor, et parens, item conditor ex dictis diuina mandata perfectè homines instruere, ut benè, et sanctè viuant: quod adeò mirabilè præstant prędicta decem præcepta, quippe quæ dirigunt homines, ne vnquam à recto, et iustis aberrent, docent quæ iusta, et rationi consentanea sunt, docent quo ratione sese homo gerere debeat erga Deum Principem, Dominum, parentem; et auctorem suum, quomodo se habere debeat erga proximos tanquam consortes, cives, et fratres suos, quomodo seipsum à peccati labe, et sordibus liberum conseruet: Docent enim vnum tantum Deum esse adorandum, colendum, et supra omnia diligendum, ab eo auxilium, et opem implorandam, in eo salutis spem constituendam, ab eo bona vniuersa uotis, et precibus postulanda, docent proximos esse amore prosequendos, vt quę præscribunt, neminem esse iniuria lædendum, parentibus tam spiritualibus, quam corporalibus esse obtemperandum: Regum, et principum, ac dominorum mandata obseruanda: Docent insuper non solum prava opera externa fugienda, sed etiam internam animi, et cordis munditiam procurandam, denique præcipiunt, vt quoad fieri potest, benè, et inculpatè viuamus, prohibent quicquid malum est, iubent vt prauis, et improbis mentis affectus abijciantur, deponatur omnis peccandi cupiditas. Quam ob rem planè colligitur, ut nihil sit in ijs decem præceptis contentum, quod non sit summa cum æquitate, et ratione sanctum. Est etiam tertia horum mandatorum ius, ut quia præcepta sunt diuinitus data in salutem, et bonum vniuersorum hominum, legem contineant omnium viribus, et facultati conuenientem, ita vt in omnibus orbis Prouincijs, et Regnis, ab omni gentium natione, quantumuis barbara, rudi, agresti, et imbecilla, coli, et obseruari queat, immò non solum seruari ab omnibus potest, sed talis est, vt si in toto terrarum orbe coleretur, totus vndique mundus in officio contineretur, totus summa cum pace, et tranquillitate gubernaretur, totus denique omni virtutis genere floreret, procul essent proditiones, factiones simultates, odia, dissidia, inimicitiæ, non tot bella fæuirent, non tot hominum cædes patrarentur, non tot violarentur coniugia adulterijs, non tot rapinæ, prædæ, latrocinia, et furta committerentur, demum vitia exularent, et ubique iustitia, æquitas, et virtus dominaretur, nam si aduertere diligenter homines uelint, et rem ipsam expendere, deprehendent facilè, quidquid in mundo malè geritur, ideo fieri, quia hæc decem diuinæ legis præcepta violantur, quibus violatis, omnis iustitiæ, æquitatis, et rectę rationis ordo peruertitur.

Plena voluntatis consensus.

Dei mandata equissima, & diuinitus, & quæ seruentur.

Tertia mandatorum Dei vis.

Si Dei lex in vniuerso Mundo coleretur, totus Mundus summa cum pace gubernaretur.

A

B

C

D

E

Præsidia ad Diuinam Legem obseruandam in Sacramentis constituta. Cap. II.

EX ijs, quę superiori tractatione de præceptis Decalogi, totinsq; Diuinę legis ratione tradita sunt, facilè quisquam in eam sententiam veniet, vt fateatur, Legem Christianam iustam quidem esse, et laudabilem. Ceterum quo sanctior est, eo hominibus rerum vitę huius propè necessaria occupatione difficilius, obseruatu difficilio-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00546

A difficiliorem videri. Et quidem si mentis oculos ad humanam imbecillitatem, insi tamque malitiam solum conuertimus, difficilem esse, vitæ virtutes, quam improbis fectantur permutationem in virtam honestam, ad quam diuinæ legis præcepta nos eruditunt, difficiles nec possumus, nec debemus. Hinc tamen nemo sanæ mentis decalogi præceptis omnis æquitatis, & sanctimoniæ fulgentibus, dignissimis succenseæ debet: sed hominum potius insitæ prauitati, & vitio, qui voluntatis fuæ effrenatis appetitionibus sequentes, quid virtutes, & iustitiæ ratio postulet, non vident. Quamuis autem hæc præcepta grauioribus adhuc, quàm quis opinetur, implicita essent difficultatibus, cum tamen incredibilia felicitatis sempiternæ præmia hominibus proponant, fugamque immensi supplicij, quo exleges afficiuntur apud inferos, quid quæso, magni est, aliquam operam in eorum obseruationem impendere? Quod si homines, vt hu

B manæ gloriæ optatum splendorem assequantur, vel dedecoris qualemcunque ignominiam diffugiant, nullos recusant labores, nulla pericula reformidant: nos, vt æternæ beatitudinis gloria potiamur, horrendosque inferorum cruciatus euadere possimus, exiguum laborem, quem in obseruatione diuinæ legis ponere necesse est, intolerabilem iudicabimus? Vt interim taceam Christum Iesum, qui vt genus hominum à culpa liberaret, in tertis versatus est, perspecta imbecillitate nostra, & miseria, considerata etiam difficultate, quàm in diuinis mandatis exequendis experiri opus est, tan quàm misericordiarum patre multa nobis, & eximia beatæ viuendi præsidia reliquisse. Illud tacere nec possum, nec debeo, quod benignissimus Dominus signa quædam religiosa sub sensum subiecta in Ecclesia sua instituit, quæ propterea Sacramenta appel

C lantur, quòd rem sacram significant. His verò Sacramentis eam contulit virtutem, vt quoties cum præparatione animi debita, & reuerentia à nobis suscipiuntur, toties ipse gratiam suam copiosè impertiret: ex qua liberalitate robur cæleste, & virtus quædam supra omnem naturam sese offerens animis tribuitur, cuius ornamento instructi, & mandata legis non grauatè obimus, & alia alacriter facimus, quæ ceteris hominibus istiusmodi auxilijs destitutis factu difficilia videntur, ac propè impossibilia. Hinc fit, vt virtute horum Sacramentorum, quod passim videmus, pleriq; Christianj, qui ea frequentius piè, & castè suscipiunt, omnibus Decalogi præceptis facili negotio obediant. Quorum non pauci cum viris, tum fœmine virginitatè, & castimoniam ad extremum vsque vitæ diem summa cum laude conseruant.

Inter hæc Sacramenta, quæ septenario numero definita sunt, nonnulla breui com-

D plectar, quæ tametsi non pari necessitate, aliqua tamen consideratione necessaria dicuntur. Primum Sacramentum Baptismus est, in quo homines certis, & solemnibus verbis adhibitis, aqua extrinsecus abluti, intrinsecus verò diuina perfusi luce characterem accipiunt, quo filiorum Dei optionem, & Christiani nominis dignitatem admirabili ratione consequuntur. In hac sacra ablutione cæleste fidei donum hominibus diuino beneficio concedirur, quo illi egregiè ornati ac communiti per gratiã Saluatoris nostri opera, & doctrinam eius constanter profiteri solent, & varias assertiones Deo reuelante in ecclesia cognitas, & receptas cum veneratione suspiciunt, & tuentur. Adultis verò, quos & de scelcribus vitæ anteactæ pœnitet, & cupiditas in

E omnes annos consequentes Dei mandatis obtemperandi inflammat: omnia qualibet atrocia peccata in hoc Sacramento condonantur. Quod vsque adeo uerum est, vt nemini dubitare liceat, animo homini ad hunc modum expiati, si è corpore statim euolet, liberum patere ad cælestem patriam ingressum. Quid de virtute illa naturę vim omnem superante dicam, qua baptizati accepta ad obsequium diuinę legis faciles se experiuntur, & alacres? Quotidiano didicimus experimento, admirabile quoddam, & planè diuinum animis hominum robur accedere, qui dolorem vitę in flagitijs actę intimis sensibus concipientes sacratis fluctibus titè abluuntur. Hi namque ue rerem turpitudinem detestati, in nouam uitam sic ingrediuntur, ut nouj homines, & omnino alij, ijs, qui eos paulò ante nouerant, videantur: Sic enim afficiuntur interius, ut uitam, & sanguinem tyrannorum immanitati largiti equius esse existimentur, quàm fidei, & Religionis sacramentum fallere, quo se Deo sponte astrinxerunt. Quod ne incredibile cuiquam uideatur, martyrum penè innumerabilium trophæa recordari possu-

Difficilem esse permutationem Vitæ vitiosę in vitam honestam.

Potestas obseruandæ D. Legis.

Christum Dominum ne siquis nobis præsidia ad legem obseruandam.

Sacramentorũ in Ecclesia, institutio vtilitasq; ac efficacia.

Frequentia Sacramentorum.

Baptismus.

Baptismis.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00547

possumus, illustrium que virorum victorias, qui cruciatus omnes quos barbara tyran- A
norum sæuitia excogitauit, pati maluerunt, quàm vel transuersum, vt dicitur, vn-
guem à minimo Diuinæ legis præcepto recedere. Quod si in omnibus, qui baptizan-
tur, hic effectus non semper conspicitur, id propterea euenit, quia non omnes eadem
reuerètia, eodemq; pietatis affectu ad sacrum fontē accedunt. Æquissimo namq; iure
fit, vt Deus gratiam, & virtutem, qui est peculiaris baptismi effectus, ijs neget,
qui licet ablui tirè velint, obicem tamen remissioni criminum, & gratiæ contrarium
opponunt.

Pœnitentiæ Sacramentū. Sequitur Sacramentū Pœnitentiæ, ob eam causſam à Christo Domino, & Saluato
re nostro institutum, vt fragilitati humanæ, & inconstantiæ consuleretur. Præuidit
enim sapientissimus rerum omnium effector Deus, fore, vt plerique homines post ba-
ptismum neglecta iustitię, & Diuinę legis luce, scelerum caligine, qua animi pulchritu- B
do deturpatur, sese inuoluerent. Iccirco Sacerdotibus, qui Dei vices in Sacramentorū
administratione gerunt, eā potestatem cōcessit, vt omnibus hominibus, qui Deū post
baptismum in flagitia quantumcunque immania, & execranda lapsi offendissent, be-
neficium absolutionis, ita dumtaxat impertirent, si illi vitam impuram, & flagitiosā
Contritio. Confessio. eum dolore detestati, & de omnibus peccatis ritè confessi, ad studium puritatis vitæ,
& ex præceptis diuinæ legis informatæ, ex animo anhelarent. Hanc scelerum con-
fessionem illa vtilitas consequitur, vt animo gratiæ Diuinæ pulchritudo redeat, vitio-
rum omnium macula, & fœditate deterſa. Quo fit, vt Deus oculos suos pietatis ple
nissimos, quos antea propter peccatis sordes animū deformantes, auerterat, post hu-
ius Sacramenti (cuius virtute mens humana in pristinam pulchritudinem, & filiorum
Pœnitentia lauacri ipsa. Dei adoptionem restituitur) susceptionem, ad nos rursum conuertat. Itaque Pœni- C
tentiæ Sacramentum lauacru inflat est, in quo animi hominū scelerum sordibus polla
ti, rursè abluuntur, & in Dei amicitiam, de qua flagitio regnum animi obtinense, deiecti
erant, restituuntur.

Ceterum, vt homines gratiā, & Dei amicitiam pœnitentiæ beneficio recuperatam
facilè conseruarent, atque ab ijs defectibus, in quos quotidie ex procliuitate naturæ
vitioſæ labuntur, ueniam impetrarent, alia insuper beneficia, quæ à Deo postularent,
adepti, Sacramentū Eucharistiæ (quod sacrificij etiā rationem habet) instituit. Sa-
EVCHARISTIA. cerdotes verò, qui Dei administri sunt, hoc Sacrificium Diuinissimū diebus singulis, in
Missa cælestii parti offerunt, acerbissimos cruciatus, & mortis dolores mystice recolen
Liturgia. Præsentia CHRISTI in Eucharistia. tes, quos nostri causſa Christus salutis humanæ Saluator, perpessus est. Cuius tam
insignis est in homines amor & voluntas, vt admirabili ratione in hoc Sacramento D
uelut uelo obductus, præsens sit, diuinæ gratiæ uberem copiam ijs tribuens, qui ho-
stiam hanc salutarem, aut piè offerunt, aut religiosè suscipiunt. Atque ut mortis,
quam pro bonis à peccati seruitute uendicandis pertulit, recordatio ab animo ne exci
deret (ex ea fiquidem recordatione, & amor, quo Deus conciliatur, & scelerum, qui-
bus offenditur detestatio excitari solet) præcepit, ut Christiani omnes, dum sanctissi-
mo Missæ sacrificio interſunt, Iesum Christum, quem ibi præsentem fides agnoscit,
cum reuerentia colerent, & supplices adorarent. Illud etiam decreuit, ut Dei Sacer-
dotibus, quibus castimoniam, ceteraſque uirtutes commendauit, honor præcipuus &
reuerentia vbique gentū deferretur. Id uerò æquissimis de causſis sanxit: cùm enim
Sacerdotes, Christi Dei, & hominis administri sint, eiusque cum in administratione
ceterorum Sacramentorum, tum potissimū in Sacrificio Missę, & precationibus Deo, E
pro peccatis hominum offerendis uices in terris gerant, æquum planè est, & rationi
consentaneum, ut ab omnibus colantur, & amentur.

MATRIMONIVM. Quoniam verò Dominus Iesus Christus, quem nihil latere potest optimè intelle-
xit, quam difficilis ab hominibus ea doctrina iudicāda esset, quę præciperet, ut uni ma
rito, una tantum sponſa, & uni sponſę, unus tantum maritus iungeretur indiuidui tho
ri quoad uiuerent societate conseruata, Matrimonij Sacramentum instituit, in quo
Sacerdotis opera intercuniente, confert Deus uirtute coniugi gratiam, & uirtutem
peculiarem ac prorsus diuinam, ut & ament inter se, & legem matrimonij indiuidua
coniunctionem uitę inducentem, ad mortem usque obseruent. Hac diuina gratię eę-

lestis

A lestis luce in Matrimonij Sacramento coniugum animis communicata, precepto continentiæ maritalis, quod gentibus fieri splendore, & gratiæ diuinæ præsidijs orbatis durum videtur, & intolerabile, omnes qui Christiano nomine censentur, facilè obediunt. In quamcunque enim Christiani orbis partem oculi incidunt, vni viro vna vxor, & vni vxori vnus vir eo fœdere copulatur, vt neque separatim habitent, neque patiantur alterum noui coniugij caussa ab alterius societate vnquam diuelli.

Christis Legem obseruantibus quodnam præmium: Non obseruantibus autem quenam pœna futura sit. Cap. III.

B HIs, alijsque institutis à Deo Sacramentis, tantam gratiam, & virtutem Christiani, nisi in his suscipiendis ignaui sint, & negligentes, percipere soleat, vt facilè illis sit, vel hoc præsidio suffultis diuinæ legis præceptis obtemperare. Quam ob rem, IESVS CHRISTVS, qui legem condidit, gratiani & virtutem liberaliter, & munificè largitur ad obediendum legi necessariam. Vnde fit, vt & altissimum legis diuinæ apicem, quem homines propijs viribus frustrà attingere nequeunt, auxilijs gratiæ, & virtutis in hisce Sacramentis à Deo collatæ, facili negocio conscendant. Igitur sanctissima lege constituta, legisque seruandæ remedijs, & auxilijs Diuinitus assignatis pollicitus est benignus Legislator Deus ijs, qui spes suas in se figerent, & in præceptorum obseruantiam accurate inuigilarent, meritorum suæ mortis, & perpessionis communionem, ad cœlestem veniam, & præmium vitæ beatæ à Deo patre suo impertrandum. Pollicitus præterea est, se à mortis caligine in vitæ lucem propria virtute reuocandum: futurumque deinde vt corporis, & animi gloriosi C mole cursum nequaquam retardante in cœlum ascenderet.

Alia Sacramenta. Legem qui condidit, is ipse gratiam quoque ad eam explendam largitur.

PROMISSIO Domini summi momenti.

Quare tempore in arcano mentis suæ consilio destinato in hunc mundum iterum venturus est, vniuersas generis humani causssas, qualesquales fuerint, Iudex cognitu-rus. Tunc enim excitatis è tumulis, corporibus, & in nouam formam accedente anima reparatis, quisque pœnam pro meritis, aut præmium assequetur. Quicunque enim Christi Saluatoris doctrinæ fidem habuerunt: cumque cognoscentes, & amantes de hac vita quasi de statione, cum gratia decesserunt, digni iudicabuntur, qui Paradisi beato gaudio cum Deo perfruantur, ea animi, & corporis gloria in omni æterni tate cumulati, ijsque oblectamentis circumfluentes, quæ nulla inuestigatio, nulla soler tia, nulla denique humana ratio cogitare potest; atque adeo quibus Deus ipse, qui D summum, & infinitum bonum est, omnium que bonorum origo, & fons, cumulatur, & circumfluit. Illi verò, qui legem, & doctrinam huius diuini Magistri admittere nolluerunt, Deo suo amorem, & obsequium denegantes, digni iudicabuntur, qui cum dæmonijs pœnæ perpetuæ apud inferos torqueãtur: ignis nimirũ, qui nunquam extinguitur, populatrice flamma incensi, alijsque tormentorum, & cruciatuum generibus, que nulla vnquam ingenij humani solertia cogitauit, aut finxit, immaniter excruciati.

RESVRRECTIO.

GLORIA.

Pœna æterna quibus infligenda.

Christus patiens, & resurgens. Cap. IIII.

E HÆc est fidei Catholicę sanctio, hæc lex, quam Christus Saluator noster, vesusque Dei filius, cum in terris egit, accuratè docuit. Hanc ille miraculis infinitis, operibusque Diuinitatem restituentibus abunde confirmauit: nunc ægrotis sanitate, iam cæcis oculorum aspectu reddito, interdum mortuis in vitã reuocatis, alijsque præterea virtutum signis admirabilibus, & stupendis frequentissimè editis. Verum enim verò cum ille tam sanctæ legis promulgationem id vnum assequi niteretur, vt vitiorum fibras extirparet, & diaboli fraudes eluderet: Iudæi quippè, qui superbi erant, & peccatis inquinatissimi, dicta benè, interpretabantur male: illi præsertim, qui doctrinæ, & sacerdotij commendatione ceteris excellebant. Angebat homines mente in terra defixos ea res, quod IESVS CHRISTVS, dum populum ad beatæ vitæ studium, & morum sanctimoniam hortabatur, illorum cum reprehensione, mendacia, & dolos cum insectatione aperiebat. Quam ob rem, Ethi-

Legis Christi comprobatio.

Christi consilium vt nos erueret è manu diaboli.

corum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00549

corum vires ad suum agmen, & consilium associantes, omni odio, & fraude suum A
obiurgatorem persequi decreuerunt, ac tandem extremo supplicio afficere, persuasi
Astus dæmonis. mortis violentiam Legi patiter, & Legislatori interitum allaturam, sibique in posterum sine vlla auctoritatis publicæ, & dignitatis iactura, liberam fore ad vitia, quibus anteà adhærebant, reditionem. Ignorabant nimirum machinationes, quibus insectari, & occidere auctorem vitæ moliebantur, in ipsorum perniciem redimeturas, fuisque artibus id perfectum iri, vt Christus ignominiosæ crucis acerbissimos cruciatus, prout ipsemet decreuerat, atque morte obita pœnas peccatis hominum debitas omnino exoluerit.

Quam ob rem, videns IESVS se à Iudæis Ethnicorum militum facto agmine ad mortem perquiri, noluit fuga, latebris, aut defensione vlla inimicorum conatus eludere, & salutí suæ, cuius facilè posset, consulere: immò sponte obuiã illis venit, mi- B
Voluntaria mortis passio in Christo. serâ, & prehensionem minimè deprecatus. Vt tamen omnibus notum esset, se animo non iniuito vinculis constringi, & ut nos à culpæ seruitute redimeret, mortem expetere, ac denique nullam vim fatis esse, modò reniti vellet, ad diuini corporis prehensionem, aut interitum, in congressu militum cum gladijs, lanceis, & furioso conatu ad certissimam perniciem accurrentium, uno verbo, quos illos, quem quærerent, interrogauit, ad terram omnes tã ictigini formidine consternatos deiecit, ut viribus destituti, non ante hanc se excitare potuerint, quàm assurgendi facultatem ipsemet Dominus, qui deiecerat, benignissimè concesserit. Facultate igitur surgendi militibus data, cum adhuc Iudæi Saluatoris sui iuitrtem, & numen, quo uel uno uerbo Sacrilegum agmen prostrauerat, præ cæcitate non agnoscerent: ad maiorem furoris, & in- C
cundiæ rabiem cõuersi, in eum manus iniecerunt primum: deinde uerberibus crudeli
ter pulsatum, & spinea corona capiti impositra derisum, morte damnantiæ potrei-
mò crucis ligno ignominiosè affixerunt. Non intellexerunt miseri, eo facto cõple-
Crucifixus Dominus. ri omnes pollicitationes, & mysteria, quæ Deus multa ante sæcula per uiros sanctitate claros, & prophetiæ dono spectabiles, de aduentu, & morte huius Saluatoris prædixerat. Quare cum ad hunc modũ amore hominum impulsus Christus, qua homo erat se agi in crucem animo sciẽti, & uolenti uidisset, omnia supplicia nobis propter
Acta in cruce. uitæ scelera irroganda ipsemet tulit, offerens Deo Patri suo, mortis, quam perferebat acerbissimos dolores, ut & iustitiæ Diuinæ scelere hominum offensæ satisfieret, & pec
cata nostra remitterentur, postulans insuper à patre, ut amore dilecti filij permotus ijs crimina condonaret, qui se cruci affixerunt; Illis etiam, qui in se crederent, & spe-
Quę Christi morte mira sint consecuta. rarent, mortis sanctissimæ Mysteria animo recolentes. Pependit de cruce tres circi- D
ter horas, donec in ea mori uoluit. Illo sanctissimam animam efflante, ecce tibi res
omnes creatæ, insolitę mœstitię, quam conceperant propter Iudęorum, Ethnicorumque flagitium, quo in morte filij Dei, & auctoris sui se obstrinxerunt, inusitatam edit
Sol obscuratur. significationem. Sol Meridianis horis splendidissimus subita caligine afpectum adi mente obduciturr: terra tremore tota concutitur, perrę, & montes scinduntur: susci-
tantur è tumulis mortui complures, qui passim rectificati sunt, hunc qui moreretur, uerum esse Dei Filium, & humani generis liberatorem in lege promissum: execrati
sacrilegam immanissimi sceleris truculentiam, quo se Iudęi dominum suum occidentes flagitiosè obligauerant. Quibus rebus illud effectum est, ut plerique ex ijs ipsis,
Multorum cõuersio post Christi mortem. qui Christum in crucem fustulerant, signa, & facta, quę attonitis sensibus usurpabant E
Animarum in Limbo liberatio. considerantes, in Dei Gratiam, & amicitiam reciperentur.

Eo autem ipso, quo mortuus est die Dominus, ac Saluator noster, corpus eius exanime à discipulis in sepulchrum est illatum, anima uerò mortis, & pœnarum uictrix, ad inferorum sedes descendit. Sic liberatis à cæcodęmonum potestate animabus piorum hominum, qui in eum spes suas collocauerant, & Prophetarum dictis fidem haberant, quadraginta horis à morte exactis, die tertio, cum ad sepulchrum uigiles Iudęorum excubię pernoctarent, animus sanctissimus corpori sepulto mirabiliter est copulatus. Excitatus ergo Dominus à sepulchro uictoria, & triumpho clarus, atque
Resurrectio Domini. splendore sui corporis mirabiliter circumfusus, tantum terrorem militibus qui ad custodiam sepulti corporis excubabant, incussit, ut pauentes, penè exanimes ad terrã

prono

A prono impetu ruerent. Quare ad uitam reuocatus, discipulis, & alijs hominibus, qui illius viuentis adhuc, & spirantis dicto audientes fuerunt, sui videndi copiam fecit, & quadraginta dierum mora post resurrectionem suam interposita, qua deserere suos noluit, versatus est iterum inter homines familiariter, seque, ut testimonium resurrectionis certissimum extaret, contrectari discipulorum manibus permisit. Id, quod ipse olim non solum uerídico Propherarum ore, sed suo etiam in quotidianis hortationibus, quas ad populum habuit plurimas, prædixerat euenturum. Etenim de morte sua, resurrectione, in cælestem patriam ascensu, deque omnium futurarum rerum, quę de se prophetciis vocibus enunciatę erant, admirabili ordine disserere frequentissimè consueuit. Quadraginta dierum expleto numero, quibus inter suos versatus est, discipulis cęterisque fidelibus in montem Galilææ (quę est prouincia Palæstinę non magna) conuentibus, palam se videndum exhibuit, affirmans temporis rationem postulare, vt ex hac lachrymarum valle in cælestem illam patriam conscenderet. Hortatus præterea suos est, vt per omnes mundi Regiones euntes crebris concionibus, & assidua declaratione fuæ legis sanctissimæ, homines à mentis cæcitate liberarent, & à tenebris, quibus deluti futilem mendaciorum inanitatem sequuntur, vanas simulatorum & scelestorum hominum mortuorum figuras diuinis honoribus colentes, ad fidei diuinum splendorem vindicarent. Addidit, ijs ingentem quidem rerum aduersarum tempestatem illorum capitibus incumbere: ceterum permulceri posse omnes laboriosæ uitæ molestias iucunda expectatione aduentus spiritussancti, quem ipse è cælo missurus esset in terras, cuius illi fortitudine, & gratia cumulatissimè ornati omnes Mundi oras ea felicitate illustraturi essent, vt æruminarum, & periculorum, quæ in promulgatione diuinæ legis subire omninò necesse erat, superata magnitudine innumerabilem, ac penè infinitam hominum multitudinem sub legis huius obedientiam subijcerent, atque in uiam beatæ uitę, à qua deerrauerant, facilè reducerent.

Prædictio eorum, quæ Dominus fecit.

B

Ascensio Domini in cælum, & colloquium cum Apostolis.

C

His, alijsque rebus discipulorum cœtui eo consilio manifestatis, vt eas mundo, quà latissimè patet euulgarent: utque gentes fidem suam, & legem recepturas ad sacrum fontem in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti baptizarent, visus est oratione quadam diuina, qua & mœrentes consolatus est, & formidolosis robur, & vires contulit. Denique omnibus salutatis, & benedictione ijs impertita, ad cælum propria vir tute euolare cœpit, maiestatis incredibili apparatu oculis aspectantium exhibito: secumque efferens pretiosum, maximeque visendum animarum sanctorum Patrum comitatum, quos ab inferorum tenebris in lucem cælestem vindicauerat, Angelorum innumerabilium lætabundum agmen obuium habuit. Ab oculis ergo discipulorum nube interposita subductus, cęli beatas sedes adiit, vbi ante omnia æterno Patri diuitem animarum, quas Erebo triumphato secum extulerat, prædam victor repræsentauit. Parer cęlestis triumphantem de morte, & peccato Filium honorificè excepit, atque humanæ naturę dignitatis ratione perspecta altissimam supra omnes Angelorum choros, & diuinissimam gloriæ beatę sedem illi donauit: vbi assiduis precationibus uenian peccatoribus, qui in se credunt, & confidunt à cęlesti Patre effligitat, ut uel ex hoc tuo argumento compertum sit, neminem in possessionem hæreditatis cœlestis uenire posse meritis, & precibus Saluatoris sui destitutum.

Ascendit in cælum captiuam ducens captiuitatē.

D

Sedet ad dexteram Patris.

Quingenti vident Christum ascendentem in cælum. Duo Angeli.

E

At suspicientibus adhunc modum in cælum discipulis, cęterisque Christianis, qui ferè quingenti numerabantur, & quę fiebant, cum admiratione considerabant, ubi Christum ascendentem nubes ex oculis ademit, duo Angeli de Cælo deuolarunt, qui voce humana usi ore lętabundo dixerunt, non esse cur obstupescerent Domini sui conspectu in cęlestę regnum cum gloria, & maiestate ascendentis, fiquidem parem gloriam, & maiestatem ostensurus esset cum iterum mundo senescente, & ad finem properante, adueniret omnes homines iudicaturus.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00551

A

Cur Pauperes elegit Deus ad sui Legem Mundo promulgandam. Cap. V.

POrrò vt homines facilius in animum inducerent, legem Domini sanctam esse, & omnino diuinam, ipsemet Leiflator Christus, dum adhuc in Mondo versabatur, cum posset in suam scholam ascíscere ad promulgationem nouæ legis homines literis, opibus, & potentia cæteris insigniores, eos huic muneri obeundo noluit destinare: immò ex omni hominum numero discipulos duodecim elegit, quorum siue genus, siue munia consideres, ignobiles erant, & imperiti. Hamo enim & rete piscibus insidiari soliti ex piscatu quæstum faciebant: nemo autem nescit piscatores genus hominum esse rude, imperitum, & ad vitæ sordes abiectum. B

Apostoli. His hominibus, quos Apostolos vocauit, eam prouinciam iniunxit, vt per omnes orientis, obeuntibus Solis plagas dispersi, concionandi munere strenuè fungerentur. Atque hoc officij munus, vt rectè obirent, decimo postquam in cælum ascendit, die, discipulis omnibus in vnum locum, vbi Spiritus sancti donum promissum expectabant, coactis, & orationi diluculo vacantibus, adfuit repente Spiritus Diuinus tantam aduentu suo sapientiam, tantam fortitudinem, tam insignia beneficia illis conferens, vt cum subito omnium gentium varia idiomata pernoscerent, & disertè loquerentur, diuulsi à mutuo conuictu sint, legem hanc sanctissimam in diuersis Mundi Regionibus magnificè promulgaturi, quam illi postmodum miraculis innumerabilibus ad confirmationem veritatis passim editis confirmarunt, debilibus in nomine IESV Christi pedum agilitate restituta, cæcis oculorum luce reddita, energumenis à Dæmonum incursione liberatis, demortuis ad vitæ vsuram reuocatis, aliisque operibus stupendis partim dum viuerent in terris, partim post mortem à cælesti patre ad humanam vtilitatem impetratis. C

Apostolorũ miracula. Tanta itaque fuit, & tam insignis eorum diuina uirtus, & gratia, vt cum potentissimi quique, atque opinione hominum in mundo sapientissimi ad opprimendam veritatem, & impingendam legi, quam enunciabam falsitatis calumniam furenter insurgerent, ipsi rerum ignorationc, & domestica paupertate inter populares suos alioquin ignobiles perficere potuerunt, primum ut literarum cognitione illustres in mundo Philosophi rationibus fidei conuicti, ad legis huius obedientiam perducerentur, tum vt Reges, Principesque gentium toto orbe dominantium, qui eos supplicijs, & odio iniquissimè infectabantur, cum neque miraculorum euidentiæ repugnare possent, neque virtuti diuinæ Dei seruos protegenti, Christianam Religionem professi sunt, & Baptismo abluti, se, suorumque imperiorum integras prouincias, ut Christo nomina darent, diligentissimè procurarunt. Quæres ijs, qui legere sciunt, ex historicorũ libris in diuersis orbis terrarum plagis, luce veritatis præcunte, scriptis, satis est comperta, & cognita. Neque uerò à Christianis solum auctoribus rerum tam insignium memoria fidelibus est conseruata monumentis, sed ab ipsis etiam Iudæis, & Scriptoribus Ethnicis, qui rem tam illustrem, & ante oculos positam, quamuis præ inuidia uellent, non potuerunt occultare. Quò sit, ut nemini deinceps fas sit de admirabili Diuinæ uirtutis potentia, qua hæc omnia gesta sunt, ullo modo dubitare, cum constet, nullis humanis opibus, aut hęc fieri potuisse, quę incredibilia uidentur, aut legem tam inusitatam, & nouam, ac proinde genio, & uoluptati inimicam stabiliri, ullo modo potuisse. Ex hoc argumento, atque ex laborum tolerantia, quos plurimos, & assiduos perferunt ij, qui hanc legem promulgarum in Iaponiam ueniunt, satis intelligitur, & ueritatem in ea contineri, & Dei iucredibilem uirtutem. Si enim illi propterea uitam in hac prouincia agerent, ut à uobis commoda aliqua, aut temporarium lucrum expeterent, profectò eius legis præcepta nequaquàm inculcarent, quę & equitati suffragatur, & sensuum illicitis uoluptatibus bellum indicit. Eam potius legem docerent, quę sensus uestros desiderata suauitate deliniret, & rerum, quas impurè appetunt, concessione demulceret, imitantes D E

Argumentũ ponens, ac propès ab ijs qui trancitis in Iaponiã, vt animas lucrentur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00552

A imitantes nimirum XAC AE, & AMIDAE concionatores, qui eum sibi scopum proponunt, vt quemcunque auditorem eò pertrahant oratione, quò ducit voluntas vitiosa. Illud insuper considerandum est, concionatores in Iaponiam transmisso terræ marisque immenso spatio, appulisse, præterquam quod quidquid secum intulerant, expenderunt, diuitijs, aliisque uitæ commodis in sua quemque patria circumfluere potuisse. Nec verò huc uenisse ad necessitatem ullam, ut quisque fortassis cogitabit, qua in domestica paupertate premerentur, leuandam. Vnum videlicet sibi dumtaxat lucrum amplissimum constituunt, & summum (si obtineant) vt in animarum salute procuranda castè versati possint, & religiosè. Patiuntur molestias, & incommoda propè infinita constanti animo, vt & Deo seruiant, & animas, è cæcitate, & fraudibus, quibus implicitæ uiuunt, eripiant: nullam interim laboribus, & detrimentis, quibus undequaque circumueniuntur, remunerationem aliam exoptantes, nisi æternam, & diuinam: quam vt assequantur, nullos metuunt labores, nulla uitæ pericula reformidant.

B

Resurrectio Mortuorum, & Iudicium extremum. Cap. V.I.

C QVod ad Iudicij extremi, & resurrectionis mortuorum futuræ rationem attinet, Christus Dominus oratione non obscura mundo declarauit, debere homines dissoluta in morte animæ & corporis coniunctione, ante Diuini iudicis tribunal, vt iudicium priuatum subeant, constituti, vbi anima, quæ mortis expers est, discussis diligenti examine uitæ meritis, immortali præmio, aut pœna afficietur. Quia verò hæc sententia ita occultè pronunciatur, vt in hominum cognitionem uenire nequeat, instituit sapientissimus rerum omnium effector Deus futurum iudicij uniuersalis diem, in quo omnes homines, qui vsquam fuerunt, ex omnibus mundi regionibus in unum locum congregati disceptationi suæ caussæ, communique orbis terræ quæstioni exactissimè discutiendæ interessent, & sententiam supremi iudicis publicè proferendam audirent. Vt uel hac ratione augescerent omnes æquissimam diuinæ iustitiæ bilancem, bonis præmia, & malis supplicia pro cuiusque meritis redderentur.

Iudicium priuatum.

Iudicium uniuersale.

Quocirca à Deo ipso edocti præcimus, in fine, quem ipse mundo præscripsit, redituros esse in uitam omnes homines corporibus denuò cum animis diuinitus copulatis. Qua copulatione facta omnes ministerio, & opera Angelorum in locum quendam deducentur, ubi Deo iudice sententiam audient, præmium uel pœnam animæ simul, & corpori sempiternum decernente; huius autem iudicij, & resurrectionis hominum ordinem, & modum discipulis suis frequenter aperuit, admonens eos, ut per uniuersum terrarum orbem, quæ ab ipso didicerant, palam enunciarent. Ordo autem iudicij futuri ita habet.

D

Ordo extremi iudicij.

In fine occidentis mundi, de quo præter Deum nemo quicquam comperti habet, torpescentibus ignauia hominibus, & incumbentium sibi malorum procellam neſpicantibus quidem, repentè cælum, terra, mare, multis, & insuetis prodigiorum monstris concitata, terrificas oculis species obijcient, quibus tantam mortalibus incutient formidinem, ut multi præ metu exanimati moriantur. Sol, & Luna obscurabuntur, omnique splendore diuina virtute occultato, mundus caligine circumfundetur, terra stupendis tremoribus quatefacta quiescere haud poterit, mare suprà omnem terræ altitudinem exundantium fluctuum immanes cumulos extollet. Terrore homines pariter, & bellum tam insolito pauentes, uoces edent rauco gemitu intercisas.

E

Ad hunc rerum statum ignis ui diuina accedet in omnes mundi partes, deuastatrices euomens flammas, qui breuissimò tempore hominibus pariter, & bestijs incendio extinctis, rebusque omnibus, quas corripuerit, exustis, & deuoratis, terram, & mare mundissima specie inducta à fœcibus expurgabit. Homi-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00553

nibus ergo omnibus morte absumptis, Angelis suis Deus imperabit, ut instar clangentium ad significationem pugnę tubarum tanquam maiestatis Diuinæ laudatissimi præcones, omnes in vitâ homines à morte euocent, Quo fiet, vt omnes mortuorum animæ, Deo agente, proprijs corporibus, quibus in mundo coniunctæ vixerant, restituantur, corporibus à puluere, in quem fuerant redacta in formam pristinam, quam in hac vita habuerant, excitatis. A tumulis ergo rediuiui homines Angelorum opera in spacioſum, & amplissimum locum momento temporis ducentur, vbi ij, qui Dei gratia conciliata è vita migrarunt, corpora sua videbunt perfecta, & pulchra omni deformitatis vitio; & fœditate, qua, dum apud nos agebant, turpabantur, prorsus fublata. Quare corpora sua vndequaque integra, speciosa, & splendida perfusi lætitia immortali admirabuntur. Qui verò læthifera peccati tabe corrupti animas impœnitentes efflatunt corporum iniquo, & fœdo pondere torpescentium conspectu abstterrebuntur.

Crux in cælo.

Collectis in vnum cœtum omnibus, qui vnquam fuerunt, hominibus, ante omnia glorioſum, & saluti ferum Christi Dei, & Saluatoris nostri vexillum in cælo conspicietur numeroso Angelorum agmine decentissimè stipatum, qui illud ea cum reuerentia, & honore gestabunt, quo affici par est salutare lignum, in quo & mundi redemptio constitit, & ex quo omnium, qui in possessionem æternæ felicitatis venturi sunt spes certissima pependit. Crucem igitur tam insigni gloriæ luce coruscantem Christiani videntes, qui eam venerati sunt, & adorarunt, incredibilem voluptatis lætitiam intimis sensibus percipient, non ignari, benè secum actum iri in cognitione suæ causſæ, & pronunciatione sententiæ, siquidem crucem præsentem, quam immenso gloriæ splendore rutilare videbunt, viui adhuc, & spirantes coluerunt. Contra verò, superstitione imbutæ gentes, & omnino omnes, qui crucis iuxtutem agnoscere, & maiestatem venerari noluerunt, imò eam pariter, & Christi Saluatoris nostri ex ea pendentis passionem calumniati sunt, partim immensis cruciatibus miserè coangustabuntur, partim hortendæ expectatione sententiæ pauebunt: cuius seueritas qualis sit futura, ex maiestate, & gloria saluti ferę crucis, quam dum viuerent in mundo aspernati sunt, facilè coniectabunt.

Lætitia pium.

Tristitia impiorum.

Itaque stipati omnes, qui damnandi sunt, fædo dæmonum infernorum grege, & horribilibus spectris: illi verò, quibus beatæ patriæ hęreditas adiudicanda est, Angelorum innumerabilium honorifico comitatu, dum animi pendent, subitò in cælo Christus orbem iudicaturus apparebit iuxta crucem, in qua olim de morte moriens triumphauit, septus Angelorum, Virginisque matris suę, & Apostolorum lucem quoquouersus diffundentium illustrissimo comitatu. Maiestate igitur, & gloria tam admirabili decoratus, ut nulla oratione explicari, nulla cogitatione comprehendi ua leat, uultum suum roseo colore, & radianti lætitia suffusum illis ostender, qui ad societatem beatæ uitę, & glorię nullo æuo interituræ aſcribendi sunt.

Ceteris verò, qui æterno supplicio sunt damnandi, ostendetur aspectus eius irę, & furoris flamma adeò incensus, ut nulla res sit, cui tanta queat comparari indigna tio. Atque ut ab omnibus, qui adsunt, æquitas pronunciatę sententię uel inuitis comprobetur: ex una parte beneficia commemorabit, cum alijs modis, tum potissimum crucis interueniente mysterio, in hunc mundum collata, quę adeò aperta erunt, ut à uemine ignorari possint, aut negari.

Ex altera parte latebrę, & recessus omnes animorum intimi diuinitus patefient, & in conscientia uniuscuiusque tanquam in libro uidebatur, quidquid uitio, aut uirtuti affine, in uita gestum est. Explicabuntur rerum occultarum implicati sinus, PRÆMIA. eorumque merita ante oculos statuentur, qui & fidele obsequium Deo præstitere, & uitam in peccatis actam longissimæ respicientes optatam condonationem cum lacrymis, & uero dolore, antequam spiritus è corpore excederet, impetrarunt.

Non occultabitur eorum infinita malitia, & ingrati animi pernicacia, qui neque in Deum crediderunt, neque de peccatis, quibus in animo suo Dei imaginem deformarunt, ante mortem doluerunt. Detectis ad hunc modum utriusque multitudi-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00554

A multitudinis, uel peccatis, uel meritis, quorum ratio, & numerus uirtute diuina dicto citius constabit, Christus viuorum, & mortuorum iudex integerrimus pro tribunali sedens Angelorum omnium consensu, & iustorum hominum approbatione summa sententiam publicè promulgabit. Ea sententia decernet in primis, vt pij homines, & benè virtute meriti animæ, corporisque coniunctione, & gloria hilariter triumphantes, ad immortalis gaudij, quam meruerunt, fruitionem, vt verè beati sint, secum conscendant. Deinde statuet, vt omnes improbi, & vitæ flagitijs addicti POENÆ. cacodæmonum stipante cœtu ad inferos exturbentur, vbi pœnarum exquisitissima varietate, & multitudine perpetuo torquebuntur. Mox Christus hominum Saluator, & Iudex Angelorum pariter, & iustorum hominum nobilissimo choro circundatus, momento temporis in cælestem patriam, vnde ad iudicandum descenderat, se recipiet, vbi lætissimum gaudij felicis fructum nulla molestia inquinat, nulla cura interpel
B lat, nullus dolor contaminat, nulla formido inficit, aut ægritudo corrumpit. Alia parte terra fatiscente elemento findetur, atque immanissimis hiatibus vna cum dæmonijs, relictisque post conflagrationem mundi sordibus, homines, quos Iudex Deus ad inferorum sempiternos cruciatus damnauerat, subitò deuorabit. Hic finis est, quem CHRISTVS, cum adhuc terras incoleret, fœminis pariter, ac viris, tam probis, quàm improbis, mundoque vniuerso prædixit affuturum:

Quod autem ad iudicij huius rationem attinet, admirabilemque mortuo resurrectionem, licet ea res tota supra naturam sit, & ex diuina virtute dependeat, ac proinde rationibus humano ingenio excogitatis, & inuentis concludi satis nequeat: tamen si expendere omnia, quæ circumstant, & perscrutari singula non oscitanter vo-
C lucrimus, stabiliri firmissimo æquitatis fundamento doctrinam hanc totam comperiemus.

Et quidem, vt de iudicij extremi die primum dicam, naturali rationis humanæ RATIOprænunte lumine, intelligitur, conuenire omnino, vt dies constituatur, in quo omnibus omnium sæculorum hominibus inspectantibus, & audientibus singuli quid de ipsis iudicatum fuerit, cognoscant. Hæc verò conuenientia cùm ex Dei sapientissimo consilio, tum ex communis vitæ ratione perspici facilè, & demonstrari potest. Et quidem opus esse, vt iudicij extremi dilucescat aliquando mundo dies, idque ad diuinam prouidentiam spectare, ex his, quæ subijcientur rationibus, aperte intelligitur.

Prima ratio est, quia vt Deus in omni operum diuinorum efficientia tantam perfe-
D ctionis, tamque exactam rationem habet, ut nec minimam uitij, aut defectus noram admittat. Ex quo sequitur, ut ranquam iudex integerrimus, & æquitatis obseruantissimus, à nobis sit colendus. Quare omnis ratio postulat, vt ad iustitiæ libram, examinatis hominum causis, quæ in vtramque partem rectè, uel perperam sunt factæ, congruentem habeant remunerationem.

Innumera enim diebus propè singulis exempla iniustitiæ oculis stupentibus vsurpamus, ipsosque, quod plus est, iniustitiæ administros, & scelerum satellites magnis auctos opibus, & honoribus eximijs florentes, uitam delitijs omnibus affluentem uiuere, & tranquillè finire. Contra uerò uidemus, bonorum famam, & existimationem sæpè pertinaciter lædi, & contumelijs ignominiosè profcindi, nitamque honestè,
E & laudabiliter institutam, laboribus, & grumnis, quæ uix morte ipsa finiantur, confligi. Nullum scesic multis, uel ex hac consideratione in mentem uenerit facrilega quædam suspicio, qua ducti affirmarent, uel Deum, qui mundum tegeret, nullum esse, uel si esset, omnem prorsus huius mundi curam, & prouidentiam à se abiecisse. Videbant siquidem grassari impunè lęsiteram iniustitiæ pestem, ommemque peccandi licentiam per orbem uolitare, & quod iniquissimum est, nullis pœnis flagitium constringi; nullis præmijs excellentem uirtutem muneran. Vt igitur diuinę iustitiæ præclara commendatio extaret, secundum quam nullum scelus relinquitur impunitum, nulla honesta actio suo fraudatur præmio: atque ut nemo ignoraret iustitiæ integritatem, supplicium in hoc mundo, uel præmia meritis hominum debita longissimę expectationis mora aliquando ex-

Supra initio decimi libri.

A Dei perfectione, & iustitia.

Nullum scelus impunitum, nullum bonum irremuneratum.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00555

trahentem, dicta, & facta omnia si non in vita, saltem post mortem in loco diuinitus destinato ad æqualitatis nusquam fallentem normam exactè compensaturam, conuenientes profecto, ne dicam necessarium, omnino fuit, vt iudicij uniuersalis dies orbi dilucesceret, in quo hac veritate ab omnibus explorate cognita, quanta, & quam laudabilis semper fuerit siue in pœnis flagitio irrogandis, siue in rebe facitis gloria munerandis diuini numinis iustitia, planè constaret. Hæc enim, nube illa penitus sublata, quæ mentibus hominum offusa in miserandam soluitur, ac pestilentem errorum pluuiam, effecit, vt de prouidentia, & iustitia Dei, dubia ancipitiaque discepta tione ratiocinati mortales, turpiter, & flagitiosè non hallucinentur. A

Ab eadem iustitia necessario manifestanda.

Altera ratio ex absoluta sumitur, & planè perfecta Dei iustitia, cui internæ æquitatis fibi tantum cognitæ ornamentum nequaquam satis esse potest. Opus enim præterea est, vt foras lucem suam efferat, & ab omnibus palam agnoscatur. Quia tamen humani moris est, vt post iudicium, in quo flagitiosi, & impuri grassatores de scelere conuicti fuerunt, & ad grauc aliquod supplicium damnati, passim conqueri soleant dictitantes, iniuriam sibi cum supplicio calumniosè fuisse irrogatam, nunc verò ad inferorum pœnas extutbati homines, hanc inter cetera flagitia prauitatem conferuant, vt sua errata extenuantes, Deum de iniustitia accusent, iccirco opus fuit, iudicij uniuersalis diem decernere, in quo omnibus manifesta sit Dei iustitia, quæ semper conspicua fuit, in tribuendis muneribus, aut supplicijs, ponderata meritorum dignitate. Id verò in occasu se nescientis mundi haud dubiè constabit, singulis hominibus conscientiæ suę virtutes omnes, & vitia, ueluti ante oculos ad spectaculum constituta inusitato miraculo ita introspicientibus, ut proprio testimonio conuicti, laudem diuinę iustitię debitam, quantumcunque à recta ratione auersi fuant, nec negare possint, nec audeant. B C

Tertia ratio inde uim habet, quia plerique mortales, quamdiu has humiles, iacentesque terras incolunt, Deo propterea subirasci solent, quòd in rerum siue aduersarum, siue ad uoluptatem fluentium successu, personarum, non meritorum discrimina uidentur spectare. Crudelitatis insuper calumniam iustitiæ diuinæ affingunt, quod ob unius dumtaxat lethalis culpę labem, homines interdum ceteroqui bonos, sempiternis destinet inferorum cruciatibus. Alij non sine impia obiurgatione Deum insimulant, quia diffusa per orbem Euangelicæ doctrinæ luce, ante sint condemnati, quàm Christi Saluatoris hominum notitia ad eos fuerit perlata. Vt ergo liquidò conster, Deum non personarum diuersitate æstimata, sed meritorum pondere ad iustitiæ examen adducto, supplicij grauitate magnitudinem culpę nequaquam superan te, suam cuique tribuere dignitatem, ad diuinam videtur æquitatem pertinere, in publico hominum conuentu falsam hanc opinionem radiantissimo veritatis gladio aliquando iugulare. A necessitate falsæ opinionis hominũ tollendæ. D

Ceterum si hominum conditionem, & statum vitæ communis spectes, par esse, vt ruenti in occasum mundo dies vniuersalis iudicij affulgeat, sequentibus argumentis facilè in animum induces. Prima igitur ratio est, ut constricta eorum mens conscientia flagitiosæ uitæ teneatur, nec quisquam in posterum crimium, quæ turpiter commisit, inficiatione vti possit, aut accusatione aliqua legis diuinæ æquitatem, quod difficilis sit, impudenter calumniante. Iccirco iudicij uniuersalis dies præstituetur, in quo animi aperta testificatione quid virtuti, quid vitio affine gesserint, Deo auxilia ad honestas actiones suscipiendas necessaria tunquam denegante, ante summi iudicis tribunal exhibebunt. Stringentur nimirum rabie plusquam ferina improbi, quod tam munifica diuinorum munerum liberalitate, quæ in uita ad manum (vt dicitur) habuerunt, turpi otio languentes neglexerint, simulq; intelligent miseri, quàtumcunque à rationis iudicio alienati olim extiterint, quanta cum facilitate legi diuinę obsecundare potuissent, videntes in ijs, qui beatæ uitę opibus, & gloria circumfluent, innumerabilium operum, quibus, dum in ijsdem olim terris uixerunt, studiosè vacarunt, admirabilem pulchritudinem, & lucem aduersos à pietate oculos præstringentem. A necessitate testificadi Diuina beneficia. E

Accedit, tam honestis, quàm vitiosis actionibus, in amplissimo communis uitę

theatro

A theatro propositis publicum, siue præmium, siue supplicium eve præscripto rationis adiudicari oportere. Illos etiam, qui alijs occulta fraude imponunt, si in flagitio deprehendantur, dignos esse putamus, quorum nefarię machinationis inuoluera publicè euoluantur, vt neque ipsi insidiari fraudulenter audeant, neque alij malo exemplo ducti similibus insidijs abutantur. Idem ferè in munerum largitione videre est, quæ propterea publicè conceduntur, quod amplior inde, & illustrior benemeritis gloria existat, & ijs, qui sanctas illorum, & studiosas functiones uident, ardens ad honestatis amorem, & inflammata oriri soleat concitatio. Quod si inter homines hæc iustitiæ integritas elucet, æquissimum profectò est, vt in examine, quo probitas cum improbitate comparatur, idem splendor pulchrius emineat, & ostendatur illustrius. Necessarium igitur fuit, diem iudicij vniuersalis Dei prouidentia destinari, in quo

B hominum spectante multitudine infinita, præmio quisque, aut pœna pro dignitate afficeretur.

A necessitate publici, siue præmij, siue supplicij.

Tertia ratio inde efficax est, quia licet in priuato iudicio, quod eo ipso die peragitur, quo vitæ occumbentis periodus clauditur, animus excedens è corpore damnationis meritæ iudicium subeat, non tamen condemnatur in terra relictum corpus, immò maiori plerunque, quàm par sit, funeris pompa, & tumuli fastu decoratur. Non condemnatur fama, & præclara nominis existimatio, quæ post mortem viuorum, in viuorum delusis falsa opinione animis insidens, iustissimis hominibus populorum præsente prædicatione, & literarum sempiternis monumentis sæpè solet adblanditi. Igitur, vt horum etiam bonorum, quæ imperiti vt magna, & eximia, admirantur, ita cura fiat, vtque sua cuique corpori flagitiorum adminiſtro damnatio accedat, cum

C ratione videtur conuenire, vt iudicij vniuersalis dies decernatur, in quo omnes mortui tubę diuinitus personantis clangorem audientes à tumulis suscitentur, præmium aut pœnam ad veranque partem humanæ integritatis, aut corruptelę pertinentem adepturi. Ex dictis perspicitur, lumen intelligentię humanę, & naturalem æquitatem postulare, vt tandem aliquando iuxta Christi prædicationem iudicij vniuersalis fladies festo orbi, vt ruenti concedatur.

A necessitate præmij, vel pœnæ, quibus afficienda sunt corpora.

Tuba.

Quòd ad resurrectionem hominum spectat, Christus à quo rebus humanis mirabili ter consultum est, hominum mortuorum, & fœminarum communem fore à tumulis suscitationem, affirmauit. Quę res, si in speciem dumtaxat externam intueamur, difficilis videtur, & minimè digna, cui fides aliqua habeatur, at verò si in intimam naturæ vim introspicimus, conueniens sanè uidetur, & rationi consentanea.

Resurrectio hominum.

D Atque, ut argumẽtis credibile reddatur hoc mysterium, quod barbaris incredibile visum est, nonnullas subijciam rationes. Prima ex eo vim continet, quia animus pars hominis est, & non totus homo. Conflatur enim hominis integritas ex animo pariter, & corpore. Quare cùm homini quicquid laudabiliter, aut vitiosè agitur, vel dicitur, ascribi soleat, non autem animo soli, aut corpori, fit, vt toti homini ex suis partibus integro, perfecto, non autem huic, vel illi parti iustitiæ libra supplicium irrogare debeat, aut lauream concedere. Sequitur igitur, diuinę iustitiæ, & humanę æquitati conuenire, vt animus in suum corpus redeat, atq; adeò idem ipse homo, qui se flagitio vinus deuinxerat, mortuus Dei subeat iudicium.

Rationes de Resurrectione.

Altera causa est, quia licet peccati, & virtutis sedes uoluntas sit, voluntas autem in viribus animi numeretur, ac propterea tam præmij, quam supplicij potior, & ex-

E cellentior pars animo debeatur, cum tamen corpus, quę est altera hominis pars, imperio rationis obtemperet, & rerum omnium, quę infeliciter accedunt, incommoditates perferat (flagellis enim læditur, ieiunijs intabescit, pœnis torquetur, dolonibus angitur, aeque alijs operibus excarnificatur fieri solitis ex pœnitentiæ præscripto) æquum sanè est, ut post mortem gaudio, quo animus perfunditur, omninò expers non sit. Insuper idem corpus auidis sensibus voluptatum à peccatis nascentium multò maximam partem improbè consectatur: afficitur enim libidinosa, & illicita delectatione interdum, plerunque ejusdem iucunditatis uarietate capitur, ceteraque omnes undequaque cupiditatis haurit voluptates, quibus in hac misera, & ærumnosa uita homines petulanter solent, & impurè deliniri. Neque uerò solum af-

A præmio, vel pœna debita sensib.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00557

Occasio data malis, puniendis in die Iudicij.

A

fluentes sensibus oblectationes admittit, sed etiam magna ex parte hominibus ad vitia pronis peccandi præbet occasionem. Illic quidem vt ventri seruiant, & corpori oblectamenta qualicunq. aucupio venari possint, eum grauiter delinquunt, tum delicti impunitatem procurant. Ex quibus sequitur, ad iustitiam Diuinam pertinere, corporibus, quorum ministerio animus in vita vsus est, præmium vel supplicium saltem post mortem assignare. Quę meritorum compensatio fieri profecto nequit, nisi in die vniuersalis iudicij corpora in pulueren redacta, Dei virtute, humo excitentur.

Duo vitium genera in anima.

Tertia confirmatio est, quia animus altera pars est, & forma hominis, cui duo vitium genera insunt. Ex ijs quædam materiæ expertes sunt, ac propterea absque vllo corporis adminiculo agere possunt, & suo munere probè defungi, quales sunt intelligentia, & voluntas. Aliæ corporeæ sunt, & cum materia coniunctæ, quæ iccirco, si

B

corporis instrumentum, quo in primis egent, semoueas, actiones suas exercere nequeunt: atque hæ sunt sensiles potentiæ, & virtutes. Quoniam verò animis à corporum societate solutis, ac liberis, adhuc hæ virtutes tanquam in fonte insunt, à quo profluendi vim accipiunt, ita vt corporibus redditi, fungi sensuum officio, & veluti fa mulatu possint, quo separati omnino carebunt: opus profecto est, ne huiusmodi mentis humanæ vires post corporis in cineres abeuntis extinctionem, otiosæ, & superuacaneæ videantur, vsu agendi, & nitendi contra propensionem suæ naturæ, perpetuò sint orbatæ. Ex quo fit, rationi, & æquitati consonum esse, vt in corpora sua animi iterum includatur, quò superioris, & sensuum, qui inferiorem partem obtinentes cor pori insunt, ministerio vtantur.

Accedit huic argumentationi ex eo robur, quia, vt diximus, dux existendi rationes in animo perspicuntur. Vna, quam à se ipso habet vi spiritali, & à corpore minime dependente prædita: altera, quam eatenus obtinet, quatenus est corporis eximia, & præstantissima forma, in cuius organis inhærentes sensus moderatur, & regit.

C

A naturalib. uribus suæ naturæ instam propensionis capitur expiet.

Quoniam verò vtraque existendi ratio in operationis vsu sita, animo naturalis est, accidere necesse est, vt in migratione à corpore, qui altera existendi, & viuendi parte spoliatur, violentiam dolenter patiatur. Porrò cum hæc violentia naturæ aduersetur, quiescere non sinit animum, qui perinde, ac formæ aliæ, innata cupiditate corporis sui coniunctionem appetit, vt pristinum existendi modum, secundum quem imperare sensibus consueuerat, tandem recuperet. Ex quo facile perspicitur, non posse animum, si in illius vim introspicere; & insitam propensionem velis, absolutæ beatitudinis perfectionem fortiri, nisi à puluere suscitatus homo, corpus iterum suum assumat, naturæ videlicet superioris iuxta & inferioris coniunctionem perpetuam

D

assequutus.

Veritas Resurrectionis vnde.

Cum verò non naturæ opibus, quæ, cum debiles sint, multa declarant: sed Diuinæ virtute, cui nihil difficile est, corpora hominum in extremo iudicij die suscitanda affirmemus, nemini profecto licet de illius veritate sine flagitio dubitare. Præterea, cū Dei maiestas nullis potentię terminis, vt dudum diximus, circunscribatur, cur ille nō eadem facilitate, qua ex nihilo cæli, terræque immensitatem puncto temporis extulit, & decentissimè ornauit, atque ex puluere, & cinere in quem coagmentatio humana dissoluetur, corpora, quorum in vita functionibus vsi sumus, suscitare denuo non poterit. Sanè apparet Deus, uel ob eam causam in nascentis mundi primodijs homi nem non ex ignea, aut cælesti materia, sed ex luto, & argilla effinxisse, ut ex illius facti consideratione ueluti diuina ducente manu, animi, qui nunquam interijt, cum

E

corpore, cuius licet interierit, aliquid tamen supersit, futuram copulationem intelligeremus. Quid, quod ex naturali hominum fatu, & conceptu similitudine translata probabilis reddi potest hæc resurrectio? Videmus corpus humanum ex seminali liquore fœdissimo, & corruptissimo, nondum ipso, uel animo, cui copulabitur, extante, sensim sine sensu efformari. Quo igitur pacto Deo rerum omnium, & naturæ totius architecto, & principi, negari potest quòd naturæ conceditur? An non poterit naturæ uniuersę auctor, & effector Deus ex puluere, & cinere, in quem resoluta est corporis compago, accessione animę, quę nunquam extincta fuit, corpus fingere rursum, & efformare? Perspecta igitur harum rerum ui, & momento, nemo non intelli-

Deo impium esse negari, quod naturę conceditur.

gat,

A gir, posse Deum homines ad uitam immortalem renocare, omnique æquitati, & rationi consentaneum esse, ut uniuersalis iudicij amplissimo theatro hęc quoque corpo rum resurgentium celebritas accedat.

Paradisi Gloria, & inferorum Pœna. Cap. VII.

PARADISVS locus est altissimam cæli regionem obtinens. In hoc Deus se dem sibi, Angelisq. beatis constituit, ut gloriam, qua ipse ex omni æternitate perfruitur, creatæ mentes inditam propensionem secutæ, tandem participent. Hunc tamen nemini fas est Deum loco uno definire. Hic enim, nullo circunscriptus spatio per omnes rerum creatarum fines prę sens ubique, & intimus funditur: sed idcir
B co paradisum Dei sedem dicimus, quia peculiariter, in eo gloriæ suę immortales diuitias beatis mentibus communicat. Quare hic locus summam delectationem continet, & inexplicabilem pulchritudinem. Vocatur interdum Paradisus, interdum etiã Cęlũ Empyreum, cuius cum alia sit materia ab ea, quam cernimus, aliaque architectura ab eximijs regiarum ædium particulibus longe dispar, uix ulla nobis suppetunt verba, quibus ualeat explicari. Neque enim ex lapidibus, tignis, argento, aut auro exstructum est hoc ædificium, neque ex alia simili materia elaboratum: sed eam habet dignitatem, quam excogitare, & fingere potuit absolutissima perfectissimi architecti, & diuina sapientia. Est igitur ijs numeris perfecta hæc structura, quibus perfici illum locum decebat, quem ipse Deus sui uidendi beatis mentibus facta copia, incolere decreuerat. Quapropter si cælum hoc, quod suspicimus, Sol, Luna, cæteraq.
C errantes, aut fixæ stellæ, quas Deus ad hominum obsequium, qui has humiles terras incolunt, luce accendit, eum euibrant splendorem, eamque præterunt admirabilitatẽ, quam satis percipere nequaquam mens potest: quanta putes splendoris excellentia locus ille, quem Diuina Mens cum Angelis, & hominibus gloriam suam communicãdi caussa incolit, omnem, quam animus intelligit, pulchritudinem antestabit? sanè percipi sensu, aut animo cogitari, tam eximia loci dignitas nequaquam potest. Quia tamen beata felicitas non in loci materia, aut ornatu sita est, sed in ijs rebus, quæ loco accedunt, vt quisque intelligere possit beatitudinis vim, & definitionem, illud in primis animo hæreat, necesse est, beatum esse neminem posse, qui post optatæ felicitatis adeptionem, animo adhuc aliquid stitienter appetit, vel cupiditate aliqua vtilitatis, quam nondum habet, permouetur. Si enim aliquid quantumcunque minimũ
D bonum absit, & propter desiderium non expleatur, nequaquam dici, aut cogitari beatus quisquam potest. Hinc fit, vt plerique omnes bonis artibus imbuti, vel literis vtcunque tincti, affirment, beatorum vitam nihil esse aliud, quàm bonorum omniũ securam, & perfectam possessionem, cuius felici copia animi circumfluentes, quod vlterius appetant, nihil relictum uident. Quare beatitudo, quam essentialem communi nomine licet uocare, secundum Christi Domini, & Dei nostri definitionem, in eo sita est, vt Deum uideamus, cuique admirabili pulchritudine, qui est omnis bonitatis fons, & principium, in omni æuo perfruamur. Cum enim Deus bonorum omniũ principium sit, & fons, unde copia incredibili, & perennitate cetera bona dimanant: quidquid præter Deum animus cogitare potest, beatæ felicitatis innatam cupiditatẽ explere non potest. Relinquitur ergo, non posse quenquam ueris bonis affluere, &
E beatis opibus abundare, nisi ad illum bonorum omnium fontem accesserit. Illud etiã consequitur, posse solidam, & perfectam beatitudinem consistere, absque diuitiarum præsidio, & rerum, quę auidos oculos furtis splendore perstringunt, ornamento, modò Dei ipsius secura, & immortalis possessio animis concedatur.

Atque vt hæc doctrina animis nostris altius inhæreat, & facilius percipiatur, illud statuendum est, de quo nemo nisi hebes sit & plumbeus, dubitare potest, hominem duabus partibus constare, animo nimirum, & corpore. Quocirca, vt in vitæ beatæ perfectam possessionem venire possit, profectò omni uoluptate, & cognitione, cuius est capax, & ad quam in beata patria, cæli incolis communione gloriæ coniunctus potiundum cupiditissimè aspirat, perfruatur, necesse est. Ceterum cum animus nobilitate

Paradisus cęlum Empyreum.

Felicitas q.d.

Quis sit Beatus.

Beatitudo essentialis.

Ad fontem bonorũ omnium cundũ

Homo ex animo & corpore.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00559

litate ab spiritualis naturæ vi profecta,& maiori quàm corpus, cui vitam, & sensum confert,capacitate potiundi felicitate prædita sit:efficitur necessariò, vt beatitudo potissimum posita sit in explenda gloriæ appetitione,ad cuius possessionem adeundã animus ardenter inflammatur. A

A necessitate explendæ appetitionis gloriæ.

Quare sicut accessione animæ corpoream materiam informantis, vita, & sensuum vsus corpori tribuitur: ita necesse est,vt felicitas beata,& gloriæ desiderata copia,pro capacitate virium sensilium in corpus refundatur.Itaque beatitudo in anima,quę Dei imago est,& cognoscendi,potiundique Deum ipsum,cuius est capax, infita afficitur cupiditare,sedem habet immortalem. Quamobrem ex hac felicitate in animo constituta, felix quoque corpus existet,gloria videlicet,ad quam capessendam aprum est,ex animæ coniunctione, cum ad vitam reparabitur, accepta. B

Felix corpus vnde.

Ardor animi in tria.

Quod attinet ad animæ beatitudinem,nemo non experitur, ardorem inesse ad tres maximas res,atque adeo infinitas omni studio persequendas:primum enim appetens est animus,& capax infinitæ sapientiæ,ob idque quantumcunque ad apicem humanæ scientiæ, dum vita supereſt, perringat, cum innumeræ adhuc res ignorentur, quarum cognitionem,& intelligentiam parari posse videt, veritate aliqua ignorata nequaquam explerí poteſt. Veritas enim,vt suprà dictum est,nullis circunscripta finib.

A veritate obiecto intellectus.

proprium est humanę intelligentię obiectum.

Deinde capax est hominis animus, & apperens boni nullis terminis definitis, quippe qui, quamlibet ceteris bonis ad voluptatem cumuletur, bona adhuc expetit cumulatiora. Icirco perinde atque intelligentiæ nostræ obiectum veritas est summa,& infinita, sic & voluntatis vltimum, in quod omnia refert, bonum est nulli cer- C

A Bono, est est voluntatis obiectum.

tæ rei addictum.

A desiderio immortalitatis.

Postremo capitur,& incenditur animus,cum mortis expers sit, studio vitæ nullis seculis interiturę: vnde fit,vt bonorum omnium quæ obtinet, possessione ad omnem æternitatem perfruendi capax sit, & vndequaque aptus: ergo, vt beatus homo haberi possit, & esse, necessarium prorsus est,vt tota illius capacitas cumulatè expleatur intelligentia;nimirum omnium veritatum ornamento magnificè exculta, & voluntate omnium bonorum abundantia in omni æuo felicissimè fatiata.

Dei ignitio, quam utilis.

Hæc autem rationum vires,qui expender,facilè intelliget,beatitudinem,ad quam animus anhelat,in perfecta cognitione positam esse, & secura, mortisque experte Dei immortalis possessione. Cum enim Deus veritas sit summa,& infinita, illum si homo perfectè agnoscat, in nullius veritatis ignoratione versabitur,immò sapientiæ opibus amplissimè decoratus,quietem sibi parìet cum summa iucunditate, & otium cum dignitate. Aderit gloriæ splendor, beatæ iucunditatis pulchritudo, & omnium bonorum affluentia. Aberunt culpæ,& flagitio congruentes pœnę: nulla erit frigoris læ uitia, nulla famis rabies, nulla mortis truculentia, paupertas nulla,nulli metus,nullę egritudines, exulabunt degeneres metus; malitiæ,& sceleris neruis præcisis:nihil de nique erit,quod felicitati vel minimam afferre possit turbationem.Et quia animus ea rum rerum beatam,& securam possessionem sine amissionis formidine in omnem æternitatem obtinebit, tranquilla,& quieta societate cælestium ciuium cum fruitione bonorum,& gloriæ, qua Deus ipse fruitur, abundè circunfluet. Erunt igitur homines è corporibus exeuntes heredes Dei: & in possessionem æterni gaudij, quantum animi natura tulerit, instar filiorum adoptabuntur: in quo ea ratio, æquitasque seruabitur, vt quamuis alij alijs pro meritis actionum, quas in vita fuscepерunt,cumulatiore gloria perfundentur: omnes tamen animi desiderantis appetitiones, prout idonei fuerint, lætitia immortali explebuntur. Vnde nulla iam eos amplius triſtitia afficiet, nulla inuidiæ tormenta exagitabunt, nulla cura ingenium versabit, nulla denique ambitio, aut cupiditas à recta ratione tranſuersos aget. Quemadmodum enim si nobilis paterfamilias summos, medios, & infimos domus suę tam viros, quam pueros eodem conuestiret panno,lacernis, vel tunicis,ad vniuscuiusque staturam sartoris attę aptatis, puer non inuideret adolescenti, aut viro,cum idoneo suæ magnitudini cultu, D

Possessio æterni gaudij. Adoptio in filios Dei.

E

Omnes sua fore erunt contenti.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00560

A tu, & panno esset ornatus: sic beatitudo, & gloria eo modo vniuscuiusque capacitatẽ ex æquabit, vt, quamuis alij alijs maioris gloriæ possessione præsteut, omnes tamen eo dem gaudio sine vlla maioris boni cupiditate perfundantur.

Sua in corpus gloria re dundabit.

Ex hac tam illustri beatæ vitæ felicitate, qua animus potietur, corpori iterum ad iunctus, sua quoque in corpus gloria, sua felicitas redundabit; imitabitur spiritus in splendore pulchritudinem, illiusque moderationi, & regimini sensus subijcietur, omnibus, quæ cum corpore communicari possunt, voluptatibus duntaxat ab eo statu non abhorrentibus magnificentissimè exceptis. Inerunt igitur sanctorum rediuiuis corporibus ex animi gloria, insignia quædam, & præclara ornamenta, quibus multa nobiliora erunt, quam vnquàm antea extiterint. Præcipuè verò erunt quattuor illa, quæ

Dotes corporum resurrectorum.

B ma impassibilitas dicitur, munus scilicet, & dos, quæ efficiet, ne molesti aliquid tolle rare vllo ve dolore, aut cruciatu torqueri queant. Nihil enim illis aut frigorum iniuriæ, aut flammarum ardores, aut vndarum impetus, aut regionum intemperies obesse poterint. Contra verò damnatorum corpora, & si beneficio resurrectionis, corruptionis expertia, & interitus reddentur, æstuare tamen poterunt, atque algere, & innumeris affici cruciatibus, vt in seipsis diuinæ experiantur æquitatis exempla. Secun

Impassibilitas.

Subtilitas.

da sequitur subtilitas, cuius virtus ad spiritus naturam proximè accedens, animæ imperio omnino subijcitur, eique aderit, & ad nutum præsto erit. Quare poterunt iusto rum rediuiua corpora, quæcumque locorum impedimenta sine vllo impedimento superare: quod damnatorum torpescens membrorum moles, & tarda, præstare nunquàm valebit. Cum hac dote coniuncta est illa quam agilitatem vocant, cuius vi corpus

Agilitas.

C ab onere & grauitate, qua nunc depressum fatigatur, à Deo liberabitur, facilitatemque incredibili, in quamcunque partem animus iusserit, ita moueri poterit, vt nihil queat ea motione celerius excogitari. Vnde regiones natura admodum, & situ discissas tanta breuitate peruagabitur, quanta fermè nunc temporis humana mens ad eadem regiones cogitatione defertur. Aliter autem miserrima damnatorum corpora afficiẽtur: grauitate quippe, & insano pondere vix pedem ab eo, in quo erunt affixa, loco poterunt efferre. Bonis denique addetur claritas, qua sua corpora, tanquam solis meridiana luce coruscantes radij fulgebunt: quod in torpescentibus, & sulphureum halitum exprimentibus improborum corporibus longè aliter euenit. Retardabitur enim in incessu, atq; ob grauem membrorum pressum, fordescue, dum aliquid molientur, pigri erunt. Est uero claritas hæc fulgor ex animi eximia gloria ad corpus beatum mi-

Claritas.

D rabiliter redundans. Hac itaque quadripartita diuinorum munerum, quæ dotes gloriæ vulgò appellantur, adeptione, corpus rediuiuum spiritus ipsius quandam præseret imitationem: ac proindè liberum erit ab impotenti libidinis, & cupiditatis, cui nunc paret, dominatu, solisque obiectamentis illis, & uoluptatibus afficietur, quæ spiritus puritate, & status felicissimi conditione congruere uidebuntur. Angelis igitur ad hunc modum coniunctis homines, ita diuinis gloriæ immortalis opibus perfruentur, ut nullo metu exagitari possint, nulla formidine possessionem uitæ amittendi aliquando perturbari. Atque hæc omnia, quæ de utriusque humanę partis felicitate hactenus exposita sunt, facilè ex ijs liquet, quæ dicta sunt, quæ ue breuius col ligi fic possunt.

A vi & cupiditate scientiæ & Boni immensi.

Primum enim inest homini uis capessendi scientiam infinita, & immensi boni cu

E piditas immensa, atque ut hęc bona sempiterna sint, naturale desiderium. An non experimur, nullis huius uitæ bonis humanam expleri posse appetitionem? sequitur igitur necessariò, ne frustra inditam esse à Deo hanc capacitatem affirmemus, fore aliquando, ut animus, quantum capax est, desideratis bonis satietur.

A propriis obiectis intellectus ligentiæ, ac voluntatis.

Deinde illa confirmatio accedit, quia Deus ueritas est summa, summumq; & infinitum bonum, quæ duo humanæ intelligentiæ, & uoluntatis propria sunt obiecta. Extorquet igitur ratio eam à nobis consessionem, ut dicamus, homines felicitatem in cognitione Dei absoluta, & perfecta, eiusdemque immortali possessione positam esse, cũ ijs rebus adeptis, uires ánimi quo ferantur, ultra non habeant.

Tertia

Ex ordine, & modo natur.

Tertia adiungitur ratio, quæ ex naturæ ordine, & modo vim habet. Natura enim rebus omnibus fines suos descripsit, quos nisi impeditione aliqua extrinsecus fuerint retardatæ, propensione, & ductu naturæ, planè assequentur. Necesse est igitur fateri, homini, qui inter res creatas, quæ cæli complexu continentur, perfectissimus est, assignatum à natura esse finem aliquem suæ naturæ conuenientem, & modum insuper, quo finis huiusmodi humanis viribus ope diuina adiutis possit comparari. Arqui videmus ferri homines incredibili studio, & conatu, tanquam in finem, quò omnia referantur ad beatam vitam potiundam: eosdem cernimus, vt ad partem aliquam felicitatis optatæ peruenire queant, nullum non lapidem mouere. Cum ergo, dum hàs humiles, & caliginosas terras incolunt, nec corporis, nec animi felicitate pertruendi desiderium aliquando expleant, opus fanè est, vt demus falcem post mortem cupiditatem hanc fatiari. Id enim si differi pergas, hominem, quem natura altum, & in cælum erectum finxit, omnibus rebus creatis, & ad terram abiectis infelicitorem esse cõcludes. Quare si hominis beatæ vitæ appetitionem nusquam explendam esse dixeris, cum ceteræ res suos fines facilè assequantur, turpiter hallucinaberis, diuinam, scilicet sapientiam, totiusque naturæ ordinem, non sine flagitio calumniatus.

A fine conueniente hominis naturæ.

Homo cur creatus in cæ lum erectus.

Infernus.

Quod ad inferni carceris pœnas attinet, quales sint, ex dictis conijci potest. In primis enim locus ipse inferis destinatus nihil cum paradisi gaudio commune habet, nihil simile. Terræ si positionem consideres, meditullium obtinet, crassis tenebris, exacerbanda fœditate, & pœnarum horribili multitudine formidabilis. Hic dæmonum fœdissimi greges, hic homines Dei iudicio condemnati, tam bonis orbati, quàm malis omnibus corporis, & animi circumuenti, pœnis, quibus digni sunt, afficientur sempiternis.

Pœnæ corporis, & animę in infernales quales, & quantæ.

Iam verò animi illo doloris morsu noctes, dieſque excarnificabuntur, quem considerato vitæ præteritæ efficiet, dum in mentem venerit, quàm facilis fuerit ijs, & expedita ad eę lum via, qui eam tenere voluerunt. Hanc doloris, & impatientię immortæ Iis carnificinam, amaritudo, desperatio, & Dei immane odium consequetur, ſic, ut in se ipsos præ rabie eo ſeuiant furentius, quò se felicitatis sempiternę præmijs destitutos altius consideraverint. Atque hęc sempiternę felicitatis priuatio, quę pœnarum est maxima à Theologis pœna damni appellatur: nec interim existimandum est, hac dum taxat pœna afflici damnatos: cruciantur enim vi diuina illo igne sempiterno, & eo tormentorum genere, quo in se ipsis cruciarentur, si alligati esſent corporibus: post diem verò iudicij eorum corpora etiam torquebuntur, dum ignis, qui nunquam extinguitur, fumo, & sulphure accensę flammæ membra non consumenda exedunt, & nouo semper viscerum pabulo conseruatę nouum ingerunt cruciatum. Quę omnia, quantùm cum equitate naturali consentiant, sequentes aperient rationes.

Pœna dãni.

Rationes eõsone, cur eiusmodi pœnæ sint in Inferno.

Primum enim compertum est, non minus ad iustitię rationem spectare bonos præmijs, quàm malos supplicijs afficere. Quare sicut Dei prouidentia æternam vitam cũ innumeris, quæ ipsam circunstant, bonis ad proborum hominum cumulationem felicitatem destinauit: sic ad impiorum immortalem pœnam Inferorum carcerem definiit obscurum, & caliginosum, exquisitis cruciatuum generibus confertum. Vt enim animus mortis expers est: sic debita animi remuneratio sempiternum tempus spectare debet. Quapropter si homines sponte sua vitam turpem vixerunt, & libidinibus manciparam, & iccirco inferorum æternis addicti sunt supplicijs; non est cur iustitię diuinę remunerationem meritis exequanti succenſere possint; sibi igitur iracundiæ mi seri, quòd animo sciente, & volente deliquerint, sibique succenſeant.

Huic adiuncta est altera illa ratio, quia, cum peccarunt, Dei, qui infinitè bonus est, maiestatem offendat, sequitur vt infinita quoque iniuria Deum ad scelerisvindictam lacessat. Quo enim maior est persone, cui iniuria irrogatur, dignitas, eo grauior est iniuria, & supplicio dignior. Quocirca, cum Dei infinita sit, & immensa dignitas, eius offensio digna supplicio est, non ad mensem, vel ad annum duraturo, sed ad posteritatem sempiternam, vt minime mirum sit, si dicamus, torqueri apud inferos mortuorum animas cruciatibus nullum finem habituris.

Sequi-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00562

A Sequitur tertia ratio; nemo enim inficiari poteſt, æquum eſſe, vt ſupplicij perpetui acerbitatem patiatur, qui neque à peccandi conſuetudine mentem vnquam auocauit, nec conſuetudinem à mente peccandi; quod ex eo planum fit, quod lethifera peccati macula infectus peccator, cum vel in hora mortis procurare poſſet perniciosę maculę ablutionem, nihil egit, ut peccatorum ſordes expurgaret.

Poſtremo idem oſtenditur, quia malitia, facinus, & obſtinatio nullo euo finienda, maius ſingulis diebus in animis damnatorum odium in Deum concirat, nec culpę & fœditatis propriæ cognitionem admittit, neque vult ab iniuſtis querelis, aut ſacrilegis contra Deum execrationibus temperare. Cum verò damnati ad ſtatum hunc infeliciſſimum videntes (vt dicitur) & ſentientes flagitio ſtimulante deuenerint, cur quęſo, iuſtitię diuinę decretum, quo pęnę immortales ſceleratis inferuntur, non laB dabimus?

Omnes itaque diuinę legis præceptiones, & ſcita, ſiue aliquid definiant, quod ad uitam hanc mortalem ſpectet, ſiue aliquid credendum proponant, quod ad illam immortalem referatur, præterquam quòd nihil à veritate alienum, vtpote quę Deo auctore tradita ſint, continere poſſint, eximiam doctrinam rationi naturali ualde conſentaneam oſtendunt. Laudandus Deus quod ſceleratos ita puniat.

Quę cum ita ſint, Mens humana, cuius præcipuum munus eſt in veritatis inueſtigationem euigilare, ſi pèr omnia acutiſſimæ perſpicientię oculos circumferat, neceſſariò fateri debet, legem, quam Chriſtiani amplectuntur, veram eſſe, & à Deo ſupremo Legislatore ſanctiſsimè inſtitutam. Quarè cum hęc ſola lex, ueris promiſsionibus, & minimè fallentibus ſalutem nobis immortalem ſpondeat, illi profectò adhærendum eſt, C illi ſeruiendum repudiatis omnino Iaponenſium legibus, cęteriſque omnibus, ubicunque terrarum obſeruatis ſuperſtitionibus, & ſectis, quippe quę falſę ſint, & mendaces. Chriſtiana lex veriſſima, & à Deo ſan ctiſſimè inſti tuta.

LAVS TIBI DOMINE IESV.

HYMNVS

HYMNVS AD CHRISTVM SALVATOREM

Ex Clemente Alexandrino verbatim è Græco conuersus, nulla versus habita ratione. Quo Hymno Auctor Bibliothecæ inuitat pueros, & qui ex Gentibus ad Ecclesiam adiuncti sunt, vt secum laudent Dominum IESVM.

RENVM pullorũ indociliũ,
Penna volucrũ non errantiũ,
Verus clauus infantium,
Pastor agnorum regalium,
Tuos simplices
Pueros congrega
Ad sanctè laudandum,
Syncerè canendum,
Ore innoxio
Christum puerorum Ducem,
Rex Sanctorum,
Verbum, qui domas omnia,
Patris altissimi,
Sapientiæ vector,
Laborum sustentaculum,
Acuo gaudens,
Humani generis
Saluator Iesu,
Pastor, arator,
Clauus, frenum,
Penna cælestis
Sanctissimi gregis.
Piscator hominum,
Qui salui fiunt.
Pelagi vitij
Pisces castos
Vnda ex infesta
Dulci vita mescans.
Sis Dux ouium
Rationalium pastor
Sancte, sis Dux,
Rex, puerorum intactorum.
Vestigia Christi,
Vita cælestis,
Verbum perenne,
Aeuum infinitum,
Lux eterna,
Fons misericordiæ,
Operatrix virtutis,
Honesta vita
Deum laudent, Christe IESV.
Lac celeste.
Dulcibus vberibus
Nymphæ Gratiarum
Sapientiæ tuæ expressum
Infantuli
Ore tenero
Enutriti.
Mammæ rationalis
Roscido spiritu
Impleti.
Laudes simplices,
Hymnos veraces,
Regi Christo,
Mercedes sanctas
Vitæ doctrinæ,
Canamus simul.
Canamus simpliciter
Puerum valentem,
Chorus pacis,
Christo geniti,
Populus modestus,
Psallamus simul Deum pacis.

PRIMI TOMI BIBLIOTHECÆ SELECTÆ FINIS.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00564

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=00565

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=eb01

74 Quodl, 2°
DF W 60°

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4

© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=eb02

HAB Wolfenbüttel 23
12 423 599

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4

© HAB http://diglib.hab.de/drucke/74-quod-2f-1/start.htm?image=eb03